

Ex Munificentia
Principis 1749.

CONCILIA
SALISBURGENSIA
PROVINCIALIA ET DIOECESANA.

CONCILIA
SALISBURGENSIA
PROVINCIALIA ET DIOECESANA

JAM INDE

AB HIERARCHIÆ HUJUS ORIGINE, QUOAD CODICES SUPPETEBANT, AD NOSTRAM USQUE ÆTATEM CELEBRATA.

ADJECTIS QUOQUE TEMPORUM POSTERIORUM
RECESSIBUS, AC CONVENTIS
INTER ARCHIEPISCOPOS, ET VICINOS PRINCIPES
RERUM ECCLESIASTICARUM CAUSA INITIS.

Recenſuit, digeſſit, ac pluribus Anecdotis auxit: Temporum, Archiepiſcoporum, Romanorum Pontificum atque Principum ſerie, Charta Theodoſiana & Hierographica, criticisque animadverſionibus illuſtravit

ATQUE

DE ORTU HIERARCHIÆ HUJUS, PROGRESSU, LIBERTATIBUS ET FINIBUS

PRÆFATUS EST

FLORIANUS DALHAM,

Presbyter e Scholis Piis, SS. Theologiæ Doctor, Archiepiſcopalis Salisburgenſis Conſiliarius Eccleſiaſticus, & Bibliothecæ Præfectus.

ANNO ÆRÆ VULGARIS MDCCLXXXVIII.

AUGUSTÆ APUD VINDELICOS.

SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM.



Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.

Jeremiæ Cap. VI. vers. 16.

HIERARCHIÆ
UNIVERSÆ
PER PROVINCIAM
ECCLESIASTICAM SALISBURGENSEM
CONSTITUTÆ,

POST VARIAS SÆCULORUM VICISSITUDINES EA,
QUA HODIEDUM PROTENDITUR,
AMPLITUDINE ET DIGNITATE
FLORENTI.

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO DOMINO,
DOMINO
HIERONYMO JOSEPHO
ARCHIEPISCOPO ET METROPOLITÆ,
S. R. I. PRINCIPI EXCELSO,
APOSTOLICÆ ROMANÆ SEDIS LEGATO PERPETUO,
TOTIUSQUE GERMANIÆ
PRIMATI,
E PERVETUSTA COLLOREDIORUM PROSAPIA ORIUNDO.

Episcopis item Suffraganeis Amplissimis, libera sui Capituli electione gaudentibus,

FRISINGENSI

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

D. D.

MAXIMILIANO PROCOPIO,

Episcopo Frisingensi, S. R. I. Principi, Equestris Ordinis S. Georgii Episcopo, Præposito Vetero-Oetingano, ex Comitibus Imperii de Töring & Dengling in Jettenbach.

RATISBONENSI

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

D. D.

MAXIMILIANO PROCOPIO,

Episcopo Ratisbonensi, S. R. I. Principi, Equestris Ordinis S. Georgii Episcopo, Præposito Vetero-Oetingano, ex Comitibus Imperii de Töring & Dengling in Jettenbach.

PASSAVIENSI

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

D. D.

JOSEPHO FRANCISCO ANTONIO,

Episcopo Passaviensi, S. R. I. Principi, e Comitibus Imperii de Auersperg. (*)

BRIXINENSI

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

D. D.

JOSEPHO PHILIPPO,

Episcopo Brixinensi, S. R. I. Principi, e Comitibus Imperii de Spauer.

(*) Episcopatus hic Passaviensis, insistente Carolo VI. Imperatore, anno 1730, exemptione donatus est a Clemente XII. P. M. & Synodalium duntaxat Decretorum nexu perstitit devinctus veteri Metropolitæ. De quo plura mox in *Dissertatione Prævia.*

Suffraganeis item Episcopis, Metropolitica jurisdictione nominatis & confirmatis,

GURCENSI

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

D. D.

FRANCISCO XAVERIO,

Episcopo Gurcensi, S.R.I. Principi, e Comitibus Imperii de Salm & Reifferscheid.

CHIEMENSI

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

D. D.

FRANCISCO XAVERIO,

Episcopo Chiemensi, S.R.I. Principi, e Comitibus Imperii de Breüner.

SECCOVIENSI

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

D. D.

JOSEPHO ADAMO,

Episcopo Seccoviensi, S.R.I. Principi, e Comitibus Imperii de Arco.

LAVANTINO

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

D. D.

VINCENTIO JOSEPHO,

Episcopo Lavantino, S.R.I. Principi, e Comitibus Imperii de Schrattembach.

LEOBIENSI

REVERENDISSIMO AC ILLUSTRISSIMO

D. D.

ALEXANDRO,

Episcopo Leobiensi, e Comitibus Imperii ab Engel in Wagrain.

Nec non Reverendiſſimo Capitulo Salisburgenſi, plerorumque horum Præſulum Promptuario feraciſſimo.

Reverendiſſimo ac Celſiſſimo

D. D.

VIGILIO MARIÆ,

S. R. I. Principi, Præpoſito & Archidiacono, nuper Epiſcopo Lavantino, Canonico Paſſavienſi, e Comitibus Imperii de Firmian.

Reverendiſſimo ac Illuſtriſſimo

D. D.

SIGISMUNDO CHRISTOPHORO,

S. R. I. Comiti a Zeill & Trauchburg, Decano, Canonico Colonienſi & Conſtantienſi.

Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo

D. D.

CAROLO HANIBALI,

S. R. I. Comiti a Dietrichſtein, Seniori, Oblajario, Abbati ad S. Jobum, Canonico Auguſtano.

Reverendiſſimo ac Celſiſſimo

D. D.

PETRO VIGILIO,

Epiſcopo Tridentino, S. R. I. Principi, e Comitibus Imperii de Thun & Hohenſtein.

Reverendiſſimo ac Celſiſſimo

D. D.

FRANCISCO XAVERIO,

Epiſcopo Chiemenſi, S. R. I. Principi, e Comitibus Imperii de Breuner, Canonico Paſſavienſi & Auguſtano.

Reverendissimo ac Celsissimo
D. D.
JOSEPHO FRANCISCO ANTONIO,
Episcopo Passaviensi, S. R. I. Principi, e Comitibus Imperii de Auersperg.

Reverendissimo ac Serenissimo
D. D.
FERDINANDO MARIÆ,
Episcopo Gandavensi, e S. R. I. Principibus de Lobkoviz, Duci Sagani, Comiti Sternheimii.

Reverendissimo & Illustrissimo
D. D.
JOSEPHO,
S. R. I. Comiti ab Attemps, Scholastico, Canonico Olomucensi & Passaviensi.

Reverendissimo & Illustrissimo
D. D.
CAROLO JOSEPHO,
S. R. I. Comiti a Daun, Canonico Ellwangensi & Passaviensi.

Reverendissimo ac Celsissimo
D. D.
VINCENTIO JOSEPHO,
Episcopo Lavantino, S. R. I. Principi, e Comitibus Imperii de Schrattembach.

Reverendissimo & Illustrissimo
D. D.
ANTONIO WILLIBALDO,
S. R. I. Comiti a Wolffegg, Libero Baroni in Waldburg.

Reverendissimo & Illustrissimo
D. D.
FRIDERICO VIGILIO JOSEPHO,
S. R. I. Comiti a Ledron.

Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo
D. D.
JOSEPHO PHILIPPO ADAMO,
S. R. I. Comiti a Straſoldo, Præpoſito Canonicorum B. M. V. ad Nives.

Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo
D. D.
GANDOLFO ERNESTO,
S. R. I. Comiti a Künburg, Decano Ellwangenſi.

Reverendiſſimo ac Celſiſſimo
D. D.
FRANCISCO XAVERIO,
Epiſcopo Gurcenſi, S. R. I. Principi, e Comitibus Imperii de Salm & Reifferſcheid, Canonico Colonienſi, Argentinenſi & Olomucenſi.

Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo
D. D.
JOSEPHO,
S. R. I. Comiti a Stahremberg, Cuſtodi, Canonico Paſſavienſi.

Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo
D. D.
HERMANNO JACOBO,
S. R. I. Comiti ab Attemps.

Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo
D. D.
PHILIPPO JOSEPHO MICHAELI,
S. R. I. Comiti a Thun & Hohenſtein, Canonico Paſſavienſi & Tridentino.

Reverendiſſimo ac Celſiſſimo
D. D.
JOSEPHO ADAMO,
Epiſcopo Seccovienſi, S. R. I. Principi, e Comitibus Imperii de & in Arco, Canonico Paſſavienſi.

Reverendissimo & Illustrissimo

D. D.

FRIDERICO FRANCISCO JOSEPHO,

S. R. I. Comiti Spaur de Pflaum & Valör, Canonico Brixinensi.

Reverendissimo & Illustrissimo

D. D.

LEOPOLDO MAXIMILIANO,

S. R. I. Comiti de Firmian.

Reverendissimo & Illustrissimo

D. D.

JOANNI FRIDERICO,

S. R. I. Comiti a Waldstein & Wartenberg, Canonico Constantiensi & Augustano.

Reverendissimo & Illustrissimo

D. D.

FRANCISCO XAVERIO FELICI,

S. R. I. Comiti a Königsegg Aulendorff.

Reverendissimo & Illustrissimo

D. D.

F R A N C I S C O,

S. R. I. Comiti a Künburg, Canonico Ellwangensi.

Reverendissimo & Serenissimo

D. D.

WENCESLAO JOSEPHO,

e S. R. I. Principibus de Lichtenstein, Canonico Coloniensi.

OMNIBUS

ANTIQUÆ PATRIÆ RELIGIONIS, ET DISCIPLINÆ

HÆREDIBUS, AC VINDICIBUS

HANC

SALISBURGENSIUM CONCILIORUM

COLLECTIONEM

NOVO MOLIMINE IN OPUS REDACTAM,

UT IN ANTECESSORUM SUORUM VESTIGIA INTENTI

SPECIMINA CAPIANT

PASTORALIS ZELI, ET ECCLESIASTICÆ SOLICITUDINIS,

QUÆ PROBE OLIM ACTA SUNT, AB IIS, QUÆ PERPERAM, DISCERNANT,

IMITENTUR EA, QUÆ VIRTUTIS SUNT,

ET PARI EXEMPLO ET IPSI POSTERIS PRÆLUCEANT,

IN

PERPETUUM DEVINCTISSIMI CULTUS MONUMENTUM

D. D. D.

CONSPECTUS ET ELENCHUS
TOTIUS OPERIS.

Præfatio ad Lectorem de instituto hujus operis, deque veterum conciliorum Salisburgensium norma.
Series chronologica Episcoporum, & Archiepiscoporum Salisburgensium.
Concilia omnia Salisburgensia, secundum ordinem temporum digesta; quibus accedunt Recessus quidam, cum exteris Principibus habiti de rebus ecclesiasticis.
Series Romanorum Pontificum, qui ab initio Hierarchiæ Salisburgensis Petri Cathedram tenuerunt.
Series Regum Francorum, & Imperatorum Romanorum ab initio Hierarchiæ Salisburgensis.
Dissertatio prævia. De Hierarchiæ Salisburgensis ortu, progressu, libertatibus & finibus.

SÆCULUM CHRISTI SEPTIMUM.

S. Rupertus, Episcopus I. Fundator Hierarchiæ Salisburgensis.

SÆCULUM CHRISTI OCTAVUM.

Capitula Gregorii II. Papæ pro roboranda, propagandaque Christiana professione ad Bavaros transmissa.
Nota: De Chronologiæ Salisburgensis controversia, & anno adventus S. Ruperti.
S. Vitalis Episcopus II.
Flobargisus, Episcopus III.
Joannes Episcopus IV. Diœcesanus primus.
S. Virgilius Episcopus V.
Aschaimense Concilium in Bavaria.
Dingolvingense Concilium, cui interfuit S. Virgilius.
Arno Episcopus VI. Archiepiscopus I.
Bulla Leonis III. Papæ, qua Arnonem constituit primum Archiepiscopum Juvaviensem.
Epistola Leonis III. Papæ ad Carolum M. qua significat, se Juvaviensibus ordinasse Archiepiscopum, ut Carolus fieri mandaverat.
Epistola Leonis III. Papæ ad Arnonem, qua Archiepiscopatus collati arduum munus exponit.
Quos Arno primum, ac deinde Successores sui Suffraganeos habuerint? quibusque in Hierarchia insignibus effulserint?
Diploma Caroli M., quo controversia componitur inter Patriarcham Aquilejensem, & Salisburgensem Archiepiscopum de diœcesanis limitibus.
De fortuna recentiore limitum Metropoliticorum.
Charta Hierographica Provinciæ ecclesiasticæ Salisburgensis, antiquis limitibus dimensæ.

CONCILIUM Salisburgense I.

De Re disciplinæ ecclesiasticæ, deque concordia civilium, ecclesiasticarumque legum.
Admonitio I. De Concilii hujus authenticitate.
Admonitio II. ad *Canonem IX.* hujus concilii de examine ferri candentis, aliisque adhibitis probationibus.

SÆCULUM CHRISTI NONUM.

CONCILIUM Salisburgense II.

Sententia in Chorepiscopos lata publicatur & mitigatur.
Capitulare Caroli M. de Chorepiscopis, & presbyteris criminosis.

CONCILIUM Salisburgense III.

De partitione decimarum, a fidelibus oblatarum: esseque etiam eas ab abbatibus persolvendas.
Admonitio. De conventibus Episcoporum.
Admonitio altera. Plura capita Christianæ Disciplinæ fuisse a Carolo M. Imperatore proposita Episcopis, de quibus hi in suis conventibus deliberarent, eaque definirent.
Epistola generalis Caroli M. ad Archiepiscopos Regni Francorum.

Capi-

Capitulare I. Caroli M. seu interrogationes, quas Imperator pro communi utilitate Episcopis discutiendas proposuit.
Capitulare II. De eodem argumento.
Epistola Ludovici Pii Augusti ad Arnonem Archiepiscopum, de Regula Canonicorum & Sanctimonialium.
Adalramus Archiepiscopus II.
Luipramus Archiepiscopus III.
Adalbinus Archiepiscopus IV.
Nota. De duobus canonibus Concilii Wormatiensis, cui Adalbinus interfuit.
Adalbertus I. Archiepiscopus V.
Theodmarus Archiepiscopus VI.

SÆCULUM CHRISTI DECIMUM.

Piligrimus Archiepiscopus VII.

CONCILIUM IV. Salisburgense.

Ut Præpositis quibusque obedientia reverenter impendatur, & diabolica femina extirpentur.

Admonitio. De concilii Altheimensis controversia.

Udelbertus Archiepiscopus VIII.

CONCILIUM V. Salisburgense.

De variis christianæ perfectionis, & disciplinæ capitibus.

CONCILIUM VI. Salisburgense.

De reparandis ecclesiarum facultatibus.

Admonitio. Fuisse olim Proceres æque ac Episcopos ad Provincialem Synodum evocatos.

Egilolphus Archiepiscopus IX.
Epistola Leonis VII. Papæ ad Archiepiscopum, & ejus Suffraganeos, disciplinæ resarciendæ causa.
Heroldus Archiepiscopus X.
Admonitio. De criminibus privilegiatis.
Fridericus I. Archiepiscopus XI.
Hartwicus Archiepiscopus XII.

SÆCULUM CHRISTI UNDECIMUM.

Guntherus Archiepiscopus XIII.
Dietmarus, seu Theodmarus II. Archiepiscopus XIV.
Balduinus Archiepiscopus XV.
Gebehardus Archiepiscopus XVI. Fundator Episcopatus Gurcensis.
Epistola Gregorii VII. Papæ ad Gebehardum Archiepiscopum, contra sacerdotes concubinarios.
Thiemo Archiepiscopus XVII.

SÆCULUM CHRISTI DUODECIMUM.

Conradus I. Archiepiscopus XVIII.
Canonicos ad vitam regularem traduxit; aliisque id ut agerent, persuasit, veluti Episcopo Gurcensi.
Admonitio. De Investitura Episcoporum per baculum, & annulum.

CONCILIUM Salisburgense VII.

In causa Ellinhardi, Frisingensis Episcopi, hæreseos incusati.

CONCILIUM Salisburgense VIII.

In causa Simoniæ exercitæ.

CONCILIUM Salisburgense IX.

Abbatum controversiæ dirimuntur.

CONCILIUM Salisburgense X.

Super Salisburgensis & Admontensis Abbatum possessionibus.

CONCILIUM Salisburgense XI.

Canonicorum Seccoviensium fundatio confirmatur.

Eberhardus I. Archiepiscopus XIX.

CONCILIUM Salisburgense XII.

De re disciplinæ.

CONCILIUM Salisburgense XIII.

Octavæ in honorem B. V. Mariæ instituuntur.

CONCILIUM Salisburgense XIV.

Duarum parochiarum decimæ statuuntur, & Gerhohi, Præpositi Reicherspergensis doctrina *de gloria Filii Dei* disquiritur.

Conradus II. Archiepiscopus XX.
Quo sedente maximæ calamitates & civitati & Provinciæ Salisburgensi evenerunt.
Adalbertus II. Archiepiscopus XXI.
Conradus III. Archiepiscopus XXII.

CONCILIUM Salisburgense XV.

Ut Salisburgensis Ecclesia, totaque Provincia, temporum iniquitate nimium fœdata, pristino decori restitueretur.

CONCILIUM Salisburgensis XVI.

Electio, investitio, & consecratio Episcopi Gurcensis attribuitur Archiepiscopo Salisburgensi, a Papæ delegatis.

Epistola Gregorii VIII. Papæ; ut christiana Respublica, forensibus causis ubi-

ubique nimium exagitata, ad tranquilliora pacis & charitatis studia revocaretur.

CONCILIUM Salisburgense XVII.
Variarum Ecclesiarum, ac Monasteriorum dissidia componuntur.

CONCILIUM Salisburgense XVIII.
Canonicorum & Monachorum privilegia confirmantur.

SÆCULUM CHRISTI TERTIUM DECIMUM.

Eberhardus II. Archiepiscopus XXIII. Chiemensis, Seccoviensis & Lavantini Episcopatuum Fundator.

CONCILIUM Salisburgense XIX.
Subsidia pro expeditione sacra decernuntur, & Chiemensis Episcopatus instituitur.
Nota De quorundam veterum monumentorum fallacia.

CONCILIUM Salisburgense XX.
Stipendia pro cruce signatis urgentur, & fundatur Episcopatus Seccoviensis.
Nota. De expungendo quodam subreptitio concilio; atque de excommunicatione Eberhardi II. Archiepiscopi Salisburgensis.
Burchardus Archiepiscopus XXIV.
Philippus Archiepiscopus XXV.
Admonitio. De canonica electione Episcoporum.

CONCILIUM Salisburgense XXI.
Ut Otto, Bavariæ Dux ad Romani Pontificis partes flecteretur.
Admonitio. De Pontificis auctoritate in possessiones atque personas Regum & Principum.
Ulricus Archiepiscopus XXVI.
Epistola pastoralis Alexandri IV. Papæ ad Archiepiscopum, Suffraganeos, totumque clerum Salisburgensem.
Vladislaus Archiepiscopus XXVII.

CONCILIUM Salisburgense XXII.
Ad ecclesiasticam disciplinam instaurandam.
Admonitio. De tempore hujus celebrati concilii.
Notæ quæpiam ad quosdam canones hujus ejusdem concilii.
Fridericus II. Archiepiscopus XXVIII.
Constitutio Gregorii X. Papæ pro persolvendis decimis ad recuperandam Terram Sanctam.

CONCILIUM Salisburgense XXIII.
Pro recipiendis decretis concilii Lugdunensis, atque pro aliis causis ecclesiasticis absolvendis.
Admonitio ad Capitulum XVII. hujus concilii: De festo Subdiaconorum, seu stultorum abolendo.
Epistola Henrici Bavariæ Ducis ad Canonicos Salisburgenses.

CONCILIUM Salisburgense XXIV.
De rebus, ad disciplinam spectantibus.
Rudolphus Archiepiscopus XXIX.
Qui plurima adversa passus est, ab Admontensi Abbate.

CONCILIUM Salisburgense XXV.
Decernitur elevatio S. Virgilii, & anathema dicitur clericis, qui officia laicorum Principum adfectant.
Admonitio. De elevatione sacrarum exuviarum, seu ritu Beatificationis, olim in Ecclesia usitato.
Conradus IV. Archiepiscopus XXX.
Epistola Nicolai IV. Papæ ad Germaniæ Præsules, ut rebus prostratis consulant cruce signatorum in Palæstina.

CONCILIUM Salisburgense XXVI.
De rebus, ad disciplinam pertinentibus, atque de excommunicatione Ducis Carinthiæ.

CONCILIUM Salisburgense XXVII.
Convocatum in causa Mainhardi, Carinthiæ Ducis.
Admonitio ad Cap. III. hujus concilii: De secta vagorum scholarium.

CONCILIUM Salisburg. XXVIII.
Ut definiretur sensus Constitutionis Pontificiæ: *Super cathedram*
Admonitio. De jure Regularium Presbyterorum audiendi confessiones fidelium, & pœnitentiam iisdem imponendi.

SÆCULUM CHRISTI DECIMUM QUARTUM.

CONCILIUM Salisburgense XXIX.
Ad colligendam stipem pro sacra expeditione.

CONCILIUM Salisburgense XXX.
Ad illustrandas quaspiam superiorum conciliorum Constitutiones.
Admonitio. De sinceritate hujus concilii.
Weichardus Archiepiscopus XXXI.
Fridericus III. Archiepiscopus XXXII.
De Statutis Frisacensibus, tempore hujus Archiepiscopi.
Henricus Archiepiscopus XXXIII.

CON-

(*) Papa Paulus III, qui ab anno 1534 usque 1549 Romanam Sedem tenuit, ob acerbissimos in Germania Novatorum tumultus, quodque Germani in sua patria molirentur cogere

SÆCU-

cogere nationalem ſynodum, ut alteram generalem, a Pontifice indictam ſecurius aſpernarentur, animo pene collapſus, omnem eccleſiaſticum conventum in Germania, ceu erumpentis mali ſignaculum, perhorreſcebat, veluti & hanc ſynodum Provincialem, a Mathæo Archiepiſcopo anno 1537 Salisburgi habitam; maxime quod Mathæus Archiepiſcopus, ob plures præſtitos Luthero favores: ob Staupizium, ipſumque itidem Lutherum, honeſtiſſimis conditionibus ad ſe invitatum, viſus fuerit clam Lutheri partibus patrocinari; ut plures ſcriptores, Schelhornius aliique aſſeverant; quamvis ſapientiſſimus Præſul ſublimiori conſilio id totum egerit, ut nempe Lutheri ardores interciperet mitiori interventu. Acta tamen hujus concilii non illico publicavit Mathæus reverentiæ cauſa, nimirum ne generalis concilii, jamjam inſtantis, præveniret de iisdem rebus decreta; quam moram malevoli quidam ſiniſtre interpretati dixerunt, ſynodum ipſam monſtroſis, abhorrentibusque ab orthodoxo cultu ſcatere ſententiis, easque calumnias etiam ad Paulum III. attulerunt, qui Pontifex utut nec ipſe præſtare ſe fidem diceret delatoribus, præcipitanter nihilominus Epiſtolam ad Mathæum Archiepiſcopum dediſſe fertur ab Odorico Raynaldo *ad hunc an. Num.* 35. Mathæo, habitæque ſynodo valde injurioſam; hanc tamen labem eis abſtergunt Acta ipſa & concluſa intemerata hujus concilii, quæ infra dabimus, & falſitatis, calumnioſæque factæ accuſationis eſſe convincunt. Etſi quis fortaſſe ſecurius inter ſubreptitias abjecerit hanc Epiſtolam, non obſcuras referentem notas ſpuriæ originis; nam ſi Papa adeo tum averſatus fuit religioſos conventus in Germania, cur tacet de Colonienſi & Moguntino conciliis, pariter eodem tempore ibidem habitis? cur zelantiſſimus Pontifex, generali contentus reprehenſione, non perſtringit peculiaria errorum capita? cur ait Mathæum in poſterum magis cautum eſſe oportere, & non jubet ejurare offenſas, in religionem jactas? &c. Sed hæc fortaſſe non vidit, nec ponderavit credulus Raynaldus, de quo eruditi critici in Galliis hoc tulere judicium: *Il s'en faut bien, que ſa continuation des annales de Baronius ſoit auſſi eſtimée. Il eſt credule, exaggerateur, diffus & mauvais ecrivain.* Diction. des Savans Tom. VI. pag. 134.

SÆCULUM CHRISTI DECIMUM SEPTIMUM.

SÆCULUM CHRISTI DECIMUM OCTAVUM.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD LECTOREM
SACRORUM CANONUM STUDIOSUM

DE INSTITUTO HUIUS OPERIS, DEQUE VETERUM CONCILIORUM SALISBURGENSIUM NORMA.

Erunt fortasse nonnulli censores supercilii caperati, quibus suscepta hæc Salisburgensium Conciliorum editio nec mereri operam videatur, neque ullius porro esse emolumenti; propterea quod plures jam exstent, hæque amplissimæ Canonum Conciliorumque Collectiones, & Græcæ & Latinæ, non modo recentiores, sed & ab antiquo editæ: Codex Canonum Ecclesiæ universæ, *a Dionysio Exiguo Anno* 425. *e græco latine redditus:* Codex Canonum Ecclesiæ Africanæ: Breviatio Canonum Fulgentii Ferrandi *VI. Sæculo:* Breviarium Canonicum Cresconii, Episcopi Africani. *VI. itidem Sæculo:* Collectio Canonum Martini Bracarensis Episcopi *itidem VI. Sæculo:* Collectio Canonum Joannis, natione Syri, Apocrisiarii Antiocheni, tum Patriarchæ Constantinopolitani, *eodem VI. Sæculo; qui primus canonibus conciliorum concordantes Iustiniani leges adjunxit:* Nomocanon Photii, Patriarchæ Constantinopolitani;, ejusdemque Opusculum de VII. Synodis, *Sæculo IX:* Synopsis Canonum Alexii Aristeni, Diaconi Constantinopolitani, *Sæculo XII.* Collectio Constitutionum ecclesiasticarum Theodori Balsamonis, *Sæculo itidem XII.* Epitome Canonum Simeonis Magistri & Logothetæ Constantinopolitani, *Sæculo eodem XII.* Synopsis divinorum Canonum Arsenii monachi, tum Patriarchæ Constantinopolitani, *Sæculo XIII. Quorum pleraque omnia græce & latine continentur in* Bibliotheca Juris canonici veteris, *a Voellio & Iustello edi-*

ta. Item qui nuper apud Latinos conciliorum volumina in lucem emiſerunt Severinus Binius, Merlinus, Crabbeus, Surius, Joverius, Coriolanus, Sirmondus, Labbeus & Coſſartius, Harduinus, Manſius, Coletus, Aguirre, Schanatus, Harzheimius *aliique varia quidem cum fortuna, & ἀκριβείᾳ; Quorum canonum, conciliorumque complexio habita olim fuit pro ſcientia Canonica proprii nominis, &, qui illi exponendo, illuſtrandoque navarunt operam, Canoniſtæ ſunt compellati; ut proinde Jus noſtrum Canonicum hodiernum, ex Decretis Romanorum Pontificum juſſu Gregorii IX. P. M. a Raymundo Pennafortio conflatum & Bonifacii VIII. Clementis V. ac Joannis XXII. acceſſionibus auctum, eruditi merito cenſeant, non tam nomine Juris canonici, quam Pontificii eſſe ſignificandum; nempe, ut vetus Eccleſiaſticarum legum inſtitutum dijudicetur a recentiore.*

Complectuntur autem recenſiti illi canonum, conciliorumque faſti non modo abſolutam normam dogmatum, in generalibus potiſſimum conciliis conſtitutam; ſed & Diſciplina Eccleſiaſtica, ritus & officiorum Chriſtianorum Sanctimonia tam luculente traditur in particularibus conciliis, ut, ſi modo fidelis populus cuſtodierit ſaluberrimas ſanctiones, in omnibus ubique Eccleſiis eximius futurus ſit fidei, morumque ornatus, neque porro opus ſit ad colligendas conciliorum reliquias animum appellere. Maxime, quod ſæculum hoc noſtrum argumentorum longe diverſorum lectione delectetur, & novis ejusmodi conciliorum editionibus nihil aliud vaticinari liceat, quam eas propediem ſcombris piperique cucullos eſſe præbituras.

Qui vero ita ratiocinantur, illi utique longe aberrant a ſuſcepti mei operis ſcopo; Nunquam enim mihi erat animus, ut in acceſſoriis quibusdam rerum Salisburgenſium monumentis pararem nova ſubſidia ſtudio ſacrorum canonum, aut univerſalem Eccleſiam novis colluſtrarem documentis; quamvis Diſciplina etiam particularium Diœceſium, in bonum ordinem redacta, ſemper in totius Chriſtiani corporis dignitatem redundet. Gratificari duntaxat cupiebam Salisburgenſi Provinciæ, ut, quidquid ab Hierarchiæ initio ſtatutum aliquando definitumque fuiſſet in conventibus Eccleſiaſticis, ea unitim illi conſpicienda, volutan-

volutandaque offerrem; neque enim ullum hactenus proprium suorum conciliorum habuit codicem; ex iis etiam documentis, quæ edax sæculum præteriit, pleraque fuere dispersa, aut in scriniis delitescentia, quæ non nisi diligenti studio retegi, atque in ordinem & lucem, quoad suppetebant codices, redigi potuerunt. Interjecta insuper fuit temporum & Archiepiscoporum series, qua nexus hierarchicus, & Disciplinæ laborantis capita, vicissitudinum fata, urgentesque conciliorum causæ, atque decretorum necessitas percensentur. Quæ omnia examussim nosse, non parvi interenit ecclesiasticis hominibus, Salisburgensi Provincia comprehensis, ut officia sua, & accomodata ad propriam Diœcesium munia, ex majorum vestigiis inoffense metiantur.

Quælibet enim particularis Ecclesia, ac Diœcesis propriis suis regitur legibus & usibus, a legitimo magistratu suo, id est, Episcopo, olim latis, quas ignorare citra noxam nemini diœcesanorum clericorum liceat; quæcunque in aliis episcopatibus præscripta sit functionum atque consuetudinum norma: variat quippe, illæso dogmate, Disciplina in variis Ecclesiis, & fideles populi, in fidei confessione per orbem dispersi, variis suorum quique præsulum sanctionibus obstringuntur; haud secus ac peculiaris cujuspiam regni, aut Reipublicæ civibus gravis incumbit obligatio observandi leges municipales, pro suæ societatis peculiari emolumento olim constitutas; etsi peculiares hæ leges non sint insertæ codici legum generali: etsi etiam alterius regni indigenæ illarum custodia non teneantur. Etenim non clima tantummodo, aut plaga, sed leges vel maxime, & peculiare institutum discriminat gentes ab invicem, & omnes asseclæ censentur in easdem jurasse leges, qui data fide in peculiarem aliquando societatem coaluerunt.

Illæ itaque ecclesiasticæ leges, ut dixi, variæ sunt in variis Diœcesibus, & sæpius etiam pro rerum, ac temporum opportunitate, data opera mutantur: veluti leges omnes aliæ humanæ pro præsenti commodo interim aliquando latæ. Nemo eas pro divinis habeat, aut quasi a Deo essent profectæ, essentque immutabiles, aut ad intimam religionis essentiam pertinerent. In hoc quippe turpis multorum est hallucinatio, quod omnes ecclesiasticas leges, a sacro magistra-

gistratu constitutas pro rebus habeant, ipsi religioni immutabiliter insertis; ac proinde cum in variis catholicorum Diœcesibus audiunt varia fuisse statuta, aut in propria etiam sua provincia esse usus immutatos, anguntur, ac concidunt animis, quasi vero de aris & focis ageretur, aut quasi sacrarium fidei intimis convulsionibus laboraret; cum tamen ecclesiasticæ leges non nisi humanæ sint, & accessoriis duntaxat subsidiis communiant religionis arcem: Dogmata fidei autem ab Ecclesiæ quidem præpositis annunciantur, a solo autem Deo immutabiliter revelata sunt, & tradita; & qui leges atque usus ecclesiasticos non discernunt ab articulis fidei, re & factis ostendunt, humanam se religionem sequi, & divinæ religionis naturam se penitus ignorare.

Verum ut quæpiam mutatæ jam olim Disciplinæ canonicæ exempla proferamus: Agapæ *erant charitatis convivia, ab ipsis Apostolis inducta* 1. Corinth. XI. v. 20. *& confirmata a conciliis, veluti a Gangrensi* Canone XI; *ut nempe ditiores qui essent Christianorum, reficerent egenos intra septa ecclesiæ, ante Eucharistiæ participationem. At vero postquam Gnostici, perfidi Christiani, nefandas spurcitias intulissent in illas pietatis epulas, ad Christiani nominis infamiam, & offensionem gentilium, abolitæ rursus fuere Agapæ in Laodiceno concilio* Canone XXVIII. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν, καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν. Quod non oportet in dominicis, aut ecclesiis Agapas facere, & in domo Dei comedere, vel accubitus sternere. *In hac tamen ipsa Disciplinæ conversione id juverit diligenter advertere, quod causa legum, seu quæ latæ sunt a magistratu ecclesiastico, seu quæ deinde sublatæ, semper una & eadem perseveret; quemadmodum enim charitatis in Deum & proximum exercendæ causa constituta primum fuerunt illa pietatis convivia, ita postquam communi hominum malo illa in pejus defecerunt, eadem ipsa charitatis causa jussit ea denuo supprimere, atque abolere. Privilegia sæpius in Disciplina Ecclesiastica viguerunt, communi quodam usu probata; quæ tamen deinde privilegia, quod nec muneri essent, nec personarum dignitati sat accomodata, rursum fuere a rescriptis canonicis expuncta:*

puncta: Licuit olim ecclesiasticis præsulibus, quibus docendi populum est impositum munus, spartam hanc difficilem reclinare in delectos vicarios; quod privilegium a Tridentino Concilio Sess. XXIV. C. IV *sublatum fuit, ceu pastorum præcipuæ sollicitudini, ac curæ infestum, ut nisi gravi urgente causa præsules eo porro uti non possint: De* immunitate clericali, *deque* asylis *statuendi auctoritatem vindicarunt sibi olim Romani Pontifices* L. III. Decret. Tit. XLIX; *at vero hanc auctoritatem, publicæ justitiæ administrandæ devinctam, Christiani principes hodie non mediocriter attemperarunt: Gregorius IX.* Cap. 2. Quia ingredientibus Tit. de Testam. *admisit tacitam quorundam professionem regularem, etiamsi vestem propriam hujus ordinis nunquam assumpserint. Quam constitutionem Pontificiam ea ratione correxit Tridentinum Concilium* Sess. XXV. Cap. XV. de Regularibus, *ut absque habitus susceptione nulla fit regularis professio: In* Cap. de Francia Tit. de sponsalib. & Matr. *statuitur solo consensu mutuo contrahentium fieri matrimonium. Quod Tridentinum Concilium* Sess. XXIV. Cap. I. de Reformat. Matrimonii *correxit, ut matrimonium sine præsentia Parochi & testium non contrahatur &c. Quæ & aliæ plures canonum ecclesiasticorum emendationes sunt ornamenta accessoria, quibus Disciplinæ ecclesiasticæ decor per temporum intercapedines assurgit ad digniorem gradum; quemadmodum & aliæ pleræque humanæ res studio & cultu promoventur, atque expoliuntur.*

Sed & Salisburgensis Ecclesiæ antiquitas, præstantia & dignitas hanc nostram sibi jure impendi operam petit, ut in unum veluti commentarium referatur, quidquid in hac Hierarchia jam a mille, centum, & amplius annis laudabiliter actum est, & constitutum. Habuit illa suos mox ab origine Præsules, & sanctitate, & sapientia, & Religionis zelo admirabiles, quorum memoriam, in benedictione positam, nulla unquam ætas sat digne celebraverit; præsertim dum revocat animus: qua sollicitudine illi, & irrequieta prædicatione sementem sparserint christianæ religionis inter Bojos, paganis adhucdum sentibus implexos: qua morum simplicitate & candore in gregis sui corda influxerint: qua vigilantia lupos illi abegerint, id est, exteros impostores, sacrorum officiorum

specie

specie populum abducentes: quo indefesso studio & exemplo instituerint clerum, aptis ut sibi subsidiis adessent in Ecclesiarum procuratione: nec regularem etiam excolere vitam neglexerint: quibus porro mediis, quam frequenti pastorum congregatione usi fuerint, ut conferrent consilia ad fabricam Evangelicam sartam tectam undique servandam, tuendamque: quam denique sanctiones suas ecclesiasticas salubriter attemperarint ad temporis potissimum, & morum obtinentium rationes; ut profecto eorum posteri, qui inoffense velint hodie versari in pastorali munere, in nihil aptius respiciant, quam in horum antecessorum vestigia, atque in iis disciplinæ & officiorum ecclesiasticorum normam perdiscant. Intuebuntur illi in horum conciliorum decursu, quod maximæ quæque calamitates & scandala sumpserint originem in Ecclesia catholica ex neglectis & infractis sacris canonibus; earum autem calamitatum fuere tristissimæ, quas fastus & superbia in clero excitavit; quæ quidem vitia, quod pugnarent e diametro contra præceptam a Christo Evangelicam simplicitatem, non modo suis sectatoribus, sed ipsi etiam religioni christianæ, cujus illi præire normam debuerunt, maximum dedecus conflarunt, & infamiam. Heroldus & Philippus Archiepiscopi rebus Salisburgensibus intulerunt hujus immoderationis acerba testimonia, nullis unquam lacrymis eluenda.

Id sane luctuosum est & irreparabile, tot monumenta, totque commentarios de Salisburgensi Hierarchia olim editos, ereptos fuisse posteritati per temporum injurias, & incendia præsertim, quorum furore plurima documenta in cineres redacta sunt. Tabulariis quippe nondum olim fuit suus undequaque paratus ordo, neque securitas: Rudior etiam aliquando ætas superveniens, bellis & deprædationibus intenta, furorem barbarorum exercuit in utilissimos manuscriptos codices; hic autem furor tanto fuit perniciosior, quod ante artem typographicam inventam tanta non fuerit monumentorum supellex, neque tam copiosa, ut unus solus codex deperditus non interciperet totam rei alicujus notitiam. De Salisburgensibus conciliis, & ecclesiasticis constitutionibus quidquid ex edaci sæculo superstes reperire licuit, in hoc congerere volumen conati fuimus, enixe optantes, ut hic noster conatus aliorum accendat animos ad perquirendum

dum antiquitatum officinas, & obſoleta ſcrinia Bibliothecarum; quod quidem ſerio, & ex profeſſo, ut intelligo, hactenus factum non fuit; niſi forte in Monaſteriorum Bavariæ Archivis, e quibus nuper Academici Monacenſes Monumenta Boica *emiſerunt in lucem.*

In monumentis antiquis anecdotis occurrunt ſententiæ, e conciliis Salisburgenſibus olim excerptæ, quin tamen ullo indicio divinare liceat, in quo Salisburgenſi concilio, quave ætate, illæ ſint olim editæ. Reddidit me nuper certiorem Cl. Vir, Mathias Rieberer, vidiſſe ſe Breviarium Cathedrale Ratiſponenſe MS, anno 1442 *exaratum, in quo ad Rogationum ferias memoriæ traditur: fuiſſe tum adhuc has ferias actas cum jejunio, & abſtinentia a lacticiniis; illis tamen omnibus, qui aut in S. Marci feſto, aut feria II. & IV. Rogationum præſentes aderant publicæ ſupplicationi, ſeu Proceſſioni, fuiſſe in fine ſupplicationis promulgatam immunitatem abſtinendi a lacticiniis: Rogationum vero feria III. comitantibus ſolennem ſupplicationem, etiam veſcendi carnibus eſſe factam copiam;* idque ex inſtituto Concilii Sanctæ Salzburgenſis Eccleſiæ; *quæ quidem conſtitutio in nullo Salisburgenſium conciliorum, quorum ad nos acta pervenerunt, eſt conſpicua; latet illa igitur in cumulo deperditorum conciliorum, quorum & acta, &, quæ in iis res ſint pertractatæ, ſummariam notitiam, nobis invidit ſeries fatalis, aut prorſus librarii oſcitantia factum eſt, ut Salisburgenſe Concilium pro alterius Eccleſiæ concilio adſcriberetur; quod ipſum* σφάλμα *non adeo inſolens eſt in veterum monumentis.*

Codex authenticus & primigenius concilii celeberrimi Salisburgenſis, in Müldorf anno 1569 *habiti, repente nuper repertus fuit in Bibliotheca Paſſavienſi, eo illatus inter alios libros, a Joſepho, Epiſcopo & Principe Paſſavienſi emptos ex hæreditate relicta eruditi Domini Schelhornii Memingani; quin ſciatur, qua via, quibusve cuniculis liber hic ex Archivo Salisburgenſi Memingam pervenerit.*

Sic nempe Tabulariorum præfecti perſæpe rem ſuam incurie egerunt, & documenta, ex ſui quidem temporis indole parvi, magni autem momenti poſteris futura, ultro paſſi ſunt ſibi e ſua cuſtodia elabi, atque ab alienis manibus retineri. Quin imo ſæpius factum fuiſſe accepimus, ut multa documenta comburerentur data opera,

 odio

odio nimirum hominum, aut rerum ibidem memoratarum; quæ documenta si perstitissent, maxima commodassent subsidia vindicibus veritatis ad configenda studia hominum pravorum. Sic Martinus Abbas combussit totum commercium Epistolarum, quod Staupizius & Lutherus invicem de temporum illorum controversiis habuerunt &c. Nolebant quippe ejusmodi pseudo-zelatores, suorum quorundam maculas educi in lucem, aut perversa studia de religione evulgari, non sine famæ dispendio; quorum zelus præposterus si locum usumque habuisset antiquis temporibus, esset hodie utrumque, & Vetus & Novum Testamentum truncatum, expurgatumque ab omni pravorum operum commemoratione, quæ tamen Deus in veritatis historicæ testimonium, atque pro triumpho sanctimoniæ inspiravit Hagiographis, ut ad omnium ætatum, & gentium notitiam pervenirent. Morositas quoque & avaritia quorundam Præfectorum non minorem cladem intulit rei literariæ: illi quippe archivia, & antiquos codices tanta cum tenacitate sepiverunt, ut nec precibus, nec obsequiis induci potuerint a severiorum studiorum cultoribus, ut eis accessum, aut usum rariorum quorundam Manuscriptorum indulgerent; fortassis ut publicam utilitatem, aut laudes industriorum hominum impediant, aut certo, ut ab aliis admoniti hanc spartam ipsimet aliquando adornent. Quæ vilissima cogitandi ratio, si antehac semper fuisset exercita, nunquam amplificassent tantis monumentorum thesauris literariam Rempublicam præclari homines, Martenne, Durand, Pistorius, Muratorius, du Chesne, d'Achery, Warton, Schedius, Struvius, Pezius, Ludewig &c. *qui plurima documenta latentia pro communi literatorum usu collegerunt, publicique juris fecerunt.*

Monumenta, quæ in hac conciliorum editione primum a me in lucem emittuntur, desumpta sunt e codicibus antiquis, & manuscriptis authenticis; in quibus id præcipue animadversione dignum reperi: quod præter characteres, & præter quarundam vocum usum, ac significationem, cuivis ætati peculiarem, etiam innumeris sæpe mendis scateant, a librariorum ignorantia inductis: diviserunt illi quandoque vocem interjecto comate, & partem alteram vocis litera majuscula inceperunt, & alia ejusmodi; ita ut cordate arguere

guere liceat; nec deguſtatam quidem fuiſſe ab illis librariis linguam latinam; quod quidem in tanta olim publicarum ſcholarum raritate tantopere mirandum non eſt. Ego vero dùm ejusmodi Manuſcripta conſignavi ad uſum publicum, hac fui cautione uſus, & regula critica, ut errores librariorum libere corrigerem; hi enim falſitatem lectoribus cum remora obtrudunt; & permitterem alios ſolæciſmos, antiquitatem olentes, qui ſuam manuſcripto ſinceritatem confirmant. Quod utique, ad declinandam culpam illatæ corruptionis, neceſſarium duxi lectoribus meis aperire.

De Salisburgenſibus quidem monumentis inter cæteros optime meriti fuere Henricus Caniſius *in* Lectionibus antiquis, & Hieronymus Pezius *in* Scriptoribus Rerum Auſtriacarum; *quibus jure accenſetur* Joannes Gaſperius, *qui noviſſime Hiſtoriam Lutherianiſmi ex authenticis monumentis collectam, itemque viciſſitudines, illius cauſa Salisburgenſi Eccleſiæ illatas, eleganti, conſideratoque calamo perſcripſit; quod Manuſcriptum in Tabulario interiori aulico Salisburgenſi adhuc dùm deliteſcit. Sed nec illi ſilentio præteriri debent, qui quidem omnium manibus teruntur, præclari Scriptores Salisburgenſes* Hanſizius, Mezgerus, Dükerus, Reverendiſſimus Abbas Beda *in ſuo Chronico Noviſſimo, qui nobis e pluribus mæandris eluctandi manum opemque porrexerunt; neque enim uſui nobis aut ſubſidio eſſe poterat præcellens ille Commentarius de Rebus Juvavienſibus, ſeu Salisburgenſibus, quem germanico idiomate Clariſſimus Vir de Kleinmayrn admirabili cum eruditione digeſſit, adjuncto Diplomatario; hic enim Commentarius adhucdum ſub prælo ſudat, omniumque deſideria & expectationem alit, ut nova lumina rebus patriis affundat.*

Iis autem nuperis auctoribus, qui emigrationis hiſtoriam, a quinquaginta circiter, & amplius annis peractam, ſcripto conſignarunt, Moſero, Schelhornio, Hochberg, Göking &c. *uſus non fui, ut filum pertexerem, etſi Epocha hæc ſit deploratæ memoriæ, & Salisburgenſi Provinciæ funeſtiſſima; nam publica illa clades non tam religionem, quam emigrantes ignorarunt, probro afficit, quam adminiſtrationem civilem. Et alioquin ſcriptores illi, proteſtantes plerique omnes, cum ſuæ cauſæ, at-*

que emigrantes sint devincti, etsi eos falsi coarguere non ausim, quia tamen elementis sentiendi, agendique nituntur, a patrio catholico cultu valde diversis, non poterunt illi in factorum enarratione indifferenter sectari æquitatem, ac sine studio partium suo in argumento versari. Id mirum equidem videri debet, quod nullus hactenus scriptor ingenuus ex cœtu catholico laborem susceperit, ut factum illud emigrationis adeo memorabile ex documentis patriis colligeret & ex traditione domestica, illudque publici juris faceret; quod tamen pluribus de causis fieri oporteret, ac primo quidem, ut suus ipsis catholicis esset rei peractæ idoneus testis: tum ut clarius intelligatur ipsorum indigenarum sensus de emigrantium indole ac causa; aut saltem, ut eorum, quæ heterodoxi de iis commemorant, vel stabiliatur, vel labefactetur fides.

Omnia Salisburgensia concilia referuntur ad Particularia *Ecclesiæ* concilia; *quod ex Ecclesiæ cujusdam particularis Patribus congregatis illa coaluerint, neque aliis, nisi ea Diœcesi, vel Provincia comprehensis fidelibus obediendi legem imponant; nisi forte quæpiam in his conciliis adferuntur, quæ in Generalibus olim conciliis, aut communi Ecclesiæ Universalis Decreto jam statuta fuerint. Particularia porro ejusmodi concilia omni in universum lapsu, aut errore, exempta non sunt; hoc enim solius Universalis Ecclesiæ est donum, in Generalibus conciliis repræsentatæ, cui Spiritus Sanctus suis in sanctionibus sese adfuturum, Patrumque definientium mentes collustraturum adpromisit. Certo in Salisburgensi I. Concilio, temporum & opinionum, tum obtinentium, vitio factum fuit, ut* Canone IX. *quædam constituerentur, quæ virgulam mereantur, ut in* Admonitione *illius loci est expositum: Tempore Adalbini Archiepiscopi, Concilii Wormatiensis, anno* 868 *habiti,* Canones XV, & XXII *etiam in Salisburgensem Ecclesiam proserpsere, qui deinde confixi fuerunt: Concilii Salisburgensis XLVI. Constitutionis XXIV.* Caput XX. *Pontifex minime ratum habuit. &c. ut ibidem dicetur. Quæ tamen omnia offendicula rem Disciplinæ duntaxat afficiunt, haudquaquam Dogma, seu articulum quempiam catholicæ professionis; Dum autem de re Disciplinæ, & functionibus decernendis agitur in conciliis, publici mores ac patriæ consuetudi-*

tudines plurimum influere consueverunt, quemadmodum & in leges civiles; cujus exemplum habetur Lib. II. Tit. LV. §. 38. Legum Longobardicarum, *ubi Otho Imperator jubet, justitiam erui oportere e pugna, seu singulari certamine, eo quod inter has gentes plerumque invaluerint hæc certamina ad dirimendam litem, & pro divinis judiciis habita fuerint: apud Germanos consuetudo usuræ invaluit accipiendi in mutuo 4 vel 5 pro centum, quæ deinde consuetudo, bono publico attemperata, Principum leges moderata est &c. Et alioquin semper id sollicite actum est a Præsulibus Ecclesiarum, ut canonicæ leges publicis usibus, qua licet, accomodentur; quod nimirum uterque & ecclesiasticus & civilis magistratus ad eundem scopum perficiendæ christianæ Reipublicæ feratur; cujus specimen redit in Concilio Salisburgensi I.* Cap. XII. *Hinc olim tempore Regum Francorum & Bavariæ Ducum Concilia ecclesiastica in communi regni conventu fiebant, ea ratione, ut & Proceres cum Principe, in uno ædium conclavi congregati ea constituerent, quæ publico emolumento, civilique societati essent salutaria, & in altero separato loco considentes Episcopi ecclesiasticam disciplinam adcurarent, conderentque canones; quæ deinde utriusque magistratus definita palam perlecta, & publicata vim legis apud populum habuere. Hac conditione & norma celebratum fuit Concilium Vernense anno* 755. *regnante Pipino Francorum rege, item Aschaimense concilium in Bavaria anno* 763. *tempore Tassilonis Ducis, quod infra allegabimus. Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus descripsit totum apparatum agendi conventus ecclesiasticos æque ac civiles* Tomo II. Operum pag. 214.

Verum Salisburgensia concilia, quod & alibi passim aliis Episcopis usuvenit, auctoritate Archiepiscoporum, aut Legatorum Sedis Apostolicæ, fuere convocata, quibus etiam plerumque intererant Principes, ceu Advocati Ecclesiarum, aut saltem eorum legati; propterea quod, cum omnes quæquæ publicæ functiones in Christiana Republica pertineant ad procurationem Principum, necessum esset, eas functiones, quas decrevissent ecclesiastici præsules, probe dispicere, an ordini publico, & legibus, quibus devincitur populus, sint consentaneæ, ac deinde earum observantiam atque executionem suprema auctoritate tueri.

Num-

Nunquam olim Episcopi assensum Papæ impetrare studuerunt pro celebrandis suis conciliis; rem quippe in Ecclesia tam utilem, ac necessariam, imo præceptam, ut est Synodorum coactio, censuerunt esse sacræ suæ procurationi consertam, atque ad se, suumque munus pertinere. Neque etiam canones, in Synodis constitutos, illi deinde Romam miserunt, ut ratihaberentur, & probarentur; primus Archiepiscoporum Joannes Jacobus, quod quidem sciam, id egit cum suo concilio, quod anno 1569 *adunavit; hoc factum, etsi reprehendi non possit, minime tamen sequi obligantur alii Episcopi, quorum quilibet datam sibi novit a Christo potestatem docendi gregem suum, atque pro diœcesi sua ecclesiasticas leges constituendi, quin conditio approbationis Pontificiæ accedere debeat.*

His præmonitis me accingo ad Salisburgensis Ecclesiæ enarranda præcipua monumenta, & Lectorum utilitati libens consecro hunc meum laborem, veterum Archiepiscoporum zelo & sanctimonia plenum, id unum ardenter petens a Patre luminum, ut quo spiritu sanctissimi illi Præsules olim hos canones condiderunt, eodem, qui legunt posteri, ad observandum accendantur, atque ita e sparsa a Patribus semente fructum centuplum reportent.

SERIES

SERIES CHRONOLOGICA
EPISCOPORUM ET ARCHIEPISCOPORUM SALISBURGENSIUM.

Episcopi.	Anni Æra Vulg.
I. S. Rupertus, *ejusque in Boioariam adventus.*	696.
II. S. Vitalis.	723.
III. Flobargifus.	730.
IV. Joannes.	739.
V. S. Virgilius.	745.
Archiepiscopi.	
I. Arno.	785.
II. Adalramus.	821.
III. Luipramus.	836.
IV. Adalbinus.	859.
V. Adalbertus I.	873.
VI. Theodmarus, feu Dietmarus.	875.
VII. Piligrinus I.	907.
VIII. Udelbertus.	932.
IX. Egilolphus.	935.
X. Heroldus.	939.
XI. Fridericus I.	954.
XII. Hartwicus.	991.
XIII. Guntherus.	1024.
XIV. Dietmarus II.	1026.
XV. Balduinus.	1041.
XVI. Gebhardus.	1060.
XVII. S. Theodmarus III. feu Thiemo.	1090.
XVIII. Conradus I.	1106.
XIX. Eberhardus I.	1147.
XX. Conradus II.	1164.
XXI. Adalbertus II.	1168. & 1183.
XXII. Conradus III.	1177.
XXIII. Eberhardus II.	1200.
XXIV. Burchardus.	1247.
XXV. Philippus.	1246.
XXVI. Ulricus.	1256.
XXVII. Uladislaus.	1265.
XXVIII. Fridericus II.	1270.

Archiepiscopi.	Anni Æra Vulg.
XXIX. Rudolphus.	1284.
XXX. Conradus IV.	1290.
XXXI. Weichardus.	1312.
XXXII. Fridericus III.	1315.
XXXIII. Henricus.	1338.
XXXIV. Ortolphus.	1343.
XXXV. Piligrinus II.	1365.
XXXVI. Gregorius.	1396.
XXXVII. Eberhardus III.	1403.
XXXVIII. Eberhardus IV.	1427.
XXXIX. Joannes II.	1429.
XL. Fridericus IV.	1441.
XLI. Sigismundus I.	1452.
XLII. Burchardus.	1462.
XLIII. Bernardus.	1466.
XLIV. Joannes III.	1487.
XLV. Fridericus V.	1490.
XLVI. Sigismundus II.	1494.
XLVII. Leonardus.	1495.
XLVIII. Mathæus.	1525.
XLIX. Erneftus.	1540.
L. Michael.	1554.
LI. Joannes Jacobus.	1560.
LII. Georgius.	1586.
LIII. Wolfgangus Theodoricus.	1587.
LIV. Marcus Siticus.	1612.
LV. Paris.	1619.
LVI. Guidobaldus.	1654.
LVII. Maximilianus Gandolphus.	1668.
LVIII. Joannes Erneftus.	1687.
LIX. Francifcus.	1709.
LX. Leopoldus.	1727.
LXI. Jacobus.	1745.
LXII. Andreas.	1747.
LXIII. Sigismundus III.	1753.
LXIV. Hieronymus. hodieque feliciter regnans.	1772.

CON-

CONCILIA
SALISBURGENSIA
SECUNDUM ORDINEM CHRONOLOGICUM DIGESTA.

Anni Æræ Vulg.

CONCILIUM I. habitum in oppido Riespach, Dynastiæ Landshutanæ, Arnone Archiepiscopo. 799.

CONCILIUM II. Ratisbonæ, Arnone Archiepiscopo. 803.

CONCILIUM III. Salisburgi, Arnone Archiepiscopo. 807.

CONCILIUM IV. in Altheim, Rhetiæ oppido, Piligrimo I. Archiepiscopo. 916.

CONCILIUM V. Ratisbonæ, Udelberto Archiepiscopo. 932.

CONCILIUM VI. Dingolfingæ, Udelberto Archiepiscopo. 932.

CONCILIUM VII. in Lauffen, Conrado I. Archiepiscopo. 1129.

CONCILIUM VIII. Ratisbonæ, Conrado I. Archiepiscopo. 1141.

CONCILIUM IX. Hallæ, Diœcesis Brixinensis, Conrado I. Archiepiscopo. 1145.

CONCILIUM X. Pataviæ, Conrado I. Archiepiscopo. 1145.

CONCILIUM XI. Hallæ, Conrado I. Archiepiscopo. 1146.

CONCILIUM XII. Salisburgi, Eberhardo I. Archiepiscopo. 1150.

CONCILIUM XIII. Ratisbonæ, Eberhardo I. Archiepiscopo. 1150.

CONCILIUM XIV. Frisaci, Eberhardo I. Archiepiscopo. 1160.

CONCILIUM XV. in Hohenavc, Conrado III. Archiepiscopo. 1178.

CONCILIUM XVI. Salisburgi, Conrado III. Archiepiscopo. 1180.

CONCILIUM XVII. in Leibniz, Adalberto II. Archiepiscopo. 1187.

CONCILIUM XVIII. in Lauffen, Adalberto II. Archiepiscopo. 1195.

Anni Æræ Vulg.

CONCILIUM XIX. Salisburgi, Eberhardo II. Archiepiscopo. 1216.

CONCILIUM XX. Salisburgi, Eberhardo II. Archiepiscopo. 1219.

CONCILIUM XXI. Müldorffii, Philippo electo Archiepiscopo. 1249.

CONCILIUM XXII. Viennæ, cui præfedit Cardinalis Guido, Legatus Apostolicus, Vladislao Archiepiscopo nondum confirmato. 1267.

CONCILIUM XXIII. Salisburgi, Friderico II. Archiepiscopo. 1274.

CONCILIUM XXIV. Salisburgi, Friderico II. Archiepiscopo. 1281.

CONCILIUM XXV. Salisburgi, Rudolpho Archiepiscopo. 1288.

CONCILIUM XXVI. Salisburgi, Conrado IV. Archiepiscopo. 1291.

CONCILIUM XXVII. Salisburgi, Conrado IV. Archiepiscopo. 1294.

CONCILIUM XXVIII. Salisburgi, Conrado IV. Archiepiscopo. 1300.

CONCILIUM XXIX. Salisburgi, Conrado IV. Archiepiscopo. 1310.

CONCILIUM XXX. Salisburgi, Conrado IV. Archiepiscopo. 1310.

CONCILIUM XXXI. Salisburgi, Henrico Archiepiscopo. 1340.

CONCILIUM XXXII. Salisburgi, Piligrino II. Archiepiscopo. 1380.

CONCILIUM XXXIII. Salisburgi, Piligrino II. Archiepiscopo. 1386.

CONCILIUM XXXIV. Salisburgi, Eberhardo III. Archiepiscopo. 1418.

CONCILIUM XXXV. Salisburgi, Eberhardo III. Archiepiscopo. 1420.

CONCILIUM XXXVI. Salisburgi, Joanne II. Archiepiscopo. 1440.

CON-

CONGRESSUS, SEU *RECESSUS*,

in cauſa gravaminum componendorum cum vicinis Principibus, habiti de jurisdictione eccleſiaſtica.

SERIES
ROMANORUM PONTIFICUM,
QUI AB INITIO HIERARCHIÆ SALISBURGENSIS PETRI CATHEDRAM TENUERUNT, EX GENUINIS MONUMENTIS ERUTA.

Anni Æræ Christianæ. Inaugurationis dies, proprios inchoati Pontificatus, plerumque adscripsimus.

687. Sergius *inauguratus Anno* 687. *moritur* 7 *Septembris Anno* 701. *Quo sedente S. Rupertus in Bojoariam venit.*

701. Joannes VI. *inaugur.* 28 *Octob. A.* 701. *moritur* 9 *Januar. A.* 705.

705. Joannes VII. *inaugur.* 1 *Martii A.* 705. *moritur* 17 *Octob. A.* 707.

708. Sisinnius *elect.* 18 *Jan. A.* 708. *moritur* 7 *Febr. eodem anno.*

708. Constantinus *inaug.* 25 *Mart. A.* 708. *moritur* 9 *April. A.* 715.

715. Gregorius II. *inaug.* 19 *Maji A.* 715. *mittit Legatos in Bojoariam, & moritur* 10 *Feb. A.* 731.

731. Gregorius III. *inaug.* 18 *Martii A.* 731. *ratam habuit distributionem diœcesium Bojoariæ, & moritur* 27 *Novemb. A.* 741.

741. Zacharias *inaug.* 30 *Novemb. A.* 741. *moritur* 14 *Mart. A.* 752.

752. Stephanus II. *inaug.* 26 *Mart. A.* 752. *moritur* 25 *April. A.* 757.

757. Paulus *inaug.* 19 *Maji A.* 757. *moritur* 28 *Junii A.* 767.

768. Stephanus III. *inaug.* 7 *Aug. A.* 768. *moritur* 1 *Feb. A.* 772.

772. Adrianus I. *inaug.* 9 *Feb. A.* 772. *moritur* 25 *Decemb. A.* 795.

795. Leo III. *inaug.* 27 *Decemb. A.* 795. *instituit Archiepiscopatum Salisburg. ex Mandato Caroli M. moritur* 11 *Junii A.* 816.

816. Stephanus IV. *inaug.* 22 *Junii A.* 816. *moritur* 14 *Jan. A.* 817.

817. Paschalis I. *inaug.* 25 *Jan. A.* 817. *moritur* 11 *Maji A.* 824.

824. Eugenius II. *inaug.* 5 *Junii A.* 824. *moritur* 27 *Aug. A.* 827.

827. Valentinus *hoc anno* 827, *quo inauguratus, moritur.*

827. Gregorius IV. *inaug. circa finem anni* 827. *moritur* 11 *Jan. A.* 844.

844. Sergius II. *inaug.* 10 *Feb. A.* 844. *moritur* 27 *Jan. A.* 847.

847. Leo IV. *inaug.* 11 *April. A.* 847. *moritur* 17 *Julii A.* 855.

855. Benedictus III. *inaug.* 29 *Sept. A.* 855. *moritur* 8 *April. A.* 858.

858. Nicolaus I. *inaug.* 24 *April. A.* 858. *moritur* 15 *Nov. A.* 867.

867. Adrianus II. *inaug.* 14 *Decemb. A.* 867. *moritur A.* 872. *Moravi & Slavi Provincia Salisburgensi subducuntur a Methodio.*

872. Joannes VIII. *inaug.* 14 *Decemb. A.* 872. *moritur* 15 *Aug. A.* 882. *Theotmarum Archiepiscopum constituit curatorem possessionum Pontificiarum in Bavaria.*

Mari-

	Anni Christi.
Marinus *inaugur. circa finem Decemb. A.* 882. *moritur mense Majo* 884.	882.
Adrianus III. *anno altero Pontificatus moritur.*	884.
Stephanus V. *inaug. circa finem Sept. A.* 885. *mor.* 7 *Aug. A.* 891.	885.
Formosus *inaug.* 19 *Sept. A.* 891. *moritur Anno* 896.	891.
Bonifacius VI. *post electionem* 15 *dies supervixit.*	896.
Stephanus VI. *inaug. mense Aug. A.* 896. *moritur anno* 897.	896.
Romanus *inaug.* 20 *Aug. A.* 897. *moritur eodem anno.*	897.
Theodorus *inaug. A.* 898. *post* 20 *dies moritur.*	898.
Joannes IX. *inaug. anno* 898. *moritur* 30 *Novemb. A.* 900.	898.
Beoedictus IV. *inaug. anno* 900. *moritur mense Oct. A.* 903.	900.
Leo V. *inaug.* 28 *Oct. A.* 903. *moritur paulo post in carcere.*	903.
Christophorus *sedem invasit circa finem Novemb. Anni* 903, *depulsus & ille mense Junio A.* 904.	903.
Sergius III. *inaug. anno* 904. *moritur mense August. A.* 911.	904.
Anastasius III. *inaug. mense August. A.* 911. *moritur mense Octob. A.* 913.	911.
Lando *inaug.* 16 *Oct. A.* 913. *moritur mense Apr. A.* 914.	913.
Joannes X. *inaug. mense April. A.* 914. *mense Majo A.* 928. *laqueo interemptus a Marozia.*	914.
Leo VI. *inaug. mense Junio A.* 928. *moritur* 3 *Febr. A.* 929.	928.
Stephaous VII. *inaug.* 10 *Febr.* 929. *moritur* 12 *Mart. A.* 931.	929.
Joannes XI. *inaug.* 20 *Mart. A.* 931. *moritur Anno* 936.	931.
Leo VII. *inaug.* 9 *Januar. A.* 936. *moritur* 18 *Julii A.* 939.	936.
Stephanus VIII. *inaug.* 19 *Julii A.* 939. *moritur in Novemb. A.* 942.	939.
Marious II. *inoug.* 11 *Nov. A.* 942. *moritur* 25 *Jan. A.* 946.	942.
Agapitus II. *inaug. mense Martio A.* 946. *moritur Anno* 955.	946.
Joannes XII. *inaug. mense Januar. A.* 956. *depositus mense Nov. A.* 963.	956.
Leo VIII. *inaug.* 22 *Novemb. A.* 963. *moritur* 17 *Mort. A.* 965. *Hoc Papa sedente Romani contra jusjuraudum, Imperatori Ottoni factum, elegerunt Benedictum V. qui abdicavit.*	963.
Joannes XIII. *inaug.* 1 *Octob. A.* 965. *moritur* 5 *Sept. A.* 972. *Heroldum Archiepiscopum exauctoratum communione excludit.*	965.
Benedictus VI. *inaug. Anno* 972. *laqueo suffocatur Anno* 974. *Confirmavit Friderico I. Archiepiscopo Vicariotum Apostolicum per Noricum, & utramque Pannoniam. Huic suffectus est Fronco, seu Bonifacius VII. qui uno post inaugurationem mense profugit Constantinopolim.*	972.
Doous II. *succedit, qui post Pontificatum obscurum moritur* 25 *Decemb. A.* 974.	974.
Beoedictus VII. *inaug.* 25 *Mart. A.* 975. *mor.* 10 *Jul. A.* 983.	975.
Joannes XIV. *mense Novemb. A.* 983. *ab Ottone II. Imperatore od Pontificatum sublimatus post tres menses ab Antipapa* Booifacio VII, *Constontinopoli reduce, detruditur & necatur. Bonifacius supervixit ad mensem Martium Anni* 985. *Succedit* Joannes XV, *qui nec legitime electus, nec inauguratus, moritur Anno* 985.	983.
Joanoes XVI. *inaug. mense Julio A.* 985. *moritur Anno* 996.	985.
Gregorius V. *Imperotoris ope Pontifex, paulo post a Romanis pellitur; sed Imperatoris patrocinio restitutus Joannem XVII. Antipapam intrusum crudeliter necat. Moritur* 4 *Febr. A.* 999.	996.
Silvester II. *inaug.* 2 *April. A.* 999. *moritur* 11 *Maji A.* 1003.	999.
Joannes XVII. *inaug.* 13 *Jun. A.* 1003. *mor.* 7 *Decemb. eodem Anno.*	1003.
Joannes XVIII. *inaug.* 26 *Decemb. A.* 1003. *abdicat Pontificatum Anno* 1009.	1003.

Anni Christi.

1009. Sergius IV. *inaug. Anno* 1009. *moritur Anno* 1012.

1012. Benedictus VIII. *inaug. Anno* 1012. *moritur Anno* 1024.

1024. Joannes XIX. *successit fratri Benedicto VIII. moritur mense Majo A.* 1033.

1033. Benedictus IX. *Juvenis, in omnem licentiam effusus, opprobria habitus ter abdicat Pontificatum, & quidem ultima vice die* 17 *Julii A.* 1048.

1044. Gregorius VI. *simoniace impetravit Pontificatum a Benedicto IX. A.* 1044. *abdicare cogitur Anno* 1046.

1046. Clemens II. *inaug.* 25 *Decemb.* 1046. *mor.* 9 *Octob. A.* 1047.

1048. Damasus II. *inaug.* 25 *Julii A.* 1048. *moritur* 8 *Aug. eodem Anno.*

1049. Leo IX. *inaug.* 12 *Feb. A.* 1049. *mor.* 19 *April. A.* 1054.

1055. Victor II. *inaug.* 13 *April. A.* 1055. *moritur* 28 *Julii A.* 1057.

1057. Stephanus IX. *inaug.* 3 *Aug. A.* 1057. *moritur* 29 *Mart. A.* 1058. *quo sedente intrusus fuit a turba factiosorum Antipapa* Benedictus X.

1059. Nicolaus II. *inaug.* 18 *Jan. A.* 1059. *mor.* 22 *Julii A.* 1061.

1061. Alexander II. *inaug.* 30 *Sept. A.* 1061. *Gebhardo Archiepiscopo confirmavit jus Metropoliticum nominandi & confirmandi Suffraganeos, & Vicariatum Apostolicum per totam Germaniam ei contulit. Sedente hoc Papa eligitur Antipapa Honorius, paulo post repudiatus. Moritur Alexander II.* 20 *April. A.* 1073.

1073. Gregorius VII. *inaug.* 30 *Junii A.* 1073. *moritur* 25 *Maji A.* 1085. *Contra hunc Antipapa Guibertus, seu Clemens III. ab Imperatore Henrico constitutus.*

1087. Victor III. *electus* 24 *Maji A.* 1086. *& inauguratus* 21 *Mart. A.* 1087. *moritur* 16 *Sept. eodem Anno.*

1088. Urbanus II. *inaug.* 12 *Mart. A.* 1088. *mor.* 29 *Julii A.* 1099.

1099. Paschalis II. *inaug.* 14 *Aug. A.* 1099. *mor.* 21 *Januar. A.* 1118. *Sedente hoc Pontifice tres Antipapæ a Schismaticis constituuntur; omnes pulsi, & ejecti.*

1118. Gelasius II. *inaug.* 25 *Jan. A.* 1118. *moritur* 29 *Januar. A.* 1119. *Constituitur a Schismaticis Antipapa Gregorius VIII.*

1119. Calistus II. *inaug.* 9 *Febr. A.* 1119. *mor.* 13 *Decemb. A.* 1124.

1124. Honorius II. *inaug.* 21 *Decemb. A.* 1124. *moritur* 14 *Febr. A.* 1130.

1130. Innocentius II. *inaug.* 23 *Febr. A.* 1130. *moritur* 24 *Sept. A.* 1143. *Antipapa Anacletus inauguratus* 23 *Febr. A.* 1130. *moritur* 25 *Januar. A.* 1136. *& alter Antipapa Victor, qui abdicavit.*

1143. Cœlestinus II. *inaug.* 26 *Sept.* 1143. *mor.* 9 *Mart. A.* 1144.

1144. Lucius II. *inaug.* 12 *Mart. A.* 1144. *moritur in tumultu lapide percussus* 25 *Febr. A.* 1145.

1145. Eugenius III. *inaug.* 4 *Mart. A.* 1145. *moritur* 8 *Julii A.* 1153.

1153. Anastasius IV. *inaug.* 9 *Jul. A.* 1153. *moritur* 2 *Decemb. A.* 1154.

1154. Adrianus IV. *elect.* 3 *Decemb. A.* 1154. *moritur* 1 *Sept. A.* 1159.

1159. Alexander III. *inaug.* 20 *Sept. A.* 1159. *moritur* 30 *Aug. Sedente hoc Pontifice fuerunt* 4 *Antipapæ schismatici. Primus Victor IV. inaug.* 4 *Octob. A.* 1159. *mort.* 22 *April. A.* 1164. *Secundus Paschalis III. moritur* 20 *Sept. A.* 1168. *Tertius Calistus III. Quartus Innocentius III. in carcere mortuus.*

1181. Lucius III. *inaug.* 6 *Sept. A.* 1181. *moritur* 25 *Novemb. A.* 1185.

1185. Urbanus III. *inaug. mense Novemb. A.* 1185. *moritur* 19 *Oct. A.* 1187.

1187. Gregorius VIII. *inaug.* 25 *Octob. A.* 1187. *mor.* 17 *Decemb. eodem Anno.*

1187. Clemens III. *inaug.* 20 *Decemb. A.* 1187. *moritur* 27 *Mart. A.* 1191.

1191. Cœlestinus III. *inaug. die Paschatis Anno* 1191. *moritur* 8 *Jan. A.* 1198.

1198. Innocentius III. *inaug.* 22 *Febr. A.* 1198. *mor.* 17 *Julii A.* 1216.

1216. Honorius III. *inaug.* 24 *Jul. A.* 1216. *moritur* 18 *Mart. A.* 1227.

1227. Gregorius IX. *inaug.* 19 *Mart. A.* 1227. *moritur* 21 *Aug. Anno* 1241. *S. Virgilium in Sanctorum numerum retulit.*

Cœle-

Anni Christi.

Cœlestinus IV. *electus mense Oct. A.* 1241, *ante inaugurationem mortuus* 18 *Novemb. ejusdem Anni.* 1241.

Innocentius IV. *Postquam cathedra duobus prope annis vacavit, elect. & 29 Junii A.* 1243. *inaug. moritur 7 Decemb. A.* 1254. 1243.

Alexander IV. *inaug.* 12 *Decemb. A.* 1254. *moritur* 25 *Maji A.* 1261. 1254.

Urbanus IV. *inaug.* 4 *Sept. A.* 1261. *moritur* 2 *Oct. A.* 1264. 1261.

Clemens IV. *inaug.* 22 *Febr. A.* 1265. *moritur* 29 *Nov. A.* 1268. *Archiepiscopum Vladislaum Salisburgensibus præfecit.* 1265.

Gregorius X. *Post interregnum trium annorum electus in Palæstina degens* 1 *Sept. A.* 1271. *& Romæ inauguratus* 27 *Mart. A.* 1272. *moritur* 10 *Jan. A.* 1276. 1272.

Innocentius V. *inaug.* 23 *Febr. A.* 1276. *mor.* 22 *Junii eodem Anno.* 1276.

Adrianus V. *electus* 11 *Julii A.* 1276. *non inauguratus moritur* 16 *August. ejusdem Anni.* 1276.

Joannes XXI. *inaug.* 20 *Sept. A.* 1276. *moritur* 17 *Maji A.* 1277. 1276.

Nicolaus III. *inaug. mense Decemb. A.* 1277. *mor.* 22 *August. A.* 1280. 1277.

Martinus IV. *inaug.* 23 *Mart. A.* 1281. *moritur* 28 *Mart. A.* 1285. 1281.

Honorius IV. *inaug.* 4 *Maji A.* 1285. *moritur* 3 *April. A.* 1287. 1285.

Nicolaus IV. *inaug.* 22 *Maji A.* 1288. *moritur* 4 *April. A.* 1292. 1288.

Cœlestinus V. *inaug.* 29 *Aug. A.* 1294. *abdicavit eodem Anno* 13 *Decemb.* 1294.

Bonifacius VIII. *inaug.* 2 *Jan. A.* 1295. *moritur* 11 *Oct. A.* 1303. 1295.

Benedictus XI. *inaug.* 27 *Oct. A.* 1303. *mor.* 7 *Julii A.* 1304. 1303.

Clemens V. *inaug.* 14 *Sept. A.* 1305. *moritur* 20 *April. A.* 1314. 1305.

Joannes XXII. *post interregnum duorum annorum electus & inauguratus* 5 *Sept. A.* 1316. *moritur* 4 *Decemb. A.* 1334. *Antipapa Nicolaus V. Franciscanus, ab Imperatore constitutus abdicat.* 1316.

Benedictus XII. *inaug.* 8 *Jan. A.* 1335. *moritur* 25 *April. A.* 1342. 1335.

Clemens VI. *inaug.* 19 *Maji A.* 1342. *moritur* 6 *Decemb. A.* 1352. 1342.

Innocentius IV. *inaug.* 30 *Decemb. A.* 1352. *moritur* 12 *Sept. A.* 1362. 1352.

Urbanus V. *inaug.* 6 *Novemb. A.* 1362. *moritur* 19 *Decemb. A.* 1370. 1362.

Gregorius XI. *inaug.* 5 *Jan. A.* 1371. *moritur* 27 *Mart. A.* 1378. 1371.

Schisma.

Romæ.

1378. Urbanus VI. *inaug.* 18 *April. A.* 1378. *moritur* 15 *Oct. A.* 1389.

1389. Bonifacius IX. *inaug.* 9 *Novemb. A.* 1389. *moritur* 1 *Oct. A.* 1404.

1404. Innocentius VII. *inaug.* 11 *Nov. A.* 1404. *moritur* 6 *Novemb. A.* 1406.

1406. Gregorius XII. *inaug.* 30 *Novemb. A.* 1406. *Exauctoratus in concilio Pisano* 5 *Junii A.* 1409. *profugus exercet Pontificatum usque dum in Concilio Constantiensi eum libere abdicavit* 4 *Julii A.* 1415.

1409. Alexander V. *in concilio Pisano electus & inaug.* 7 *Julii A.* 1409. *mor.* 3 *Maji A.* 1410.

1410. Joannes XXIII. *inaug.* 25 *Maji A.* 1410. *e concilio Constantiensi clam profugus, solenni ritu exauctoratur* 29 *Maji A.* 1415.

Avenione.

Clemens VII. *inaug.* 31 *Oct. A.* 1379. *moritur* 26 *Sept. A.* 1394. 1379.

Benedictus XIII. *inaug.* 11 *Oct. A.* 1394. *in concilio Pisano exauctoratus cum Gregorio XII.* 5 *Junii A.* 1409, *perfistens schismaticus in concilio Constantiensi canonice deponitur* 26 *Julii A.* 1417. 1394.

Mar-

Anni Christi.

1417. Martinus V. *in Constantiensi concilio electus, & inauguratus* 21 *Novemb. moritur* 21 *Febr. Anno* 1431. *Antipapa Clemens, post mortem Benedicti XIII. in Hispania electus, abdicavit.*

1431. Eugenius IV. *inaug.* 11 *Mart. A.* 1431. *moritur* 23 *Febr. A.* 1447. *Concilium Basileense hunc Eugenium IV. adversantem deposuit, & Feliceem V. elegit* 5 *Novemb. A.* 1449, *qui deinde eodem anno abdicavit.*

1447. Nicolaus V. *inaug.* 18 *Mart. A.* 1447. *moritur* 24 *Mart. A.* 1455. *Decrevit Concordata Germaniæ non obstare Juri Metropolitico Salisburgensi.*

1455. Calistus III. *inaug.* 20 *April. A.* 1455. *mor.* 6 *Aug. A.* 1458.

1458. Pius II. *inaug.* 3 *Sept. A.* 1458. *moritur* 16 *Aug. A.* 1464.

1464. Paulus II. *inaug.* 16 *Sept. A.* 1464. *moritur* 28 *Jul. A.* 1471.

1471. Sixtus IV. *inaug.* 23 *Aug. A.* 1471. *moritur* 13 *Aug. A.* 1484.

1484. Innocentius VIII. *inaug.* 12 *Sept. A.* 1484. *moritur* 25 *Jul. A.* 1492.

1492. Alexander VI. *inaug.* 26 *Aug. A.* 1492. *moritur* 18 *Aug. A.* 1503.

1503. Pius III. *inaug.* 8 *Octob. A.* 1503. *mor.* 18 *Oct. Anno eodem.*

1503. Julius II. *inaug.* 1 *Novemb. A.* 1503. *mor.* 20 *Febr. A.* 1513.

1513. Leo X. *inaug.* 11 *Mart. A.* 1513. *moritur* 1 *Decemb. A.* 1521. *Hic Pontifex Canonicis Salisburgensibus regulare institutum ademit.*

1522. Adrianus VI. *inaug.* 31 *Aug. A.* 1522. *moritur* 24 *Sept. A.* 1523.

1523. Clemens VII. *inaug.* 25 *Novemb. A.* 1523. *moritur* 25 *Sept. Anno* 1534. *concessit Archiepiscopis Salisburgensibus beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam & in Romana Curia.*

1534. Paulus III. (*) *inaug.* 7 *Novemb. A.* 1534. *mor.* 10 *Novemb. A.* 1549.

1550. Julius III. *inaug.* 22 *Febr. A.* 1550. *mor.* 23 *Mart. A.* 1555.

1555. Marcellus II. *inaug.* 11 *April. A.* 1555. *moritur* 30 *April. eodem Anno.*

1555. Paulus IV. *inaug.* 26 *Maji A.* 1555. *moritur* 18 *Aug. A.* 1559.

1560. Pius IV. *inaug.* 6 *Jan. A.* 1560. *mor.* 8 *Decemb. A.* 1565.

1566. Pius V. *inaug.* 17 *Jan. A.* 1566. *moritur* 1 *Maji A.* 1572.

1572. Gregorius XIII. *inaug.* 25 *Maji A.* 1572. *mor.* 10 *April. A.* 1585.

1585. Sixtus V. *inaug.* 1 *Maji A.* 1585. *moritur* 27 *Aug. A.* 1590.

1590. Urbanus VII. *inaug.* 15 *Sept. A.* 1590. *moritur* 27 *ejusdem mensis & Anni.*

1590. Gregorius XIV. *inaug.* 8 *Decemb. A.* 1590. *mor.* 5 *Oct. A.* 1591.

1591. Innocentius IX. *inaug.* 3 *Novemb. A.* 1591. *moritur* 30 *Dec. A. eodem.*

1592. Clemens VIII. *inaug.* 8 *Febr. A.* 1592. *moritur* 3 *Mart. A.* 1605.

1605. Leo XI. *elect.* 1 *April. A.* 1605. *moritur* 27 *ejusdem mensis & Anni.*

1605. Paulus V. *inaug.* 29 *Maji A.* 1605. *moritur* 28 *Januar. A.* 1621.

1621. Gregorius XV. *elect.* 9 *Febr. A.* 1621. *moritur* 8 *Jul. A.* 1623.

1623. Urbanus VIII. *inaug.* 29 *Sept. A.* 1623. *moritur* 29 *Julii Anno* 1644.

1644. Innocentius X. *inaug.* 29 *Sept. A.* 1644. *mor.* 6 *Jan. A.* 1655.

1655. Alexander VII. *elect.* 7 *April. A.* 1655. *moritur* 22 *Maji A.* 1667.

1667. Clemens IX. *elect.* 20 *Junii A.* 1667. *moritur* 9 *Dec. A.* 1669.

1670. Clemens X. *elect.* 29 *April. A.* 1670. *moritur* 22 *Julii Anno* 1676.

1676. Innocentius XI. *elect.* 21 *Sept. A.* 1676. *mor.* 12 *Aug. A.* 1689.

1689. Alexander VIII. *elect.* 6 *Oct. A.* 1689. *moritur* 1 *Febr. A.* 1691.

1691. Innocentius XII. *inaug.* 15 *Julii A.* 1691. *mor.* 27 *Sept. A.* 1700.

1700. Clemens XI. *inaug.* 30 *Nov. A.* 1700. *moritur* 19 *Martii Anno* 1721. *Viennensem Archiepiscopatum Salisburgensi Provinciæ subduxit.*

Inno-

(*) Vide de hoc Papa Notam pag. XVI.

	Anni Christi.
Innocentius XIII. *inaug.* 18 *Maji A.* 1721. *mor.* 7 *Mart. A.* 1724.	1721.
Benedictus XIII. *inaug.* 4 *Junii A.* 1724. *moritur* 21 *Febr. A.* 1730.	1724.
Clemens XII. *inaug.* 16 *Jul. A.* 1730. *moritur* 6 *Febr. A.* 1740.	1730.
Benedictus XIV. *inaug.* 21 *Aug. A.* 1740. *mor.* 4 *Maji A.* 1758.	1740.
Clemens XIII. *inaug.* 16 *Jul. A.* 1758. *mor.* 4 *Febr. A.* 1769.	1758.
Clemens XIV. *moritur* 20 *Octob. A.* 1774.	1769.
Pius VI. *hodie*	1774.

SERIES

Anni Christi.

1417. Martinus V. *in Constantiensi concilio electus, & inauguratus* 21 *Novemb. moritur* 21 *Febr. Anno* 1431. *Antipapa Clemens, post mortem Benedicti XIII. in Hispania electus, abdicavit.*

1431. Eugenius IV. *inaug.* 11 *Mart. A.* 1431. *moritur* 23 *Febr. A.* 1447. *Concilium Basileense hunc Eugenium IV. adversantem deposuit, & Felicem V. elegit* 5 *Novemb. A.* 1449, *qui deinde eodem anno abdicavit.*

1447. Nicolaus V. *inaug.* 18 *Mart. A.* 1447. *moritur* 24 *Mart. A.* 1455. *Decrevit Concordata Germaniæ non obstare Juri Metropolitico Salisburgensi.*

1455. Calistus III. *inaug.* 20 *April. A.* 1455. *mor.* 6 *Aug. A.* 1458.

1458. Pius II. *inaug.* 3 *Sept. A.* 1458. *moritur* 16 *Aug. A.* 1464.

1464. Paulus II. *inaug.* 16 *Sept. A.* 1464. *moritur* 28 *Jul. A.* 1471.

1471. Sixtus IV. *inaug.* 23 *Aug. A.* 1471. *moritur* 13 *Aug. A.* 1484.

1484. Innocentius VIII. *inaug.* 12 *Sept. A.* 1484. *moritur* 25 *Jul. A.* 1492.

1492. Alexander VI. *inaug.* 26 *Aug. A.* 1492. *moritur* 18 *Aug. A.* 1503.

1503. Pius III. *inaug.* 8 *Octob. A.* 1503. *mor.* 18 *Oct. Anno eodem.*

1503. Julius II. *inaug.* 1 *Novemb. A.* 1503. *mor.* 20 *Febr. A.* 1513.

1513. Leo X. *inaug.* 11 *Mart. A.* 1513. *moritur* 1 *Decemb. A.* 1521. *Hic Pontifex Canonicis Salisburgensibus regulare institutum ademit.*

1522. Adrianus VI. *inaug.* 31 *Aug. A.* 1522. *moritur* 24 *Sept. A.* 1523.

1523. Clemens VII. *inaug.* 25 *Novemb. A.* 1523. *moritur* 25 *Sept. Anno* 1534. *concessit Archiepiscopis Salisburgensibus beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam & in Romana Curia.*

1534. Paulus III. (*) *inaug.* 7 *Novemb. A.* 1534. *mor.* 10 *Novemb. A.* 1549.

1550. Julius III. *inaug.* 22 *Febr. A.* 1550. *mor.* 23 *Mart. A.* 1555.

1555. Marcellus II. *inaug.* 11 *April. A.* 1555. *moritur* 30 *April. eodem Anno.*

1555. Paulus IV. *inaug.* 26 *Maji A.* 1555. *moritur* 18 *Aug. A.* 1559.

1560. Pius IV. *inaug.* 6 *Jan. A.* 1560. *mor.* 8 *Decemb. A.* 1565.

1566. Pius V. *inaug.* 17 *Jan. A.* 1566. *moritur* 1 *Maji A.* 1572.

1572. Gregorius XIII. *inaug.* 25 *Maji A.* 1572. *mor.* 10 *April. A.* 1585.

1585. Sixtus V. *inaug.* 1 *Maji A.* 1585. *moritur* 27 *Aug. A.* 1590.

1590. Urbanus VII. *inaug.* 15 *Sept. A.* 1590. *moritur* 27 *ejusdem mensis & Anni.*

1590. Gregorius XIV. *inaug.* 8 *Decemb. A.* 1590. *mor.* 5 *Oct. A.* 1591.

1591. Innocentius IX. *inaug.* 3 *Novemb. A.* 1591. *moritur* 30 *Dec. A. eodem.*

1592. Clemens VIII. *inaug.* 8 *Febr. A.* 1592. *moritur* 3 *Mart. A.* 1605.

1605. Leo XI. *elect.* 1 *April. A.* 1605. *moritur* 27 *ejusdem mensis & Anni.*

1605. Paulus V. *inaug.* 29 *Maji A.* 1605. *moritur* 28 *Januar. A.* 1621.

1621. Gregorius XV. *elect.* 9 *Febr. A.* 1621. *moritur* 8 *Jul. A.* 1623.

1623. Urbanus VIII. *inaug.* 29 *Sept. A.* 1623. *moritur* 29 *Julii Anno* 1644.

1644. Innocentius X. *inaug.* 29 *Sept. A.* 1644. *mor.* 6 *Jan. A.* 1655.

1655. Alexander VII. *elect.* 7 *April. A.* 1655. *moritur* 22 *Maji A.* 1667.

1667. Clemens IX. *elect.* 20 *Junii A.* 1667. *moritur* 9 *Dec. A.* 1669.

1670. Clemens X. *elect.* 29 *April. A.* 1670. *moritur* 22 *Julii Anno* 1676.

1676. Innocentius XI. *elect.* 21 *Sept. A.* 1676. *mor.* 12 *Aug. A.* 1689.

1689. Alexander VIII. *elect.* 6 *Oct. A.* 1689. *moritur* 1 *Febr. A.* 1691.

1691. Innocentius XII. *inaug.* 15 *Julii A.* 1691. *mor.* 27 *Sept. A.* 1700.

1700. Clemens XI. *inaug.* 30 *Nov. A.* 1700. *moritur* 19 *Martii Anno* 1721. *Viennensem Archiepiscopatum Salisburgensi Provinciæ subduxit.*

Inno-

(*) Vide de hoc Papa Notam pag. XVI.

	Anni Christi.
Innocentius XIII. *inaug.* 18 *Maji A.* 1721. *mor.* 7 *Mart. A.* 1724.	1721.
Benedictus XIII. *inaug.* 4 *Junii A.* 1724. *moritur* 21 *Febr. A.* 1730.	1724.
Clemens XII. *inaug.* 16 *Jul. A.* 1730. *moritur* 6 *Febr. A.* 1740.	1730.
Benedictus XIV. *inaug.* 21 *Aug. A.* 1740. *mor.* 4 *Maji A.* 1758.	1740.
Clemens XIII. *inaug.* 16 *Jul. A.* 1758. *mor.* 4 *Febr. A.* 1769.	1758.
Clemens XIV. *moritur* 20 *Octob. A.* 1774.	1769.
Pius VI. *hodie*	1774.

SERIES

SERIES
REGUM FRANCORUM,
ET
IMPERATORUM ROMANORUM,
QUI AB INITIO HIERARCHIÆ SALISBURGENSIS RERUM POTITI FUERE.

Reges illi duplici linea processerunt: hi Austrasiam: illi Neustrasiam obtinuerunt.

B*avariæ Duces auctoritate Regum Francorum eo tempore præfuerunt Provinciæ. Horum principatus a Theodone, Agilolfingorum Patre, mortuo Anno* 558, *perduravit usque ad Tassilonem, a Carolo M. perduellionis causa Anno* 788 *exauctoratum; fuitque postea Bavaria Regni Francorum pars, usque ad Arnulphum Imperatorem, qui, ut Hungarorum excursiones felicius compesceret, Luitpoldum Anno* 889 *præfecit Ducem Bavariæ & Austriæ; hæc enim pro parte illius habebatur.*

Anni Christi.	AUSTRASIÆ REGES.	NEUSTRASIÆ REGES.	*Anni Christi.*
		Theodericus III.	670.
674.	Dagobertus II. *Hoc improle defuncto, desiit regnum Austrasiæ.*		
	DUCES.		
680.	Pipinus, *Ansegisi filius, Austrasiam armis sibi vindicat.*		
		Clodovæus III.	691.
		Childebertus III. *Regis hujus tempore S. Rupertus in Bojoariam venit, & Theodonem II.* (*) *Ducem Christianis sacris initiavit.*	695.
		Dagobertus III. *filius Childeberti III.*	711.
715.	Carolus Martellus, *Pipini filius nothus.*	Chilpericus II. *filius Childerici II. Anno* 673 *occisi.*	715.
		Theodoricus IV.	720.
741.	Carolomannus & Pipinus, *fratres, filii Caroli Martelli, Ottilonem Bojoariæ Ducem ad officia cogunt.*	Childericus III. *filius Chilperici II.*	742.

Pipi-

(*) *Hic Theodo II. Bavariam amplissimam in quatuor partes sibi, suisque tribus filiis possidendam divisit. Erant hi filii:* Theodebertus, Grimoaldus & Theodebaldus, *seu* Theodoaldus, *ut Academici Monacenses eruditissime evincunt.* Abhandlungen der Bayrischen Academie der Wissenschaften Tom. X, *qui historica continet* pag. 179. *& iterum* Neue Historische Abhandlungen Tom. I. pag. 118. *contra Aventinum, qui* Lib. III. Annalium Boicorum pag. 283. *adlectum e nepotibus* Hugobertum *pro Theodebaldo posuit.* Quam Aventini dissensionem infra pag. 5. ubi egi de hac tetrarchia Bavariæ, a Theodone peracta, adnotare prætermisi.

Anni Christi.

Pipinus *solus Francorum Rex, Tassilonem juvenem, Bavariæ Ducem, in sua aula degentem, secum contra Longobardos Anno* 755 *educit; qui Tassilo Ducatum capessens Anno* 757, *homagium Pipino præstat.* 752.

Imperatores Occidentis.

Carolus M. *post mortem Carolomanni fratris solus regnat. Jubet Archiepiscopatum Salisburgensem institui Anno* 798. *Restaurat Imperium Occidentis Anno* 800. *Moritur Anno* 814 *die* 28. *Jan. Anno Imperii* 14. 772.

Ludovicus Pius *Imperium tenuit* 26 *annos* 5 *menses. Ejus filius Ludovicus Germanicus Bavariæ Rex constitutus.* 814.

Lotharius *tenet Imperium* 15 *annos* 3 *menses.* 840.

Ludovicus II. *tenet Imperium* 20 *annos.* 855.

Carolus Calvus *tenet Imperium* 2 *annos* 7 *menses.* 875.

Ludovicus Balbus *imperat* 10 *menses.* 877.

Carolus Crassus *post* 8 *annos Imperio dejectus.* 879.

Arnulphus *imperat* 11 *annos. Anno* 891 *Vitus & Lambertus in Italia usurpant Imperium.* 887.

Ludovicus IV. *imperat* 12 *annis. Anno* 916 *Berengarius Italiæ regnum invasit.* 899.

Conradus I. *in bello, contra Hunnos suscepto, moritur post* 7 *annos imperii.* 911.

Henricus Auceps *annos* 18 *Imperii explevit.* 918.

Otto Magnus *imperat* 37 *annis. Anno* 958 *Heroldum Archiepiscopum, Patriæ proditorem, oculis privari jussit.* 936.

Otto II. *imperat annis* 10. *Henricus Ezilo Bavariæ Dux eum frustra dejicere conatur.* 973.

Otto III. *imperat annos* 18. *Ob insignem animi præstantiam dictus* Miraculum Mundi. 983.

Henricus II. *dictus* Sanctus *imperat* 22 *annos. Henricus I. Auceps Romæ coronatus non fuit, adeoque, ut Itali pertendunt, numero Imperatorum censeri non debet. Nihilominus cum Henricus Sanctus se secundum dixerit, argumento est, ab eo sententiam de Romana coronatione habitam fuisse pro præjudicata opinione. Observat Abbas Godefridus in Chronico Gottwicensi Lib. I. pag.* 231. 1002.

Conradus II. *dictus* Salicus, *imperat annis* 15. 1024.

Henricus III. *dictus* Niger *imperat annis* 17. *Primus collationem beneficiorum ecclesiasticorum sibi vindicavit jure investituræ, sibi proprio.* 1039.

Henricus IV. *a Gregorio VII. Papa tot adversitates perpessus, moritur post* 50 *annos Imperii.* 1056.

Henricus V. *imperat annos* 19. *renunciat investituris.* 1106.

Lotharius II. *imperat* 12 *annos. Interfuit cum Innocentio II. Papa A.* 1131. *Concilio Leodiensi, cui & Conradus Archiepiscopus Salisburg. præsens subscripsit.* 1125.

Conradus III. *imperat annos* 14. *Salisburgi degens Anno* 1150, *clerum populumque laudavit ab eximiis christianæ perfectionis exemplis.* 1137.

Fridericus I. Barbarossa *imperat annos* 38. *Salisburgensem Ecclesiam & ditionem vehementer funestavit.* 1152.

Henricus VI. *imperat* 8 *annos.* 1190.

Post hunc Henricum cessit Imperium tribus æmulis, variarum partium studio constitutis.

1198.

1198. Fridericus II. *Henrici VI. filius, post patris mortem infans renunciatus fuit Rex Romanorum a quibusdam Imperii ordinibus, sed Anno demum* 1212 *legitime electus, & coronatus, imperium protendit usque ad Annum* 1250. *Postquam Innocentius IV. Papa hunc Fridericum excommunicavit, & privatum Imperio edixit, tres Archiepiscopi electores Anno* 1246 *elegerunt Henricum Rasponem, qui Anno* 1247 *moritur. Post hunc eodem anno eligitur Wilhelmus Hollandiæ Comes, qui moritur A.* 1256.

Philippus, *filius Friderici I. Imp. ab Ottone Wittelspach, Bavariæ Duce occisus Anno* 1208.

Otto IV. *Saxo Aquisgrani coronatus; post plura cum æmulis certamina moritur Anno* 1218. 1198.

Conradus IV. *filius Friderici II, post mortem Patris Imperator, moritur anno* 1254, *vivente adhucdum Wilhelmo Imperatore æmulo.* 1250.

Inter-

Anni Christi.

Interregnum XVII annorum.

Post Conradi IV. & Wilhelmi mortem ab Anno 1256 *usque ad Annum* 1273 *Imperium suo fuit capite destitutum. Anno* 1257 *electus quidem fuit a quibusdam Richardus, regis Angliæ filius; sed mox renunciavit in Angliam reversus. Post quem eligitur Alphonsus rex Castellæ; sed nunquam huc ex Hispania Imperium auspicaturus advenit.*

1273. Rudolphus *Habsburgicus Imperium tenet annos* 18.

1292. Adolphus *Nassovius depositus in conventu Moguntino Anno* 1298.

1298. Albertus I. *Austriacus, in expeditione Helvetica occisus Anno* 1308.

1308. Henricus VII. *Imperator moritur A.* 1313. 24. *August.*

Interregnum XIV Mensium.

Longius diffidium Electorum studia occupavit, interimque ab oppositis partibus duo Imperatores eodem prope tempore eliguntur.

1314. Ludovicus V. *Bavarus præstantis indolis Imperator, a tribus Pontificibus Joanne XXII, Benedicto XII, & Clemente VI iniquissime habitus, & frustra depositus, imperat* 33 *annis.*

Fridericus III. *Austriacus, ab altera factione electus, & a rivale suo Ludovico V. bello superatus & captus ad Müldorf, abdicat Imperium Anno* 1325. 1314.

1347. Carolus IV. *Bohemiæ Rex & Imperator. Anno* 1356 *publicavit Auream Bullam, ope Bartoli Jurisconsulti confectam, tenuitque Imperium* 31 *annis.*

1378. Wenceslaus, *Caroli IV. filius Anno* 1400 *a Principibus Imperio dejectus ob omne genus vitiorum; in cujus locum sufficiunt Fridericum Brunsvicensem, post duos dies ab electione interemptum.*

1400. Robertus, *Comes Palatinus. Imperium affecutus moritur Anno* 1410.

1410. Sigismundus, *filius Caroli IV. Hungariæ Rex & Imperator. Interfuit Anno* 1415 *Concilio Constantiensi, imperavitque* 27 *annos.*

1438. Albertus II. *eodem anno triplici corona potitus, Hungarica, Imperiali & Bohemica, gloriosa jecit fundamenta Majestati Austriacæ. Moritur Anno* 1439.

1440. Fridericus III. *Imperii annos* 53 *varia in fortuna complevit. Concordata Germaniæ cum Nicolao V. Papa iniit.*

1493. Maximilianus I. *filius Friderici III. imperavit* 25 *annos & menses* 5.

1519. Carolus V. *gravissimas in componendis Novatorum turbis difficultates persensit. Cessit sponte Imperium Ferdinando fratri, & Hispaniarum regna Philippo filio Anno* 1555, *moriturque in monasterio Anno* 1558.

1555. Ferdinandus I. *administrat Imperium* 8 *annis.*

1564. Maximilianus II. *Ferdinandi I. filius moritur Anno* 1576.

1576. Rudolphus II. *Maximiliani II. filius imperat fere* 37 *annos.*

1612. Mathias *itidem filius Maximiliani II. imperat* 6 *annos.*

1619. Ferdinandus II. *imperat* 19 *annos.*

1637. Ferdinandus III. *celebri Paci Westphalicæ subscripsit, imperavitque* 20 *annos.*

1658. Leopoldus I. *concordata iniit cum Archiepiscopo Maximiliano de jurisdictione ecclesiastica, & moritur Anno* 1705.

1705. Josephus I. *post* 6 *Imperii annos moritur.*

1711. Carolus VI. *Josephi I. frater imperat annos* 19, *& moritur* 1740. 20. *Octob.*

1742. Carolus VII. *Bavariæ Dux, electus Anno* 1742 *inter ipsos bellorum cum Domo Austrica ardores, in quibus moritur Anno* 1745.

1745. Franciscus I. *Lotharingiæ Dux. Jussit Archiepiscopum Salisburgensem nominari Primatem Germaniæ in Diplomaticis officiis Imperii. Imperat* 20 *annos.*

1765. Josephus II. *Francisci I. & Mariæ Theresiæ Austriacæ filius, hodie feliciter imperans.*

DISSER-

DISSERTATIO PRÆVIA
DE
HIERARCHIÆ SALISBURGENSIS ORTU, PROGRESSU, LIBERTATIBUS AC FINIBUS.

Hierarchia Salisburgensis olim eum primum cœpit, alia, ac hodie, fuit terrarum, per quas diffunditur, & distributio, & compellatio. Populus ipse, præcipuus hujus ditionis incola, Boii, seu Bavari, longinquis e Celtarum finibus advenæ, posteris hic tandem suis novam patriam condiderunt. Livius id recenset factum Historiarum ab Urbe condita, Decadis I. Lib. V. infra dimidium: *Prisco Tarquinio*, ait, *Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia est, penes Bituriges summa Imperii fuit: illi regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, virtute, fortunaque tum sua, tum publica præpollens: quod in imperio hujus Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur posse. Hic magno natu ipse jam exonerare, prægravante turba, regnum cupiens, Bellovesum ac Sigovesum sororis filios, impigros juvenes, missurum se esse, in quas Dii dedissent auguriis sedes, ostendit: quantum ipsi vellent, hominum numerum excirent, ne qua gens arcere advenientes posset. Tum Sigoveso sortibus dati Hercynei saltus: Belloveso haud paulo lætiorem in Italiam viam Dii dabant.* Horum prior quidem Celtarum migrantium caterva Boii deinceps nominati sunt, ut Celtici nominis *bois* fert etymon; quod nempe silvas nemorumque recessus primum incolerent: hi autem posteriores Celtæ in Italiæ plagis Celtarum Gallorumve retinuisse nomen a scriptoribus feruntur.

Bojorum origo.

II. Tempore Iulii Cæsaris Marobudus, Marcomannorum rex Bojos, armis & multitudine jam in immensum diffusos, ex Bojohemo expulit, ut Tacitus adnotavit (*a*). Hi vero expulsi in ea Norici parte, quæ Danubium inter & Dravum intercipitur, sedes fixerunt, Rhætiis, Vindelicisque conterminas; hac quippe in regione Tiberii tempore eos Strabo locavit Libro VII. de situ Orbis: *Tiberius*, ait, *a lacu unius diei progressus iter, Istri fontes aspexit; eum lacum Rhætii exigua parte, majore Helvetii, & Vindelici attingunt. Inde Bojorum deserta regio usque ad Pannonios* (*b*). Inferiori tempore constans hæc, & propria extitit Boicæ gentis Provincia, suis a regibus, aut ducibus, non sine rerum præclare gestarum laudibus administrata: donec Augusto imperitante Noricum fuit perdomitum, atque in Romanam Provinciam suis cum indigenis redactum, ut Dio Cassius memoriæ tradidit *Histor. Roman. Lib. LIV. Cap.* 20. Quo factum est, ut sublata Principum auctoritate illos a Romanis fuisse Procuratoribus cohibitos scribat Tacitus *Hist. Lib. I. Cap.* 11.

III. Fuit Noricum a Romanis in duas partes tributum, quarum prior, Noricum *Rippense* complectebatur hodiernam Austriam superiorem, & districtum Passaviensem, habebatque Metropolim Laureacum. Per alterum Noricum *Mediterraneum* hodie protenditur Bavaria cisdanubiana, Salisburgum, Carinthia, Styria, ubi olim Taurisci habitarunt. Hujus divisionis celebre monumentum visitur in antiquo marmore, quod Cileiæ adservatur in circuitu monasterii Minoritarum, apud Gruterum de Inscriptionibus Antiquis pag. CCLXXXIII. num. 5.

Noricum duplex.

D. N. FL. CONSTANTINO.
CLEMENTISSIMO. ATQ. VICT. AVG.
MARTINIANVS. V. P. PRAESES.
PROVINC. NORICI. MEDITERR.
D. N. M. EIVS.

Excitarunt Romani, Norico potiti, præcipuum in eo Castrum ad Alpium fauces, *Juvavium* dictum; quod juvamini esset, securitatique viarum legionibus

(*a*) *Tacitus in libro* de moribus Germanorum, *pag.* 348. *Edit. Antverp.*

(*b*) Ἡμερήσιον δ' ἀπὸ τῆς λίμνης προελθὼν ὁδὸν Τιβέριος, εἶδε τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς, προσάπτονται δὲ τῆς λίμνης ἐπ' ὀλίγον μὲν οἱ Ῥαιτοί, τὸ δὲ πλέον Ἐλουήττιοι, καὶ Οὐινδολικοί, καὶ ἡ Βοίων ἐρημία μέχρι Παννονίων πάντες.

Tabula Theodosiana.

nibus Liburnianis, ut conspicitur in *Tabula Theodosiana*, cujus partem, Juvavio inscriptam, hic exhibemus (*c*). Accessere autem castro Juvavio pedetentim plura advenarum domicilia, quæ in ejusdem nominis civitatem excreve-

(*c*) *Theodosiana Tabula non est exacta ad geometricas dimensiones, neque cœli plagas accurate describit, neque regionum latitudinem, neque ambages montium, neque marium, aut fluminum interlabentium circuitus, neque vicinorum locorum intervalla; stationes illa solum accurate metitur, ac vias, e centro, quod Roma est, ad barbaros populos circumquaque protensas, idque in rectis lineis, numero milliario passuum inscriptis.* Sic ex Ovilabi, *hodie* Wels, *tres ad Juvavium usque interjacent stationes; quarum primæ adscripta sunt XIIII millia passuum: alteri XVIII: tertiæ rursus XIIII. universim* 46 *millia passuum, quæ est recta dimensio spacii, inter Juvavium & Welsium positi, etsi distantia non attendatur aliarum urbium, extra viam sitarum, veluti* Juvavii & Regini, *seu Ratisbonæ, ut inspicienti ultro occurrit; adeoque Tabula hæc non tam geographica, aut chorographica est, quam itineraria, & stationaria, eum in finem delineata, ut Romanus miles, ad dissitas gentes, quo bellum vocabat, recto atque expedito itinere perveniret; nihil de vicinarum regionum, extra viam positarum, situ sollicitus.*

Est magis itineraria.

Metatorum munus hoc fuit proprium, designare ejusmodi itineraria, & pro commeatus facilitate erigere in stationibus columnas inscriptas; quarum plures hodiedum etiam per districtum Salisburgensem sunt conspicuæ. Bœton dimensor fuit itinerum Alexandri M. apud Athenæum pag. 329. *Acholius Alexandri Severi descripsit itinera apud Lampridium* in vita Severi &c. *maximam quippe Imperatores, & qui ducebant exercitum, in his sibi parandis itinerariis curam posuerunt, ut scribit Vegetius* de re militari Lib. III. cap. 6. *Nemo tamen ex his Itinerariorum, & militarium stationum tabulis metiatur universam geographicam scientiam veterum; noverunt illi jam ab ultima antiquitate etiam juxta geometricas leges describere terras, & maria, atque dimensiones ad minora simulacra redigere: Sesostris, Ægypti Rex, vastissimas suas, quibus imperabat, regiones, conjecit in Tabulas; atque ab hoc, ut scribit Herodotus Lib. II. num.* 109. ἐντεῦθεν γεωμετρία εὑρεθεῖσα ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπανελθεῖν, universa geometria in Græciam pervenit. *Græcorum deinde Romanorumque plurimi extiterunt geographicis disciplinis exculti, quorum scripti commentarii ad nos pervenerunt, veluti Ptolomæus, Strabo, Itinerarium Antonini &c.; ex genere tamen geographiæ delineatæ sola Tabula Theodosiana superest e veterum monumentis. Hæc* Theodosiana *dicitur, quod Theodosii M. ætatem, seu quartum sæculum liquido præ se ferat; nam cum in hac Tabula legatur:* Constantinopolis; ad S. Petrum; desertum, in quo quadraginta annis erraverunt filii Israel, ducente Mose; Mons Sina, in quo Legem acceperunt: *ante quartum autem Christi sæculum, seu annum* 330, *nec Constantinopolis extiterit, neque Romani Imperatores Christianam sint religionem palam amplexati; neque sacris Christianorum locis in descriptione Imperii ullus aut cultus, aut reverentia accesserit, non licet utique Tabulæ hujus confectionem defigere ante quarti sæculi & Constantini M. tempora.*

Limites Imperii Romani.

Porro: Imperium Romanum Augusti Octaviani tempore claudebatur Rheno, Danubio & Euphrate, ut habet libellus, manu hujus Augusti descriptus: deinde Trajano imperante fuit protensum Imperium etiam ultra Rhenum; Galli quippe, Romanis subjecti, Rhenum transgressi, in Alemannorum litore agros occupaverunt, qui agri dicti fuere Decumani; *quod ex illis decimæ per decumanos, Publicanorum principes, exigerentur a possessoribus; atque ita partem cis-Rhenanæ nostræ Germaniæ, seu Sueviam pertinuisse ad Romanum Imperium Tacitus asseverat* de mor. Germ. Cap. 29. *Hanc porro partem, agris decumanis consitam, fuisse deinde ab Hadriano Augusto cinctam vallo, & columnis leugaribus, prodit Spartianus in* Hadriano Cap. X. *Circa finem tertii sæculi, Aureliano Imperatore, Germani non tantum vallum perruperunt, sed & Rhenum transgressi in Gallias excurrerunt; hæc Germanorum potentia deinde constanter increvit, neque Romani unquam deinceps agros decumanos revindicare potuerunt; igitur cum hæc Tabula pariter Rhenum constituat limitem Imperii, argumento est, Tabulam hanc ante Gratiani & Constantini tempora non fuisse consignatam; alioquin & decumanos agros, & Vallum retulisset ad Imperii ambitum. Sed neque post mortem Theodosii M. Tabula hæc ortum suum habuisse videtur; nam imperante Honorio, Theodosii filio, irruentes barbari, Gothi, Alani, Vandali &c. plures Romanas provincias in suam redegere potestatem, ut proinde ejuscemodi delineatio Imperii fieri jam non potuerit, imperante Honorio, circa finem quarti sæculi, aut quinti initium. Id itaque est vero quam simillimum, fuisse hanc Tabulam delineatam jussu Theodosii M. circa finem quarti sæculi, ut nempe Imperator erigeret ejusmodi subsidiis Romanas Legiones, undique lacessitas, atque ad Imperii defensionem accenderet. Fortassis eadem Tabula fuit ad manus Theodosii, quando contra Eugenium, Imperii usurpatorem, profectus, eundem prope Aquilejam bello maxima oppressit, atque interemit; quæ deinde Tabula casu relicta fuerit in Italia, atque per plura sæcula in scrinio quodam literario; donec Sæculo XVI Celtes quidam, a Maximiliano I. Imperatore, bonarum artium studiosissimo Principe allegatus, ut eruditæ antiquitatis colligeret reliquias, eam Tabulam, squalore & ærumnis consitam, aut Spiræ in Germania, aut alicubi in Italia, ut quidam volunt, reperit; nec tamen eam Celtes in Cæsaris Bibliothecam intulit, sed Conrado Peutingero, Augustano, amico suo legavit testamento, cujus hæredes eam vendiderunt Eugenio, Sabaudiæ Duci Viennæ, ac tandem ab eo in Bibliothecam Augustam Viennæ transiit. Sentiunt quidam eruditi, hanc Tabulam non esse archetypam, a Theodosii M. temporibus, sed Sæculo XIII a monachis descriptam; propterea quod omnia nomina, quæ in hac Tabula proferuntur, literis Gothicis, seu Lombardicis constent; cum tamen hoc literarum genus Theodosii M. tempore, nondum fuerit notum Romanis; adeoque si Tabula illa esset archetypa, omnia illa in Tabula descripta nomina Romano seu latino charactere consignari oportuisset. Abbas Godefridus in* Chronico Gottwicensi Tom. I. pag. 71. *depingit characteres, monachis usitatos, qui multum accedunt ad characteres hujus Tabulæ, similesque sunt veteribus literis Sveo-Gothicis. Constat hæc Theodosiana, seu Peutingeriana Tabula e schedis membranaceis conglutinatis, habetque viginti pedes longitudinis, latitudinis pedem unum, estque in modum fasciæ convoluta.*

THEODO

Imperii

ur.



creverunt, tempore Hadriani Augusti; unde & *Colonia Hadriana* dictum fuit Juvavium. Id quippe Vinandus Pighius detexit in hac vetere Inscriptione:

IMP. CAES.
L. SEPTIMI. SEVERI.
PII PERTINACIS AUG.
ARAB. ADIAB. PARTHICI.
MAX. ET IMP. CAES. M. AVREL.
ANTONINI. AUG. PARTHICI.
MAXIMI. COL. HADR.
IVVAV. D. D.

Quam descriptionem in æde S. Ruperti adservatam, atque a Pighio descriptam reperi in ejus *Hercule Prodicio pag.* 145. habeturque io *Itinerario Antonini Aug. pag.* 236. *Edit. Wesselingii.*

Noricum Christianum. IV. Quemadmodum vero Romanum Imperium arcano Dei consilio amplificatum fuit in omnes prope orbis plagas, ut Ecclesiæ, io ipso sui ortu Romanis provinciis insertæ, promptior pateret aditus ad gentes barbaras, Evangelii luce collustrandas: ita & Romanus in Noricum dominatus Christianis oon paucis viam aperuit eo commigrandi. In Rippeosi Norico sub ipsa Apostolicorum virorum tempora constitutus fuit Archiepiscopatus Laureacensis; inde vero postea, quarto aut quinto sæculo complures viri sancti fidei annunciandæ causa in hoc Noricum pervenerunt: S. Severinus, S. Maximus Presbyter &c. quorum nihilominus impensam in Bavaros proficere operam præpedivit pagana altis adhucdum hærens radicibus impietas; præsertim quaodo inclinato jam, & anno 484 tandem peoitus collapso atque extincto Occideotis Imperio, in Augustulo Principe, Rutheni, Heruli, Gothi, Hunni &c. undequaque suis e latibulis exciti advolarunt ad diripiendas, sibique vindicandas superstites Imperii provincias, easque ferro & flamma vastaverunt; qua etiam in temporum calamitate S. Maximus Presbyter cum pluribus Christianis, in Spelæo Juvaviensi, ad S. Petrum hodiedum conspicuo, latitantibus, interfectus est ab Herulis grassantibus; & Juvavium, celebris Romanorum colonia, ab illis barbaris excisum fuit, tristesque inter ruinas tumulatum; ut hodie propemodum ignoretur, quo loco civitas illa constiterit. Fraocorum Regum ea potissimum ætate enituit potentia, qui repressis, qua licebat, illis barbaris, plures Imperii provincias, etiam Noricum, in suam potestatem redegere, & quibusdam earum, veluti Bavariæ, Duces præfeceruot, qui suo eas nomine, ac nutu administrarent.

Adventus S. Ruperti in Bojoariam. V. Theodo, hujus nominis secundus, Bavariæ Dux cum Ehreutrudem, Francorum Regum sanguine prognatam haberet uxorem; Christianis sacris devotam, ipse vero oihilominus pagano cultui inhæreret, divinitori afflatu permotus, & hortatu piæ conjugis, anno 696 Sanctum Rupertum accivit, virtutis fama late florentem, ac Wormatiensi Episcopatu nuper a Berchtario Duce, Arianæ hæresis vindice, probrose dejectum expulsumque, quem Ratisbonæ honorifice receptum impense precatus est, salutaribus ut disciplinis & Ducem, & populum imbueret, Christoque initiaret; quam sibi oblatam provinciam Rupertus ambabus ulnis amplexatus, adeo præclare excoluit, accitis pluribus aliis, Evangelici operis administris, ut oon diu post Ducem cum suis primoribus, infinitoque populo, tinxerit sacro baptismate, Apostolico munere ad usque inferiorem Pannoniam perfunctus. Redux demum extructis primum aliis in Bavaria ecclesiis, in Juvaviensi taodem civitate, quæ & Salisburgum dicta est, a Theodone Ecclesiæ, & Sancto Viro in donum data, sedem fixit, atque Hierarchiæ Saiisburgensis fecit initium (*d*).

S. RU-

(*d*) *In vita primigenia S. Ruperti, quæ manuscripta in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi Num. LXXIII attinetur, sic habetur:* Postea vero ad notitiam venit Sancto Pontifici Rodeberto, aliquem esse locum juxta fluvium Viarum, antiquo vocabulo Juvavensem vocatum, ubi antiquis scilicet temporibus multa fuerunt mirabiliter constructa ædificia, & tunc pene dilapsa, silvisque cooperta. Hoc audiens vir Domini, propriis cupiens perspicere oculis, quid inde ipsius rei veritas haberet, propter fidelium animarum lucrum, divina disponente gratia, cœpit Theodonem Ducem rogare, ut istius loci ei potestatem tribueret, ad extirpanda & purificanda loca, & ecclesiasticum, prout ei libitum foret, ordinare officium. Quod ipse Dux consensit, tribuens ei in longitudine, & latitudine de territorio super duas leugas possessiones, ut inde faceret, quidquid ei placeret ad utilitatem istius sanctæ Dei ecclesiæ. Tunc vir Domini ista cœpit renovare loca, primo Deo formosam ædificans Ecclesiam, quam in honore sanctissimi Petri, Principis Apostolorum dedicavit.

S. RUPERTUS,
Episcopus Salisburgensis I.

An. 696. VI. Nondum tamen Rupertus Diœcesim habuit in amplissima Bavariæ ditione, certis suis limitibus dimensam; cujus generis plures in Bavaria aliarum Sedium Episcopi extiterunt, qui dicebantur *Episcopi Regionarii*, & *adventitii*; quod propriam sibi, descriptamque Diœcesim non obtinerent; hæc quippe non acquiritur pro cujusque vagi Episcopi arbitrio, sed auctoritate ecclesiastici magistratus confertur, ut Canones asseverant. Contigit hæc diœcesana constitutio, quando S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus, jubente Papa, quatuor Bavariæ Episcopatus: Salisburgensem, Frisingensem, Ratisbonensem & Pataviensem, nulla antehac amplitudine definitos, suis quemque terminis digessit, ac distinctas reddidit Diœceses. Salisburgensi Ecclesiæ tum præfuit quartus Episcopus, dictus Joannes: Frisingensi Erembrecht, seu Erimbertus: Ratisbonensi Goibaldus: ac Pataviensi Vivilo; quem postremum Gregorius III Papa, Romæ a se ordinatum, in Bavariam misit (e), quemque etiam Archiepiscopali fuisse dignitate conspicuum intelligitur ex diplomate Arnulphi Imperatoris (f). Peractam hanc a Bonifacio Archiepiscopo Diœcesium definitionem, ordinemque probat, ac firmat Epistola Gregorii III Papæ, anno 740 ad Bonifacium data, ita perscribentis: *Igitur quia indicasti, perrexisse te ad gentem Bojoariorum, & invenisse eos extra ordinem ecclesiasticum viventes, dum Episcopos non habebant in Provincia, nisi unum, nomine Vivilo, quem nos ante tempus ordinavimus; & quia cum assensu Otile Ducis eorundem Bojoariorum, seu Optimatum provinciæ illius, tres alios ordinasses Episcopos, & in quatuor partes Provinciam illam divisisti, id est, in quatuor parochias, ut unusquisque Episcopus suam habeat parochiam, bene & satis prudenter peregisti Frater; quoniam Apostolicam præceptionem ex nostra vice implesti, & sicut tibi præcepimus, ita peregisti.* Inter Bonifacianas, a Serario editas est Epistola CXXX. Itaque cum certum sit, jam ante Vivilonem, qui anno 722 Pataviensem administrare Ecclesiam cœpit, alios jam extitisse in Bavaria Episcopos; signanter vero Salisburgi Rupertum, cum duobus aut tribus successoribus, de quibus tamen omnibus Pontifex Gregorius nihil sciverit, argumento hujus suæ Epistolæ: cumque Laureacenses in Norico Metropolitæ jam inde ab anno 660 desierint, persecutionum jactati procellis; neque Moguntina Ecclesia adhucdum esset in Metropolim erecta; hoc enim contigit anno 732 sedente Bonifacio; recte arguitur, Sanctum Rupertum, & Episcopos illos omnes non fuisse diœcesanos, sed Regionarios duntaxat, qui Apostolica Ecclesiam propagandi libertate progressi, sedes suas fixerunt, ubicumque licebat, in illa temporum, & hostium acerbitate; quin Metropolitarum accesserit auctoritas, aut confirmatio, neque etiam hierarchici ordinis decreta intercederent.

VII. Utut vero Rupertus, præcipuus inter alios fuerit Bavarorum Apostolus, qui Theodonem Ducem ipsum traduxerit ad Christiana sacra, & Episcopatum Salisburgensem inceperit, nemo tamen existimet, Rupertum primum extitisse, qui Hierarchiam Bavariæ intulerit. Diu ante Rupertum, in vastissimis Bavariæ plagis Episcopi suo fuere munere perfuncti, Regionarii quidem illi, quemadmodum Rupertus, omnes; veluti Ratisbonenses Episcopi jam inde a V Sæculo, id est, ab anno 470, quorum a primo Ratisbonensi Episcopo Paulino, ordinem & nomina recen-

(e) *Othlonus, Monachus Fuldensis, qui vitam S Bonifacii anno 1074 consignavit, Cap. 31 hæc scribit:* Sed sanctus Præsul Bonifacius, cum tantam sacerdotum fallaciam, atque malitiam non posse prohiberi perspiceret, Provinciam Bojoariorum, Odilone Duce consentiente, in quatuor divisit parochias, tresque magnarum virtutum viros eis præfecit, quos ordinatione facta in episcopalem gradum sublimavit. Quorum primus nomine Joannes in oppido, quod dicitur Salzburg, cathedram episcopalem suscepit: secundus Erimbertus in Frisingensi Ecclesia regimen pontificale subiit; tertius Gowibolt in Ratisbonensi civitate, quæ Metropolis Bojoariæ est, Pontifex constituitur. Vivalus quoque, a Præsule Apostolico jam ordinatus, Pataviensi Ecclesiæ prælatus est, sed ejus parochia, quæ quarta erat, a S. Bonifacio sicut cæteræ dividebantur. *Apud Canisium Lect. Antiquarum Tom. III pag.* 353. *Editionis Basnage.*

(f) *Imperator ait:* quod Wichingus Ecclesiæ Pataviensis Præses Venerandus, obtulit nobis auctoritates immunitatum piæ recordationis Caroli atque Ludovici, Serenissimorum videlicet Imperatorum, quibus continebatur insertum, qualiter ipsi prædictam sedem, quam Vivilo quondam Sanctæ Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopus post excidium, & miserabilem Barbarorum devastationem ejusdem Laureacensis Ecclesiæ, nusquam alibi inventa suæ tuitionis securitate, primus episcopavit, Otilone strenuo Bavarorum Duce concedente. *Apud Hundum in Metropoli Salisb. Tom. I. pag.* 349.

recenſet Hundius in *Metropoli Salisburg. Tom. I pag.* 185. Ipſo S. Ruperti tempore Friſingæ ſedit S. Corbinianus Epiſcopus: Laureacenſis Archiepiſcopatus in Rippenſi Norico, ut dixi, ſub ipſa Apoſtolorum tempora jam cœpit. Hi Epiſcopatus per Noricum vetus, per Vindeliciam & Rhætiam diſperſi, & Boico dominatu comprehenſi, facile indicant, jam tum tres illas provincias in Bavariæ amplitudinem commigraſſe. Immenſi autem Bavariæ fines tum præcipue patuerunt, quando Theodo II Bavariæ Dux anno 715 Bavariam in quatuor diviſit partes, & a ſe, & a tribus filiis adminiſtrandas. Inde Tetrarchia nata eſt, quam Aribo, Epiſcopus Friſingenſis octavo ſæculo in vita S. Corbiniani Cap. 10 commemorat: *Dux Theoda*, ait, *inſignis potentia, & virilis virtute, cum filiis decorus, & nobilium virorum alacritate præcipuus: cujus longe lateque felix fama ſuccreverat, provinciam ipſam ſibi, & ſoboli illius in quatuor partes diviſit*; apud Meichelbeck Tom. II pag. 8. Tres vero Theodonis filii fuere: major natu Theodo, ſeu Theodebertus: alter Grimoaldus: tertius Theodebaldus. Provincias, quæ ſingulis partito obvenerint, refert *Aventinus Lib. III Annalium Boicorum pag.* 283. Theodo pater Noricum vetus, id eſt, inferiorem Bavariam, ad usque Onaſi, in Iſtrum influentis, oſtia retinuit, & Reginoburgi ſeu Ratisbonæ ſedem ſuam locavit: filio majori natu, Theodeberto Rhætia obtigit, & Atheſina vallis ad usque Metas Teutonicas, vulgo Teutſch Metz, & Bolſani conſedit: Grimoaldus Sundgaviam, ſeu ſuperiorem Bavariam ſortitus eſt, habitavitque in Fruxinenſi arce, id eſt, Friſingæ: tertius demum filius Theodebaldus potitus eſt Nordgavia, quam olim incoluerunt populi Nariſci, atque Pataviæ fixit habitaculum. Ex quo Bojoaricæ ditionis ampliſſimi fines intelliguntur.

VIII. Porro maximum Hierarchiæ Bavariæ incrementum attulit Gregorius II Papa, qui, quod tum ex Theodone II Bavariæ Duce, Romam ad limina Apoſtolorum anno 715, ut habet Anaſtaſius (g), pietatis cauſa profecto, tum ex S. Corbiniano circa id ipſum tempus Romam delato (h) intellexiſſet Eccleſiæ ſtatum in Bavaria conſtitutæ, præcipuis laborantis eccleſiaſticæ diſciplinæ capitibus, ut normam præſcriberet, inſtructionem Canonicam exaravit, ſeu *Capitulare*, illudque Martiniano, in Sabinis Epiſcopo, Georgio Presbytero, & Dorotheo Subdiacono, Legatis ſuis eo deferendum, obſervandumque commiſit. Quod Capitulare Gregorii II Pontificis Maximi, juxta variantes lectiones emendatum, hoc exhibere loco bene viſum fuit.

IN NOMINE DOMINI:

Anno 715. Incipit Capitulare a Gregorio Papa Urbis Romæ datum Reverendiſſimo Fratri noſtro Martiniano Epiſcopo, Georgio Presbytero ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, atque Dorotheo Subdiacono prædictæ Sedis, euntibus cum Domini auxilio in Bojoariam.

CAPITULA.

I.

Ut datis noſtris ſcriptis, ita ut cum Duce Provinciæ deliberetis, quatenus Conventus aggregetur Sacerdotum & Judicum, atque univerſorum gentis ejusdem primariorum, & exquiſitis ſacerdotibus, atque Miniſtris, quorum Canonicam approbaveritis extitiſſe promotionem, ac rectæ fidei tenere, aut recipere rationem, his ſacrificandi, & adminiſtrandi, ſive etiam pſallendi ex figura & traditione Sanctæ Apoſtolicæ & Romanæ Sedis, Eccleſiæ ordine tradatis poteſtatem. Quorum vero non claruerit recta fides credulitatis: aut approbata ſolemnitas Canonicæ Ordinationis, illis per omnia prohibeatur licentia miniſtrationis, ut ſubrogentur canonice probabiles ſucceſſores.

II.

Ut loca ſingularum Eccleſiarum providentes, quomodo unusquisque Sacerdos, ſeu Miniſter, erga Eccleſiam debeat converſare, vel qualiter ſacra Miſſarum Solemnia, ſive cætera divinarum horarum officia, ſive etiam lectionem ſacrorum novi atque veteris Teſtamenti ordinabilia prædicamenta ſtudeat obſervare, ſecundum traditum Apoſtolicæ Sedis antiquitatis ordinem diſponatis.

III. Ut

(g) *Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Gregorii II Papæ*; Eo itaque tempore, *ait*, Theodo Dux gentis Bojoariorum ad Apoſtoli beati Petri limina primus de gente eadem occurrit orationis voto.

(h) Germaniæ ſanctæ Tom. I pag. 56.

III.

Ut consideratis locorum spatiis juxta Gehennationem (*) uniuscujusque Ducia Episcopia disponatis, & subjacentia singulis sedibus terminetis. Et si tres aut quatuor, vel majoris numeri visæ fuerint constitutæ sedes, reservato præcipuo Sedis loco pro Archiepiscopo residendo, adhibito trium Episcoporum Conventu, probabiles fide, ac boni testimonii, & eruditos sana doctrina viros ordinetis Antistites ex Authoritate Beati Petri Apostoli, & in subsequentis vigoris tradita dispensatione locis eis ereditis collocantes.

IV.

Ut præviso propter Archiepiscopum loco, si talem reperire poteritis virum, qui possit doctrinis salutiferis, & operum exemplis instruere sibi subditos Sacerdotes, ac regere prudentissime Clerum, ac plebem, & amplificare congrue creditas oves, aut datis litteris vestris eum ad nos dirigatis, ant vobiscum venire faciatis. Si certe talem invenire non poteritis, hoc aut per vos aut per vestras literas innotescatis; quatenus de hac sacra præmissa Sede providentes, utilem cum Dei auxilio dirigamus.

V.

Ut ordinatis Episcopis, unicuique illorum hoc detis ex scriptura nostræ ordinationis in mandatis, ne unquam ordinationes præsumat illicitas: ne digamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet parte corporis vitiatum, aut expœnitentem, vel cuilibet conditioni obnoxium, atque notatum ad sacros ordines permittat accedere, sed si quos ejusmodi forte repererit, non audeat promovere. Afros passim ad ecclesiasticos ordines prætendentes, nulla ratione suscipiat (**): quia plerique eorum Manichæi, & rebaptizati sæpius aut probati. Ministeria atque Ornatum Ecclesiæ, vel quidquid est, vel fuerit in patrimonium ejusdem, non minuere studeat, sed augere. De reditu vero Ecclesiæ, vel oblationibus fidelium, quatuor faciat portiones, quarum unam sibi retineat, alteram Clericis pro suorum officiorum sedulitate distribuat; tertiam pauperibus & peregrinis: quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam, de quibus divino erit redditurus judicio rationem. Ordinationes vero Presbyterorum, seu Diaconorum, non nisi quarti, septimi, & decimi mensium jejuniis, & in ingressu quadragesimali, atque vespere Sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem Baptismi Sacramentum non nisi in Paschali festivitate, & Pentecoste noverit esse præbendum, exceptis his, quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subvenire. Cui de reliquo Sedis Apostolicæ præmissæ Romanæ præcepta servanti cuncta subjacet religio, & universa generalitas populorum Christiani nominis renovata signaculo, ad obsequendum commoneatur corde promptissimo, ut irreprehensibile placitum fiat corpus Ecclesiæ per Christum Dominum nostrum.

VI.

Ut ita nubentibus, vel nupturis ordinem ex authoritate Apostolica detis, ut nec continentiæ causa judicetur damnabilis copula nuptialis, nec per licentiam nubendi præsumatur occasio fornicandi, sed sicut masculum & fœminam Deus in ipso exordio mundi præcepit conjungi, ut sint duo in carne una: ita juxta doctrinam Apostolicam (1. Corinth. VII. v. 2.) *unusquisque vir suam uxorem habeat*, & non licet invicem fraudare, nisi ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, dicente de se ipso Apostolo: *alligatus es uxori, noli quærere solutionem*: id est, superstite conjuge, ad alterius fœminæ concubitum non velle transire, quia eodem Doctore gentium adstruente: *qui fornicatur, in corpus suum peccat:* hoc est, in uxorem propriam, cum qua unum corpus est, cui fraudando per amplexus illicitos semetipsum sub peccati reatu obstringit. Unde nec reputandum est recte conjugium, quod duorum excesserit numerum, quia nisi in duobus non geritur jugum. Ipsum quoque unius viri & uxoris conjugium doceatur in proximitate sanguinis non esse penitus præsumendum: id est, ne quis uxorem Patris, aut Patrui, aut fratris, sive sororem suam, aut Patris, vel Matris, sive filiam sororis suæ, seu etiam filiam sororis Patris aut Matris audeat sibi conjugio copulare, aut in adulterio sociare. Quod si quis autem per conjugalem copulam aut adulterandi temeri-

(*) *Gehennatio*, id est, Jurisdictio, districtus. *Glossarium du Cange.*

(**) *Erat tum quippe mæstissima facies Christianæ religionis in Bavaria, quam exteri plures Sycophantæ, ex Africa & Anglia advenæ, gravibus imposturis polluerunt, ad faciendum quæstum. Arnoldus de Vocheburg id testatur, Libro I de miraculis S. Emeranni scribens:* Quia nuper Christianitatem acceperant Norici, immiserant se illis hæretici, qui ut in aliis regionibus facere consueverant, fas ibi nefasque confuderunt; horum alii se dicentes Episcopos esse, alii Presbyteros, alii diversi ordinis clericos, adinventiones suas quibusdam technis subornabant, sicque populum cum Principibus seducebant. *Apud Canisium Lectionum Antiquar. Tomo III Part. I. pag. 205. Editionis Basnage Audierat id nuper Gregorius Papa ex Theodone, Bavariæ Duce, & ex S. Corbiniano, Romam adventantibus; ideoque in præsens succurrere malo, & proterviam hominum sollicitudine & institutione pastorum depellere satagebat; maxime quod & Principes Episcopis auxilio futuros prospiceret.*

meritatem ausus fuerit perpetrare, noverit se incesti facinoris contaminatione obnoxiom esse, atque ob hoc indignum fieri Sacra communione Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi: sine cujus perceptione nemo poterit salvari (*). Nuptiis vero ipsis præferenda fidelium virginum & continentium doceatur integritas.

VII.

Ut nihil in perceptione ciborum judicetur immundum, nisi quod fuerit idoliis immolatum: quia, juxta quod magisterio Apostolico docetur (1. Timoth. IV, 4.) *Omnis creatura Dei bono, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.*

VIII.

Ut somnia & auguria, quia juxta divina oracula vana sunt, non attendenda penitus doceantur.

IX.

Ut Incantationes & fastidiationes, sive diversæ observationes dierum Kalendarum, quas error tradidit paganorum, prohibeantur, sicut maleficia, & magorum præstigia, seu etiam sortilegium, ac divinantium observatio execranda.

X.

Ut Dominicis diebus doceantur, non licere omnino jejonare propter Resurrectionis Dominicæ Sacramentum, neque in festivitatibus Dominicis, Nativitatis, aut apparitionis, id est, Epiphaniæ, sive Ascensionis.

XI.

In omnibus ita Christi Charitas teneatur, quatenus secundum statuta sacrorum Canonum, oblationes diffidentium priusquam reconcilientur, nullo modo in Ecclesia recipiantur.

XII.

Ut pœnitentiæ remediis nemo se non egere putet pro quotidianis humanæ fragilitatis excessibus, sine quibus in hac vita esse non possumus.

XIII.

Ut de spe resurrectionis futuræ ita instituantur, ut eodem ordine, eademque forma, qua ipse Dominus resurrexit a mortuis, omnes homines resurrecturos esse non dubitent, in eodem corpore, in quo sumus & vivimus, non naturam aut sexum mutantes, sed solum fragilitatem & vitia deponentes. Ipsum quoque Satanam cum Angelis suis, atque cultoribus, æterno incendio concremandum, neque secundum quorumdam sacrilegam disputationem, ad pristinam, id est, angelicam dignitatem, unde decidit, redeundum, juxta quod Dominus in Evangelio se prædixit dicturum reprobis stantibus a sinistris in futuro judicio: *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo & Angelis ejus.* Bene valete. Datum Idibus Martii: imperante Domino Augusto Anastasio, a Deo coronato Imperatore. Anno tertio Patriciatus. *Qui fere cum anno 751 congruit.* *Matthæi, Cap. XXV.*

Qua vero fortuna hi Legati suo sint munere in Bojoaria perfuncti? quid reduces ibi actum fuisse, Romanis attulerint? nuspiam annales prodiderunt. Augurari licet, hæc omnia etiam in Salisburgensem Provinciam penetrasse, & progressui Hierarchiæ surgentis tulisse suppetias, sanctoque Episcopo Ruperto Apostolicorum laborum normam præluxisse, qui ut habet vita ejus primigenia: *assidue totum spatium istius circuiens Patriæ confirmans animas Christianorum, ammonensque in fide fortiter permonere, quod verbis docuit, operibus adimplevit mirificis, ibique construƈtis consecratisque Ecclesiis, ordinatisque inferioribus & superioribus gradibus proprium sibi ordinavit Successorem,* ac mortuus est anno 723. ut Henricus Valesius, Mabillon, & Pagius judicarunt (**). Hunc excepit

VITA-

(*) *De hac Eucharistiæ ad salutem necessitate late differui* in Canone dogmatum Christianorum, Lib. I. pag. 416. *Dalham.*

De Chronologia Salisburgensis controversa, & anno adventus S. Ruperti.

(**) *Quonam anno S. Rupertus primum venerit in Bojoariam? historicorum est, chronologorumque controversia. Cl. Auctor Chronici novissimi Salisburgensis, e quadam Inscriptione, & constanti traditione sui Monasterii affirmat fuisse annum Christi* 582: Mabillonius *vero in Annalibus Benedictinis Tom. I. ad annum* 696: *item* Pagius *in Critica Baronii Tomo III. ad hunc eundem annum:* Henricus Valesius, Hansizius, *& celeberrimus Auctor Operis,* l'Art de verifier les Dates &c. *dixi Chronologia Regum Francorum, & Bavariæ Ducum, atque aliis documentis securioribus, pertendunt, adventum S. Ruperti in Bavariam defigi oportere in annum Christi 696: Childeberto III. Francorum Rege, ut supra in Chronologia Regum Francorum allatum est, & Theodone II. Bojoariæ Duce; quem calculum posteriorem & nos sequimur in hoc Opere Conciliorum, prætereundo penitus partium inter se pugnantium ambages, quas convellere non est nostri instituti. Mirum tamen videri debet, quod præstantissimus Auctor* Commentarii de veteri Juvavia, *germanico idiomate nuper editi, posquam utriusque partis adversantis argumenta, ac basim operose, subtiliterque exposuisset, quænam sententiarum præponderet alteri? non se assequi fassus, rem in medio indecisam reliquerit, quin potius in priorem propenderit sententiam. Cum tamen magni nominis Abbas Gerbertus* Tom. I. Lib. III. Historiæ Silvæ Nigræ *apud Meusel* in Commentariis literariis anni 1784 *affirmet: eos, qui priorem sententiam,* in Chronico novissimo *traditam defendunt, longe peregrinari extra* [illegible] *Histo-*

Anno 723. **VITALIS,**
Episcopus Salisburgensis II.

730. **FLOBARGISUS,**
Episcopus Salisburgensis III.

739. **JOANNES,**
Episcopus Salisburgensis IV.

XI. *Sanctus Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus hoc anno*739. *Provinciam Bavariæ, Otilone Duce consentiente in quatuor divisit Parochias, tresque magnarum virtutum viros eis præfecit, quos ordinatione facta, in Episcopalem gradum sublimavit. Quorum primus nomine Joannes in oppido, quod dicitur Salzburg, cathedram Episcopalem suscepit: secundus Erimbertus in Frisingensi Ecclesia regimen Pontificale subiit: tertius Ganbaldus in Ratisbonensi civitate, quæ Metropolis Bojariæ est, Pontifex constituitur: Vivulus quoque a Præsule Apostolico jam ordinatus, Pataviensi Ecclesiæ prælatus est; sed ejus parochia, quæ quarta erat a S. Bonifacio, sicut ceteræ, dividebatur.* Ait Othlonus in vita S. Bonifacii lib. 1. cap. 31. apud Canisium Lect. Antiq. Tom. III. part. 1. Edit. Basnag. Adeoque Joannes hic fuit Salisburgi primus Diœcesanus Episcopus, cujus antecessores Regionarii duntaxat fuerint, Salisburgi sedentes, non Ordinarii, quod nempe proprium, certisque limitibus definitum Episcopatum nondum tenuerint.

Egit id Bonifacius, ut Legatus & Vicarius Sedis Apostolicæ, qui etiam extra Archiepiscopatus sui fines, Vicariam Romanæ Sedis auctoritatem exercuit in Bojoariam, in majoribus quoque Episcoporum causis, ut legati Apostolici agere passim, ac jure suo consueverunt (*i*). Idque eruitur ex Epistola Gregorii III. Papæ ad Bonifacium anno 740. data, quæ est CXXX. inter Bonifacianas a Serario editas (*k*); ait in ea Epistola Pontifex, Bonifacium Moguntinum Archiepiscopum in partitione Episcopatuum Bojoariæ adimplesse vices Romani Pontificis, quemadmodum ei erat præceptum. Et Agapetus II. Pontifex diu postea, anno nimirum 946. ad Gerardum Laureacensem liquido perscripsit: Arnonem primum surrogatum esse Salisburgensem Archiepiscopum, *vacante ab Apostolico Vicario Bavarorum regno* nulla Archiepiscopi, qui antehac Bavariæ præfuisset mentione facta. Commonuit præterea officii ea in epistola Pontifex Bonifacium, eumque jussit, pro roborandis fidei, & disciplinæ institutis, cogere Concilium ad ripam Danubii, cujus germanici Concilii anno 742. habiti, acta & Canones, Cardinali Baronio prorsus incomperti, Labbeus ex vetustissimo codice Palatino Bibliothecæ Vaticanæ deprompsit, eosque inseruit suæ Conciliorum collectioni *Tom. VI. pag.* 1533. Nominantur in illius præfatione Episcopi præsentes, quin tamen Salisburgensis Episcopi, aut loci, ubi ea acta sit in Germania Synodus, fiat mentio. Fuerit autem hoc Concilium in Bojoaria, & forte, ut quibusdam videtur, Ratisbonæ convocatum, Salisburgense tamen nec esse

Historicorum, Criticorumque præsidia, neque sinceris insistere suæ sententiæ rationibus; sic quippe, qui uni alterive domestico innituntur documento, aut inscriptioni, sæpius, ut infra videbimus, fallaci, infeliciter plerumque rem agunt contra illos, qui ex contensis plurium aliorum synchronis testimoniis dubiorum eventuum tempora, ætatesque metiuntur; præsertim dum detegitur in antiquo MS. erasas aliquando data opera fuisse a falsariis literas & numeros, ut posteris in rem suam imponerent; neque etiam studiosis antiquitatum tantopere rari occurrunt codices, hoc nævo contaminati. Certo Academici Monacenses Tomo XIV Monumentorum Boicorum pag. 377. *id se reperisse testantur in inscriptione antiqua, ipsius S. Ruperti annos & chronologiam definiente.*

(*i*) *Clemens IV. cap. 2. de officio Legati in VI.* Legatos quibus in certis provinciis committitur legationis officium, ut ibidem evellant, & dissipent, ædificent atque plantent: provinciarum sibi commissarum, ad instar Proconsulum, cæterorumque Præsidum, quibus certæ sunt decretæ provinciæ moderandæ, ordinarios reputantes, præsenti declaramus edicto, commissum sibi a Prædecessore nostro Legationis officium nequaquam per ipsius obitum exspirasse.

(*k*) *Ait in ea epistola Gregorius III.* Igitur quia indicasti, perrexisse te ad gentem Bojoariorum, & invenisse eos extra ordinem Ecclesiasticum viventes, dum Episcopos non habebant in Provincia, nisi unum nomine Vivilo, quem nos ante tempus ordinavimus, & quia cum assensu Otile Ducis eorumdem Bojoariorum, seu Optimatum Provinciæ illius tres alios ordinasses Episcopos & in quatuor partes provinciam istam divisisti, id est, in quatuor Parochias, ut unusquisque Episcopus suam haberet Parochiam; bene & satis prudenter peregisti Frater, quoniam Apostolicam præceptionem ex nostra vice implesti, & sicut tibi præcepimus, ita peregisti.

esse omnino, neque dici potest; propterea, quod ab extero Episcopo Bonifacio & extra Diœcesim Salisburgensem, sit coactum, & quod Salisburgensis Episcopus Joannes eidem non subscripserit, nec interfuerit. Hujus generis fuit & alterum Germanicum Concilium anno 745. ab eodem Bonifacio Archiepiscopo celebratum, cujus memoriam & quid in eo generaliter actum sit, Serarius nobis conservavit *Lib. III. Historiæ Moguntinæ Cap.* 44.

S. VIRGILIUS,
Episcopus Salisburgensis V.

Anno 745. X. Adiit Virgilius Pontificatum Salisburgensem eodem anno 745. quo Ottilo Dux Bavariæ inter vivos esse desiit. Filius ejus Tassilo II. juvenis admodum, agebat in aula Pipini regis, ubi etiam post mortem patris aliquot adhucdum annos exegit, quousque opportuna rebus administrandis ætate potiretur; ac anno demum 763. Principatum auspicaturus ad suos rediit. „Eo tempore, ut habet Aventinus *Lib. III. Annalium Boicorum pag.* 302. *Proceres* Bojorum, Episcopi, & monasteriorum Præsules, ut mos gentis est, Aschaemi, vicus est superioris Bojoariæ, inter Oenum & Isaram conveniunt. Veteri consuetudine novo Principi administrandi leges præscribunt hujusmodi: Templa sacrosancta sunto. uti Pontifices res Ecclesiasticas procurent. monachi recte vivant. omnes Decimas tribuant Sacerdotibus. Princeps Juri suo operam dato, pupillos, viduas, inopes, ab calumnia potentum defendito: pauperum & inopum querimonias ipse audito, & cognoscito. Magistratibus, Præsidibus, Præfectis, Prætoribus, nec cives, colonos, pauperes servitute opprimant, demandato. Neque illorum avaritiæ inopes prædæ esse sinito. „Nec enim æquum est, ut illi de visceribus Reipublicæ, cum antea pauperes & mendici fuerint, locupletentur, & fortunis miserorum ditentur. Creditæ sunt illis provinciæ, ut tanquam parentes consulant pauperibus, non ut divites fiant & luxurientur. Leges Bojorum ubique observato, ne qua fraus ipsis fiat, caveto. Incosta conjugia, adulteria coinibeto. Culpam supplicio recidito: primum Jus, legesque exerceantur, deinde eas clementia lenire fas esto, & temperare. „Quemadmodum Imperator Cœlestis per Mosen regi præcipit, omnibus cognitionibus, convivii Sacerdotem, legis christianæ peritum, adhibeto: quo omnis sententia, omnis sermo Principis Divino sale conditus fiet. „Ne quid temere christianæ justitiæ adversum fiat, aut committatur, quo Deus O. M. ad iracundiam provocetur. Neve Judices munera accipiant, & noxii, ita mores sunt, insontibus præferantur." Hæc de Concilio in Aschaim summatim Aventinus commemorat; uberiora autem illius Concilii acta nuper detecta fuere in antiquissimo nongentorum fortassis annorum Codice Bibliothecæ Capituli Cathedralis Frisingensis, quæ deinde anno 1763. inserta fuere Commentariis *Academiæ Bavaricæ Tom. I. pag.* 47. (*l*) Ex

(*l*) Domino gloriosissimo Duce nostro Tassiloni maxime congregatio Jure Synodali per præsentes Eulogias in Christo Salutem dirigitur.

(*) *add. cum secundum* Sufficit enim Christianis (*) normam priscorum Patrum vitam deducere, & eorum authoritate passim gradibus polum scandere: tamen propter diversitatem temporum diversa necessitate componendi compellitur. Propterea sanctumque est congregatio Sacerdotum in dictis temporibus, Deo opitulante, ut diversa jure considerentur. Nam qui hos præcessores, Pastores, & Patres nostros docuit, ipse & nos docebit, sicut veritas ait: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Misit nos, qui missurus erat. Ideo indesinenter Deo referimus grates, qui te nostris temporibus constituit Principem: quia si in ætate tenerulus in sensu sanctæ Scripturæ Prædecessoribus tuis maturior appareris (**). Propterea time Deum, & custodi vias ejus. Nam qui illum non habet placatum, nunquam evadit iratum.

(**) *lege appares*

Dalham, Concil. Salisb.

Caput I.

Præcipimus enim, ut omnes, tam Sacerdotes, quam Monachi, & omnis cleros Ecclesiastice jure non tantum in missarum celebratione, sed etiam in omnibus horis cursalibus, tam pro anima Scellentiæ vestræ, quam pro vita, & regni inlæsione, & fidelium vestrorum die, nocteque preces Deo fundere debeant. Et si aliter quis inventus fuerit, deponatur.

Caput II.

Ut Ecclesias a priscorum antecessorum vestrorum aut vestris temporibus fundatas sine fraude permanere illæsas debeant, ubi oculi Domini malos & bonos contemplantur. Unde & veritas per Paulum dicitur: *Si quis autem templum Dei violaverit, & reliqua.* *I Corinth. III v. 17.*

Caput III.

De Potestate Episcoporum, quibus claves, polique ligandi atque solvendi debentur, & curam pastoralem exercent in plebe (unde

Ex contensis hujus Frisingensis Codicis, & Aventini locis recte concludi putem. *Primo* non tam Concilium Ecclesiasticum in Aschaim tum habitum fuisse, quam conventum Provinciæ Boicæ, ex Ecclesiasticorum æque ac civilium ordinum hominibus conflatum, qui, ut in comitiis fieri assolet, intenti in totius gentis commoda, saluberrimis quibusdam formulis, atque conditionibus illigarunt juvenem, & inexpertum Principem, ut nempe gradienti ad feliciora tempora communirent viam. Hac de causa, in Codice Frisingensi, omnia Capita collimant in Ducem Tassilonem, ceu præcipuum confectorem mandatorum. Aventinus certo palam indicat, novo Principi ibidem administrandi leges fuisse præscriptas, quo Ecclesiæ concilia non feruntur, neque etiam *more gentis*, ut Aventinus ait, hæc convocari consueverunt. Erat autem *Aschaim* olim villa publica, seu proprius consiliorum locus; hodie sedet in ruinis, non longe Monachio distans, DiœcesisFrisingensis.

Secundo fuisse nihilominus a Præsidibus Ecclesiarum Boicarum congregatis,

---

& sine dubio rationem reddituri sunt) ut Ecclesiasticis rebus dominentur, atque spensando provideant. Unde Synodus Nicenensis ait: ut omnes res Ecclesiasticas in potestate Episcoporum sint (*).

(*) *Est Can. VII. Concil. Gangr. qui Nicænus dicitur, quod Codex Canonum a Concilio Nicæno incipiat.*

CAPUT IV.

De legibus Ecclesiarum paterna reverentia comperiemini, & nos maxime admoneri oportet, quod totus diffusus orbis, oriens occidensque conservat, & præcessorum nostrorum relicta pacta insinuant. Quicunque Domum Dei & altare ejus fraudare conatur, quibuscunque præsidiis, in ipso altare jurare faciatis, ut ne eorum læsionibus ab altare alienetis.

CAPUT V.

De Decimis Deo reddendis Propheta testatur: ut si quia Decimam revertatur. Unde venit, nt quicunque aut odio Presbyteri, eut avaritiæ modo Deo Decimas reddere noluerit, ut manus vestræ Decretus confirmetur, nt dupliciter Ecclesiæ censum reddatur, & in vestræ requerillæ secundum possibilitatem culpabilis existat,

CAPUT VI.

De Diœcesanis, nt Presbyteri sibi minime injungere debeant, nisi secundum constitutionem Episcoporum, qualiter sacerdotalem eut pastoralem queant exercere curam.

CAPUT VII.

Ut ipsi Presbyteri & alienas oblationes aut decimas sibimet minime ingerere conentur. Unde Gregorius ait: *per extraneam messem transiens falcem mittere non debet.* Et alibi: *quod tibi non vis fieri, alus ne facias.*

CAPUT VIII.

De abbatibus & abbatissis convenit edmonendi, secundum possibilitatem & loci administrationem, ut regulariter vivere debeant eum providentia Episcoporum, quorum cura hæc adesse dignoscuntur; unde & veritas: *Omnis plantatio, quam non plantavit* & reliqua.

Matth. Cap. XV. v. 8.

CAPUT IX.

De Clericis, & Nonnanis, nt aut in Monasterio ire debeant; aut eum consensu Episcoporum, cui hæc credita sunt, regulariter vivant. Et si hoc agere noluerint, exterminentur.

CAPUT X.

De viduis & orfanis admoneri oportet, nt sine calumniis potentium efficientur. Unde Propheta testatur: *Vociferabuntur ad me.* Et reliqua.

Exod. Cap. XXII. v. 32.

CAPUT XI.

De oppressione pauperorum admonendi convenit, ut per omnia Præsides, seu Judices, centuriones atque Vicarios admonere, seu præcipere debeatis, ut sine ulla injusta calumnia permaneant. Unde Evangelium testatur: *Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.*

Luc. Cap. I. v. 52.

CAPUT XII.

De reliquo promiscuo vulgo, ut in lege Bajouariorum consistere debeant, ut de eorum hæreditate exceptis capitalis criminibus non alienentur. Unde veritas: *Nolite judicare, & non judicabimini*, & reliqua. Primum quidem judicium, postea misericordia.

Leg. Bajuvar. Tit. II. Cap. I. §. 3. apud Baluz.

Luc. Cap. VI. v. 37.

CAPUT XIII.

De incestis eonjugiis maxime convenit, ut per omnia vestro consequamini decreto, quo in præsente villa publica, noneupante Aschaeim, constituere recordamini. Unde & Paulus: *Neque adulteri regnum Dei possidebunt.*

Chiniac in Capit. Tom. I. pag. 111.

I Corinth. Cap. VI. v. 9.

CAPUT XIV.

De Missis vestris per circuitum Diocenum, nt ibi quendam sacerdotem cum his mittere dignemini, ut ne innocens fraude deceptus calumniis afficiatur, & vobis in culpa commutata pecunia recurrat, pro quos in ætate positum sub jure offenso redditurum, rationem te reddere fatemur: aut si recte Te geris, sine hæsitatione remuneraturum in die judicii esse credimus, atque testamur.

CAPUT XV.

De judicio publico, & clamore pauperorum per singulos sabbatis fiendi aut per dies Kalendarum, ut in auribus Clementiæ vestræ ecta prænuntient diversa. De quibus diebus te epulaturum fatearis, si hoc agere coneris, testare eudemns. Et in his diebus semper Sacerdos adesse debeat, ut sit sententia vestra Dei sale condita, ut ne judices terreni propter præmias causas torquantur, & innocentes opprimantur, aut nocentes justificentur.

Textum hunc, barbaro sermone octavi sæculi scatentem, Librarius imperitior, qui descripsit, prope inintelligibilem reddidit; nihilominus, si hoc concilium patria illius sæculi lingua fuisset exaratum, majorem afferret horrorem Germanica nostra, ac peregrina locutio auribus; ad illius quippe obsoletæ intelligentiam sola divinatio manuducit; quod exhibet Germanica abrenunciatio Diaboli in Leptinensi concilio, anno 745 *edita, quam Labbeus* Tomo VI Conciliorum pag. 1535. *inseruit.*

gatis, tanquam a sacro Magistratu constituta illa Aschaimensis Conventus Capita. Cum enim in ejusmodi Provincialibus conventibus agerentur & ecclesiastica simul & civilia pro communi bono, dispescebantur passim Episcoporum & Procerum ordines, atque in separato conclavi de rebus quique propriis contulerunt consilia, aut de mixtis conjunctì, ac quod optimum videbatur, definiverunt. Quod elucebit ex Hincmari Archiepiscopi Rhemensis fide, mox infra laudandi in *Concilio Salisburgensi V. anni* 932. Nonnunquam ecclesiasticus Senatus constitutiones suas adservavit suis in tabulariis, sine civilibus decretis, in eodem conventu editis, quæ deinde civilia decreta temporum decursu penitus periverunt; quemadmodum & in hoc Aschaimensi Conventu contigisse existimo; uti & in altero Vernensi, quem Pipinus Francorum Rex in palatio suo Verno coegit Anno 755; cujus conventus ecclesiastica concīusa, nomine *Vernensis Concilii* insignita refert Labbeus *Tomo V. Conciliorum pag.* 1664. Videntur autem Patres Aschaimenses Conventum Vernensem sibi proposuisse, ceu normam agendi; nam Præfationem iisdem prope verbis auspicantur, inibique eadem cum reverentiæ significatione illi appellant Pipini Regis, hi Tassilonis Ducis patrocinium. Pluraque capita Aschaimensis concilii videntur esse ex Vernensi deprompta: Caput VIII. Aschaimensis Concilii *de regulari vita virorum & fæminarum sub Episcopi custodia*; item Caput X. ejusdem Concilii *de Viduis, & orphanis* totum exactum est ad Canonem V. & XXIII. Vernensem &c.

Tertio. Hoc Aschaimense Concilium nec esse, nec dici posse Salisburgense Concilium; neque Salisburgensium Conciliorum, quibus percensendis hic proprie immoramur, numero comprehendi; nam auctoritate Ordinum Bavariæ, ecclesiasticorum æque ac civilium, congregatum fuit, non auctoritate Episcopi Salisburgensis, aut Metropolitæ, qui nondum creatus erat: neque etiam intra limites Diœcesis Salisburgensis; cum Aschaim ad Diœcesim Frisingensem pertineat; nec etiam ullus Episcoporum Salisburgensium huic subscripsisse concilio reperiatur.

Ejusdem omnino generis fuit & alter Conventus, seu, ut dicunt, concilium, quod Tassilo II. Dux Bojoariæ Anno 772 Dingolvingæ coegit, quodque concilium Vir clarissimus Marcus Velserus ex antiquissimo Codice Domini Lautherii, Præpositi Monacensis primum descripsit, atque deinde Binius in suam Conciliorum Collectionem intulit *Tomo III. pag.* 282. Hujus Conventus Decretis etiam subscripsit S. Virgilius Salisburgensis, seu Juvaviensis Episcopus, nempe post Mannonem, Nievenburgensem Episcopum, cujus Diœcesi Dingolvinga suberat. Estque hoc primum vestigium alicujus Salisburgensis Episcopi, qui Concilio ulli unquam Chirographum apposuerit. E re esse judicavi, acta hujus Conventus huc attexere, pro internoscendis eo tempore Hierarchiæ Salisburgensis & ecclesiasticis, & civilibus legibus, pro quarum observatione, quæ sub Arnone Archiepiscopo deinde agi cœperunt, Salisburgensia Concilia præcipue respiciunt.

Anno 772.

Concilium Bavaricum apud Dingolvingam
Anno XXII. Thassilonis, Bojoariæ Ducis, celebratum, tempore Hadriani Papæ I. Anno Christi DCCLXXII.

De Concilio, quod Dux Tassilo apud Dingolvingam celebravit.

Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, in anno vero XXII. Regni religiosissimi Ducis Tassilonis gentis Bojoariorum, sub die consulem (*) quod erat II. Id. Octob. atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII. Indict. X. Divina præflatus inspiratione, ut omne Regni Dei prænotatus Princeps collegium procerum coadunaret in villam publicam, Dingolvingam nuncupatam, ut ibi tam regulare moderaretur in sancto habitu cœnobium virorum, & puellarum, quam Episcopales moderaretur obsequias, insuper gentis suæ institutiones legum per primatos imperitos, universa consentiente multitudine, quæ reperit diuturna vitiata, & quæ videbantur abstrahendo evellere, & quæ decretis placerent, componendo instituerentur. Inter tot vero collegia Sacerdotum, devolutis Episcoporum & Abbatum in præsentia paginis, regularis ordines vitæ atque canonum normas, vel decreta Patrum nullis comprobare quiverant testimoniis, ut Monachis Parochiæ commendari deberent, vel publica baptismatis obsequia, nisi forte pro peri-

lege peritos primates.

(*) *Sunt, qui existimant* sub die consule *esse formulam in literis Tassilonis sæpius recurrentem; alii diem* Calisti *significari autumant.* Dalham, Concil. Salisb.

periculo mortis, & nihil eorum implerent commorandi negocio excepto, si vicissitudinis villarum propriarum singulis anuis obedientialibus curis commissio ab Abbate proprio fuerit determinata. Unde ab universis Abbatibus facta professio, ut minime titulis popularibus se ingerere depellerentur, & hæc omnia, cui commissæ sunt plebes, sub potestate Episcoporum permanerent, sicut in sanctis Synodis, vel decretis priscorum Patrum perarata comprobat conscriptio, ab Episcopis vero simili modo. Et nihilominus prælatis ponderaverunt sententiis, ut erga eos caritatis gererentur curæ, ita ut canonica autoritas confirmat, & spiritualis concordia declarat. Hoc peracto concilio, & ab universis uno ore confirmato, ut si quis de eadem institutione deviare præsumpserit, a Collegio eorum alienetur, usque iterato examine, id est, publica Synodo.

Hæc sunt Decreta, quæ constituit sancta Synodus in loco, qui dicitur Dingolvinga, Domino Tassilo mediante.

De die dominico ita constitutum est, ut tali honore habeatur, sicut in Lege scriptum est, & in Decretis canonum. Et si quis præsumpserit frangere contra Legem, aut decreta canonum, tali pœna subjaceat, sicut ibi scriptum est.

De hæreditate, quæ tradita est ad Ecclesiam, ita constituit, ut quisquis hæreditatem suam ad Ecclesiam ante donaverat, aut postea donaverit, si quid mutare voluerit, chartam suam habeat ita scriptam, ut locum, & tempus, & personam habeat, aut tribus testibus fidelibus, & nobilibus testificetur. Si sacerdos non habeat chartam, nec testem, ut prædiximus, tunc sicut in Lege Bojoariorum, & judex judicat, sic defendat.

De eo, quod Episcopi juxta canones, & abbates Monasteriorum juxta regulam viventes, ita constituit.

De eo, quod Sanctimoniales, quæ in servitio Dei sunt, ita constituit, ut nullus ausus sit in conjugium, aut matrimonium ducere; aut siquis ausus fuerit contra decreta canonum, ita componat, sicut canones decreverunt.

De eo, quod jus ad legem, quam habuerunt in diebus patris sui, nobiles, & liberi, & servi ejus, ita donaverunt, ut firma fieret.

De eo, quod, ut si qui de nobili genere, de hæreditate sua dare vellent ad Sanctuarium Dei, in sua potestate esset, nemo prohibuisset, nec mutaret in perpetuum.

De eo, quod ut servi Principis, qui dicuntur *Adelschalcke* (*), ut suam habeant *Weregeldam* (**), juxta morem, quem habuerunt sub parentibus, & cæteri minores Weregeldi juxta legem suam, ita constituit.

De eo, quod parentes Principis quodcunque præstitum fuisset nobilibus intra Bojoarios, hoc constituit, ut permaneret, & esset sub potestate uniuscujusque relinquendum posteris, quamdiu stabiles fœdere servassent apud Principem ad serviendum sibi, & hæc firma permaneret, ita constituit.

De eo, ut nullus hæreditate sua privetur, nisi per tres causas, quæ in pacto scribentur: propter homicidium, hoc est, ut quisquis hominem Principis sibi dilectum occiderit, ob injuriam Principis, & ad calumniam, hominem componat secundum legem, tunc privetur hæreditate sua.

De eo, quisquis mulierem nobilem acceperit in conjugium, & non præscivit, ita constituit, ut iterum libera esset, dimittat servum, & postea non redigatur in servitium, sed esset libera.

De eo, quod & si quis de quocunque reatu accusatus ab aliquo potestatem accipiat cum accusatore suo pacificare, si voluerit, antequam pugnam, quæ *Wedahinc* (***) vocatur, permittit.

De eo, quisquis de nobili genere deprehensus fuerit de illis IV causis, de qua supra diximus; si ille hæreditate sua portionem pro illius criminis reatu perdat, uxor autem illius suo jure non privetur, ita constituit.

De collaudatione, quam Episcopi & Abbates in Bojoaria inter se fecerunt, pro defunctis fratribus.

IN CHRISTI NOMINE.

Notitia qualem convenientiam gentis Bojoariorum Episcopi & Abbates inter se fecerunt, quorum nomina infra perarare stylo decrevimus. Id est: Manno Nuvenourgensis civitatis Episcopus, Alim, Virgilius, Wiserich, Sintprecht, Heres Episcopi. Opportunus, Wolfprecht, Adalprecht, Atto, Uto, Lantfrit, Albune, Runthart, Ernest, Reginprecht, Volckanhart, Perhkoch, Sigido Abbates. Ut eorum quis de hac luce migraret, unusquisque superstitum Episcoporum, vel Abbatum pro defuncto, in domo sua Episcopali vel cœnobio C Missas speciales, & eodem numero Psalteria cantare faciat. Ipse vero de propria persona sua XXX speciales Missas compleat, vel a religiosis,

(*) Adelschalke Minister Principis. *Vox composita ex germanica voce* Edl *Nobilis*, & Scalc, *Servus*.

(**) Weregelda *pretium, seu solutio hominis.*
(***) Wedahinc *pignus, seu sponsio mundi duelli.*

lis, sibimet subjectis implere omnino prænotatum faciat numerum Presbyteris, sive monachis, cum de hoc sæculo migraverint Episcopus, seu Abbas, uno Presbytero, vel Monacho XXX Missas speciales, totidem Psalteria faciant celebrari. *Adrlzreiter in Annal. Boic. Parte I. Lib. VII. §. XLII. hæc refert de Patribus, qui huic concilio subscripserunt:* Manno Nuemburgensis (qui vel unicus, vel certe postremus isti Ecclesiæ præfuit) Alimus Sabionensis, Virgilius Salisburgensis, Vilfericus Bataviensis, Simpertus Ratisbonensis, Aribo Frisingensis; ac præter Episcopos etiam Abbates tredecim.

De Popularibus Legibus, hoc in Conventu editis.

Prænotatus Princeps universo conoordante collegio, hic coostituit, ut nullus a provinciæ suæ mancipium limine venumdare, vel proprium, vel fugitivum præsumpserit, & si quis hoc Decretum non observaverit, *Weregeldo* suo culpabilis permaneret.

Ut nullus furtivam rem, tam in equis, & aliis quadrupedibus, quam in reliqua supellectilia extra finem Bojoariorum venumdare, vel machinis diabolicis extraminandi, incidiis tegi, ut si quis hoc præsumpserit, XL solidis componat in publicum.

Ut si quis domum tam liber, quam servus alterius effoderit, & ibi occisus fuerit, sine compositione in sua damnatione permaneat. Si autem supellectilia abstulerit de eadem domo, & eo fugiente in curtem, vel extra curtem, hic cui damnum intulit, consequitur, & interfecerit, pari subjaceat sententia. Similiter qui liberum, vel mancipium suum furaverit, & eum comprehendere minime quiverit, & ibidem interfecerit reum, superior permaneat sententia. Sed tamen ea genera trium homicidiorum, debita signa vicinis suis, & his, qui assistunt, insignet.

De pugna duorum, quod *Wedahinc* vocatur, ut prius infortientur, quam parati sunt, ne forte carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus insidiantur.

Qui supradictæ pugnæ, quod *Champfwic* dicimus, peracto judicio, se simili vindicta erigere contra quærentem præsumpserit, sacramentum, quod *Atheia* dicitur, juret in Ecclesia, cum tribus nominatis sacramentalibus.

De eo, quod Bojoarii *Stapffaken* dicunt, in verbis quibus ex vetusta consuetudine paganorum Idololatriam reperimus, ut deinceps non aliter nisi indicat, qui quærit debitum: hæc mihi injuste abstulisti, quæ reddere debes: reus vero contradicat; nec hoc abstuli, nec componere debeo, iterata voce requisito debito dicat: extendamus dextras nostras ad justum judicium Dei, & tunc manus dextras uterque ad cœlum extendat.

Ut nullus furtivam rem suscipere, vel intra terminum abscondere præsumat, qui hoc fecerit XL solidis componat.

Ut hi, qui Ducali manu liberi dimissi sunt, ad eadem cogantur judicia, quæ Bojoarii *Urtella* dicunt (*).

Ut his, qui in Ecclesia libertatem conquirebant, deinceps tam ipsi, quam eorum posteritas in secura libertate permaneant, nisi forte ipsi sibimet insolubile damnum inferant, quod componere minime quiverint.

Qui ex eis occidentur, pretium eorum his solvatur Ecclesiis, ubi liberi dimissi sunt. Liberi qui ad Ecclesiam dimissi sunt liberi, vel per chartam acceperunt libertatem a Rege, si occidantur, LXXX solidis componantur Ecclesiæ, vel filii eorum, in Dominico, XL sol. componantur. Si ancilla libera dimissa fuerit per chartam, aut in Ecclesia, & post hæc servo nupserit, Ecclesiæ ancilla permaneat. Si autem libera Bajoaria servo Ecclesiæ nupserit, & servile opus ancilla contradixerit, abscedat, si autem ibi filios, aut filias generaverit, ipsi servi & ancillæ permaneant, potestatem exeundi non habeant. Illa autem mater eorum, quando exire voluerit, ante annos III. liberam habeat potestatem; si autem III annos induraverit opus ancillæ, & parentes ejus non exadomaverunt eam, ut libera fuisset, nec ante Comitem, nec ante Ducem, nec ante Regem, ne in publico mallo, transactis tribus Kalendis Martis, posthac ancilla permaneat in perpetuum, ut quicunque ex ea nati fuerint, servi & ancillæ sunt.

Qui furtivam, quod *Zougenzunt* dicitur, super furem comprobare nequiverit, furtivo compon. more.

Qui resisterit domum suam, quod *Selisuchen* dicunt, qualem rem quærenti resistebat, talem compon. in publico XL sol.

Qui manuum immissionem resisterit, quod *Hantelod* dicunt, XL sol. solvat in publico, & ipsam rem quærenti reddat.

De his, qui supradictis homicidiis debita morte in furto repertis, ut, si quis hujus interfecti parentelæ eum, qui suo scelere

(*) Urtella *sunt divina Judicia, & passim Purgationes vulgares, veluti; pugna singularis; examen ferri candentis, aquæ frigidæ &c. de quibus infra ex professo agetur ad Canonem IX. Concilii I. Salisburgensis, in dissertatione peculiari. Alias hæc judicia dicebantur Germanis* **Ordalien, id est Urtheile.**

scelere captus est, vindicare tentaverit, a proprio *Alode* (*) alienus efficiatur.

Et si quis signum, quod est sigillum, inhonoraverit, vel hujuscemodi injoncta minime impleverit, prima vice arguetur, secunda XL sol. compon. tertia suum *Weregeldum*: quarta extermioabitur ab acto officio.

Ut si quis judicium furti in bina, vel terna reprehensione non damnaverit, & eum diabolico locro dimiserit, ut per eum quasi comparticeps spoliis pauperum ditarentur, tot sceleris qood commiserit ante oculos Dei, & Angelorum efficiatur, & nihilominus, cui fraudem fecerit, quasi proprium compon. debitum.

Ut si quis in virtute conjunctus a conjuge propria adulterina separatus fuerit, ejusque ex cognatione conjugis propter eandem dimissionem, qoi eum persequi tentaverit, a proprio alienaotur patrimonio.

Ut nullus post tonsuram capillos osu populari notrire præsumat, nec velata relicto velo sæcularem habitum sumat, ot si quis, vel quæ in hoc vitio reperti fuerint, aut corripiantur, aut excommunicentur.

Cæterum insigne Virgilius attulit incrementum Diœcesi Salisburgensi, dum rogatus atque invitatus a Cettumaro, Carantanorum duce, suam ut regionem, Hunuorum Vinidorumque paganæ superstitioni penitus immersam, ad Christiana sacra deduceret, atque instauraret salutifera doctrina, tam præclare negotium gessit, submissis pluribus præstantissimis Evangelii præconibus, ac constituto per Modestum Episcopatu Soliensi, pluribusque inter Carantanos extructis Ecclesiis, ut Carantanorum Apostoli nomen, laudesque meruerit. Fuit Virgilium inter & Bonifacium Archiepiscopum Moguntinum enata controversia, tum de valore vitiatæ in baptismo formulæ: tum de alterius Mundi, seu Antipodum existentia, quæ deinde ad Zachariam Papam perlata, intemperiem auxit Virgilio. Sic passim sententia, si fertur ante examen, ad errores & chaos perducit. Neque opus est tantam operam ponere in Virgilii vindiciis ob assertos antipodes; nam *primo* Cointius *in Annalibus Francorum ad ann.* 748. *num.* 52. alium censuit esse Virgilium a Salisburgensi, qui hæc de alio sole, aliisque subterraneis habitatoribus asseruit: Cointium sequitur Pagius in *Critica Baronii ad Ann.* 746. *Secundo*, quodli autem cum Mabillonio in *Annal. Benedict. Lib. XXIII. Num.* 21. etiam pro eodem Virgilio habeatur, ait Marcus Velserus, rerum Boicarum studiosissimus *Lib. V. Rerum Boic. pag.* 148 atras has fuisse calumnias, a discolis in vulgus jactas, ut Virgilium inter & Bonifacium fererent discordias, quæ tamen deinde, cum fuissent in lucem perlatæ, subito desierint inter prudentes viros, ut nihil porro recoctum sit de Epistola Zachariæ Papæ, & ne ulla quidem totius controversiæ redierit memoria. Certo Baronius *Annol. Eccles. Tomo IX. ad An.* 748. *Num.* 2, & vetustus Scriptor vitæ Virgilii, apud Canisium *Lect. Antiq. Tomo III. Parte II. pag.* 395. *Edit. Basnage* totam illam de altero sole fabulam insuper habuerunt, ac prætererunt.

XI. Præcipue autem increvit Hierarchia Salisburgensis, quando Metropolitica eidem dignitas in Arnone accessit. Itaque

ARNO,
Episcopus Salisburgensis VI. Archiepiscopus I.

Anno 785. Hic a Carolo M. Francorum Rege, & Romanorum Patritio, apud quem gratia plurimum valebat, Romam anno 797 allegatur ad Leonem III. Pontificem Maximum, ut quæ de Chorepiscoporum potestate, ac criminosorum presbyterorum pœnis exortæ sunt controversiæ in Germania & Gallia, definireotur ab Apostolica Sede, ibidem pro virtutum suarum merito assecutus est Archiepiscopalem dignitatem anno

Anno 798. 798, idque non tantum per totam Bojoariam vastissimam, ut mox ante §. VII. vidimus in partitione terrarum a Theodone Duce facta pro se & tribus filiis, sed etiam per utramque Pannoniam, adusque Dravi in Danubium ostia; per Bohemiam item & Moraviam; cui parerent Episcopi: *Sabionensis* seu *Brixinensis*, *Ratisbonensis*, *Frisingensis*, *Pataviensis*, *Niewenburgensis*; hi quippe in Bulla inaugurationis a Leone III. nominantur, quam ex Archivo Capituli Salisburgensis huc deponere libuit, servato omni apice.

Dilectissimis Nobis Alim Ecclesiæ Sabionensis, seu Attoni Ecclesiæ Frisingæ, ac simul Adalwino Ecclesiæ Reginensis, nec non Waltrico Ecclesiæ Pataviensis, &

(*) Alode, *seu* Alodium, *id est, prædium immune ab omni præstatione, & servitute.*

& Sintperto Ecclesiæ Nivuinburgeosis Provinciæ Bajovuariorum Episcopis Leo Servus Servorum Dei.

Dilectionis vestræ quas nobis petitorias emisistis sillabas. libenti suscepimus animo. io quibus ferebatur ut in provincia vestra Bajovuariorum Archiepiscopum ordinaremus. quo modo provincia ipsa mirifiee a filio nostro Domino Karolo excellentissimo rege Francorum & Longobardorum atque patricio Romanorum penitus ex omni parte sicut decuit ordinata est. Idcirco convenit nos ipsos nempe ecclesiastico moderamine in sacro ordine fideliter atque spiritualiter secundum canonicam censuram ipsam ordinaremus Bajovuariorum provinciam. Et quia a Deo auspice reperientes virum almificum, & in scriptoris divinis peritissimum, & in omnibus misericordissimum spiritualibus moribus comprobatum, una cum consensu & voluntate prædicti filii nostri Domini Karoli præcellentissimi regis vobis ordinavimus. secundum sanctiones patrum Archiepiscopum videlicet Arnonem Ecclesiæ Juvavensium que & Petena nuncupatur. que in honore beati Petri principis Apostolorum venerabiliter est consecrata. ibiqoe requiescit corpus sacri pontificis Hroudberti una cum venerabilibus suis sodalibus scilicet Chunialdo, atque Kyslario, quorum corpora ibidem a fidelibus honorantur. qui dudum fuit vester Coepiscopus, nunc autem frater & Coepiscopus noster. vester autem Archiepiscopus, & venerabilem sedem ejus metropolitanam habentes. ad qoam Sancto Arooni Archiepiseopo vestro usum pallii tribuentes dedimus in mandatis. ut secundum canonicas institutiones omnes ecclesias superius nominatas vestras in diœcesibus illi subjectas canonice valeat adminiculum impertire. ut in futuro examine ante tribunal Christi liberaliter valeat dicere. Domine. ecce ego & pueri. quos dedisti mihi: non perdidi ex eis qoemquam. ut per hoc digne valeat ab ipso Domino audire. Euge serve bone & fidelis. quia in pauca fuisti fidelis. super multa te constituam. intra io gaudium Domini tui. Bene valete. *Apud. Kleinmayrn de Juvavia Parte II. pag.* 51.

Anno 798. *Epistola altera Leonis III. Papæ ad Carolum M. qua ait, mandatis sese congruenter gessisse, & Arnoni Archiepiscopalem dignitatem contulisse.*

Domino excellentissimo filio Karolo regi Francorum & Longobardorum atqoe patricio Romanorum Leo Papa. Dum per vestra laboriosa regalia certamina sancta catholica & apostolica Romana ecclesia. De omnibus boois ditata exultat.

Convenit nos in omoibus adimplere vestris regalibus votis. Qua propter venientes ad nos per vestram regalem sanctionem prudentissimi atque fidelissimi missi vestri. unus ex ipsis eximiis missus videlicet præcellentissimus Fardulfus religiosus Abbas (*) fidelissimus vester. familiariter viva voce intonuit nobis quod vestra a Deo protecta regalis excellentia mandasset nobis per ipsum, quod Arnoni Episcopo pallium tribueremus. & in provincia Bajouvariorum Archiepiscopum constitueremus. Et dum moltum ipsos præfatos præcipuosque viros sine reprehensione cognovissemus eos viros esse fideles, libenti secundum vestram regalem demandacionem aceomodavimus animo, & præfato reverendissimo & sanctissimo Arnoni episcopo usum pallii concessimus utendi. & in provineia Bajouvariorum eum canonice ordinavimus Archiepiscopum. Et eidem provincie Bajouvariorum episcopis nostrum apostolicum, canonicumque misimus sigillum. qualiter in eorum diocesibus archiepiscatus jura io præfata provincia Bajouvariorum haberi videtur. secundum instituta sanctorum patrum docere. ac prædicare. Qoibus dedimus in mandatis, ut sicuti in proprium illi concessimus sacerdotale caput penitus canonice obaudire, & subjectos esse ecclesiastico more festinent. quia ut præfati fumus valde nimisque eos apud vestram regalem potentiam reperimus fideles. & eredere dignemini. quia dum vestris nostrisque temporibus ipsa provincia proprium sumpsit Archiepiscopum fidelem vestrum existentem. magna vobis exinde merces crescit in cœlis. Et una cum vestra prole seu omnibus fidelibus vestris in æthereis arcibus per hujusmodi fine fine regnare meremini. Incolomem excellentiam vestram superna gratia custodiat. *Ex eodem Archivo Capituli Metropolitani.*

Epistola Leonis III. Papæ ad Arnonem, qua Archiepiscopatus collati arduum munus exponit, & præsertim a Simonia dehortatur. Anno 798.

Leo Episcopus Servus Servorum Dei Reverendissimo & sanctissimo Fratri Arnoni Archiepiscopo ecclesiæ Juvavensium, que & Petena (**) nuncupatur provincie Bajoariorum.

Offici-

(*) *Fardulfus Abbas fuit S. Dionysii in Galliis. Apud Mabillonium* de Re Diplomatica *Lib. VI. pag.* 503.

(**) *Salisburgum variis nominibus compellatum fuit jam inde a sua origine pro varia incolarum, ac Dominantium indole. Fertur jam*

Officium saecrdotis adsumere si interiori vigilantia perpendamus. plus est oneris quam honoris. quippe cui propria curare non sufficit. nisi & salubriter gesserit aliena. Nam ad hoc pastoralis regiminis curam adgreditur. ut aliorum in se sollicitudinem pia provisiooe suscipiat. & io eorum sese custodia vigilanter disponat. ut lupus iosidians possibilitatem in eo irrumpeodi non habeat. nec læsionem ovibus inferat. sic qui animarum curam suscepimus. assiduam debemus sollicitudinem exercere, ut callido antiquoque humaoi generis inimico aditum præcludamus. & totis contra ejus vorationem viribus obsistamus. ne nostra forte desidia rabida quod absit quemquam fauce degluciat. & ejus ad nostram non immerito adplicetur pœnam perdicio. qui commissos sollicita custodire cautela negligimus.

Exhibeamus ergo quod dicimus & quibus divini dispensacione consilii præesse contigit. prodesse quantum possumus festinemus. ut dum credhor rationes positurus nobiscum adveoerit. lucrum nos fecisse reperiat. & sua nos sicut promisit remuneratione lætificet. Hoc itaque frater karissime considera. & locum quem adeptus es. non ad requiem. sed ad laborem te suscepisse cognosce.

Adhortationis ope fidelium corda corrobora. iofidelium vero summopere converte. Quod ut facilius adsequi merearis. prædicationem tuam vita commendet. ipsa ejus institutio. ipsa magistra sit ad desiderium vite æterne docente suspirent. tuo viventes exemplo perveniant, temporalia despiciant. & que transitoria sunt contempnentes. ad ea semper que nullo fine clauduntur desiderantes aohelant. In his igitur studium adhibe. in his tota intentione mentis persiste. quatenus dum tua prædicacione atque imitacione hec fuerint consecuti. tanta majora a Deo nostro recipias. quanto congrua sollicitudine lucraodis animabus & officii tui exercere operam minime destitisti. Pallium preterea juxta antiquam consuetudinem fraternitati tuæ dedimus. ut a sacrario usque ad sacrum altare. & ab altari usque ad sacrarium ipsum pallium uti debeas. fidem autem fraternitatis tuæ quam breviter nobis edixisses, tamen subtiliter debuisses exponere.

Verum tamen letamur in Domino, qui tam rectam. esse. ex solempnibus symbolis confessionem didicimus. Præterea pervenit ad nos quod saeri ordines in illis partibus cum dacione commodi conferantur. Quod si ita est. flens dico. gemens deouncio. quod cum sacerdotalis ordo intus cecidit. foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex evangelio, quid redemptor noster per semetipsum fecerit, quia ingressus templum kathedras vendentium columbas evertit.

Columbas enim vendere est de Spiritu Sancto quem Dominus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum homioibus tribuit commodum temporale percipere. Ex quo prædixi in malo imbuitur, quid subsequitur. quia qui in templo Dei columbas vendere præsumpserunt, eorum Deo judiee cathedræ ceciderunt. Qui videlicet error in subditis eum augmento propagatur. nam ipse quoque. qui ad sacrum honorem perducitur. jam in ipsa probatus sui radice viciatur. Paratus est enim aliis venumdare quod emit. Et ubi est quod scriptum est. gratis accepistis. gratis date. Et cum prima contra sanctam ecclesiam Simoniaca heresis sit exorta cur non perpenditis. cur non videtur. quoniam cum quisque cum pretio ordinat. provehendo agit ut hereticus fiat. Pro qua re ammoneo atque obtestor. ut omnino debeas esse sollicitus. ut nil tibi comodi dacio. nil gratia. nil quarum libet supplicatio personarum in sacris ordinibus vendicet. sed ille ad hoc officium perducatur quem morum gravitas commendat. & actiones. Quod non credimus fieri si tale aliquid senserimus canooica illud ut dignum est severitate corrigimus. Oramus autem omnipotentem Deum ut sua te municione circumagat. & sacerdotii susceptum officium operibus implere concedat.

Scriptum per manum Eustachii Notarii in mense Aprili Indictione VI. Bene vale. Data epistola XII. Kalendas Maji per manum pascalii primi cerii sancte sedis apostolice regnante Domino nostro Jesu Christo cum Deo patre omnipotente & Spiritu Sancto per infinita secula amen. Deo propitio Pontificatus Domini nostri in apostolica sanctissima beati Petri sede tertio. atque Domini Karoli excel-

jam ante *Julii Cæsaris & Augusti ætatem extitisse, ceu regum sedes, cujus tamen nomen ex monumentis veterum ne divinando quidem quis exsculpserit. Postea, Augusti tempore, Noricum in Romanorum fuit potestatem redactum, & hic ædificatum Castrum nominatum* Juvavo *seu* Juvavia, *ut est in Tabula Peutingeriana, nempe quod adjuvaret militum commeatum ad varias stationes. Fatiscente Romano Imperio, tempore Romuli Augustuli ab irruentibus barbaris, Gothis, Hunnis, Herulis &c. Juvavia penitus fuit deleta, ut ne quidem de ejus sede posteris liquido constaret. Deinde sub Francorum regibus & Bojoariæ ducibus oppidum fuit in eadem vicinia excitatum, atque a proximo fluvio* Ivaro *seu* Viaro *(id est Salza)* Salisburgum *vocatum. S. Rupertus, episcopatum fundaturus, hic loci Ecclesiam ædificavit in honorem S. Petri, Apostolorum Principis; quæ Ecclesia sæpius legitur nomen dedisse oppido, ut* Salisburgum *non raro* Petrina *seu* Patina *diceretur.*

excellentissimi regis Francorum & Longobardorum & patricii Romanorum a quo cœpit Italiam anno XXV. Indictione VI.

Cæterum quod sic quinque Episcopi fuerint suffraganei Provinciæ novæ Salisburgensis, confirmat Emanuel Schelstrate ex antiquissimo codice Reginæ Sueciæ *Tomo IV. Antiquitatum ecclesiasticarum pag.* 641. hac verborum forma: *Provincia Boioariorum, id est Noricus Ripensis super Danubium, sive Noricus Mediterranea habet civitates numero VI. Metropolis civitas Juvavo, id est Salzpurg. Civitas Regino: Patavia: Frisingensis: Civitas Nova* (*m*)*: Sabionensis* (*n*). Quod ipsum firmat catalogus pervetustus Abbatum S. Petri.

De Vicariatu Sedis Apostolicæ. XII. Ad alteram nominis & honoris præstantiam, Vicariatum Apostolicum, Archiepiscopo Salisburgensi proprium, jam accedamus; quem Vicariatum pro Hierarchiæ commodo, & remotarum Ecclesiarum promptiori nexu, semper perutilem extitisse Universali Ecclesiæ asseverat Gregorius M. *Lib. IV. Epist. IX. & XV. ad Joannem Justinianæ primæ.* Si enim Romanus Pontifex Primatu donatus est a Christo non honoris modo, sed & jurisdictionis, ut Catholicorum est axioma, sique Primatus hujus causa ei sollicita incumbit totius vineæ, id est, Ecclesiæ custodia, atque unitatis procuratio, recte ille ac laudabiliter suas administrandi vices in remotissimis populis demandabit illustrioribus quibusdam præsulibus, ut, salvis inferiorum episcoporum juribus, consensionem omnium felicius moderetur. Varii itaque ab ultimis temporibus constituti fuere Vicarii Apostolici in variis Provinciis; Thessalonicensis in Illyrico: Archiepiscopus Arelatensis in Galliis; in Hispania Tarraconensis &c. cum distincto quopiam honoris gradu. Justinianus Imperator cum Patriæ suæ Justinianæ primæ impetrasset Archiepiscopale decus, Vicariam quoque Romanæ Sedis potestatem eidem obtigisse ait Novella CXXXI. (*o*) Quin & factum fuisse legitur in Fastis ecclesiarum, ut Vicariatus Apostolicus in aliqua Provincia, ab hujus in alterius loci transferretur Archipræsulem. Fuit Bonifacius, Archiepiscopus Moguntinus, Apostolicus Vicarius constitutus a Pontifice, pro Bojoariorum regno; at vero Agapetus II. Papa in Epistola sua, anno 946 ad Gerardum Laureacensem data, diserte ait: *Arnonem sanctæ Salisburgensi Ecclesiæ subrogatum esse Episcopum, vaconte ab Apostolico Vicorio Bavarorum regno;* quod Pontificis testimonium liquido evincit, Vicariatum Apostolicum in Bojoaria desiisse post Bonifacium Moguntinum Archiepiscopum, anno 754 e vivis ereptum; adeoque auctoritatem illam in Bavarorum regnum nullatenus concessam fuisse Moguntinæ Sedi, post Bonifacium perduranti, sed magis ipsi Bonifacio, tantis in Romanam Sedem, universamque Germaniam, meritis collucenti. In quibusdam sedibus Vicariatus exstinctus novo rursus beneficio fuit instauratus: Seguinus certo, Senonensis Archiepiscopus, amissam Vicariam Auctoritatem iterum obtinuit a Joanne XV. Papa, ut Acta Synodi Rhemensis tradunt, anno 992 contra Arnulphum habitæ.

XIII. Sed & Arnonem una cum Archiepiscopali dignitate etiam Vicariatu Apostolico fuisse insignitum, res est extra controversiam, etsi in Bulla Leonis III. Papæ, qua Arno decernitur Metropolita, nullum recurrat peculiaris hujus dignitatis vestigium: neque etiam *Salisburgenses Archiepiscopi Vicarii Apostolici.*

(*m*) *Civitas Nova est* Neoburgum, *ad ripam Danubii sita civitas Episcopatu olim insignis; at tempore Leonis III. Papæ, & Caroli M. eundem amisit, quando Simbertus Episcopus hunc suum Episcopatum cum Augustano conjunxit; atque ab eo tempore Salisburgensi fuit Provinciæ subtracta, idque paulo post Archiepiscopatum fundatum.*

(*n*) *Sabionensis Episcopatus in Rhætia ex Metropolitæ Aquilejensis jurisdictione accessit ad Juvaviensem, quando Bavariæ Duces hac fuere regione potiti. Ait siquidem Joannes Aventinus Annalium Boicorum Lib. III. fol.* 300. *ad annum* 764: Majas, Pisonium & reliqua castella, quæ Litoprandus Rex Longobardorum Bojis abstulerat, vi & armis recuperata; *inter quæ & Sabionensis pagus continetur. Mabillonius vero censet in Annalibus Benedictinis ad annum* 770, *fuisse hanc regionem tum pacifice restitutam a Desiderio, Longobardorum rege, Tassiloni Bojoariæ Duci, qui Desiderii filiam Luitbergam in matrimonium duxerat; adeoque seu pace, seu bello acquisita illa Rhætia regio tunc ad Bojoariæ Ducem pertinebat. Hæc causa est, quod Sabionensis Episcopus Ingenuinus in Gradensi Synodo A.* 579 *Suffraganeus Aquilejensis dicatur; illius vero Successor Dingolvingensi Synodo anni* 772 *interfuerit; atque in Concilio Riespacensi sub Arnone Archiepiscopo, anni* 799, *etiam Suffraganeus Salisburgensis nominetur. Decimo demum sæculo Episcopalis sedes e veteri castro Sabiona, in oppidum Brixiam est translata, hodieque Brixinensis dicitur.*

(*o*) τὸν δὲ κατὰ καιρὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς, τῆς ἡμετέρας πατρίδος ἔχειν ἀεὶ ὑπὸ τὴν οἰκείαν δικαιοδοσίαν τοὺς ἐπισκόπους τῶν ἐπαρχιῶν Δακίας - - καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ὑποκειμέναις αὐτῷ ἐπαρχίαις τὸν τόπον ἐπέχειν αὐτὸν τοῦ ἀποστολικοῦ Ῥώμης θρόνου, κατὰ τὰ ὁρισθέντα ὑπὸ τοῦ ἁγίου πάπα Βιγιλίου. Per tempus autem beatissimum Archiepiscopum Justinianæ primæ, nostræ patriæ, habere semper sub sua jurisdictione episcopos Provinciarum Daciæ ---- & in subjectis sibi Provinciis locum obtinere eum Sedis Apostolicæ Romæ, secundum ea, quæ definita sunt a Sanctissimo Papa Vigilio.

etiam Vicariatus ille suapte natura sit cum Metropolitico munere consertus. Opus quippe erat Pontificibus subsidio Vicarii Apostolici post Bonifacii Moguntini mortem in Germaniæ partibus, eandemque spartam Arnoni, suisque successoribus revera obtigisse, luculenta ultimorum temporum testimonia asseverant. De Liupramo, secundo post Arnonem Archiepiscopo, cecinit Poeta vetus, a Mabillonio Tomo IV. Analect. editus:

Post hunc successit Liupramus rite sacerdos, Functus Apostolici munere Gregorii.

Tum vero inferiores Archiepiscopos Gebhardum anno 1062: Eberhardum I. anno 1163 & Vicarios fuisse, & Legatos Romanæ Sedis, Lambecius certis e monumentis affirmat *Biblioth. Cæsareæ Lib. II. Cap. VIII. pag.* 672. Porro in Bulla Alexandri III. Papæ, anno 1163 Parisiis data ad Eberhardum Archiepiscopum ita legitur: *Venerabilem fratrem nostrum Eberhardum, Salzburgensem Archiepiscopum, virum utique religione, scientia, & honestate praclorum, Legatum in regno Teutonico statuentes, cum ad præsens per nos, vel per aliquos a nostro latere destinatos, vobis intendere non possimus, vices nostros in præsentiorum ei duximus committendas &c.* Donec tandem Conrado III. Archiepiscopo, suæque Sedi idem jus prærogativum Alexander III. Papa in perpetuum roboravit, edito diplomate anno 1179, in quo habetur: *Adjicimus præterea, ut si quid in Ecclesia tua, vel Suffraganeorum tuorum evenerit, quod judicium Apostolicum, vel Apostolici Legati præsentiam expetat, & causa fuerit necessitas, ut expectare hoc nullo valeat ratione, vice nostra definias; ea tamen in hoc & supradictis mensura servata, qua Antecessores tuos usos esse per privilegio Ecclesiæ recognosces -- Apostolicam quoque vicem tibi, tuisque successoribus in tota Norica Provincia concedimus, sicut Prædecessores tui a Nostris usque modo firmum antecessoribus habuerunt* &c.

De Archiepiscopatu Passaviensium.

XIV. Id tamen hoc loco prætereundum non est, plures Pataviensium Episcoporum, antequam laudatorum Pontificum Bullæ ederentur, mox post obtentam ab Arnone anno 799 Metropoliticam Salisburgi dignitatem, pariter evectos fuisse ad Archiepiscopale munus in eadem Provincia, ac Vicariatum gessisse Romanæ Sedis, hujusque juris vindicandi causa longam iniisse cum Archiepiscopis Salisburgensibus controversiam. Arnoni quidem ipsi, recens inaugurato, Waldericus, tum Passaviensis Episcopus obluctari ausus non fuit, ob maximam & Leonis III. Papæ, & Caroli M. in eundem benevolentiam. At Urolphus, Walderici successor, majori studio rem adortus, pertendit, Archiepiscopatum Laureacensem, sua olim Diœcesi comprehensum, sed din extinctum, demigrasse ad Patavienses, ideoque ad se pertinere. Sustinuit hic Urolphus arduos diu labores in conversione Pannoniorum, atque reipsa impetravit ab Eugenio II. Papa Archiepiscopalem gradum, & Vicariatum Apostolicum per Moraviam & Pannoniam, ut in Diplomate, anno 826 illius firmandi causa edito, continetur, Adalramo, Archiepiscopo Salisburgensi nequidquam resistente. Tum Bojoariæ Provincia ecclesiastica divisa est in orientalem, & occidentalem, quarum hanc Salisburgensis, illam Pataviensis Metropolita administraret. Post Urolphi mortem æmulatio diu consopita fuit, sed recruduit; nam post sæculum Gerardus, Pataviensis Episcopus, anno 937, rursus Metropolita renunciatus fuit a Leone VII. Pontifice Romano, ac Pallio donatus, quidquid contra moliretur Herolphus Salisburgensis Archiepiscopus; atque Agapetus II. Papa Bullam edidit anno 946, stabilientem utriusque Præsulis descriptos antehac in eadem Provincia fines. Hoc Gerardo Pataviensi e vivis sublato Fridericus Archiepiscopus Salisburgensis, seu Juvaviensis, solus Metropolitica auctoritate potitus est in Bavaria, eamque etiam per Moraviam, & utramque Pannoniam exercuit, ut in Diplomate Benedicti VI. Papæ, anno 973 edito, continetur. Verum Piligrinus Pataviensis Episcopus prætermissum ab antecessore suo Adalberto Archiepiscopale decus Ecclesiæ suæ revindicaturus, veterem postulationem instauravit apud Sanctam Sedem, atque a Benedicto VI. Papa, anno 975, Metropolitæ insignia, quibus Gerardus Pataviensis antehac fruebatur, adeptus est, cujus Bullam descripsit Hanssizius *Germaniæ sacræ Tomo I. pag.* 213. Non autem diu perduravit Piligrini hoc in gradu gloriatio; paucos post annos S. Stephanus primus Hungariæ Rex, Apostolico fervore clarus, proprios impetravit pro Pannoniorum regno Episcopos; & alioquin jam ab anno 955 Methodius in Moravia Apostolum egit, Metropolitica ornatus potestate; quo factum est, ut & Pannonia & Moravia avelleretur a Patavienfibus, atque ambitus in posterum omnis Archiepiscopalis apud eos extingueretur, & cum Archipræsulibus Salisburgensibus æmulatio.

Laureacensis dignitas non transit ad Patavienses.

XV. Contentionis igitur, ab Episcopis Pataviensibus olim susceptæ pro ju-

re

re Metropolitico, tota ratio versatur in hac quæstione cen summo fastigio: an Laureacensis Archiepiscopatus a legitimo Magistratu, id est, a concilio provinciali, aut etiam a Summo Pontifice, unquam reipsa fuerit, ac proprio molimine translatus ad civitatem Pataviensem? aut certo: an Ecclesia Laureacensis ejusdem Magistratus auctoritate aliquando vere conjuncta, atque unita fuerit cum Pataviensi Ecclesia? His enim duabus potissimum viis increscere Ecclesiarum jura, & earum invicem communicari privilegia consueverunt, quæ jura, ac privilegia, olim collata, hodiedum observari debeant fide sincerorum documentorum. Mihi hactenus instrumentorum ejusmodi nullum de translato, aut unito cum Pataviensi Ecclesia Archiepiscopatu Laureacensi inspicere obtigit, etsi omnes, qua licuit, latebras excuterem; quin magis, quæ circumferuntur, inducunt ad judicandum: Episcopatum Pataviensem pro peculiari, & singilatim constituto haberi oportere; Vivilo namque, quem antea adduximus, a Gregorio III. Papa Romæ ordinatus circa annum 732, cum pervenisset in Noricum, videretque Laureacensem civitatem, ab Hunnis anno 737 penitus attritam, atque eversam, sese contulit Pataviam, ibidemque Episcopalem Sedem erexit, ac deinde cum aliis tribus Bojoariæ Episcopis, a S. Bonifacio Moguntino fortitus est propriam, dimensamque diœcesim. Hic itaque Vivilo cum a Bonifacio, jussu Gregorii III. Papæ, redactus fuerit in ordinem Episcopi diœcesani, more cæterorum trium Episcoporum, nihil caussatus de juribus Laureacensibus, utique non detulit secum Laureacensem Archiepiscopatum ad civitatem Pataviensem; neque etiam unquam peculiari Episcopo hæc facta est Archiepiscopatum transferendi potestas in Hierarchia ecclesiastica. Persuasum id ipsum fuisse videtur Præsulibus Pataviensibus; hi quippe cum manum suam apponerent firmandis conciliorum decretis; solo Pataviensis Episcopi titulo usi sunt, ut mox in IV. & V. Concilio Salisburgensi actum fuisse intuebimur. Pagius certo post maturum, sæpiusque ad incudem revocatum illius controversiæ examen, ita definit ad annum DCCXCVIII. Num. V: *Valde hallucinantur, cum scribunt, Walderic um, Pataviensem Episcopum fuisse etiam Metropolitam Laureacensem ----- Sedes Metropolitana Laureaco Salzburgam, seu Juvaviam translata est; quod alias Laureacum civitas Metropolitana fuisset, non vero, quod hoc sæculo Laureacum, quod excisum fuerat, ea prærogativa potitur.*

XVI. Sed neque unitam fuisse unquam Laureacensem Ecclesiam Pataviensi, sat liquido intelligitur ex ipsorum Pontificum Diplomatibus, qui cum Pataviensem Ecclesiam sentirent a Laureacensi reipsa distinctam, impertiti sunt destructæ Laureacensi Ecclesiæ veterem Archiepiscopalem dignitatem, hac cum conditione: si qua forte ea civitas suis e ruinis consurgeret, atque opportunum præberet Præsulibus incolatum. Hoc fine & expectatione permoti Pontifices Romani quosdam Patavienses Præsules interim constituerunt Episcopos Regionarios in Moravia & Pannonia, ceu provinciis, Laureacensi olim Metropoli subjectis, veluti Urolphum, Germanum, Piligrinum, Patavienses Episcopos, qui in Pannoniorum atque Hunnorum conversione Apostolicos exantlarunt labores, eosque barbaros novo eum impendio Ecclesiæ aggregarunt; nempe ut eorum meritis digna rependeretur remuneratio; hæc autem nascens remuneratio ut consummata redderetur, addiderunt Romani Pontifices stimulos Pataviensibus Episcopis, agerent, vetus ut illa Laureacensis Metropolis instauraretur tranquillis temporibus, atque reversos Metropolitas suo demum sinu reciperet. Agapetus II. Papa id perscripsit ad Gerardum Laureacensem in Epistola, anno 946 ad eundem data: *Notum est igitur,* ait, *literisque penes nos commendatum, quibus Ecclesiarum locis dignitas Pallii ab hac Apostolica sede debeatur. Laureacensem autem urbem antiquitus Metropolitanam fuisse, & Archiepiscopalem sedem, cui Sanctitas Tua præesse dignoscitur, sicut in privilegiis authenticis, ad nos usque a Te directis legimus, ita quoque inventis quibusdam exemplaribus, chartâ vetustate admodum attritis, in Archivo S. Petri reperimus. Hanc etiam in exordio nascentis Ecclesiæ, & immanissima Christianorum persecutione, a doctoribus istius Sedis catholicæ fidei novimus rudimenta percepisse, & exinde a succedentibus prædicatoribus in superioris atque inferioris Pannoniæ provincias ejusdem fidei emanasse gratiam. Quibus in duabus provinciis, illarumque Pontificibus usque ad tempora Hunnorum non alius, quam sanctæ Laureacensis præfuit Archiepiscopus, quorum barbarica feritas non solum prædictam Laureacensem civitatem, verum etiam in circuitu adjacentes regiones depopulavit, ac funditus desolavit. Inde quidem contigit, ut Episcopi, hac necessitate compulsi, Sede illa deserta, atque alio translata, simul etiam Archiepiscopalem ipsius Sedis deserrent honorem - - -*

Laureacensis Ecclesia non est unita Pataviensi.

Modo autem mortalibus propitiante Christo, ab hostibus sanctæ Laureacensis Ecclesiæ quiete, & inhabitandi securitate concessa, non alibi, quam ibidem fraternitatis Tuæ cathedram oportet haberi. Quapropter reinthronizamus Te eidem Ecclesiæ &c. Et Benedictus VII. in Epistola ad Gallos & Germanos circa annum 975 data, tempore Piligrini Pataviensis: *Nunc autem: quamobrem votis exultantibus in laudem Omnipotentis Dei erumpimus, non solum sæpe dicta sancta Laureacensis Ecclesia, hostium cessante terrore, cum accolis suis pace, & tranquillitate potitur, verum etiam ipsi dudum inimici, illum, quem persecuti sunt more gentili, jamjam Christum baptizati profitentur, & sacerdotes modo habere desideront, ac prout scire rudes poterunt, venerantur, & ecclesias quasdam in sua terra, quas Patres incendio dederunt, posteri restaurare videntur. Hac ergo suadente ratione, quod prænominati Sanctæ Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopi postulatio, antiqua Apostolica authoritate commendatur; & præterea quod cum justum esset, pariter etiam utile visum est, ut ad fructificandas Deo gentes, ex novitiis cultoribus fidei Ungrorum atque Moravorum, sive etiam aliis multis provinciis Sclavorum suæ parochiæ finitimis, illic ordinatis Episcopis, secundum quod antiquitus dispositi erant, eis hunc constitueremus Archiepiscopum &c.* Germ. sacræ Tomo I. pag. 214. Quæ mens Pontificum, de instauranda Laureacensi civitate, & Ecclesia, deque consequentibus ad eam Metropoliticis juribus adeo non fuit ignota quibusque omnibus, ut Arno Archiepiscopus Salisburgensis eam resuscitationem revera in opus redactum iri existimans, alium constituerit, vivente adhuc Urolpho Pataviensi, qui inconsulto Arnone a Pataviensibus fuerat hac in Sede locatus, Episcopum Pataviensem Hattonem, quo nempe Metropolis suæ Salzburgensis primum constitutos suffraganeos tueretur. Hæc autem Laureacensis civitatis resuscitatio, Pontificum votis expetita, cum nunquam in opus fuerit redacta, ultro cordatus quisque intelliget, neque translationem reipsa unquam factam esse Metropoliticæ dignitatis Laureacensis ad Pataviensis Præsules, neque utriusque hujus Ecclesiæ unquam usuvenisse unionem; quin imo post perpetua rudera Laureacensis civitatis, post Pannoniam atque Moraviam ad proprios Episcopos abductam, intercidisse omnem spem Archiepiscopatus ad priores Laureacenses ædes revehendi, dum interim Pataviensis Ecclesia, primo suo nomine vocata, constanter hodiedum perseverat; atque ita, nisi nova, & firmiora documenta, quod vix existimem, extracta in lucem fuerint e penitiori tabulario Pataviensi, vanæ semper erunt vindiciæ Pataviensium ad vetus Jus Metropoliticum instrumentorum fide adstruendum.

Recentiore tamen ævo Pataviensis Episcopi sortem fuere mitiorem experti; nam anno 1728 Pallium obtinuerunt, & Exemptionem a jurisdictione Metropolitica Salisburgensi, longe tamen aliis de causis, ac speciosum illud fuerit jus temporum præteritorum. Egit tum omni cum opera & contentione Carolus VI. Imperator, ut Episcopus Viennensis in Austria decoraretur titulis Archiepiscopalibus; ad hujus autem novi Archiepiscopatus justam amplitudinem statuendam cum necessum esset, inferiorem Silvæ partem in Austria præcidi ab Episcopatu Passaviensi; hanc autem inferri suæ diœcesi jacturam cum obniteretur Passaviensis Episcopus, adactus est a Pontifice ad id agendum; quasdam tamen sibi conditiones adimpleri pertendit, quæ conditiones continentur in Diplomate Cæsareo, hac de re evulgato, quod Diploma refert Lünig in *Codice Germaniæ Diplomatico Parte II. pag.* 745. *Exemptio Pataviensis Episcopi.*

Carolus VI, divina favente clementia electus Romanorum Imperator ------ Per oratorem nostrum, Romæ existentem, Cardinalem Cienfuegos Beatissimum in Christo Patrem Benedictum XIII. Romanum Pontificem, feliciter regnantem, denuo enixe requisivimus, ut pro magis augenda Ecclesiæ Metropolitanæ Viennensis honorificentia, & dignitate Pontificiali, nec non pro majori Imperialis & Archiducalis splendoris nostri decentia, partem aliquam a diœcesi Pataviensi dictæ nostræ Metropoliticæ perpetuo incorporandam transscriberet. Quo quidem in puncto id effecimus, ut idem Beatissimus in Christo Pater Benedictus XIII. Nuncio suo, apud Aulam nostram residenti, per literas Cardinalis Lereari, de dato 26 Aprilis, anni currentis, serio mandarit, ut is nomine Sanctitatis suæ Episcopum Pataviensem serio etiam adhortetur, quatenus certis sub conditionibus partem aliquam diœceseos suæ in favorem Archiepiscopatus Viennensis cedere non cunctetur; quod & prædictus Nuncius Apostolicus ita feliciter præstitit, ut idem Episcopus Pataviensis erga conditiones proficuas, utiles & honorificas, sibi a Nobis oblatas, quartam Austriæ partem, Silvæ Viennensis dictam, una cum Præpositura Claostro-Neoburgensi, cum omnibus juribus & appertinentiis spiritualibus (feudalibus tamen & temporalibus in omnibus, & per omnia exceptis) Ecclesiæ nostræ Metropoliticæ Viennensi se cedere velle

velle declaravit. Conditiones autem sunt sequentes; *Prima:* Quod Nos authoritate Nostra Cæsarea apud Sanctam Sedem Romanam efficere vellemus, ut Episcopatus Pataviensis, ex Episcopatu Laureacensi originem ducens, ab omni prætenso jure Metropolitico, & Legationis Apostolicæ Archiepiscopatus Salisburgensis perpetuo eximatur, insignibus Archiepiscopalibus Pallii, & crucis præferendæ redintegretur, Sanctæque Sedi Apostolicæ immediate subjectus efficiatur; qua quidem de re Bullam Calendis Junii anni currentis Romæ jam expeditam esse per Cardinalem Cienfuegos certificati sumus. *Secunda* &c.

Insignia igitur Metropolitica, & exemptio ab Archiepiscopi Salisburgensis juribus, si accesserunt Pataviensi Ecclesiæ ceu gratia singularis, & honoraria, ad resarciendam diœceseos diminutæ jacturam collata; igitur hæc exemptio nunquam jure eidem competebat. Neque tamen Archiepiscopus Salisburgensis, ob pondus & auctoritatem Cæsaris petentis, frustrari valebat hanc conditionem, ab Episcopo Pataviensi propositam, neque Metropolis suæ discavere imminutionem; quamvis in conventu Imperii vim sibi inferri palam caussatus sit, & contra ea, quæ acta sunt, solemniter contestando denunciaverit.

Fundant Archiepiscopi Suffraganeos. XVII. Præter hos quatuor Salisburgensi Archipræsuli primum subjectos Suffraganeos, Frisingensem, Ratisbonensem, Brixiensem & Pataviensem, alii quatuor accessere Episcopatus, iique ab ipsis Archiepiscopis, in Pastoralis solicitudinis subsidium, propriis e fundis excitati: Episcopatus Gurcensis, Chiemensis, Seccoviensis & Lavantinus. *Gurcensem* fundavit Gebhardus Archiepiscopus anno 1072, consentiente Alexandro II. Papa: *Chiemensem*, *Seccoviensem* & *Lavantinum* erexit Eberhardus II. Archiepiscopus; Chiemensem quidem anno 1215, ab Innocentio II. Papa, in ipsa Romana Synodo probatum: Seccoviensem anno 1219: Lavantinum anno 1226. Octo itaque extiterunt Suffraganei Archiepiscopi Salisburgensis, ut habent duo vetustissimi codices Manuscripti Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, ab Hansizio laudati; nimirum: Pataviensis, Ratisbonensis, Frisingensis, Brichsinensis, Gurcensis, Seccoviensis, Lavantinus & Chymseensis.

At vero Patavienses Episcopi, qui Metropoliticæ nuper dignitatis spe penitus exciderant, resumptis animis exsolvi saltem sese, liberarique a Metropolitæ Salisburgensis juribus pertenderunt. Georgius Hohenloe, Pataviensis Episcopus, quod in schismatis intemperie, sedentibus simul tribus Romanis Pontificibus, adhæreret Joanni XXIII, ab eodem Pontifice anno 1415 Bullam exemptionis, & Pallium obtinuit; quin vel cogitatum fuerit de vetere & rata Metropolitæ Salisburgensia potestate in suum Suffraganeum Pataviensem. Extincto autem schismate Martinus V. Papa, in Constantiensi concilio electus, concessiones ejusmodi plures rescidit, turbarum tempore in Ecclesiarum perniciem inductas, auctoritatemque Salisburgensis Archiepiscopi in Episcopum Pataviensem instauravit, iis verbis: *Exemptionem, liberationem, susceptionem, indultum, ac alia, in præfatis literis contenta, ut puta per dictum Balthasarum, tunc Joannem XXIII. absque legitima causa, in præjudicium ipsius Ecclesiæ Salisburgensis minus debite facta & concessa --- revocamus, & irritamus, ac nullius decernimus esse roboris, vel momenti,* ut in Bulla, anno 1418, a Martino V. evulgata legitur apud Lünig Reichs Archiv *Spicilegium Ecclesiast. Parte I. Cont. I. pag.* 989. Verum Georgius, Pataviensis Ecclesiæ suæ studiosissimus, post biennium ab eodem Martino V. Papa, in suas partes flexo, priorem ratihaberi exemptionem obtinuit; donec Eberhardi Metropolitæ Salisburgensis justæ quærimoniæ, severius expensæ, Martinum Papam reduxerunt ad firmandam Metropolitæ Salisburgensis veterem jurisdictionem in Pataviensem Episcopum; novam itaque Pontifex Bullam anno 1423 edidit, atque in hac Georgium quidem Pataviensem, quamdiu vitam duxerit, ea gaudere indulsit exemptione, ceu Apostolicæ Sedi proxime subjectum; vita autem functo hoc Georgio, *Episcopos, qui erunt pro tempore, & Ecclesiam Pataviensem prædictos, eidem Ecclesiæ Salisburgensi decernimus esse in omnibus, & per omnia subjectos, sicut ante Balthasaris Episcopi, tunc Joannis XXIII. literarum hujusmodi concessionem existebant.* Apud eundem Lünig *loco laudato pag.* 1012. Quo quidem perspicuum est, personam Georgii, non successores Episcopos hac exemptione comprehendi.

Inferiorum temporum decursu sæpius redintegrare summis studiis incassum tentarunt exemptionis privilegium quidam Episcoporum Pataviensium. Joannes Ernestus tandem Archiepiscopus Salisburgensis anno 1691. finem controversiæ impositurus, hanc ab Innocentio XII. Papa pro se nactus est sententiam: *Constare de jure Metropolitica Ecclesia Salisburgensis etiam ad effectum manutenentia.* Cui seutentiæ etiam

etiam Judicium Imperii Aulicum, & altera Rotæ Romanæ definitio inhæsit. Ad mitiora igitur consilia redacti Patavienses Episcopi, in via gratiæ agendum esse negotium censuerunt, & intercedente Carolo VI. Imperatore anno 1728, a Benedicto XIII. Pontifice Maximo eliberati sunt a jurisdictione Metropolitæ Salisburgensis, & quoad Synodalia duntaxat eidem subjecti perstiterunt.

Confirmant suos Suffraganeos. XVIII. In quatuor hos Suffraganeos Gurcensem, Seccoviensem, Chiemensem & Lavantinum, propriis sumptibus intra diœcesis suæ limites constitutos, exercent Archiepiscopi jus hoc peculiare, ut eos nominent, & confirment, atque etiam, ubi opus fuerit, ex una in alteram transferant Ecclesiam; quæ præcipua est Metropolitæ Salisburgensis libertas, & unica in toto christiano orbe veterum Metropolitarum hodiedum conservata potestas; olim quippe Episcoporum confirmatio, ac translatio Metropolitis competebat, ex præscripto sacrorum Canonum, ipsiusque Concilii Nicæni I. Canone IV. & VI: Arno certo, creatus a Leone III. Pontifice primus Metropolita Salisburgensis anno 798, jubetur secundum has canonicas constitutiones regere Metropolim, ut in Leonis Epistola continetur apud Lünig Reichs-*Archiv. Spicileg. Ecclesiast. I Partis continuatione.* Hæc Metropolitarum auctoritas, ad Canones exacta, perduravit usque ad sæculum XII, quando Alexander III. Papa anno 1179 confirmationes, & investituras Episcoporum Romanæ Sedi reservare cœpit, ut habetur *Cap.* Nosti *de Electione, & Electi potestate.* Item *Cap.* Quilibet *ibidem;* ac paulo post anno 1198 Innocentius III. Papa etiam translationes Episcoporum ad potestatem solius Romani Pontificis restrinxit *Cap. I. & II. de Translat. Episcop.* Quibus quidem Pontificum rescriptis plerique omnes assensi sunt. At Fridericus Archiepiscopus Salisburgensis, sæculo mox insequente, anno 1279 transtulit sua auctoritate Joannem, Chiemensem Episcopum, ad Sedem Gurcensem, quod Hansizius ex actis publicis testatur *Tomo II. Germaniæ Sacræ pag.* 389. Malebat quippe Fridericus Archiepiscopus, in hac disciplinæ mutabilis parte, inhærere juri veterum Metropolitanorum, sacris Canonibus consentaneo, quam recentiores sequi Pontificum postulationes; cui translationi, Archiepiscopi auctoritate palam peractæ, nemo tum contradixit; Fridericus quippe, Apostolicæ Sedi cæteroquin devotissimus, & maximis in utramque Rempublicam meritis ornatus, prudenter censuit, haudquaquam sese stringi lege illa nova Pontificia contra vetus præscriptum, propterea, quod reservationes illas Pontificias nullibi unquam reperiret acceptatas fuisse ab antecessoribus suis, Metropolitis Salisburgensibus, neque solenni, ac spontanea illorum conventione jus hoc esse ad Romanos Pontifices devolutum; adeoque in veteri potius possessione juris Metropolitici sese adhucdum perstare judicavit. Postea Nicolaus V. Papa anno 1448. in Bulla *Nos pratulit* decrevit: Salisburgensis Archiepiscopi juribus statuendi libere de quatuor suis Suffraganeis nihil quidquam derogari per Concordata Germaniæ. Item Paulus II. anno 1488, & Clemens VII. anno 1523 hæc eadem illorum jura firmarunt, ne exceptis quidem Episcopatibus, apud Sedem Apostolicam vacantibus, clausis in corpore juris, & nec quidem per Basileense concilium sublatis. Quæ quidem Bullæ omnes, etsi peculiari dignitate exornent Salisburgensem Metropolitam, nunquam tamen eo extendi debent, perinde atque jus Metropoliticum, Archiepiscopis Salisburgensibus aliquando fuisset ablatum, ac nova denuo concessione iisdem restitutum. Nunquam illi jure veteri Metropolitarum exciderunt; quin magis tempore, inter reservationes Alexandri III. Papæ, & novas concessiones Nicolai V. intercepto, Fridericus Archiepiscopus, ut vidimus, legitime transtulit Chiemensem Episcopum ad Ecclesiam Gurcensem, non utique concessione nova, quæ nondum extitit; igitur jure veteri Metropolitanorum, in Archiepiscopis Salisburgensibus perennante. Ut proinde Cardinalis Simonetta in Concilio Tridentino minus recte, minusque apposite respondisse censeatur Melchiori Avosmediano, Guadicensi Episcopo, qui, ut refert Palavicinus in *Historia Concilii Tridentini Lib. XIX. Cap.* 5, in eodem Concilio gravissima argumenta ex Apostolorum, Nicænæque Synodi Canonibus educens, pertendit, & eos pro veris Episcopis esse habendos, qui sola Metropolitarum suorum auctoritate ad hunc essent gradum evecti; *quin etiam ab Archiepiscopo Salisburgensi quatuor Suffraganeos suos Episcopos creari, nihil in eos auctoritatis exercente Romano Pontifice*, a Cardinale Simonetta interpellatus est: *id fieri a Salisburgensibus ex auctoritate, & Privilegio Pontificio;* cum Simonetta magis dicere debuisset, fieri hoc a Metropolitis Salisburgensibus veteri jure conservato Metropolitarum, ex sacris Canonibus descendente, quod deinde jus recentiores Pontifices denuo confirmaverint. Eminentem hanc, ut

ut dixi, unicamque in tota Ecclesia Metropolitarum Salisburgensium potestatem nominandi, confirmandique suos Suffraganeos, Conciliorum canonibus iunixam, studioseque conservatam, atque Pontificum etiam Decretis confirmatam, summi Principes Germanicæ Nationis ratihabuerunt, veluti Henricus IV. Imperator in diplomate anni 1072, quod in Tabulario secretiore aulico Salisburgensi authenticum adservatur. Uberius agitur de hac jurisdictione *in Canone Dogmatum, & Disciplinæ Lib. II. Dissertatione II. pag.* 170.

Archiepiscopi Legati nati.

XIX. Ornantur etiam Archiepiscopi Salisburgenses præcipua hac dignitate, quod *Legati Nati* Apostolicæ Sedis & sint, & nuncupentur; quibus in processione solenni crux præferatur; idque deducto, & continuato inde ab Arnone & Successoribus usu, de quo supra plura attulimus. Et priores quidem Archiepiscopi ab Arnone dignitatem Legati Apostolici gesserunt per Districtum Metropoliticum Salisburgensem. Gebhardus demum, qui anno 1060, ut inferius intuebimur, Archiepiscopatum adiit, primus fuit, *cui Romana Sedes Legationem super omnes Teutonici regni ecclesias committeret*, ut habet antiquus scriptor vitæ illius apud Henricum Canisium *Lect. Antiq. Tomo III. pag.* 435. *Edit. Basnage.* Atque ob Muneris hujus præcellentiam nulla fit, nec unquam facta est ab Archiepiscopali Sede appellatio ad Nuncium quemlibet Apostolicum, in Germania, seu Viennæ, seu Coloniæ, seu alibi degentem, sed ad Papam solummodo. Habitu utuntur purpureo Archiepiscopi Salisburgenses, ceu Legati a Latere, idque jam ab ætate, ipsis Cardinalibus superiore; ita ut hunc si spectes vestimenti ornatum, illi huius præcipuum exemplar esse censeantur, ac πρωτότυπον. Certo Clemens XI. nuper anno 1716 novi Patriarchæ Ulyssiponensis decus amplificaturus, purpurei habitus ei usum concessit, his in Bulla vocibus expressum: *ad instar Venerabilis etiam fratris nostri moderni Archiepiscopi Salisburgensis*, ne Cardinalium quidem facta mentione, quibus cæteroquin in Germania illos æquiparari docemur ex usu Cancellariæ Aulicæ Imperialis, quæ Archiepiscopo Salisburgensi etiam titulum Eminentissimi, Cardinalibus proprium, attribuit.

Archiepiscopi Primates Germaniæ.

XX. Præterea fulgent Archiepiscopi Salisburgenses honore *Primatis Germaniæ*, non illo quidem amplissimo, Patriarchis suppari, qui aliis etiam Metropolitis jura dabant, singulari quadam cum potestate, de quo Photius agit in *Nomo Canone Tit. I. Cap. V.* περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ λεγομένων πριμάτων. ἔχειν καὶ τὴν ἐκκλησίαν τῆς Καρχηδόνος τὰ προνόμια τοῦ ἀποστολικοῦ Θρόνου: *Ut Ecclesia Carthaginensis Apostolicæ Sedis privilegia habeat*; sed mitiori quodam, qui nempe peculiari quadam cum dignitate nominis Metropolitis cæteris in Provincia antecedat; utut cæteroquin aliorum Metropolitarum auctoritate nihil habeat amplius (p). Hunc Primatus in Germania gradum sibi Salisburgenses Archiepiscopi obtigisse glorientur ex munere & dignitate Legati Apostolici a primis Hierarchiæ temporibus, perpetua, constantique omnium consensione. Fuere equidem & alii in Germania Præsules, qui & illi Apostolicæ Legationis munere in Germania sunt perfuncti, veluti S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus octavo sæculo, qui anno 741 in sua ad Zachariam Papam Epistola petiit prorogari sibi Legationem Apostolicam. Anno 1071 habitum est concilium Moguntinum, ad cujus finem hæc leguntur: *Acta sunt hæc apud Moguntiam, Metropolim Orientalis Franciæ ---- præsulante Reverendissimo Primate Sigfrido* &c. Archiepiscopo Magdeburgensi Joannes XIII. Papa honorem Primatis in Germania, dignitatemque concessit. Etenim Otto I. Imperator id enixe expetebat a Pontifice: quod Magdeburgensem civitatem, peculiari quodam studio, vellet omnibus in Imperio urbibus antepositam, titulisque præcipuis collustratam. Hi duo igitur Archiepiscopi ex iis, quæ allatæ sunt, causis, jure videri possunt, Archiepiscopis Salisburgensibus Primatum Germaniæ aut præripuisse omnino, aut certo justam de eo hodiedum movere litem. Verum tamen nihil hæc Salisburgensibus detrahunt; Moguntini namque Archiepiscopi ultro abstinent Primatis Germaniæ titulo, sibi cæteroquin competente, idque ob eminens Archicancellarii in Imperio munus, quod reliqua minora in iis nomina absorbet.

Otto

(p) *Olim Metropolitas etiam fuisse dictos Primates docemur ex Concilio Taurinensi, anno* 397 *habito, cujus Canon II est:* Qui ex iis (Episcopis) comprobaverit suam civitatem esse Metropolim, is totius Provinciæ honorem Primatus obtineat; & ipse juxta præceptum canonum ordinationum habeat potestatem. *Et Dionysius Exiguus sæculo VI. Canonem XXX. Apostolorum, de Metropolitanis statuentem, inscripsit hoc lemmate:* De Primatu Episcoporum. *Quin imo & Episcopi, qui tempore ordinationis priores essent aliis episcopis,* Primates *dicebantur. Quod certo manifestat voci* Primas *olim varias subjectas fuisse notiones.*

Otto I. Imperator hanc constanter dignitatem Moguntinæ Sedi devinxit (q). Inde compellationem Primatis Salisburgensibus tribui, illi æquissime ferunt. Magdeburgensibus Archiepiscopis non licet in universum abnegare Primatum Germaniæ, ob Bullam Pontificis, ut circumfertur, ab Imperatore, supra modum urgente, olim impetratam; tamen iidem Magdeburgenses Archiepiscopi primas ultro cesserunt Salisburgensibus, in Congressibus Imperii, ob Sedis antiquitatem, ut testes idonei affirmant: Mameranus sæculi XVI. Scriptor, in Investitura Regalium apud Schardium *Tomo II. Scriptorum Rerum Germanicarum pag.* 515. adfert stationem principum in Comitiis Imperii Ratisbonæ anno 1471. tempore Friderici III. Imperatoris hoc modo:

a Dextris

Archiepiscopus Salisburgensis
Archiepiscopus Magdeburgensis
Archiepiscopus Bremensis

Idem ibidem delineat Sessionem ordinum, statuumque Imperii in Electione Cæsaris

a Dextris

Archidux Austriæ
Archiepiscopus Salisburgensis
Archiepiscopus Magdeburgensis, seu Parthenopolitanus, qui licet Primas Germaniæ sit, & fortasse ratione Primatus primus illi locus deberetur, tamen Archiepiscopatus Salisburgensis cum vetustior esse memoretur, primus ipsi locus defertur. Hac populari sententia de Magdeburgensi Primatu Germaniæ, suo interim pretio valere jussa, Archiepiscopi Salisburgenses tacite & constanter inhæserunt veteri suæ possessioni; tum quod nossent, vim suis esse juribus ab Imperatore illatam: tum quod Bullæ illius Pontificiæ undequaque non esset perspecta sinceritas. Bollandistæ certo eam acriter impugnaverunt: & Petrus Ludewig, ardens cæteroquin defensor Primatus Magdeburgensis Cap. 2. *de Primatu Germaniæ* fatetur, post mortem Ottonis Imperatoris plures Præsules Germaniæ sese subduxisse Primatui Magdeburgensis Archiepiscopi.

XXI. Denique postquam Magdeburgensis Archiepiscopatus, repudiata nuper Communione Catholica, protestantium est partes secutus, antiquata omnis desiit Concertatio & Salisburgenses Metropolitæ veteri suo Primatus Germaniæ Titulo palam & ubique celebrantur. Protestantes eruditi id affirmant: *Id interim verum est*, ait Pfeffingerus in Jus Publicum Vitriarii Lib. I. Cap. XV. pag. 1164, *ab anno 1680, quo Magdeburgicus Præsulatus ducali titulo in Electoralem domum Brandeburgicam transiit, Primatus hujus vocabulum evanuisse.* Leopoldus Imperator variis in literis; itemque Carolus VI. Archiepiscopos Salisburgenses compellarunt Primates, ac Franciscus I. nuper, anno 1750, edito decreto jussit, Archiepiscopis Salisburgensibus, cum ad eos ab Imperiali Cancellaria Aulica perscribitur, Primatis titulum adjungi oportere.

XXII. Sunt nonnulli Scriptores, qui Salisburgenses Archiepiscopos Electorali etiam aliquando fuisse dignitate conspicuos asseverent: propterea quod Innocentius IV. P. M. in Concilio generali Lugdunensi, anno MCCXLV congregato, Archiepiscopum Salisburgensem inter Septemviros, ad eligendum novum Imperatorem, sua auctoritate retulerit. Maxima namque tum ardebat inter Fridericum II. Imperatorem & hunc Pontificem discordia, cujus acerbitatem ut Imperator persentisceret, hoc in Concilio patefacere Innocentius decrevit. Allegavit quoque Fridericus ad hoc Concilium Thaddæum de Suessa, Procuratorem suum, virum prudentem, & eloquentiæ singularis, militem, & legum doctorem, ac sacri Palatii judicem Imperialem, ut

Archiepiscopi non accensentur Electoribus.

(q) *Coringius de Officialibus Imperii Romano-Germanici* §. *VIII. Tomo II. Operum pag.* 769: Cum olim in Germania propemodum apud solos clericos doctrinæ aliquid residere creditum sit, omnisque pene apud nos eruditio monachorum claustris fuerit inclusa, mirum non est, si Archi-Cancellarii officium, atque dignitas Sacerdotibus ac Theologis, studii peritis, potissimum commendata legantur. Observat vero solers ille rerum Imperii veterum, dum vivebat, indagator, Vir pietate, doctrina ac nobilitate eximius, Bernhardus a Mallinckrot, Commentariolo *de Archi Cancellariis Imperii*, primum S. Cunibertum Coloniensem episcopum, sæculo post N. C. VII. Archi-Cancellarii titulo esse usum; exque eo tempore varios nomine isto fuisse gavisos, nec ad sedem aliam privative, ut ita loquamur, istam dignitatem esse delatam, nisi demum sub Ottone I. sub quo sedes Moguntina honorata fuerit perpetuo isto Archi-Cancellariatus jure & honore. Quantumvis enim diffitendum non sit, jam tum ante illa tempora, facta illa supra memorata ingentis Francorum Imperii in tres partes divisione, Moguntinum, qui in ditionem regni Francorum orientalis concessit (ad quam Coloniensis ac Trevirensis tum nondum pertinebant) locum inter præsides primum obtinuisse, unde & a Wittichindo, rerum Ottonis Magni scriptore coævo, in historia inaugurationis Ottonis *Lib. 2. sub init.* Pontifex summus appellatur: tamen non ante, quam sub hoc Ottone I. perpetuo jure Moguntina Sedes Archi-Cancellariatus decore est ornata.

ut meliori, quo liceret modo, componeretur dissidium; nequicquam tamen ille post omnem profusam & modestiæ & submissionis operam profecit. Pontifex semper priori insistens proposito, in Imperatorem tandem, præsente Concilio, sententiam tulit depositionis & exterminii, illiusque subditos omnes juramento fidelitatis absolvit, constituens Septemvirorum numerum, qui novum Imperatorem eligerent:

ELECTORES

Laici { *Dux Austriæ*, *Dux Bavariæ*, *Dux Saxonum*, *Dux Brabantiæ, qui & Lovaniæ.* }

Prælati { *Archiepiscopus Coloniensis*, *Archiepiscopus Moguntinus*, *Salburgensis.* } *Principales.*

Ipsi ducentur in insulam quandam Rheni, & dimittuntur soli in ea, & amovebuntur omnes naviculæ, & ibi tractabunt de electione Imperatoris, nec adveniet aliquis ad eos, donec sint concordes. Huic negocio præerit Archiepiscopus Coloniensis, secundus Moguntinus, tertius Salburgensis. Ut ex Mathæo Parisiensi exscripsit Binius Tomo III. Conciliorum Parte II. pag. 1488. Hæc tamen Mathæi Parisiensis narratio pro commentitia, & male intrusa, passim habetur: tum quod scriptores synchroni, & qui Innocentii IV. Papæ cum Friderico II. Imperatore pugnam memoriæ tradiderunt, nihil de hoc peregrino Imperatorem eligendi mandato Pontificio commemorent: tum quod *Libellus damnationis* apud Cherubinum *Tom. I. Magni Bullorii pag.* 112. palam affirmet statuisse Pontificem, ut *illi, ad quos in eodem Imperio Imperatoris spectat electio, eligant libere successorem;* quemadmodum & anno 1246 Electores, id est, Principes Imperii, ac præcipue Officiales Imperii, ut Becka *in Chronico Ultroject.* refert, insistente Pontifice elegerunt Henricum, Thuringiæ Landgravium. Sed nec ipse Eberhardus II, Salisburgensis tum Archiepiscopus, unquam interfuit indictæ electioni Imperatoris, sed magis obluctatus fuit vehementiæ Pontificis, ut etiam excommunicationis jaculo ab eo feriretur. Serlingerus id memoriæ prodidit: *De isto Eberhardo*, ait, *Archiepiscopo reperi in quadam chronica antiquissima, pargomena, sermone Theutonico conscripta, satis authentica, quod idem Eberhardus obiit in excommunicatione Papali propter illam causam; quia Papa Innocentius IV. mandaverat sibi, quod deberet Imperatorem Fridericum II. excommunicatum denunciare; quod facere recusabat, quia antea confessor ejusdem Imperatoris fuerat, & hic in excommunicatione obiit.* Igitur hac in parte Mathæi Parisiensis fides tanti fieri non debet. Verum tribuamus interim, Pontificis consilium, ut ea narratione continetur, reipsa & factis peractum fuisse, nihil exinde in rem nostram consequitur; quin imo admonitos impense cupio omnes Juris Publici Ecclesiastici Studiosos, ne infelicium illarum historiarum in Germania excitent memoriam, neque ejusmodi abusus, Imperio summe præjudiciosos, totique Germanicæ Nationi perpetuo invisos, convertere audeant in decus Archiepiscoporum Salisburgensium: nunquam Romani hactenus persuaserunt Publicistis Germaniæ: Jus inesse Pontifici, ad Imperatores & reges solio dignitateque deturbandos, aut ad Electores constituendos suo pro arbitrio; dependet hoc ex intimis Imperii legibus, & forma, cujus administratio a Romani Pontificis officio suapte natura abhorret. Quod si autem Pontifex in hac Friderici exauctoratione potestatem sibi sumpsit, ecclesiasticis juribus nullo pacto commensam, quis ex hac potestatis immoderatione grandes titulos exsculpat Salisburgensis Archiepiscopi? & non magis, quæ illegitime & perverso ordine attentata sunt, ea quoque pro infectis merito censeat haberi oportere?

Plures ejusmodi sententiæ Pontificiæ aliquando incassum latæ fuerunt in alios Imperatores, ac reges; mirumque est, libros quosdam hodiedum in Germania tolerari, pacis perturbatores, veluti Odorici Rainaldi Historiam Ecclesiasticam, qui non sine Majestatis Germanicæ læsione, per totum tempus Ludovici Bavari Imperatoris scribit anarchiam fuisse; cum tamen ex Fastis publicis certum sit, Ludovicum hunc summa rerum tum fuisse in Germania potitum, idque omnia Imperii tribunalia asseverent.

Canonicatus conferuntur ab Archiepiscopis.

XXIII. Gaudent præterea Archiepiscopi Salisburgenses insigni hoc privilegio, quod iu Ecclesia sua, beneficia canonica, mensibus Papalibus possessore liberata, alternative, cui velint, elargiantur; utut Concordata Germanicæ Nationis soli Pontifici eam addixerint potestatem; quod quidem privilegium primitus Archiepiscopis cum ipsa Confirmatione obtigit a Romano Pontifice pro totius vitæ tempore; deinde vero restrictum fuit ad quinquennium, ut opus esset Archiepiscopis, post exactos quosque quinque annos, illius porro concessionis petere innovationem a Pontifice.

Wolffgangus Theodoricus Archiepiscopus Salisburgensis cum conversionis hujus sentiret incommodum, velletque rursus privilegii normam ad primam originem revocari, communicatis cum Capitulo suo consiliis, solenniter statuit, atque decrevit: non esse porro ad Sedem Apostolicam singulis quinquenniis pro confirmatione privilegii recurrendum; verum in cassum recidit hic conatus Wolffgangi Theodorici; etenim Successores Archiepiscopi, quod decreto Archiepiscopi obstreperent Romani, neque ratum illud habere vellent, post Wolffgangum Theodoricum rursus persecuti sunt quinquennalem privilegii petitionem, atque ita Pontificem suo in possessorio firmarunt; contra quem tamen & hodie Salisburgensibus liceat justo petitorio causam agere, jusque suum fortiori vestigio sibi vindicare. Quemadmodum & nuper Imperator cum Imperii ordinibus, serio ardenterque huic eidem insistere cœperunt postulato, ut illa privilegii ratio cæteris Germaniæ episcopis pro totius vitæ tempore simul obveniat, quin necessaria habeatur illa quinquennalis repetitio: esseque omnino graves ac legitimas episcopis id sibi vindicandi causas; quas nuper anno 1769 tres S. R. I. Electores Archiepiscopi, Moguntinus, Trevirensis & Colonienfis, palam exposuere in suis contra Romanam Curiam gravaminibus, Josepho II. Imperatori oblatis. Horum gravaminum primo statim loco ponitur:

Indulta Electorum Archiepiscoporum conferendi beneficia, in mensibus Papalibus vacantia, pro ecclesiis, in quibus mensium alternativa viget, Archiepiscopi S. R. I. Electores acceperunt in remunerationem suorum specialium officiorum, Sedi Apostolicæ in restauranda obedientia, & conficiendis Concordatis Germaniæ exhibitorum, secreta promissione mox impleta. Erat hoc primitus conceptum ad dies vitæ eorum: successit deinde ab anno 1434 *per Paulum II. Regula indultorum revocatoria, olim XIV, postea XV. Cogebantur sic nostri Prædecessores de Pontifice ad Pontificem, innovationem indulti petere: restringebatur contra antiquam formam ad quinquennium. Imo durius tractavit S. R. I. Electores Archiepiscopos Innocentius X. Differebatur longius Bullarum expeditio, & interim beneficia a Summis Pontificibus conferebantur. Querelas istas Episcopi antecessores primum Sede vacante ad S. Conclave, deinde ad electum Clementem XI. anno* 1700. *conjunctim detulerunt in vanum.*

Confidunt autem Archiepiscopi Electores moderni in Sanctitate Sua, rem istam ad terminos primæ post Concordata observantiæ reductum iri, dandumque indultum hoc eis, & eorum Successoribus ad dies vitæ, ad quæcunque beneficia, alternativæ hactenus subjecta; imo vera præsentibus datum absque ulterioribus intellectum iri pro dato, dum regimini ecclesiarum suarum præerunt; nisi placuerit Augustissimo Imperatori nunc alternativæ isti, utpote certo duntaxat modo hactenus non impleto, in Concordatis placitæ, quæstionem durabilis subsistentiæ movere.

Ex quo in iisdem Concordatis jus collationis per alternos menses Sedi Apostolicæ non perpetuo concessum fuerit, sed ita: Nisi in futuro concilio de consensu Nationis Germanicæ aliter fuerit ordinatum. *Quam constitutionem semper & perpetuo suspendere non debet stare penes unam partium contrahentium.*

Expedientur autem hæc iisdem Archiepiscopatibus ex pacto debita indulta in posterum mox cum Bullis confirmationis. Hactenus tres illi Archiepiscopi Electores.

Sed & severiori judicio hac in causa indulgere licet, ac cordate asserere, collationem canonicatuum, & beneficiorum si spectes, Capitulum Salisburgense nunquam fuisse Concordatorum Germaniæ pactione comprehensum; idque duplici, ac palmari argumento: 1mo Decreti Pontificii: 2do Conditionis, ac instituti Capitularis. Ac *primo* quidem, ætate Leonardi Archiepiscopi anno 1514, ut infra ad hunc annum dicetur, cum solveretur Capitulum Salisburgense juramento Regulæ S. Augustini, Mathæus Cardinalis, præcipuus moliminis auctor, conjunctis cum Capitulo viribus, impense precati sunt Pontificem Leonem X, ut collatio canonicatuum & beneficiorum, ut antehac fuerat in professione regulari, & deinceps in potestate Archiepiscopi, atque Capituli permaneret; quod laudatus Pontifex non probavit modo, sed & perpetuum esse jussit in Bulla sæcularizationis ita definiens: *Quod collationes, provisiones, præsentationes, institutiones, seu quævis aliæ dispositiones quorumcunque beneficiorum & officiorum, quæ ante suppressionem, reductionem & erectionem ad Capitulum, & ejus personas, quocunque modo spectabant, seu pertinere poterant, de iisdem etiam deinceps libere, & licite, non minus disponere possint, ac valeant.* Ergo Decreto Pontificio retunditur tota Concordatorum Germaniæ exceptio in favorem Capituli Salisburgensis; ac proinde hauquaquam rediit ad Pontificem alternativa horum canonicatuum collatio, neque etiam ea rursus concedi benigne potuit a Pontifice Archiepiscopo atque Capitulo Salisburgensi secus atque in Concordatis Germaniæ conven-

Salisburgenses non ligantur concordatis.

ventum est. *Secundo.* Ex parte Capituli Salisburgensis vis illa Concordatorum elliditur; nam prodierunt Concordata Germaniæ eo tempore, quo Salisburgense Capitulum adhucdum tenebatur professione Status regularis ordinis, nempe Canonicorum Regularium S. Augustini; hic autem Regularis ordo statutorum suorum, & Apostolicorum, quibus firmatur, decretorum vigore, deligit in cœtum suum novos idoneosque homines, quos & peculiari quadam ad hoc vitæ genus disciplina excolit, atque per ipsam professionem regularem ad canonicatus gradum attollit; ut generalis hucusque usus obtinuit, secus atque alia Germaniæ sæcularia Capitula agere perpetuo consueverunt. Igitur cum Pontifex in hac Concordatorum pactione sibi tribuerit Canonicatuum Germaniæ collationem, neque tamen firmam, perpetuamque hujus regularis ordinis observantiam data opera, & liquido sublatam indicaverit, recte meritoque censetur Salisburgense Capitulum in juris sui, & statutorum veteri possessione permansisse. Certo Capitulum Herbipolense ob veteres suas, probatissimasque constitutiones illico Concordatis Germaniæ refragatum fuit ea parte, qua canonicatuum collationes avocantur ad Papam, hacque tergiversatione interposita permansit in pristina libertate. Quod quidem & a Salisburgensibus tum fieri oportebat; cum vero factum non sit, firmum tamen semper hoc restat argumentum: Capitulum Salisburgense, fide instrumentorum, non fuisse Concordatorum Germaniæ pactis involutum.

Directorium in collegio Principum Imperii.

XXIV. Fulgent denique Salisburgenses Archiepiscopi hoc amplissimo Imperii Magistratu, quod jure dirigendi in collegio Principum sint prædιti, alternis semper cum Domo Austriaca vicibus; quæ quidem dignitas primum soli Archiepiscopo Salisburgensi propria fuit, ceu Germaniæ Primati, longoque tempore ille causas obventantes ad deliberandum Principibus, & Electoribus proposuit; donec deinde ab Archiepiscopo Magdeburgensi, ac tandem a Domo Austriaca sibi remoram injici hoc in officio sensit, ut est apud Goldastum *Parte XXII.* der Reichs-Händel *Cap. VIII. pag.* 932. Circa tempora Caroli V. Imperatoris Salisburgenses Archiepiscopi cum Domo Austriaca jus dirigendi alternativum exercere cœperunt, non quidem sine pugna & protestatione. Auctor der Grund Veste des Heil. Röm. Reichs *Parte II. Cap. V. pag.* 106. hanc vicissitudinem ita describit: Wann nun sich jeder Stand an sein ort gesezet, schreitet daß Directorium zur Proposition, oder Fürtrag, welches beydes (jus scilicet dirigendi, & proponendi) jeziger Zeit Salzburg und Oesterreich, gleich dem Vorsiz, wechselweise von einer materi zur anderen, jedoch dergestalt zu haben, und auszuüben pflegen, daß Oesterreich bey jedem Reichstag darmit den Anfang macht, worüber Salzburg (alß welchem daß Recht hiebevor allein zugestanden) sich allemal höchlich beschweret, mit Vorwenden, daß mann Salzburgischen Theils, daß Erz-Herzogliche Hauß von Oesterreich gutwillig zur alternation kommen lassen, jedoch gleichwohl mit des Stifts Gerechtsame ausdrücklichen Reservation protestirende, daß Oesterreich nunmehro eine Gerechtigkeit darauf machen wolle. Hingegen beziehet sich Oesterreich auf die Possession, auch unterschidliche Vergleiche, sonderlich de anno 1535 mit König Ferdinando, Krafft deren Oesterreich mit dem Vorgang zur Kirchen, bey der Kayserlichen Proposition, und in dem Rath, jedesmahl den Anfang zu machen habe &c. Allermassen dergleichen Protestationes und Reprotestationes noch in Anno 1640, so wohl lezlich Anno 1653 zu Regenspurg in Reichs Fürsten Rath zu vernehmen gewesen &c. Addit Londorpius loco citato Cap. XLIV. pag. 868. controversiam hanc denuo anno 1640, die 8 Septemb. in Comitiis Ratisbonensibus ad incudem fuisse revocatam; director quippe Salisburgensis hæc proposuit: Demnach auch hiebevorn jederweilen daß Erzbistumb Salzburg eine Protestation eingewendet, indeme sich Oesterreich, vor Ihme des Directorii, auch Session und Stimme, unterfangen. Wiewohl nun von Salzburg Ihrer Kayserlichen Majestät zu allerunterthänigsten Ehren, eine Alternation zugesehen worden, so wäre es doch salvo jure gutwillig geschehen. Weilen aber Salzburg der Vorsiz und Directorium gebührete, und Sie solche Alternation, villweniger die Session und Stimme vor Ihme, nebenst dem Directorio dem Hause Oesterreich einräumen konten, alß thäten sie vorige Protestationes anhero widerhollen, mit Bitte, die Stände solches observiren wollten. Regessit Austriacus Director: Daß bishero von Haus Oesterreich die Alternatio mit der Session, voto und Direttorio, Salzburg nachgelassen worden, ware auf angebohrner Milde geschehen. Sey ein Vergleich vorhanden, daß Oesterreich jedesmahl bey dem Kirchgang, Proposition und anderen Actibus, den Anfang gemacht, und die Præcedenz habe, alß lassen sie es dabey nochmahls verbleiben, mit Bitte, solches bey künfftiger Reichsversamlung ingedenk zu seyn Reprotestando. Ad quæ rursum Salisbur-

lisburgensis: Nullatenus Alternationem deberi Clementiæ Domus Austriacæ, utpote, quæ Domui Austriacæ ab ea obtigerit Reverentiæ causa, ut in Actis Imperii reperitur &c. Itaque hodiedum ea Alternatio perdurat inter Austriacam Domum, & Salisburgensem Archiepiscopum pro singularum causarum susceptarum duratione &c.

Antiqui limites Provinciæ Salisburgensis.

XXV. Fines Hierarchiæ Salisburgensis sub ipsum ortum, & tempora S. Ruperti, prope nulli extiterunt; etsi enim Rupertus usque in Pannoniam profectus, plurimos converterit ad Ecclesiam populos; attamen cum nec ille adhucdum habuerit diœcesim, sed *regionarius* duntaxat, seu *gentium* fuerit *Episcopus*: neque etiam Salisburgum, seu Juvavium adhucdum fuerit ornatum Sede episcopali, nullatenus hæ ad Ecclesiam conversæ gentes amplificare Salisburgensem Ecclesiam potuere. Joannes, alter demum in Salisburgensi Ecclesia Successor Ruperti, propriam obtinuit diœcesim Salisburgensem, quam deinde Virgilius etiam in Carantanos, seu Carnins, a se Christi lumine collustratos, protendit. Arno, primus Archiepiscopus, diœceses Suffraganeorum suorum Episcoporum, Pataviensis, Ratisbonensis, Frisingensis, & Brixinensis, conclusit intra limites Salisburgensis Provinciæ; ac præterea ipse Arno Pannoniam inferiorem, post devictos a Carolo M. Hunnos, adusque Dravi in Danubium ostia, fide suscepit, Christianisque disciplinis excolendam; quam postea Provinciam Metropolitica rexit dignitate, Regum Francorum potissimum patrocinio nixus, etsi antehac Aquileienses Patriarchæ harum omnium Provinciarum, etiam per Noricum Mediterraneum dispersarum, extiterint Metropolitæ, adeoque & hoc sibi porro servare jus studiose contenderint contra Archiepiscopos Salisburgenses. Hanc duos inter Metropolitas agitatam controversiam Carolus M. tandem diremit, & stabiles in posterum utriusque limites definivit, edito Aquisgrani Diplomate anno 812. ut sequitur.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Carolus serenissimus Augustus, a Deo coronatus, Magnus, Pacificus, Imperator, Romanorum gubernans Imperium, quia per misericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum.

Notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini præsentium, & futurorum, qualiter viri venerabiles *Ursus*, Sanctæ Aquilegiensis Ecclesiæ Patriarcha, & *Arno* Sanctæ Juvaviensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ad nostram venientes præsentiam, non minimam inter se contentionem habuerunt de Carantana Provincia, quod ad utriusque illorom diœcelim pertinere deberet. Nam *Ursus* Patriarcha antiquam se authoritatem habere asserebat; & quod tempore, antequam Italia a Longobardis fuisset iovasa, per synodalia gesta, quæ tunc temporis ab antecessoribus suis Aquilegiensis Ecclesiæ Rectoribus agebantur, ostendi posse prædictæ Carantanæ Provinciæ civitates ad Aquilegiam esse subjectas. *Arno* vero Episcopus asserebat, se habere authoritatem Pontificum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Zachariæ, Stephani atque Pauli, quorum præceptis & confirmationibus prædicta Provincia tempore antecessorum suorum ad Juvaviensis Ecclesiæ diœcesim fuisset adjoncta.

Nos autem aodita atqoe discussa eorum contentiooe, ut in unam eos charitatem & concordiam revocaremus, & ut io futurum tam inter ipsos, quam & successores eorum omnis controversia atque disceptatio fuisset peoitus ablata, prædictam provinciam Carantanam ita inter *eos* dividere jussimus, ut Dravus fluvius, qui per mediam illam provinciam currit, terminus ambarum diœcesium esset; & a ripa australi ad Aquilegiensis Ecclesiæ Rectorem; ab Aquilonari vero ripa, ad Jovaviensis Ecclesiæ Præsulem ipsius Provinciæ pertineret. Ecclesiæ vero, quæ in utraque ripa fuissent constructæ, ubicunque possessiones suas, juste sibi collatas, habere noscerentur, absque contradictione & cootentione ambarum partium haberent; quia compertum habemus, qood quædam Ecclesiæ in ona ripa fluminis prædicti sunt constructæ.

Hac igitur definitione promolgata a Nobis, præcipimus atque jubemus, ot tam præsentes viri venerabiles, *Maxentius* videlicet, qui in locum nuper viri venerabilis *Ursi* Patriarchæ subrogatus est, & *Arnonem* virum venerabilem, Juvaviensis Ecclesiæ Archiepiscopum, decernere in futurum nulla controversio, aut quæstio moveatur, sed contenti sint ex utraque parte nostro judicio, quod inter eos secundum rectitudinis normam, propter charitatem & pacem, quæ inter tales viros decet, conservandam judicavimus. Neque enim justior nobis super hujusmodi disceptatione sententia proferenda videbatur, qoam ut divisio inter eos illius Provinciæ fieret, cujus ambo se authoritatem habere asserebant; quia nos eorundem authoritatem neutiquam falsam, neotiquam infirmam facere volumus; quia ona antiquitate: altera Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sublimitate præcellebat. Hanc nostræ authoritatis jussionem, ut majorem per tempora vigorem sortiretur, firmiorqoe ab iis, qui post nos futuri sunt, hominibus haberetur, more nostro eam subscribere, & de Bulla nostra

40

IMITIBVS DIMEN



ARCOMAN



nostra jussimus sigillare. Datum XVIII Kalend. Junii, Anno XI Christo propitio Imperii nostri, XLII Regni nostri in Francia; atque XXXVII in Italia, Indictione quarta. Actum Aquisgrani Palatii, in Dei nomine feliciter. Amen.

Hungaria & Bohemia avellitur. XXVI. Circa annum Christi millesimum S. Stephanus Hungariæ Rex propriam Ecclesiasticam Provinciam, & Metropolitam cum suis Suffraganeis pro regno Hungariæ impetravit, atque ita eam Pannoniæ partem a Salisburgensi Metropoli secrevit. Sed & Bohemia olim ad Salisburgensem Provinciam ecclesiasticam pertinebat, ceu pars Diœcesis Ratisbonensis; Bathuricus quippe Ratisbonensis Episcopus, circa initium noni sæculi Bohemorum Apostolus, Christianam iis religionem prædicavit, hancque salvificam fidem inter eas propagavit, ac firmavit. *Itaque Bohemia, quæ ab occidente & meridie Bojos respicit, in rebus divinis paruit Episcopis Ratisbonensibus, usque ad D. Wolffgangum, cujus consensu deinde proprios habuerunt Episcopos;* scribit Hundius Tomo I. Metropolis Salisburgensis pag. 190. Hac ratione circa finem decimi sæculi etiam Bohemia extra limites Salisburgensis Metropolitæ est egressa (*).

Moravorum Apostoli. XXVII. Nono item sæculo supervenere duo apostolici Viri Cyrillus & Methodius Moravis ac Slavis populis, celebrantes Liturgiam lingua Slavonica. Fuere illi quidem hac de causa Romæ accusati, verum prolatis idoneis rationibus non tantum deterserunt omnem culpæ speciem, sed & Methodius, Archiepiscopali dignitate insignitus, anno 868. Wellehradii, præcipua Moravorum urbe, Metropolim constituit; etsi vicissitudines cum Pataviensi Episcopo, & Metropolita Salisburgensi hac de causa susceptæ, non defuerint; Moravia nihilominus, magnaque Slavoniæ pars ab eo tempore detracta est Salisburgensi Provinciæ.

XXVIII. Viennæ Austriæ, Cæsarum pervetustæ Sedi, petente Carolo VI. Imperatore, nuper anno 1721, Archiepiscopalis dignitas accessit, & Suffraganeus eidem attributus fuit Neostadiensis Episcopus; cum primum & Viennensis (**), & Neostadiensis Episcopi subjecti fuissent Metropolitæ Salisburgensi, ejusque Provincia ecclesiastica comprehensi.

Hac repetita partitione decrescere visa est usque in hodiernum diem Salisburgensis Provincia, quæ in primo suo Archiepiscopo Arnone, exeunte octavo sæculo, & ineunte nono, amplissimis finibus florebat, ut in præfixa *Tabula Hierographica* clare conspicitur.

XXIX. Superiore anno percrebuit rumor, novas rursum cudi Provinciarum ecclesiasticarum partitiones. Josephum II. Augustum, suis de causis permotum, cepisse consilia, nullus ut porro exterorum Episcoporum jurisdictionem protendat suam in provincias Austriacas, animarumve cura ibidem perfungatur: satis de ejusmodi Pastoribus intra suos sibi fines esse provisum; pollere namque Magistratum ecclesiasticum arcana quadam vi in animos populorum, quæ exteræ ditionis hominibus pro omni eventu concedi non debeat; cum sæpius compertum sit, ecclesiasticos Præsules, eos præsertim, qui insigniuntur summo etiam civili dominatu, implicitos fuisse discordiis publicis, imo bella contra vicinos Principes gessisse, civilem item & ecclesiasticam procurationem tam arctis sese mutuo subsidiis communire, ut nisi in consentientibus studiis neutra earum, aut suam tueri auctoritatem, aut Reipublicæ commoda queat provehere: quod si boni publici ratio id exigit, etiam Episcopatuum, & Provin-

(*) *De Suffraganeatu Ratisbonensi scribit Hochwartus:* Carolum IV. Romanorum Imperatorem anno 1365. ab Urbano V. Papa precibus impetrasse, quod Ecclesiæ & Episcopatus Babenbergensis, Ratisponensis & Misnensis subjectæ deinceps esse deberent Joanni, & successoribus suis, Archiepiscopo Pragensi, tanquam Apostolicæ Sedis Legato, quod jus Legati sibi in Ratisponensem Diœcesim Archiepiscopus Salisburgensis vindicavit. *Verum solers a Salisburgensibus suscepta defensio effectum Pontificiæ concessionis fefellit. Apud Oefele in Scriptor. Rerum Boicar. Tomo I. pag.* 213.

(**) *Leopoldus Dux Austriæ & Styriæ anno* 1208 *literas dedit supplices ad Innocentium III. Papam, ut Viennæ, sua urbe in Austria, Diœcesis Passaviensis, ordinaretur proprius Episcopus: largos se eidem ex ære suo reditus numeraturum pollicitus. De hac igitur Diœcesis partitione, & separatione a suo Ordinario Passaviensi, hac consideratione digna perscripsit Pontifex Legatis suis:* Licet non solum secundum statuta canonica, verum etiam nonnulla Prædecessorum nostrorum exempla, petitioni suæ (*Ducis*) videretur omnino annuendum; volentes tamen venerabili Fratri nostro, Episcopo Pataviensi (*Mangoldo*) de superabundanti gratia, rem ipsam sibi curavimus intimare, considerato, quod etsi non existerét necessarium, super hoc suum obtinere consensum, requirere tamen eum videretur honestum, venerabili Fratri nostro Archiepiscopo Salisburgensi mandantes, ut memoratum Ducem ad peragendum hoc propensius hortaretur, & inquisita super his sollicite veritate, nobis renonciaret eandem &c. *Ita Epistola Innocentii III. Papæ. Tomo I. pag* 758. *Edit. Baluz. & apud Bernard Pezium Cod. diplomat. Parte II. pag.* 65.

vinciarum ecclesiasticarum mutationem urgeri oportere ab iis, qui sedent ad Reipublicæ gubernacula &c. Hac in dispositione rerum ademptus reipsa jam nuper fuit tractus inferioris & superioris Austriæ, cum regione Bavariæ neo-acquisitæ Episcopatui Passaviensi, adusque Oeni litora; atque ut ditionis, a Pastore divulsæ, amplitudini rite & in posterum administrandæ prospiceretur, novus Lincii constitutus est Episcopus, qui præteriti Passaviensis partes sustineat, sitque Archiepiscopi Viennensis Suffraganeus. Sedes Episcopalis Neostadiensis in Austria, ob ecclesiasticæ procurationis, & parochiarum adjunctarum opportunitatem translata est ad fanum S. Hippolyti. Chiemensis tamen Episcopatus in Bavaria per partem districtus Tyrolensis veterem jurisdictionem hactenus illæsam, secus ac ferebatur, retinuit: tribuisse Archiepiscopum Salisburgensem diœceseos suæ regionem late patentem in Styria, & Carinthia, Episcopis Seccoviensi & Lavantino, suis suffraganeis, hactenus quidem administratam ab iis, ceu Vicariis Generalibus; in posterum vero iisdem, ceu propriis Ordinariis, parituram. Præter tres Suffraganeos, Gurcensem, Seccoviensem & Lavantinum, ob regionis amplitudinem, & parochiarum frequentiam, novus ab Imperatore decretus est Episcopatus Leobiensis in Styria, atque congruis reditibus donatus; cujus primum Episcopum idem Augustus (quod & in posterum obtinebit) nominavit Virum, virtute & meritis clarissimum Dom. Alexandrum, Comitem ab Engel; qui & nuper Salisburgi solenni ritu confirmatus fuit a suo Metropolitano, & inauguratus; censebiturque numero Suffraganeorum Salisburgensium, ære proprio Salisburgensis Archiepiscopi olim fundatorum, Gurcensis nimirum, Chiemensis, Seccoviensis & Lavantini; in quos Suffraganeos, utut in terris Austriacis positos, exercebit Metropolita Salisburgensis vetus suum, a Nicæno I, aliisque conciliis statutum, semperque exercitum jus confirmandi, id est, ordinariam eis jurisdictionem impertiendi, citra Papæ interventum; etsi enim Romani Pontifices jam inde a sæculo XIII. jus sibi solis vindicaverint confirmandi quosquos Episcopos, hujusque acquisiti juris emolumentis hodiedum perfruantur; non tamen id actum fuit ab antiquo: Metropolitæ primis temporibus, innixi canonibus, ut dixi, & conciliorum decretis hanc elargiti fuere suis Episcopis ordinariam potestatem; quem jurisdictionis usum Archiepiscopi Salisburgenses ordine non interrupto sectati sunt; ut proinde æquissimum sit, eidem jurisdictioni insistere Metropolitam Salisburgensem constanti vestigio, etiam in hoc novo Episcopatu Leobiensi; maxime quod jus hoc Metropoliticum in Styria jam inde ab antiquo semper fuerit exercitum. Porro universa & Styriæ & Carinthiæ regio distributa est inter quatuor hos Episcopos Suffraganeos, Gurcensem, Seccoviensem, Lavantinum & Leobiensem, comprehensis etiam illis districtibus, in quos olim & Labacensis & Goritiensis Diœcesis excurrebat, veluti districtus Cillejanus, & ille, qui ultra flumen Dravum protenditur: hujus novæ partitionis ecclesiasticæ traditæ sunt singulis Ordinariis novæ chartæ chorographicæ, cum inscriptis singularum Diœcesium finibus, ut facilior sit præsentibus pastoribus curæ animarum administratio; hujus ejusdem opportunæ dimensionis causa Sedem Episcopi Lavantini, ajebant, figendam fuisse in Urbe Cilleja, antehac Labacensis Diœcesis; quod tamen hactenus executioni traditum non est, nec fortassis erit. Et hæ quidem sunt recentiores vicissitudines Hierarchiæ Salisburgensis, quibus diœcesis quidem Salisburgensis, amissa Styria & Carinthia, imminutionem subiit, Provincia vero ecclesiastica Salisburgensis, jusque metropoliticum, adjectis variis districtibus, novoque Episcopatu, fuit amplificatum.

Quidam nuper Episcopatus imminuti, novi fundati.

Jam vero ad conciliorum Salisburgensium, qui scopus est operis, pertexendam seriem accedamus. Cœperunt hæc concilia paulo post, ac Sedes Salisburgensis anno 798. ad Metropoliticam evecta fuit dignitatem. Sciebat quippe Arno primus Archiepiscopus, tantopere utilem, ac necessariam Hierarchiæ Christianæ, conciliorum celebrationem, eamque sibi, ad Metropoliticam dignitatem evecto, cordi esse debere, ac primo quoque tempore in opus redigendam: audierat sæpius, Romæ cum degeret, tanti id fuisse momenti in Ecclesia institutum conciliorum, jam inde ab origine, ut nec fidem, nec disciplinam sine horum subsidiis servare liceret illibatam: fuisse hoc præceptum Canone XXXVI, qui Apostolis tribuuntur: Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν. *Bis in anno fiat Episcoporum Synodus, & inter se examinent decreta religionis, & incidentes ecclesiasticas controversias componant.* Et Canone V. Concilii Nicæni I: καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι. *In unaquaque provincia bis in anno Synodi fiant*

Concilia sæpius celebranda.

fiunt &c.: sciebat ille, & a Bonifacio, Moguntino Archiepiscopo, non pridem antehac e vivis sublato, sex, aut septem fuisse in variis Germaniæ partibus celebrata concilia, cum summo Ecclesiæ emolumento; hancque tandem & sibi, ad Archiepiscopatum promoto, curam esse fortiori vestigio impositam. Concilia autem, tum a se, tum a successoribus celebrata, accessorias solennitates habuerunt, a prioribus conciliis, in Bojoaria coactis, omnino diversas. Nam antehac agebantur illa ab Episcopis auspicio Bojoariæ Ducum, Theodonis, Tassilonis &c. illorumque auctoritate fulciebantur, quod supra in Dingolfingensi Concilio factum fuisse vidimus; ast primum mox Salisburgense concilium, uti & sequentia, Francorum Regum, & Imperatorum nomina, æramque præ se ferunt; propterea quod post exactum fœdifragum Tassilonem, Bojoariæ Ducem, anno 788, Carolus M. Provinciam judicibus, nutu suo administrandam tradiderit, adjectis novis quibusdam ad veteres Bojoariorum leges; qua etiam de causa congregatos Patres in primo statim Salisburgensi concilio quæpiam disciplinæ decreta ad mentem Caroli M. sollicite accomodasse, infra videbimus.

Tassilonis fata. Fuit Tassilo in Conventu Ingelheimensi, ceu læsæ Majestatis reus, capitali sententia palam damnatus, ob plures apertæ perduellionis causas, ut Eginhardus ait: ob deserta jam antehac Pipini Regis castra, evocatosque contra Carolum Hunnos & Avaros; quæ omnia facinora ipse propria confessione firmavit. Carolus vero motus misericordia ob Dei amorem, & quod sanguine sibi junctus ille esset, mortis supplicio eum absolvit, optionemque fecit, quo potissimum pœnitentiæ generi ipsus subjici cuperet? qui cum attonderi, atque in monasterio peccata sua, cum filio Theodone, in posterum plangere petiisset, voti sui a Carolo compos factus est. *Exitus Agilolfingorum imperii is fuit*, ait Marcus Velserus Rerum Boicarum Lib. V. pag. 173, *anno ducentesimo octogesimo, postquam Theodo primum pedem in Boica posuit: stirps inter Germanicas sine controversia vetustissima, & nobilissima, in cognomine Theodone, Tassilonis filio, extincta est.* Cui familiæ, ut in gente Boica ducatum gereret, concessum fuisse a Francorum regibus affirmat Dagobertus ipse in Capitulari tertio, seu de Legibus Bajuvariorum Tit. II. Cap. XX. *Apud Chiniac in Capitularibus Regum Francorum Tomo I. pag. 91.* Cæterum quo in loco Tassilo monachum egerit? aut obierit? non convenit inter Scriptores; quemadmodum & de illis prodigiis, quæ patrata feruntur ad illius sepulchrum, dubia omnia sunt, & incomperta.

CON-

CONCILIUM SALISBURGENSE I.

Anno 799.

Anno Christi DCCXCIX. Leonis III. Papæ anno IV. Caroli Francorum Regis XXXI. ab Arnone Archiepiscopo coactum in oppido Bojoariæ Riesbach, hodie Dynastiæ Landshutanæ.

Ita Historiographi Salisburgenses, Jordanus, Dukerus, & Codex Traditionum Frisingensium.

Epistola encyclyca, qua Arno Archiepiscopus Provinciæ suæ Episcopos ad celebrationem primi Salisburgensis Concilii evocavit.

Sincerrimæ dilectionis venerabiliter præferendo, & cum omni charitatis amore amplectendo N. digno Dei Antistiti, supplex S. Juvaviensis Ecclesiæ Archiepiscopus N. bene cupiens prosperitatis vestræ hic præsenti, & in futuro sæculo.

Solito etenim more Sanctitatis Vestræ precibus nos enixe commendamus. Vestra namque memoria, ut optime condecet, jugiter apud nos retinetur, sicut optime noverit Fraternitas Vestra, & canonica Auctoritas probat, omniumque nostrum est utilitas maxima, qui sumus in loco regiminis constituti, synodale colloquium habere, & ibi pertractare nostrum ministerium, a Deo nobis commissum, ad profectum totius Christianæ plebis: quia id ipsum a confratribus nostris Episcopis hoc anno in regno Domini Senioris nostri in Francia peractum (*a*). Quapropter, Deo Auspice, nos coadunati sumus, synodalem collocutionem exercere ad Riesbach die inchoante XIII. Calend. Sept. Quapropter bonum est, ut die statuto vos ipsi illuc veniatis, & præcipiatis vestro Chori episcopo, ut illuc veniat, & Archipresbyteris vestris, seu cæteris primoribus ecclesiasticis, & de illa vestra abbatia illos procedere monachos, quantos vobis videbitur; & si illa Capitula, quæ in illa Synodo in Francia gesta fuerunt, scripta habeatis, vobiscum deferte. De victualibus vero sagax vestra prudentia præcaveat ad quantos dies ibi commorari in loco, tantos tunc nostra suppetiat convenientia. Quia sicut superius præfati sumus, ut illa synodalis loquela, divina auxiliante gratia, nobis a Deo merces adcrescat, & apud homines bona laus. Et hoc scitote, quia ad confratres nostros Episcopos istam exemplariam scriptam directam habemus. Perlecta hac epistola a vestra dilectione nobis sospitatem vestram per missum, aut per indicolum vestrum nobis innotescere non pigeatis.

Pezius in Codice Diplomatico Parte I. Column. 74.

Sequun-

(*a*) *Est Concilium Aquisgranense, anno* 799 *in causa Felicis & Elipandi convocatum, in quo concilio in solius Alcuini libris servato, etsi nihil aliud ab eodem Alcuino memoretur, quam condemnatio illius hæresis, in qua quidem confutanda ipse tum Alcuinus præ cæteris enituit; alia tamen etiam disciplinæ capita, usitato conciliorum more ibidem constituta fuerunt, quæ ab Alcuino, in rem duntaxat suam intento, fuere prætermissa; ut passim fit, quando scriptor aliquis occasione unius præcipui capitis recenset rei cujusdam pertractationem. Id ipsum contigit, ut mox videbimus, in secundo concilio Salisburgensi; nam clare intelligitur, præter partitionem decimarum, tum controversam, etiam alia disciplinæ præcepta in eo fuisse condita: utut ab eo, qui memoriam illius conservavit, sola adducta sit decimarum contributio. Hæc hæresis Felicis & Elipandi jam anno* 792. *in Concilio Ratisbonensi condemnata fuit.*

Sequuntur canones hujus Concilii, ut a Cl. Jordano fuere consignati, nempe, ut videtur, non tam concilii ipsius, quam proprii historiographi verbis redditi; satis quippe fieri censebat reverentiæ, sacris ejusmodi monumentis debitæ, si, servato, quem continent genuino sensu, enuncientur digniore quodam & luculentiore verborum ambitu; quod Historici agere passim consueverunt. *Anno* 799.

Canon I.

In æde sacra ne strepunto, ne ambulanto: ante finem rei divinæ ne ex cedunto.

Canon II.

Presbyter ante annum ætatis XXX. non consecretur: nec nisi vita & moribus ante exploratis (*b*).

Canon III.

Clerici feria IV. & VI. carne & vino abstineant, præterquam a Paschate ad Pentecosten: a Nativitate Domini ad Epiphaniam, festisque diebus SS. Apostolorum, B. V. Mariæ, S. Michaëlis, S. Joannis Baptistæ, & Martini; hac tamen lege, hospitibus, ægrotis, viatoribus, iisque, qui belli degunt, exemptis (*c*).

Canon

(*b*) *Idem decrevit Bonifacius I. Papa Can. I.* Si quis *Distinct. LXXVIII. Item Concilium Aquisgranense, anno* 816. *celebratum, capitulo IX:* Quod antem a triginta annis facerdoe efficitur, ab ætate scilicet Christi sumptum est, ex qua idem ortus est prædicare. Hæc enim ætas profectu jam non indiget parvulorum, sed perfectionis vi plena est, & robusta, & ad omne disciplinæ ac magisterii exercitium præparata &c. *Cum enim octavo illo sæculo plurimi in Germania grassarentur* destructores ecclesiarum, populique seductores, quorum alii falso se episcopatus gradu prætulerunt, alii vero Presbyteratus officio se deputarunt, alii etiam innumera perversitatis figmenta sequentes, magna ex parte populum seduxerunt, *ut Othlonus refert in vita S. Bonifacii Lib. I. Cap.* 31. *ad quorum artes & imposturas cautiori molimine depellendas tantopere cohortatus est Gregorius III. Bonifacium Moguntinum Archiepiscopum; cumque Bonifacius ipse de tot gravibus Sacerdotum offendiculis amare questus sit Zachariæ Pontifici in Epistola* 130, *&* 132. *inter Bonifacianas, a Serario editas, quid magis necessum fuit agi a Bojoariæ Episcopis, eodem sæculo congregatis in Riespacensi concilio, quam revocare pastores, qui populum imbuere debeant Christiana disciplina, ad frugem meliorem, eorumque decus omni solicitudine adjuvare.* *De ætate Presbyterorum.*

(*c*) *Constitutiones, quæ Apostolis tribuuntur Lib. V. Cap.* 18. οὐκ ἔτι δὲ καὶ κρεῶν ἀπέχεσθε ἐν ταυταῖς, ἡμέραι γάρ εἰσι πένθους, ἀλλ᾽ οὐκ ἑορτῆς. Abstinete tunc eutem a vino & carne; dies enim sunt luctus, & non festi. *Concilium Gerundense Anno* 515. *Capitulo III:* quibus diebus a carnibus, & vino abstinendum decernimus; *nempe diebus luctus & jejunii. Item S. Augustinus contra Adimantium Manichæum Cap.* 14. *ex Apostolo ad Romanos Cap. XIV. v.* 21. *&c. Sunt hæ de jejuniis ecclesiasticæ leges, Pastorum judicio constitutæ, quæ suis de causis etiam variantur. Olim feria IV & VI jejunatum est: hodie feria VI & Sabbatho abstinetur: olim alius erat potus, & eduliorum delectus in his, alius in aliis diœcesibus: quisque Provinciæ suæ, & Pastorum legibus tenetur. Huc pertinet Edictum Caroli M, quo jejunium trium dierum Ao.* 814. *indixit, publicarum calamitatum depellendarum causa. Præcipit in ea Imperator:* Ut omnes a carne & vino his tribus diebue abstineant, & usque ad horam nonam jejunent, exceptis, quos aut ætas, eut infirmitas non permittit, qui tamen secundum suam qualitatem, vel vitæ suæ professionem, aut orationibus sectis, aut eleemosynis congruis, idipsum secundum consilium magistrorum redimere studeant, quod jejunando, & abstinendo complere non valent ---- Opera autem hie diebus operari permittimus, quæ nec ad Ecclesiam venire impediant, nec ente statutam horam manducare, eut bibere cogant &c. *Quo in Edicto simul disciplina illorum temporum retegitur, etiam potum jejunantibus interdicens.* Ex antiquissimo MS. Andegavensis Monasterii S. Huberti in Arduenne. *Abstinentia a vino.*

Anno 799.

CANON IV.

Usus vestium sit e more communi (*d*).

CANON V.

Clerici ne sibi vendicent bona nobilium.

CANON VI.

Decimæ dividantur in quatuor partes: in Episcopum, Sacerdotes, egenos, ecclesias (*e*).

CANON VII.

Viduarum, pupillorum, cæcutientium, inopum cura sit penes Episcopos (*f*).

CANON VIII.

Memoriæ Sanctorum, ac Martyrum ignotorum ne fiant (*g*).

CANON IX.

Venefici, & necromantæ candentis ferri examine probentur (*h*).

CANON

(*d*) *De vestibus Clericorum similia præstantissime decernit Synodus Aquisgranensis, paulo post anno* 817. *habita, Capitulo XII.*

Decimarum partitio.

(*e*) *Hic canon fluxit ex norma, & Capitulari, Capitulo V, quod Gregorius II. Papa dedit tribus Legatis suis ad instituendos Bojoariæ Episcopatus anno* 715. *abeuntibus, quod Capitulare in Dissertatione prævia* §. *VIII. attulimus. Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus Cap. II. Capitularium num.* 16: Ut ex decimis quatuor portiones fiant, juxta institutionem canonicam. *apud Labbeum in Collect. Concil. Tom. VIII. pag.* 573. *Occasio statuendi hunc canonem VI. fuit Episcoporum Hispanorum abusus, qui tertiam decimarum partem sibi tribuerunt, contra ac vetus disciplina statuit; sic quippe illi definiverunt in Concilio Toletano IV, anno* 633. *habito, canone XXXIII:* Constitutum est a præsenti concilio, Episcopos ita diœceses suas regere, ut jure nihil præsumant aufferre, sed juxta priorum auctoritatem conciliorum tam de oblationibus, quam de decimis, tributis ac frugibus tertiam consequantur. *Id autem cum adversetur non tantum Capitulari Gregorii II, sed etiam canonibus, a S. Gregorio M. indicatis, Lib. XII. Epist.* 31. *ibi:* Mos Apostolicæ Sedis est ordinatis episcopis præceptum tradere, ut de omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones: una videlicet Episcopo, & familiæ ejus propter hospitalitatem, & susceptionem: alia clero: tertia vero pauperibus: quarta ecclesiis reparandis: *inique tulerunt cum Arnone Germaniæ Episcopi, tritam hanc ab Hispanis disciplinam perverti, maxime quod illorum Hispanorum abusum sensim jam prorepsisse in Germaniam intuerentur; cujus corruptelæ prævertendæ causa censuit Arno canonem hunc pro Bojoariæ episcopis statui oportere. Quem paulo post, nempe anno* 832. *imitatus est Hatto, seu Heyto Episcopus Basileensis, & Abbas Augiæ divitis prope Constantiam, qui in Capitulari a se edito Num.* 15. *ita constituit:* Quod decima, quæ a fidelibus datur, Dei census nuncupanda sit, & Deo ex integro reddenda; cujus tertia pars secundum canonem Toletanum Episcoporum debet esse. Nos vero hac potestate uti nolumus, sed tantum quartam partem, juxta constituta Romanorum Pontificum, & observantiam Sacræ Romanæ Ecclesiæ, de eadem habere volumus. Quod si quis contentiosus inde repertus fuerit, communione privabitur, & synodali censura judicabitur. *Apud Labbeum in Collect. Concil. Tomo VII. pag.* 1522.

(*f*) *Ex perpetua Ecclesiæ disciplina.*

(*g*) *Concilium VIII. Carthaginense, sub Bonifacio Episcopo, anno* 515. *habitum, & a Luca Holstenio primum e Bibliotheca Palatina evulgatum, ita habet:* recitatum fuisse librum canonum, temporibus S. Aurelii Episcopi usitatorum, atque inter alia: Ut nulla memoria martyrum acceptetur, nisi ubi corpus, aut reliquiæ, aut origo alicujus habitationis fideliter traditur. *Apud Labbeum in Collect. Concil. Tomo IV. pag.* 1637. *Vide etiam Mabillonium de cultu Sanctorum ignotorum.* De Martyrum memoria.

(*h*) *Mos illorum temporum ad faciendum innocentiæ periculum perperam receptus, & deinde abolitus.* Vide mox sequentem admonitionem II.

Canon X.

Anno 799.

Cucullum nisi monachi, aut gelu cogente ne gestent (*i*).

Canon XI.

Monachi ne sunto curiones.

Canon XII.

Episcopi ne sibi arrogent abbatias: Prælati aut clerici, ne bona sacra ad jus regium pertinentia, in usumque nobilium destinata (*k*).

Canon XLI.

Ut nullus Clericus vestimenta laicalia portet, nec arma, nisi tantum, quod ipsius religioni deceat, induere præsumat.

Canon XLII.

Festos dies celebrare sancimus, id est: diem Paschæ, similiter feria II. III. & IV. & V. Ante missam licentia sit arandi, & seminandi, hortum vel vineam excolendi, & sepem circumcludendi: ab alio vero opere vacare. Pentecosten similiter, ut in Pascha. S. Laurentii. Cal. Novemb. Omnium Sanctorum. Similiter Dedicatio Ecclesiarum.

Hos duos canones posteriores recenset Abbas Reginon, noni & decimi sæculi scriptor, ex concilio in Riespach, in Bojoaria habito, in libello de Ecclesiasticis disciplinis, & religione christiana Lib. I. Can. CCCXXXVI, & Can. CCCLXXVIII. Quoniam vero Reginon priorem horum canonum

---

(*i*) *Concilium Aquisgranense anno* 816. *Cap. CXXV. decernit:* Reprehensibilem, & ecclesiastica emendatione dignum apud plerosque canonicos inolevisse comperimus usum, eo quod contra morem ecclesiasticum cucullos, quibus solis monachis utendum est, induant. *Erat autem cuculla, vel cucullus, seu Capicium, monachorum vestis, quæ caput obtegebat. Gregorius Turonensis Lib. VII. Historiarum Cap.* 39. *de Sagittario Episcopo ait:* dum obtecto capite fugere niteretur, extracto quidam gladio caput ejus cum cucullo decidit &c. *Vide Capitulare Aquisgranense anni* 817. *Cap.* 21, 22 & 35. *apud Chiniac Tomo I. fol.* 582. *novissimæ editionis.*

(*k*) *Fundatur hic canon in ille usu, & facto Caroli M. quod refert contemporaneus scriptor, monachus S. Galli, qui duos libros de gestis Caroli M. edidit; ita quippe ille Lib. I. Cap.* 14: Providentissimus Carolus nulli comitum, nisi his, qui in confinio, vel termino barbarorum constituti erant, plus quam unum comitatum aliquando concessit: nulli Episcoporum Abbatiam, vel ecclesias, ad jus regium pertinentes, nisi excellentissimis caussis unquam permisit. Cumque a consiliariis & familiaribus suis interrogaretur, cur ita faceret, respondit: Cum illo fisco, vel curte, illa abbatiola, vel ecclesia tam bonum & meliorem vasallum, quam ille Comes est, vel Episcopus, fidelem mihi facio. *Apud Canisium Lect. Ant. Tomo II. pag.* 57. *Editionis Basnage. Quæ voluntas Caroli etsi in legem publicam nunquam abierit; Arnoni tamen Archiepiscopo, Caroli latus frequentissime stipanti, valde nota erat, atque etiam sensim & sensim ita in vulgus diffluxit, ut multi sæculares, inde animati, mala fide vindicatum sibi irent possessiones ecclesiasticas; ut videre licet in Instrumentis Frisingensibus apud Meichelbeck Historiæ Frisingensis Parte II. num. CXXII. Ideoque ne ejuscemodi litibus daretur occasio, voluit Arno hunc canonem in hac Synodo Riesbacensi definiri; ut & cæteri Episcopi, quos Carolus M. vel in cœtu Episcoporum, vel etiam judicibus aut comitibus adjunctos volebat in causarum definitione, huic sese Imperatoris voluntati gererent congruenter. Quo pertinere existimo Canonem VIII. Concilii Moguntini, anno* 813. *celebrati, cui & ipse Arno Archiepiscopus intererat, ubi statutur:* Ut Episcopi potestatem habeant, res Ecclesiasticas providere, regere, gubernare, atque dispensare secundum canonicam auctoritatem volumus; & ut laici in eorum ministerio obediant ---- & Episcopi consentientes sint Comitibus & judicibus ad justitias faciendas, & ut nullatenus per aliquorum mendacium vel falsum testimonium, neque per perjurium, aut per præmium lex justa in aliquo depravetur.

Anno 799. *num asserit decretum fuisse ordine quadragesimum primum in Riespacensi concilio: Jordanus autem cum duodecim duntaxat canones illi concilio tribuerit, recte arguitur, plures illius concilii canones temporum injuria periisse: aut certo Jordanum, cui animus erat scribere historiam, non dare Concilia, præcipuos transtulisse canones in suam paraphrasin; alios canones quos minoris esse notæ arbitratus est, penitus præteriisse.*

Subscripserunt Concilio.

Waldrich Episcopus Pataviensis (l)
Arn Archiepiscopus
Adalwinus Episcopus Ratisbonensis
Atto Episcopus Frisingensis
Alimus Episcopus Sabionensis.
Simpertus Episcopus Augustensis.

Urolf Abbas, Hatto Abbas, Cundharnus Abbas, Reginperht Abbas, Wolffipus Abbas inferioris Altahæ, Leitfridus Abbas Chiemensis, Johannes Abbas Degernseensis, Wolfdretus Cremsmonstrensis, Anno de Munchmünster.

Arno Archipresbyter, Ellanod Archipresbyter, Baldrich Archipresbyter, Adelhartus Archipresbyter: Emericus Archipresbyter, Oswaldus Archipresbyter, Amannus Archipresbyter, Elimatus Archipresbyter.

Presbyterus & Curiones.

Meginhardus, Canzzon, Luitprandus.

Diaconi.

Hildebertus, Wolffdretus, Sintolfus.

Extat in Tabulario Episcopali Passaviensi Codex MS., in quo concilii hujus sistitur brevis Historia Germanico idiomate, cum iisdem fere Patribus & Canonibus, quos adduxit Jordanus, ac palam ibi asseritur, plures in Concilio statutos canones hoc in compendio prætermitti. Nos a Cl. Mathia Rieberer descriptum folium, hoc loco deponimus.

Anno Domini 799. den 20 Januarii ist ein gemein Versamblung, oder Synodus in Nidern Bayrn zu Reichschach von den Bischoven in Bayrn gehalten worden. Darauf sein gewesen die Nachuolgenden Bischoff, und Aebbt, Erzbischoff Arno von Salzburg, Otto Bischoff von Freysing, Widrich Bischoff von Passau, Sant Symprecht Bischoff zu Augspurg, Wolff Abbt zu Nidern Altach, Leitfrid Abbt von Chiemsee, Johannes Abbt von Tegernsee, Hata Abbt von Schlechdorff und Bonen, Wolfdorcklit Abbt von Krembsmünster, die Priester und Pfarrherr.i Wegenhard, Canzoleit, Prant, Erzbriester Adelhardt, Ambrich Paldrich, Oswald Amou, Elonier, Evangelier, Hilbort Vereprecht, der hilfft, in dieser Samlung ward beschlossen, als nachuolget.

Nemblich man soll in der Kirchen nit plapern, oder spacieren geen, kainer soll ehe der Gotts dienst für ist, aus der

(l) *In hujus concilii subscriptione Waldrich Episcopus Pataviensis anteponitur Arnoni Archiepiscopo; tum quod dignitas & præferentia olim obtigerit episcopis, secundum quod alter alterum tempore ordinationis anteiret; ait quippe Benedictus VII. Papa in Epistola ad Gallos & Germanos circa annum 975. data:* Injungimus, ut juxta beati Gregorii decretum, Anglorum Archiepiscopis directum: alter illorum, qui prior erit in Ordinatione tempore, ipse etiam, quoad vivet, prioratum teneat & in ordine: *tum, quod fortassis Arno, recens Roma appulsus, novæ suæ metropoliticæ dignitatis Diploma nondum evulgaverit: tum denique, quod sciret, Waldricum Pataviensem Episcopum, senem, & de Ecclesia optime meritum, quodammodo sibi vindicare dignitatem Metropoliticam; idque ob Laureacum, veterem Metropolin in Norico, destructam quidem, Diœcesi tamen Pataviensi comprehensam; quæ juris disceptatio diu postmodum in successoribus perduravit; ut superius in Præfatione uberius dictum est; nam Reginarius, Pataviensis Episcopus, qui anno* 822. *consecratus est, decem annis cum Arnone Archiepiscopo pro hoc suo jure decertavit; ut refert Hundius ex Catalogo Episcoporum Pataviensium Lib. I. Metropol. Salisburg. pag.* 295.

der Kirchen gehen, man soll kein vor 30 Jaren zum Priester weichen, am Mitwoch und freytag sollen die Geistlichen nit fleisch essen, noch wein trincken, ausgenumben die Täg, von Weinachten, bis auf der heiligen drey könig Tag, und von Ostern bis auf Pfingsten, und auch unser lieben frauen täg, Sant Johanns zu den Sunnabenten, die Zwelff botten täg, S. Michael und S. Martin, oder wenn einem ein guetter freund khombt, denen aber in krieg, aufm Land, oder den kranckhen wirt kein mass in essen noch trincken nit geben, was einer in der fasten essen oder trinckhen solt, stund in seinem willen, doch solt sich ein yeder hüetten, damit er sich nit voll sauffet, oder fräss, Ein yeder soll klaider tragen, wie der gmain Brauch ist, Bischoff, Aebbt oder geistlichen sollen nit an sich ziehen noch bringen die güetter der Edleut, Zehenden sollen gethailt werden, der erst thail dem Bischoff, der ander den Priestern, der drit den Armen, von dem vierdten thail des Zehends soll man die Kirchen erhalten, Die Bischoue sollen nach allem ihrem vermügen ob Wittib und Waysen, blinden, Lamen und armen Leuthen halten, man soll niemand betlen lassen, ein yeglich Statt und Gegend soll ihr arm Leuth aushalten, Zauberer Senger und Warsager sollen sich entschuldigen, mit einem glüenden eysen, und Brennhaissen Wasser, so sie das mit blossen henden anrüeren, und darein greiffen, wanns ihnen unschedlich ist, sollen sy entschuldigt sein, es soll keiner kain Gugel (*) tragen, Er wer dann ein Münich oder es wer kalt, kein Münich soll kein Pfarr haben, kein Bischoff kein Abbtey, kein Prelat oder geistlicher soll an sich bringen oder ziehen güetter, so lechen vom Reich sein, und auf den Adel geordnet oder gewidmet ist, diss und anders noch vil mehr, ward alda beschlossen, das nit von nötten, das mans alls erzellen mag, man mag aus diesem woll abnemmen, was der Zeit für Leuth sein gewesen &c.

(*) *Cucullus.*

Aliud folium manuscriptum, saculi XI ut videtur, nuper detectum fuit in Archivo Consistorii Salisburgensis in quo hæc continentur:

Arno hæc recitavit in unum congregatis Archiepiscopo cunctis Episcopis Bavariæ, Abbatibus, Archipresbyteris, Presbyteris, Diaconis.

Pro remedio animarum eleemosyna facienda quater in anno, Sabbato ante Palmarem, Sabbato Pentecostes, tertio Sabbato in Septembri, Sabbato proximo ante Nativitatem Domini, & hoc publice in exemplum. Hæc invitus, neque coactus nemo faciat, sed spontaneo judicio juxta vires.

Cibi in jejunio, vel potus, in arbitrio cujusque sunt.

Clerici Presbyteri quarta & sexta Feria abstineant a vino & carne; excipiuntur festa, dies a Pascha ad Pentecostem. Item quando advenit amicus.

Item non tenentur jejunare, qui in bello, in itinere, in palatio, aut in curia Principis. Infirmi.

Hoc maxime cavendum est, ne usque ad facietatem cibum & potum sumamus.

Nullus Episcopus vel Abbas attrahere sibi audeat res nobilium.

Decima dividatur in quatuor partes, una sit Episcopi, altera cleri, tertia pauperum, quarta fabricæ Ecclesiæ.

Viduæ, pupilli, orfani, claudi, cæci ab Episcopis pro possibilitate defendantur.

Monachus nullo modo parochiam regat.

Nullus Episcopus vel Abbas sibi attrahat res tributalium Domini Regis, vel ecclesias, vel quidquid ad talem conditionem pertinere videtur.

Acta hoc sanctum Concilium in loco qui dicitur Rheispach, XX die Januarii, Regnante Domino nostro Carolo gloriosissimo Rege, anno regni ejus XXXII, Christi 796. *in utraque chronotaxi est mendum. Recensentur deinde Episcopi, & quidam Abbates.*

Ex allatis his variorum recensionibus ejusdem concilii perspicuum fit, privatos homines adnotasse canones, qui singulis opportuniores videbantur; dum interim authentica concilii, & canonum statutorum series disperiit.

ADMONITIO I.

De Concilii hujus Authenticitate.

De Concilii hujus authenticitate.

Conciliorum Collectores Labbeus & Harduinus hoc Salisburgense concilium penitus prætermiserunt: alii, veluti Joannes Dominicus Mansi, & Marcus Hansizius, alter fortassis alterius subnixus fide, tum concilium, tum statutos in eo canones, dubios esse censuerunt, aut omnino supposititios; quorum scriptorum auctoritas hoc loco tanti fieri non debet; tum quod prioribus nullum innotuerit ... hujus,

hujus celebrati concilii documentum: posteriorum autem tota repudiandi ratio versetur in solis chronologicis offendiculis. Nam Encyclica Archiepiscopi Epistola, antea recensita, diem annunciat concilio præstitutum XIII Calend. Sept. Jordanus autem nominat diem 20 Januarii, qui concilio Riespacensi initium dederit. Igitur, quemadmodum dissensio duorum monumentorum afficit solum diem, quo habitum sit concilium, eumque incertum relinquit; ita duplici, conspiranteque testimonio ab iisdem firmatur ipsius celebrati concilii veritas; neque huic præcipuo themati derogare quidquam potest accidens diei variatio; nec etiam infrequens est in certissimis eventibus veterum & recentiorum temporum intueri hanc dierum ambiguitatem citra ullum facti incommodum; quamvis facile difflare liceat diei incertitudinem ex vario robore utriusque testimonii: Jordanus quippe, Archiepiscopalis Tabularii Præfectus, diem hunc hausisse videtur ex documentis authenticis: Epistola autem illa encyclica, a Pezio allata, pluribus scatet mendis scribæ imperiti, qui nævi fortassis etiam involverunt præstitutum concilii diem. Præterea dies 20 Januarii, a Jordano designatus, apprime congruit cum disciplina ecclesiastica illorum temporum, celebrandi concilia diebus Dominicis; anno quippe 799 vigesimus Januarii fuit Dominicus dies, quod clare ostenditur in celebri opere: *L'art de verifier les Dates des faits historiques*, Parisiis anno 1770 evulgato, *pag.* 16: quo critico vastigio caret dies, in Epistola encyclica designatus.

Verum rejectis his chronologiæ ambagibus proferre juvat inconcussa & interna & externa argumenta, quæ non tantum revera coactum fuisse hoc Riespacense concilium ab Aruone Archiepiscopo, sed etiam necessariam prope fuisse illorum canonum præceptionem, e rebus synchronis efficiant. Nam primo canones illi maxime devincti sunt usibus & indigentiæ illorum temporum, nempe sæculi VIII, & disciplinam ecclesiasticam provide muniunt contra corruptelas, illo ævo acerbe grassantes; quod quidem in notis, singulorum canonum textui subjectis, abunde patefeci: opus tum erat, clericorum ac sacerdotum vitam, mores atque ordinationes reddere exploratas, ob plures advenas impostores, e rebus, in religione perturbatis, lucrum captantes: restringere item clericorum avaritiam in decimarum contra præscriptum direptione: monachorum adcurare observantiam: urgebat tum infirmam laicorum religionem & cultum moderari, seu in observandis festis, & jejuniis, seu in sanctorum veneratione, inter tot superstites paganæ superstitionis reliquias &c. quæ omnia in illis canonibus præclare decernuntur. Suspicienda vero præ cæteris est canonum illorum auctoritas in eo, quod ecclesiasticarum legum, & civilium usuum nexum impense procurent, atque consensionem. Præsertim in justitiæ publicæ administratione, quod ecclesiasticis judiciis insignia emolumenta, atque existimationem procuravit. Constituit Carolus M. Episcopos & Sacerdotes adjungi comitibus & judicibus ad decidendum publicas causas; quin imo & congregatorum Episcoporum jussit valere sententiam, premens vestigia Constantini M. quam hic in *Epistola ad Ablavium* significavit, ut est in Extravagante, ad finem *Codicis Theodosiani* (*m*). Aruo itaque Archiepiscopus cum Caroli M. intellexisset mentem de illicita bonorum sacrorum & nobilium acquisitione, censuit eam palam fieri oportere auctoritate concilii, ac canone XII. exponi; ut deinde Episcopi in judiciorum pertractatione huic sese voluntati Principis gererent congruenter. Hanc vero de tollendis abusibus, deque ecclesiasticarum & civilium legum concordia sollicitudinem ne quis putet data opera esse excogitatam, ac vindicari Patribus Riespacensis concilii eum in finem, ut præsumptis illis XIV. canonibus adferatur patrocinium, testes etiam accedunt locupletissimi, Jordanus, Cancellarius Archiepiscopalis Salisburgensis, & Præfectus Tabularii, qui in facie totius Sedis Archiepiscopalis canones illos e squalore, & blattarum dentibus erutos, solicite evulgavit circa medium sæculi XVI, cujus Chronicon manuscriptum in Bibliotheca Cæsarea Viennæ adserva-

(*m*) *Sozomenus quoque id de Constantino M. testatur Lib. I. Hist. Eccl. Cap. IX:* τεκμήριον δὲ ἱκανὸν μέγιστον τῆς τοῦ βασιλέως περὶ τὴν θρησκείαν αἰδοῦς, τῶν ἐπισκόπων ἐπικαλεῖσθαι τὴν κρίσιν ἐπέτρεψε τοῖς δικαζομένοις, ἢν βούλωνται τοὺς πολιτικοὺς ἄρχοντας παραιτεῖσθαι, κυρίαν δὲ εἶναι τὴν αὐτῶν ψῆφον, καὶ κρείττω τῆς τῶν ἄλλων δικαστῶν, ὡσανεὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐξενεχθεῖσαν· ἐς ἔργον δὲ τὰ κρινόμενα ἄγειν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας. Illud vero maximum est Imperatoris erga religionem argumentum, quod clericos ubique per legem immunitate donarit; quodque illis, qui erant in judicium vocati, dedit potestatem provocandi ad episcoporum judicium, si modo vellent civiles magistratus præterire: Episcoporum autem sententiam pro rata haberi oportere, atque aliorum judicum sententiis præstantiore, tanquam ab ipsomet Imperatore prolatam, statuit. Quin & jussit a magistratibus, quidquid judicatum est, in executionem deduci, atque etiam milites obstringi, illorum ut executioni deservirent.

servatur: item Mannscriptum documentum vetus, supra allatum, Salisburgensis & Passavieosis Tabolarii, nuper detectum: est & Cl. Pezius, qui Epistolam Arnonis Eneyclicam, inter antiqnitatis lacinias delitescentem, testimonio ineontaminato extraxit in lucem: est item, quem quidem primo testium loco nominare oportebat, Abbas Reginon, qui sæculo X. doos Canones, e Riespacensi concilio desumptos, in soam, ut mox attuli, canonum Collectionem ingessit; ut proinde & historicis & criticis disciplinis maxime consentanea videatur non tantum Riespacensis coocilii, sed & canooum, ibidem statutorum, certitudo.

ADMONITIO II.

ad Can. IX. hujus Concilii.

De examine ferri candentis, & aliis divinis judiciis.

Si quis forte laboravit suspicione patrati criminis, aot etiam de eo palam insimulatus est; veluti hic *Canone IX.* Veoefici & Necromantæ; isqoe se ioſontem diceret, nequa per leges convinci posset: vel si controversam veritatem, quam nosse plurimorum interesat, non licuit humanis viribus retegere; mos ab antiquo fuit, recurrere ad Deum, supremum justitiæ & veritatis viodicem, atque ab eo innoeentiæ suæ, & veritatis signum exorare. Multi inique, ut dicebant, postulati, edito jurejurando, seu sacramento, Deum testem appellaverunt, quæ *Canonica* censebatur *purgatio*, e religione haustа, hanc vero purgationem, cum sæpius comperta fuisset perjura, in posterum oportebat non expeti a qoolibet, sed a judicibus illi deferri, cujus dignior esset fides, & probitas. Alii Eucharistiæ sumptione, vel Missæ celebratione suspicionem eriminis a se depulerunt, cum evocatione divinæ vindictæ, si qua forte rei essent; quod & Gregorius VII. Papa coram Henrico IV. Imperatore egisse legitur apud Lambertum Schaffnaburgens. *ad annum* 1077.

Purgatio canonica.

Verum præter has legitimas porgationes ad arbitraria & superstitiosa veritatis eruendæ pericula defecerunt homines, etiam Christiani: examine ferri candentis permulti probari petierunt, ceu viodicatione injuriæ: sæculo IX. Richardis, uxor Caroli III. Imperatoris, ut est apud Aventinum *Libro IV. Annal. Boicorum:* itemque sæculo XI. S. Conigundis, conjux Henrici Sancti Imperatoris, suspicionem violati thori a se removerunt; eratque hoc examen adeo receptum, ut & a monachis passim pro causæ patrocinio fuerit adhibitum: Theodoricus Abbas S. Albini, in controversia cum Heimerico Vice-comite habita, petiit, *aut candidi ferri judicio, secundum legem monachorum, per suum hominem probare; aut scuto & baculo juxta legem sæculorium sese defendere.* Apud Sirmondum *in notis ad Epist.* 39. *Lib. III.* Goffridi Vindocinens. Idem qooque sanxit Carolus M. Cap. III. in Appendice II. Capitularium: *Si negaverit se illum occidisse, ad novem vomeres ignitos Dei judicio examinandus accedat.* Apud Chioiac *Tomo II. Capitularium pag.* 795. Jam sæculo VI, Anastasio Imperatore, in Orieotali Ecclesia, suscepta est ejusmodi purgatio a Catholico Episcopo contra Episcopum Arianum (*). *Ut in ignem ingrederentur; atque ito patefactum iri, uter eorum pietate præstaret. Recusante Ariano, orthodoxus intravit, & stans in medio ignis verba fecit ad adstantes, Deo ipsum incolumem conservante.* Apud Cedrenum *od annum DVI. pag.* 295. Aliud fuit examen innocentiæ *immersio in oquam frigidom: ut si innocens de hoc furto, unde purgatio quærenda est, in hanc aquam corpus suum immittere voluerit, confestim ob ipsa aqua excipiotur*, id est, mergatur: *si autem culpabilis, aut reus &c. ab ipsa aqua rejiciatur*, id est supernatet. Ex Martenne *Tomo III. Lib. III. Cap.* 7. *de antiquis Eccles. ritibus.* Vaferrimi hominis inventum! & nihilominus Lodovicus Pius Imperator illud in leges Imperii intulit apud Goldastum *Constitut. Imperial. Tomo III. pag.* 254. Sed & Carolus M. hoc aqoæ examen fieri præcepit in *Appendice II. Capitular. Cap.* 34. Apud Chiniac *Tomo I. pag.* 797. *Immersio in aquam calidom* insonti haud quaquam officere dicebatur: *certamen singulare*, quo qui cecidit, reum se criminis fecit. Otto Imperator hoc judicii genere contentiones absolvi præcepit *Leg. Lombard Libro II. Tit. LV.* §. 38, & diu ante, oempe anno 794. Francofordiense concilium diremit controversiam inter Caroium M. & Episcopum Verdunensem hnjus judicii ioterventu. Alias etiam panem, aut caseum, imprecationibus ooeratum, homini, crimiois suspecto, mandncandum obtulerunt; ut si reus esset, illius esu præfocatus interiret. *Chronicon Gottwicens.*

Purgatio vulgaris.

Examen ferri candentis.

Examen aquæ frigidæ, & calidæ.

(*) Εἰς πῦρ εἰσελθεῖν, καὶ οὕτω δειχθῆναι τὸν ὀρθόδοξον· τοῦ δὲ Ἀρειανοῦ τοῦτο παραιτησαμένου, αὐτὸς εἰσῆλθε, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς ἑστάμενος, διελέγετο πᾶσιν, ἀβλαβὴς ἀπὸ τοῦ θεοῦ φυλαττόμενος.

cenſ. Libro I. Cap. 2. Expoſuerunt item cadaver occiſi hominis, atque ad cujus acceſſum ſanguine illud manaſſet, accedens ille mortis auctor dicebatur. Quin & Sacrificio Miſſæ abuſi fuerunt ad ejusmodi examina. Gerbertus *Parte II. Liturg. vet. Alem. pag.* 555. ex Codice San-Gallenſi adfert Miſſam, *ut fur ſe ſiſtat* &c. Quæ omnia examina, ſeu purgationes dictæ ſunt *Divina Judicia*, quod Deo auctore ferri putarentur in veritatis, aut innocentiæ teſtimonium.

Unum in Lege Moſaica ejusmodi judicium legitur a Deo Iſraëlitis conſtitutum fuiſſe *Num. Cap. V.* de muliere adulterii ſuſpecta: oportebat illi, in templum adductæ, porrigi a Sacerdote poculum aquæ, cui parum pulveris de pavimento tabernaculi inſperſum fuerit; quod Zelotypiæ poculum cum biberit mulier (*): *Siquidem polluta fuerit, & prævaricata prævaricatione in virum ſuum, & ingredientur in eam aquæ, inferentes maledictionem in amaras: & tumeſcet uterus ejus, & cadet fœmur ejus, & erit mulier in maledictionem in medio populi ejus. Et ſi non polluta mulier, ſed munda ipſa fuerit, innocens erit, & ſeminabitur ſemine.* Hue apud Judæos. Ipſis etiam gentilibus arbitraria examina ſuſtulerunt criminum ſuſpiciones: Veſtalis Tuccia, ut eſt apud Valerium Maximum, in teſtimonium illæſæ virginitatis ſuſtulit aquam cribro hauſtam: Daphnopoli extitiſſe fontem ſcribit Euſtathius *Libro VIII*, quem ingreſſa virgo violata turbulentum reddidit. Tacitus *de Moribus Germ. Cap. X.* adnotavit, Germanis ſingulare certameo ad evolvenda dubia prætuliſſe facem &c.

Poculum Zelotypiæ.

In hæc itaque conſpicua & Judæorum, & Gentilium veſtigia intentum vulgus Chriſtianorum, ultro pariter in ea deſcendit; nempe ne videretur pauciuribus, ac illi olim, e cœlo fulciri ſubſidiis. Summi Principes, quod mox vidimus, atque etiam Particularia Concilia, ſeſe abripi tulerunt ab hoc vulgarium opinionum torrente: Sæculo IIX. Concilium I. Salisburgenſe Canone IX; & paulo ante Concilium Triburienſe, ut ex Vaticano Codice adnotavit Harzheimius *Tomo II. Concil. pag.* 410, rata habuerunt hæc examina. Nun tamen auſim dicere, eximios Patres illorum conciliorum temere ſecutos fuiſſe ſolam perſuaſionem vulgi ſuis in ſententiis, contra ac Univerſalis Eccleſia tradidit; exiſtimem magis, in eorum ſcriniis eccleſiaſticis adſervata fuiſſe quæpiam pſeudo-documenta, & exempla majorum, quæ eos ad condendum ejusmodi canonem manuduxerint. Certo Cl. Muratorius *Tomo III. Antiquitatum Italiæ medii ævi pag.* 613. adfert Antiphonarium antiquiſſimum MS. Bibliothecæ Canonicorum Mediolanenſ. item Rituale pervetus, pariter MS. in quibus Ordo exponitur divini judicii ad aquam frigidam, & ſimul adfertur hiſtoria de Leone III. Papa, qui ob theſaurum S. Petri a Romanis lingua, & oculis privatus, ad Carolum M. confugit, atque ab eo Romam reductus & reſtitutus fuit; theſaurus tamen ille reperiri non poterat, niſi per hoc judicium: *quod judicium fecere Beatus Eugenius, & Leo, & Imperator, ut Epiſcopi, & Abbates, & Comites firmiter teneant, & credant, quod probarunt viri illi ſancti.* Fortaſſis aut charta, aut ſaltem fama ejusmodi hiſtoriæ, quam Muratorius fabulam appellat, obverſata fuit incautis Patribus in Salisburgenſi Concilio, eosque ad inconſultam definitionem proniores reddidit. Sed neque Lex de exploranda adultera *Num. Cap. V.* idonea eſt ratio vulgares illas purgationes firmandi: ceremonialis illa duntaxat erat in veteri Teſtamento, a Deo peculiariter lata laſcivis Iſraëlitis, ut familiarum in Republica ſervaretur puritas; quæ lex deinde cum cæteris Moſaicis præceptis antiquata, in novum Teſtamentum diſtendi nullatenus poteſt; multo minus ut liceat ad divini illius judicii ſimilitudinem alia innocentiæ pericula pro arbitratu effingere. Quod ſi pagani in ejusmodi examinum imaginario delectu Deum ſibi adeſſe e machina cenſuerunt, temere illi utique ſtatuerunt in rebus, alio ſpectantibus, divina judicia, & occultarum rerum notitiam in mirabilium ſpecie vaniſſime ſcrutati ſunt; neque enim in hominis, etiam injuria affecti, poteſtate eſt, Deum ad miracula compellere; id quippe eſt tentare Deum; etſi cæteroquin laudabile ſit, eundem confidenter exorare, ut calamitatibus noſtris ferat opem pro voluntatis ſuæ beneplacito.

Judicia illa paſſim recepta.

Purgationes vulgares exſufflantur.

Examina illa nihilominus cum ignorantiæ judicum, & deſidiæ, plurimum faverent, promptum ab illis obtinuere patrocinium; facilius namque viſum fuit magiſtratibus, acquieſcere fanaticis his portentis in cauſa dubia, quam longam inire, implexam, atque ad juſtitiæ leges exactam perquiſitionem, atque ex ea tandem æquum & juſtum eruere. Sed & aliis plerisque hominibus hæc divina judicia attulerunt quodpiam illicium: tum quod homines plerumque mirabile plus ament, quam verum: tum quod in eorum perpeſſione multi commodum repererint, & occaſionem fallendi. In examine aquæ calidæ, aut ferri candentis homines calluſi, duræque compagis adſtantibus ſæpius illuſerunt: alii peritia magiæ naturalis exculti commoverunt admira-

(*) אם נטמאה ותמעל מעל באישה ובאו בה המים המאררים למרים וצבתה בטנה ונפלה ירכה והיתה האשה לאלה בקרב עמה: ואם לא נטמאה האשה וטהרה הוא ונקתה ונזרעה זרע:

mirationem populi: experti natare examen aquæ frigidæ pertulerunt sine discrimine: ex singulari certamine, qui arma tractare noverunt, sæpe gloriam sunt aucupati; ac nobiles viri suos pro se pugnatores substituerunt: judices ipsi adstrinxerunt monomachos ad tales conditiones, quibus compertum fecerunt, non tam divino, quam humano interventu peragi fortem illarum purgationum: nobilibus concessa fuerunt arma victricia, plebejis servilia: mulier incontinentiæ accusata decertavit contra virum zelotypum, in scrobe tres pedes profundo; stantem, fusteque armatum, ipsa foris libera, munita gravi lapide, quem in funda contra illum agitavit &c. Has tamen ipsas fallaces purgationes passim adornaverunt scriptores colora mirabili, cui, si nos contigisset coram adsistere, nihil simile vidissemus. Luitprandus Longobardorum Rex, VIII. sæculo, hæc omnia ludibria acutiori mente perpendens palam edixit: *Incerti sumus de judicio Dei, & multas audivimus per pugnam sine justa causa suam causam perdidisse. Sed propter consuetudinem gentis nostræ Longobardorum legem impiam vetare non possumus.* Apud Muratorium *De Scriptoribus Rer. Ital. Tomo I. Parte II. pag.* 74. Cæterum Ecclesiarum Præsules, pietate & eruditione præstantes illas superstitiones ab antiquo impugnarunt: Agobardus, Archiepiscopus Lugdunensis IX. sæculo librum edidit: *Contra damnabilem opinionem putantium divini judicii veritatem igne, vel aquis, vel conflictu armorum patefieri.* Eodem sæculo Stephanus V. Papa in Epistola ad Lambertum Episcopum Moguntinum ait: *Nam ferri candentis, vel aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri a qualibet, sacri non censent canones; & quod Sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinventione non est præsumendum.* Gregorius IX. Papa in suas Decretales Lib. V. Titulum intulit *de Purgatione vulgari*, in quo allatis plurium Pontificum Rescriptis usus interdicitur ejusmodi examinum. Quæ tamen omnia, quia posteriora sunt Salisburgensi concilio, non multum afficere potuerunt Patrum animos de re, communiter usitata, & quandam pietatis & confidentiæ speciem mentiente.

Ab Ecclesia rejectæ fuerunt.

CONCILIUM
SALISBURGENSE II.

Anno 803.

Anno Christi DCCCIII, Leonis III. Papæ Anno VIII. Caroli M. Imperatoris Anno III. ab Archiepiscopo Arnone convocatum Ratisbonæ, ut allata a Pontifice sententia de Chorepiscopis publicaretur, & mitigaretur.

Concilii hujus Salisburgensis memoriam, & quæ in eo acta fuere, unice conservavit Capitulare Aquisgranense Anni 803. *num. IV. tempore Caroli M. Quod itaque ex clar. Chiniac Capitularium Regum Francorum Tomo I. pag.* 779. *hic subjungimus.*

Omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, & nostris notum esse volumus, quia non parva quæstio de Chorepiscoporum superstitione ad nos non semel aut bis, aut ter venerat, sed sæpissime nostris auribus molestiam intulerat: ipsa enim quæstio non solum inter clericos sed etiam inter laicos crebrius ventilabatur. Dicebant ergo Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi a regularibus Episcopis ordinati, non esse eos Presbyteros, vel Diaconos aut Subdiaconos qui a Chorepiscopis videbantur quasi sacrati, nec sacerdotale eos debere peragere officium, nisi forent a canonice ordinatis Episcopis consummati. Sumentes quoque de canonica auctoritate sanctionem, affirmabant a Chorepiscopis ordinatos, vulneratum potius quam Episcopaliter sanctificatum, per illam manus impositionem habere caput. Ubi autem vulnus infixum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem. Similiter & laici dicebant, quod talium ministrorum vel Sacerdotum, id est, qui a Chorepiscopis erant quasi ordinati, officia audire nollent, nec eorum infantes majores vel minores, aut familiam eorum, per manus impositionem consignari, vel confirmari usquam vellent, ne magis vulnus quam benedictionem acciperent. Quod jurgium cum enucleatius discutere voluissemus, placuit nobis

Anno 803. nobis ex hoc Apostolicam Sedem consulere, jubente canonica authoritate, atque diceote: Si majores causæ in medio fuerint devolutæ, ad Sedem apostolicam, ut sancta Synodus statuit, & beata cosfuetudo exigit, incunctanter referatur. Quapropter Arnooem Archiepiscopum ad leoem Apostolicum misimus, ut inter cætera, quæ ferebat, etiam eum ex hoc interrogaret; ut quicquid super his definiendum esset, Apostolica authoritate a nostris Episcopis regulariter saperetur. Qui nobis verbis, & scriptis ab eo renuntians hæc non esse necesse iterare, vel definire, qoia sæpissime a suis Prædecessoribus, & a multis sanctis Episcopis atqoe synodalibus sanctionibus eos esse prohibitos, atqoe damnatos; & ideo non esse necesse ventilare, sed definita tenere. Dixit enim nollom fore Presbyterum, vel Diaconum, aot Subdiaconum, ab eis ordinatum, nec Ecclesiam ab eis dedicatam, nec virginem consecratam, nec qoemquam confirmatum, neque qnicqoam quod de Episcopali ministerio præsumpsere, esse peractum, sed quicquid ex his ab eis illicite erat præsumptum, omnia a canonice ordinatis Episcopis debere rite peragere, & in meliorem statum reformare: quia quod non ostenditur gestum, ratio non finit, ot videatur iteratum. Prædictos autem Chorepiscopos omnes præcepit damnare, & in exilium detrudi. *Ista vero omnes, maxime regni nobis a Deo commissi, Episcopi cum eodem Arnone, permittente præfato Apostolico, mitius tractantes, jamdictos villanos Episcopos inter Presbyteros statuerunt*, ita ut amplius nihil de Episcopali ministerio præsumerent, nec ipsi deinceps a qooquam fiereot qui gradus sui periculum vitare vellet. Decretum namque in Synodo est quam Reginisborc pro eadem vel pro aliis causis, Apostolica authoritate, præfato prætextu habuimus, nihil ex prædictis a quoquam eorum agere, nec facere volentibus consentire, sed quicquid ab his Episcopaliter præsumptum est, a Canonice ordinatis Episcopis peragi debere, nec ullum usquam de Episcopali ministerio a Chorepiscopis aliquid accepisse, quia nihil in dante erat, quod aliquis horum accipere potuisset; quoniam quod non habuit quis corum, dare non potuit. Nam Episcopi non erant, quia nec ad quamdam civitatis Episcopalem sedem titulati erant, nec canonice a tribus Episcopis ordinati: ideo de Episcopali ministerio nihil agere potuerunt. Et idcirco non ostenditur gestum quod præfixi agere putaverunt, quia, quod oon habuerunt, nullatenus dare potuerunt. Ideo namqoe nulla causa permittit, ut videatur iteratum, quod de causis memoratis a canonice ordinatis Episcopis cognoscitur regulariter peractum. Uode & cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat oequaquam esse tribuendum, qood noo decet fuisse collatum? Scimus enim, sicut & in antiquis Patrum legimus decretis, posse vera, ac justa legitimi Episcopi benedictione aoferri omne vitium, quod a vitioso fuerat injectum.

Mitigata itaque fuit in hoc Concilio Pontificis sententia, in Chorepiscopos lata. Chorepiscopi quippe illi asperitate sententiæ Pontificiæ, anno superiore allatæ, attriti videntur querelas & inquietudinem movisse; quas pro charitatis bono ut sedarent Patres cum Imperatore Carolo Ratisbonæ congregati mitiori Decreto exagitatos composuerunt.

De altero capite, anno 797. *Romam ad consultandum Papam perlato, nempe* de pœna presbyterorum criminosorum, *prodiit eodem anno* 803. *Caroli M. Capitulum, quod Chiniac refert Tomo I. Capitularium pag.* 385. *ut sequitur:*

Presbyteros criminosos canonice ad Synodum venientes jubemus, juxta Decreta Papæ Innocentii capitulo XXXIII in medio collocari, discussisque objectionibus, quæ ipsis Presbyteris impinguntur, si convinci potuerint, a sacerdotali removeantur officio (quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt) atque alieni efficiantur a ministerio, quod vivendo illicite polluerunt. Et si convinci non potuerint, secundum anterius capitulum, consultu Leonis Papæ, & multorum Episcoporum statutum, cum aliis presbyteris & fidelibus, justisque hominibus, satisfaciant Episcopo suo & populo.

Ex quo & ipsius Papæ sententia, in ejusmodi criminosos presbyteros lata, intelligitur.

Edidit & eodem anno 803. *Carolus M. alterum capitulum de illis criminosis Sacerdotibus Aquisgrani, quod habetur Libro VII. Capitularium Regum Francorum cap.* 281. *ut sequitur:*

Omnibus vobis tam præsentibus quam & futuris, scire cupimus, quia ideo consultu Sedis Apostolicæ, & omnium nostrorum Episcoporum, ac reliquorum Sacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium nostrorum de purgatione criminatorum Sacerdotum tanta tractavimus, eamque cum testibus, sicut in anteriori Capitulari nostro continetur, fieri decrevimus, quoniam nesciebamus eandem causam a B. Gregorio Papa esse definitam. Nam cum Wormatia generalem conventum habuissemus, adlata est nobis a Riculfo, Mogon-

Gregor. II. Epist. IX. c. 3. Mogonciacensi Metropolitano, epistola beati Gregorii Papæ, in qua inter cætera continebantur hæc: *De Presbytero vero, vel quolibet Sacerdote, a populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimini inlato non adprobent veritatem, jusjurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia; sicque maneat in proprio gradu.* Ista vero omnia, quia vires nostras excedunt, in judicio Episcoporum juxta canonicam sanctionem definienda relinquimus; ut hæc, quando orta fuerint, ita definire satagant, ut nec secundum sæculum justam reprehensionem, nec penes Deum, quod absit, damnationem, sed æternæ beatitudinis, ipso auxiliante, qui omnia infucata præstat, præmia consequantur.

Habetur & aliud Capitulare ejusdem Caroli M. apud Chuniac Tomo I. pag. 383. *quo ratio purgandorum Sacerdotum per testes præscribitur.*

CONCILIUM
SALISBURGENSE III.

Anno 807.

Anno Christi DCCCVII. Leonis III. Papæ Anno XII. Caroli M. Imperatoris Anno VII. ab Arnone Archiepiscopo convocatum.

Acta hujus concilii interciderunt; memoria illius, Actaque summatim conservata leguntur in antiquo Codice Frisingensi Num. 286. *quæ deinde Brunerus in suos annales transtulit. Referuntur illa ad disciplinam, & distributionem bonorum ecclesiasticorum, hoc verborum ambitu:*

Dum se congregasset Synodus Episcoporum, Abbatum, cæterorumque clericorum Bojoariæ Provinciæ ad Metropolim Salisburgensem, & ibidem non pauca utilitatis suæ pertractassent; Interea moverunt iidem Episcopi Arn Archiepiscopus, Atto, Adalvinus, Emericus, Hatto quæstiones de decima fidelium populorum, quæ affertur ad Ecclesias. Lectis inde capitulis ex canonum authoritate, quid inde agi debuisset? invenerunt quatuor portiones fieri, unam Episcopo, alteram clericis, tertiam pauperibus, quartam fabricis Ecclesiæ. Tum consenserunt cuncti Abbates, qui præsentes aderant, huic decreto secundum canones, & reddiderunt portiones Episcoporum Episcopis, quæ illos contigisset. Id est: Meginhart, Urolf, Joannes, Wolfdrege, Wolfkanhart, Kemich, Hepsilo, & cæteri, unusquisque suo Episcopo ea ratione, ut ulterius exinde inter illos nulla discordia oriretur, sed concordia deinceps semper maneret. Actum est hoc die XVII. Cal. Febru. anno VII. Imperante Carolo, Glorioso Augusto post Consulatum ejus. Deodericus scripsi.

Ex Brunero Lib. IX. Annalium Boicorum.

Episcopi Suffraganei, qui cum Arnone Archiepiscopo huic Synodo aderant, eidemque subscripserunt, sunt Atto Frisingensis, Adalwinus Ratisbonensis, Emericus Sabionensis, Hatto Pataviensis, *ut supra Brunerus indicavit.*

Distributio bonorum ecclesiasticorum in Gallia usum habere cœpit, sexto sæculo, ut concilium Agathense, anno 506. habitum, canone XXII. indicat; in Bavaria autem clerici tum adhuc plerumque, & parochi, cæterique ministri e communi fidelium oblatione atque e decimis victitarunt. Has decimas Episcopi Bojoariæ, in primo Salisburgensi Concilio anno 799, contra Hispanorum morem, in quatuor tribui oportere partes decreverunt. Abbates autem, inter Bojoariæ fines constituti, qui & ipsi prædia sua religioni & munificentiæ Principum tulerunt accepta, decimas renuerunt persolvere ex iis piis oblationibus, gravemque in controversiam eruperunt, quam componere, ac dissidentes ad pacem adducere, præsentis concilii, anno 807, fuit opus; definitumque: *& Abbatibus quibusque persolvendas esse* deci-

decimas. Est Episcoporum hæc sententia apprime consentanea Capitulari Caroli M, quod adducitur Tomo II. Conciliorum Galliæ pag. 252. *Si donatione Regum* &c. *Si ad Episcopia & monasteria aliqua res delegatæ sint, & ex ipsis rebus antiquitus ad ipsas Ecclesias priores decimæ datæ fuerint, ipsa donatio permaneat, tamen decimas de ipsis rebus, qui eas possidere videntur, tribuant.* Hac eadem ratione & in Capitularibus Caroli M. Lib. II. Cap. XXXVI. statutum legitur: *Semper ad antiquiores Ecclesias decimæ persolvantur.* Ac Concilium Moguntinum anno 813. habitum, canone XLI: *Ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis, nec aliis possessionibus priventur; ita ut novis oratoriis tribuantur* &c. Abbates itaque in hoc concilio inflexi, atque condocefacti, animos porro ad persolvendas Episcopis decimas contulerunt, quod pacem rursus & tranquillitatem rebus ecclesiasticis invexit.

ADMONITIO.

De Episcoporum Conventibus.

De Episcoporum Conventibus.

Nono sæculo sæpius agebantur conventus Episcoporum, non tam conciliari & ecclesiastica forma, quam judiciali & forensi; nempe ut actus majori cum solennitate conderentur de rebus Ecclesiarum qua conservandis, qua defendendis. Ejusmodi conventus erat ille Ratisbonensis anno 810. habitus, quando Hroeholf testium ac instrumentorum fide convictus, domum Ecclesiæ Frisingensi primum traditam, tum a se injuste occupatam, rursus eidem palam restituit; cui actui præter provinciales Episcopos, etiam Arno Archiepiscopus præsens aderat. Instrumentum publicæ restitutionis adfert Meichelbeck Historiæ Frisingensis Lib. I. Parte II. Instrumento CCLVI. pag. 144. *In Dei nomine: Ego itaque Atto Episcopus notitiam facio, qualiter quidam homo Hrocholf nomine devestivit domum Sanctæ Mariæ, seu etiam nos, hoc est, de territorio Rasparuc tradidit ad domum Sanctæ Mariæ: nunc autem invitus, & cum veraces testibus superatus reddidit eadem territorium in loco Feohte, quam injuste abstraxit de domo Sanctæ Mariæ. Hoc autem factum est ad Reganaspuruc in publico conventu Episcoporum, seu etiam Presbyterorum, in quo erat Arno Archiepiscopus, Itto Episcopus, Adalwinus Episcopus, Hatto Episcopus, Emerich Episcopus, Agnus Episcopus, Meginhart Abbas, Luitfrid Presbyter, Ellanod Presbyter, in illorum præsentia hoc factum est, seu etiam Andulfi comitis, & Kysalharti judicis, & Ellenberti judicis, Betto, Chuniperth, Anhart, Madalcoz, Crimuni, per fidejussores etiam hoc feerunt, quorum nomina Chuniberth, Situli, Engilhart.* Hunc Episcoporum conventum non sat opportune adnumeravit Conciliis Salisburgensibus Harzheim in sua Collectione *Conciliorum Germaniæ. Tomo II. pag.* 694. Liberius autem nono hoc sæculo vacarunt Episcopi justitiæ clericis & monachis administrandæ; quod privilegium, a Constantino M. olim Episcopis datum pronunciandi etiam in civilibus quibusque causis *Cod. Theodosian. in Extravag. ad Append.* etiam Carolus M. ratum habuit pro suo Imperio, ut est in *Lib. VI. Capitularium Cap.* 366. apud Chiniac. *Tomo I. pag.* 985. Sciebant quippe duo illi magni Imperatores, felicitatem Reipublicæ in concordia civium esse sitam, atque in christiana charitate; cumque Episcoporum id sit munus proprium, ut suppressis contentionum turbis exulcerati fidelium animi componantur ad religionis & charitatis officia, censuerunt, non parvi interesse omnium, causis etiam civilibus felices ejusmodi arbitros præfecisse, qui, præteritis tribunalium formulis, lites quidem rerum temporalium ad prudens arbitrium: ecclesiasticas autem controversias ad S. Scripturæ, & SS. Canonum præscriptum exigerent. Multi præstantium Episcoporum, S. Augustinus *Cap. 29. de Operib. Monachorum*, S. Ambrosius *Epist. XXIV. ad Marcell.* &c. amare conquesti sunt, sanctiora sibi otia eripi perpetuo interventu causarum. Verumtamen hoc privilegium Episcoporum decidendi causas subiit varias vicissitudines variis temporibus, ac tandem auctoritate principum, qui illud contulerunt, rursus sublatum fuit; quemadmodum & alia immunitatis privilegia, a Principibus olim liberaliter clericis concessa, fuere abrogata: tempore S. Ambrosii tributa clerici e fundis suis persolverunt, ut est *Can. 27. Caus. XI. Quæst. I:* Justinianus Imperator plures eorum hac præstatione absolvit. *Novella XLIII.* (*): Clodovæus Francorum Rex sexto sæculo edixit

(*) Περὶ τῶν ἐργαστηρίων Κωνσταντινουπόλεως, ὥστε μόνα χίλια ἑκατὸν ἐργαστήρια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἐξκουσσεύειν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰς κατὰ συνήθειαν λειτουργίας τελεῖν, οἵας ἂν εἶεν δεσποτείας. De officinis, sive Tabernis Constantinopolitanæ urbis, ut mille tantum & centum officinæ, sacrosanctæ majoris Ecclesiæ excusentur; omnes reliquæ, ad quemcunque Dominum pertineant, consueta obeant munia. *Est Tit. XXII. Authent. Collat. IV. Novell. XLIII.*

edixit immunitatem a tributo, ut est in Concilio Aurelianensi I. *Can V*: Chilpericus paulo post eam sustulit, ut est apud Gregorium Turonensem *Lib. VI. Histor. Cap.* 46. &c. Hodie pleraeque omnes clericorum possessiones eadem, qua laicorum, praestatione tenentur; justum quippe videtur, ut qui communibus civium emolumentis in Republica perfruuntur, iisdem etiam sint oneribus subjecti. De quibus plura attuli *in Canone Dogmatum Lib. II. Differt. III.* Sit vero hodie translata potestas judicandi clericorum causas de rebus civilibus ad judices laicos, non est quod Episcopi exinde jacturam quandam, aut injuriam sibi esse illatam doleant, quin magis reputent animo, ordinem suum a Christo perfectissime fuisse institutum sine hac jurisdictione; regnum quippe illius non est de hoc mundo; atque in eo potissimum eluxisse spiritum Ecclesiae, ut a litibus & discordia fidelem populum avocarent, eundemque, Principum auctoritati subditum, ad charitatis mutuae unionem flecterent. Solent nihilominus hodiedum Episcoporum conventus, sicubi fieri permittuntur, emolumentum praestare rebus ecclesiasticis; eorum quippe sententia, uno omnium animo prolata, majorem & dignitatem & gravitatem indipiscitur, pugnae intestinae & divisionis expers; quae divisio apprime utilis esse solet magistratui civili, in rebus, cum ecclesiastico ordine controversis, ut causam contra discolos felicius evincat. Inde est, quod Principes vetent suis in provinciis fieri generales hujusmodi Episcoporum conventus. In Galliis certo, ubi veteri more hi conventus aguntur, nunquam congregantur Episcopi sine peculiari regis faculiate. Fit ille conventus singulis decenniis, & plerumque per Legatos, ad constituendum commune vectigal annuum, Regi pendendum. Id in Galliis prorsus peculiare est, eroque perhonorificum, quod Rex, hac caeteroquin praeditus potestate irrogandi tributum indigenis quibusque pro communi subsidio, clero tamen non imponat vectigal, nisi interrogato; & quod deinde pensum a clero persolvitur, non vocatur more laicorum popularium *tributum*, sed *donum gratuitum*. Fit autem persaepe, ut donum gratuitum, quod privilegii est & favoris significatio, transcendat onus tributi popularis. *Vide Fleury Institut. ecclesiast. Tomo II. pag.* 255.

ADMONITIO ALTERA.

De Interrogationibus Caroli M.

De Interrogationibus Caroli M. Fuisse equidem plures disciplinae articulos pertractatos in superioribus conciliis Salisburgensibus, Historici, ut vidimus, asseverant; qui tamen historici ex omnibus illis articulis unum duntaxat alterumve, more suo consignarunt, quem putabant nota praecipua dignum, caeteris silentio praeteritis; neque enim volebant, quod Canonistarum est institutum, pertexere tabulas conciliorum, aut recensere acta integra. Porro acta ipsa, unico scripto volumine plerumque comprehensa, neque enim ante artem typographicam redundabant exemplaria, si forte interierunt temporum injuriis, incendio, depraedatione &c. fuit utique factum, ut reliqua in concilio statuta capita, ab historico praetermissa, alte nos laterent. Nihilominus alia quaepiam ex illis temporibus supersunt monumenta, quae hujus nobis jacturae incommoda quadanteous intercipiunt; horum ductu non quidem distincte & nominatim intelligimus argumenta, in concilio exposita, & definita, sed revocatur in memoriam Principum & pastorum sollicitudo pro gregis sui utilitate excubandi, & quos illi potissimum delegerint ad deliberandum apices, rebus praesentibus, & christianae perfectioni provehendae accommodatos. Horum nos monumentorum quaepiam, instituto nostro peropportuna, pro luce temporum, & gloria Principum hoc loco proferemus.

Epistola generalis ad Archiepiscopos Regni Francorum, scripta anno Christi 811. Anno 811.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Carolus Serenissimus Augustus, a Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator (Romanorum) gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum, & Longobardorum, Odilberto Archiepiscopo in Domino Salutem.

Saepius tecum, imo & cum caeteris collegis tuis familiare colloquium de utilitate sanctae Dei Ecclesiae habere voluissemus, si absque molestia corporali id efficere potuisses. Sed quamvis sanctitatem tuam in divinis rebus tota intentione vigilare non ignoremus, omittere tamen non possumus, quin tuam devotionem, sancto incitante Spiritu, nostris apicibus compellamus, atque commoneamus, ut magis ac magis in sancta Dei Ecclesia studiose, ac vigilanti cura laborare studeas in praedicatione sancta, & doctrina salutari: quatenus per tuam devotissimam solertiam verbum vitae aeternae crescat, & currat, & multiplicetur numerus populi Chri-

Anno 811. Christiani, in laudem & gloriam Salvatoris nostri Dei. Nosse itaque per tua scripta, aut per te ipsum volumus, qualiter tu, & suffraganei tui, doceatis & instruatis sacerdotes Dei, & plebem vobis commissam, de Baptismi Sacramento, id est, cur primo infans catechumenus efficitur, vel quid sit catechumenus, deinde per ordinem omnia, quæ aguntur. De scrutinio; quid sit scrutinium. De symbolo; quæ sit ejus interpretatio secundum latinos. De credulitate; quomodo credendum sit in Deum Patrem omnipotentem, & in Jesum Christum Filium Ejus natum & passum, & in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, & cætera, quæ sequuntur in eodem Symbolo. De abrenunciatione Satanæ, & omnibus operibus ejus, atque pompis. Quid sit abrenunciatio, vel quæ opera Diaboli, & pompæ ejus. Cur insufflatur, vel cur exorcizatur. Cur catechumenus accipit salem. Quare tangantur nares; pectus inungatur oleo; cur scapulæ signantur, & quare pectus & scapulæ liniantur. Cur albis induitur vestimentis; cur sacro chrismate caput perungitur, & mystico tegitur velamine, vel cur corpore & sanguine Dominico confirmatur. Hæc omnia subtili indagine per scripta nobis, sicut diximus, nunciare satage; vel si ita teneas & prædices, aut si in hoc, quod prædicas, te ipsum custodias. Bene vale, & ora pro nobis.

Ex Tomo IV. Analectorum Mabillonii pag. 317. Quo Archiepiscoporum numero, ad quos Carolus M. hanc dedit Epistolam generalem, utique etiam comprehensus fuit Arno Archiep. Salisburgensis.

Capitulare Primum Anni DCCCXI.

seu Interrogationes de iis, quæ Carolus M. pro communi omnium utilitate interroganda constituit.

Interrogationes Caroli M. Inprimis separare volumus Episcupos, Abbates, & Comites nostros, & singulariter illos alloqui.

Caput I.

Quæ causæ efficiant, ut unus alteri adjutorium præstare nolit, sive in marcha, sive in exercitu, ubi aliquid utilitatis defensione Patriæ facere debet.

II.

Unde illæ frequentissimæ causationes, in quibus unus alteri quærit, quidquid parem suum viderit possidentem.

III.

De eo, quod quilibet alterius hominem, ad se fugientem, suscipit.

IV.

Interrogandi sunt in quibus rebus, vel locis ecclesiastici laicis, aut laici ecclesiasticis ministerium suum impediunt. In hoc loco discutiendum est, atque interveniendum, in quantum se Episcupus aut Abbas, rebus sæcularibus debeat inserere, vel in quantum Comes, vel alter laicus in ecclesiastica negocia. Hic interrogandum est acutissime, quid sit, quod Apostulus ait: *Nemo militans Deo implicat se negociis sæcularibus.* vel ad quos sermo iste pertineat. *II. Timoth. Cap. 2. v. 4.*

V.

Quid sit, quod unusquisque Christianus in baptismo promittat, vel quibus abrenunciet.

VI.

Quæ sectando, vel negligendo ipsam suam renunciationem, vel abrenunciationem irritam faciat.

VII.

Quod ille bene in Deum non credit, qui præcepta ejus impune se contemnere putat, vel qui ea quasi non ventura despicit, quæ ille comminatus est.

VIII.

Quod in nobis despiciendum est, utrum vere Christiani sumus. Quod in consideratione vitæ, vel morum nostrorum facillime cognosci potest, si diligenter conversationem coram discutere voluerimus.

IX.

De vita & moribus pastorum nostrorum, id est, Episcoporum, qui populo Dei non solum docendo, sed etiam vivendo, exemplum bonum dare debent. Ipsis namque Apostolum dixisse credimus, ubi dicit: *Imitatores mei estote, & observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.* *Philip. III. v. 17.*

X.

De vita eorum, qui dicuntur canonici, qualis esse debeat.

XI.

De conversatione monachorum, & utrum aliqui monachi esse possint præter eos, qui regulam S. Benedicti observant. Inquirendum etiam, si in Gallia monachi fuissent, priusquam traditio regulæ Sancti Benedicti in has parochias pervenisset.

XII.

Ista conservetis sicut vobis decet, & in vobis confido, piissimi Pontifices, & in quantum investigare possum, vobis mittere, seu scribere non dubito. Bene valete in Domino.

Capi-

Capitulare Secundum Anni DCCCXI.

Anno 811.

CAPUT I.

Primo commemorandum est, quod anno præterito tria triduana jejunia fecimus, Deum orando, ut ille nobis dignaretur ostendere, in quibus conversatio nostra coram illo emendari debuisset: quod nunc facere desideramus.

II.

Quærendum est in primis ecclesiasticis, id est, Episcopis & Abbatibus, ut illi nobis patefaciant de conversatione sua, qualiter vivere debeant, ut cognoscere valeamus, cui de illis aut bonum, aut aliud aliquid refrænati credere debeamus; & ut scire possimus, in quantum cuilibet ecclesiastico, id est, Episcopo vel Abbati, seu Monacho, sæcularibus negociis se ingerere, aut quod proprie pertineat ad illos, qui dicuntur & esse debent pastores Ecclesiæ, patresque monasteriorum, ut aliud ab eis non quæramus, quam quod ipsis facere licet, & ut quislibet ex eis a nobis ea non quærat, in quibus eis consentire non debemus.

III.

Interrogare volumus ipsos ecclesiasticos, ut qui scripturas sanctas non solum ipsi discere, sed etiam alios docere debent, qui sint illi, quibus Apostolus loquitur: *Imitatores mei estote*, vel quis ille, de quo idem dicit: *Nemo militans Deo implicat se negociis sæcularibus*, aut qualiter Apostolus sit imitandus, vel quomodo Deo militet.

Philip. III. v. 17. *II. Timoth. C. II. v. 4.*

IV.

Iterum inquirendum ab eis, ut nobis veraciter patefaciant, quid sit, quod apud eos dicitur sæculum relinquere, vel in quibus internosci possint hi, qui sæculum relinquunt, ab his, qui adhuc sæculum sectantur; utrum in eo solo, quod arma non portant, nec publice conjugati sunt.

V.

Inquirendum etiam; si ille sæculum dimissum habeat, qui quotidie possessiones suas augere quolibet modo, & qualibet arte non cessat, suadendo de cælestis regni beatitudine, comminando de æterno supplicio inferni, & sub nomine Dei, aut cujuslibet sancti, tam divitem, quam pauperem, qui simplicioris naturæ sunt, & minus docti atque cauti inveniuntur, si rebus suis expoliant, & legitimos hæredes eorum exhæredant, ac per hoc plerosque ad flagitia & scelera propter inopiam, ad quam per hoc fuerint devoluti, perpetranda compellunt, ut quasi necessario furta & latrocinia exerceant, cui paternarum (rerum) hæreditas, ne ad eum perveniret, ab alio prærepta est.

VI.

Iterum inquirendum, quomodo sæculum reliquisset, qui cupiditate ductus propter adipiscendas res, quas alium vidit possidentem, homines ad perjuria, & falsa testimonia pretio conducit, & Advocatum, sive Præpositum non justum, ac Deum timentem, sed crudelem ac cupidum, ac perjuria parvi pendentem inquirit, & ad inquisitionem rerum non qualiter, sed quanta adquirat.

VII.

Quid de his dicendum, qui quasi ad amorem Dei & Sanctorum, sive Martyrum, sive Confessorum, ossa & reliquias sanctorum corporum de loco ad locum transferunt, ibique novas Basilicas construunt, & quoscunque potuerint, ut res suas illuc tradant, instantissime adhortantur. Ille siquidem vult, ut videatur quasi bene facere, seque propter hoc factum bene meritum apud Deum fieri, quibus potest persuadere Episcopis. Palam fit hoc ideo factum, ut ad aliam perveniat potestatem.

VIII.

Miramur unde accidisset, ut is, qui se confitetur sæculum reliquisse, neque omnino vult consentire, ut ipse a quolibet sæcularis vocetur, armatus homo cum sit, & propria velit retinere, & ad eos, qui nondum in totum sæculum renunciaveverunt, hoc pertineat: ad ecclesiasticos vero quomodo juste pertineat, penitus ignoramus, nisi illi nobis insinuaverint, qui hæc quasi licita usurpare non dubitant.

IX.

Quid unusquisque Christo in baptismo promittat, vel quibus causis abrenunciet; ut quamvis unicuique Christiano considerandum sit, specialiter tamen ab ecclesiasticis inquirendum, qui laicis ipsius promissionis & abrenunciationis in sua vita exemplum præbere debent. Hic diligentissime considerandum est, & acutissime distinguendum, quæ sectando, vel quæ negligendo, unusquisque nostrum ipsam suam promissionem, vel abrenunciationem vel conservet, vel irritam faciat; & quis sit ille satanas, sive adversarius, cujus opera vel pompas in baptismo renunciavimus. Hic autem conspiciendum est, ne perversa unusquisque faciendo, illum quislibet nostrum sequatur-

Anno 811. tur, cui jam dodum in baptismo renunciavimus.

X.

In qoo canonum, vel in cujus sancti Patris regula constitutum sit, ut invitus quislibet aut clericus aut monachus fiat, aut ubi Christus præcepisset, aut quis Apostolus prædicasset, ut de nolentibus & invitis, & vilibus personis, congregatio fieret in Ecclesia vel Canonicorum vel Monachorum.

XI.

Qoam utilitatem conferat Ecclesiæ Christi, qood is, qui pastor, vel magister, nec cujuscunqoe venerabilis loci esse debet, magis studet in sua conversatione habere multos, quam bonos, & non tantum probis, quam multitudine hominum delectatur, plus studet, ut suus clericus, vel monachus bene cantet & legat, quam juste & beate vivat. Quanquam non solum minime io Ecclesia cootemnenda sit cantandi vel legendi disciplina, sed etiam omnimodis exercenda. Sed si utrumque cuilibet venerabili loco accedere (non) potest, tolerabilius tamen nobis videtur ferendum imperfectione cantendi, quam vivendi. Et quamvis bonum sit, ut Ecclesiæ pulchra sint ædificia, præferendus tamen est ædificiis bonorum morum ornatus & culmen; quia, in quantum nobis videtur, structio Basilicarum veteris Legis quandam trahit consuetudinem; morum autem emendatio proprie ad novom Testamentum, & Christianam pertinet disciplinam. Quod si Christus & Apostoli, & qui Apostolos recte secuti sunt, in ecclesiastica disciplina sunt sequendi, aliter nobis in multis rebus faciendum est, quam usque modo fecissemus, multa de usu & consuetudine nostra auferenda, & non minus multa, quæ hactenus non fecimus, facienda.

XII.

Qua regula monachi vixissent in Gallia priusquam regula S. Benedicti in ea tradita fuisset, cum legamus sanctum Martinum & monachum fuisse, & sub se monachos habuisse, qui multo ante sanctum Benedictum fuit.

XIII.

De Sanctimonialium & ancillarum Dei conversatione.

Apud Chiniac in Capitularibus Regum Francorum Tomo I. pag. 478.

Plura & alias hujus generis Capitularia edidit Carolus M. anno 813. 814. *&c. apud eundem* Chiniac Tom. I. pag. 502. *Neque omnino dubitandum est, quin ad præscriptum illorum Capitularium in Salisburgensibus conciliis congregati præsules sæpius contulerint sententias, multaque definierint. Certo in aliarum Germanicarum Ecclesiarum synchronis conciliis id actum fuisse, acta Synodalia prodiderunt: Concilium Moguntinum, anno* 817. *habitum, Can. XV, ut est apud Labbeum, exponit hunc eundem Pauli Apostoli locum:* Imitatores mei estote. &c. *quem Carolus M. in superiori Capitulari.* Num. III. *Episcopis discutiendum explicandumque præcepit: ejusdem concilii Canon XVI. exponit ex S. Gregorio sensum illius:* quid sit mundum relinquere? *Cujus pariter sinceram interpretationem ab Episcopis fieri oportere Carolus M. jussit, superioris itidem Capitularis* Num. V. &c. *ut proinde id ipsum, ab Arnone Archiepiscopo, Caroli M. studiosissimo, præstitum quoque fuisse in Salisburgensibus deperditis conciliis, citra morom asserere liceat, & decreta pientissimi Principis interim haberi loco deperditorum manumentorum Salisburgensium.*

Sed & post mortem Caroli M. sequentes Imperatores impensissime studuerunt Archiepiscopos ad disciplinæ curas avocare, ut in mox sequenti specimine Ludovicii Pii Augusti elucet.

Anno DCCCXVI. convocata a Ludovico Pio Imperatore fuit Synodus Aquisgranensis, ibidemque generalis vitæ norma præscripta personis, divino obsequio peculiariter mancipatis, tam canonicis, quam sanctimonialibus; quæ statuta regularia reseruutur a Labbeo in *Collect. Concil. Tomo VII. pag.* 1307. Præter Moguntinum & Coloniensem Archiepiscopos aderant maximo numero Episcopi & Abbates, quos recenset Schattenus in *Annalibus Paderbornensibus Libro II. ad hunc annum.* Arno Archiepiscopus non aderat, propterea, quod cum alias plerumque Caroli M. Imperatoris adhæserit lateri, post hunc demum anno 814. e vivis sublatum, ingravescentis ætatis & ipse sentiens incommoda, Palatio valere jusso, ad suos redierit. Ne tamen laterent tantæ existimationis præsulem, quæ pro sua etiam Provincia datæ sunt leges, misit ad eum Epistolam Ludovicus Imperator, quam Cl. Chiniac *Capitularium Regum Francorum Tomo I. pag.* 561. refert, nosque ex illo desumptam hoc loco damus, tum ut probe intelligatur Canonicorum & Sanctimonialium illius temporis, etiam apud Salisburgenses, Disciplina: tun præcipue, ut illa Epistola luculentum præbeat testimonium fervoris, quo Principes agebautur, ad personas, Deo sacras, piis consentaneisque præceptionibus excolendas. *Anno* 816.

Epi-

Epistola ad Arnonem Archiepiscopum Salzburgensem.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Hludovicus Divina ordinante Providentia Imperator Augustus, venerabili Arnoni, Archiepiscopo, in Domino salutem.

Ludovici Imp. ad Arnonem Epistola.

Sacrum & memorabile concilium, divino nutu, nostroque studio in Aquisgrani Palatio nuper adgregatum, in quo multa ob propagandam ecclesiasticam dignitatem, præcedente & subsequente gratia Christi, diligenter tractata atque instituta sunt, tuam nullatenus credimus latere sanctitatem. Sed quia contigit eidem sancto & venerabili concilio tuam non interfuisse Paternitatem, ad tuam destinare decrevimus beatitudinem, per præsentem Missum nostrum, nomine Nothonem, formulam canonicæ institutionis ab eodem sacro conventu ex sanctorum Patrum sparsim digestis sententiis collectam, atque in unum congestam; quam etiam idcirco penes palatium nostrum diligenter scribi fecimus, ut nihil in se scriptorum vitio depravationis aut detruncationis habens, ad Te usque incolumis perferretur. Quapropter volumus atque decernimus, ut juxta Metropolitanæ Sedis tibi canonice collatam dignitatem, nostræque auctoritatis sanctionem, diœceseos tuæ Episcopos, & cæteros Ecclesiæ Prælatos, tempore & loco congruenti ad te accersere facias, & his coram capitulatim memoratam institutionis formam prælegi jubeas, & quod ob exaltandum ecclesiastici culminis fastigium, & animarum salutem, idem sacer conventus eam ediderit, liquido demonstres; sed & his, qui in uno collegio canonice degunt, tenendam observandamque coram memorato Misso nostro conferas. At si alicujus cordis obtusio eam intelligere nequiverit, huic sive abs te, sive ab aliis Episcopis, comprovincialibus scilicet tuis, doctrinæ fulgore renitentibus, sobrie tradatur. Sed & in hoc nihilominus circumspectam monemus esse tuam prudentiam, ut ab iis, qui eam transcripturi sunt, ita transcribatur, ut nec depravata vitio scriptoris, nec detruncata ab alio fiat; sed sicut a prædicto Misso nostro eis demonstratum fuerit, absque aliqua depravatione, vel detruncatione transcribatur. Noveris etiam, quia ideo illius exemplum apud armarium Palatii nostri detentum est, ut eo probari patenter possit, quis eam incuriose transcripserit, vel quis aliquam ejus partem detruncaverit. Ut enim comperimus, dum in eodem sacro concilio perlegeretur, antequam coram Nobis ab eodem concilio prolata, & necdum mensura cibi, & potus statuta fuisset, quidam magna ex parte illam detruncantes, quædam capitula inconsulto ex ea transcripserunt. Unde necesse est, ut si aliquem in tua diœcesi tale fecisse repereris, hujuscemodi factum coram provincialium tuorum Episcoporum conventu, & coram præscripto Misso nostro frustreris, & hanc Authenticam, ut præmisimus, diligenter, sicut Missus noster eis insinuaverit, transcribi percenseas. Omnes ergo tuæ Diœceseos Episcopi, & cæteri Prælati eam vigilanti cura transcribere, solerti studio intelligere, instantissimæ assiduitatis exercitio Divinitus adjuti operibus complere decertent; ut, cum Nos hujus rei gratia inquirendæ venturis Kalendis Septembribus, sicut eidem sacro, & memorabili concilio meminimus Nos dixisse facturos, Missos nostros per Imperium a Deo Nobis collatum destinaverimus, remota cujuslibet difficultatis oppositione, ejusdem salutiferæ institutionis, & Prælati, & Subditi, prout Dominus posse eis dederit, strenui inveniantur operatores. Quoniam diligenti indagine, vita comite, perquirere jubebimus quis Prælatorum injunctum sibi officium strenue peregerit, vel quis in claustris Canonicorum, & cæteris habitationibus construendis, & in necessariis stipendiis eis tribuendis, & in domibus ad receptacula pauperum reparandis sanctioni nostræ paruerit, quisve clerum suum eadem institutione, & cæteris spiritualibus documentis instruere curaverit, vel quis causa avaritiæ eos, quos in Christi militia rationabiliter alere poterat, propulerit; quia unius anni spatium dedimus, ut ea, quæ præmissa sunt, absque ullius difficultatis excusatione perfici, ubi necdum facta erant, facillime possent. Proinde qui hoc anni tempore in hoc negotio nostræ admodum jussioni pro viribus obedire neglexerit, cæteris sine dubio terrori erit, ne tale admittere præsumant. Direximus sane tibi Institutionis formulam, quam ejusdem sacri concilii par consensus, parque studium ex sanctorum Patrum dictis enucleatim excerpsit, & castimoniæ dicatis in una societate canonice degentibus observandam statuit. Quam volumus a te, sive a tuis Comprovincialibus Episcopis studiose jubere transcribi, & Monasteriis puellaribus in tua Diœcesi consistentibus, in quibus scilicet canonice vivitur, tenendam conferri, qualiterque ab Abbatissis, & cæteris sanctis monialibus religiosissime, ac devotissime observari debeat, apertissime perdoceri. Quoniam, nisi quando nos aliquam Abbatissarum nostram adire jusserimus præsentiam, alio tempore volumus in monasteriis resideant, & secundum ejusdem institutionis formam vitam ducant, sibique subditas in sancto religionis proposito constringant. Et nulla

Anno 816.

[1] Dalham, Concil. Salisb.

Anno 816. nulla illarum foras evagandi, aut occasione qualibet accepta per villas residendi, suisque voluptatibus deserviendi, licentiam sibi attribuat. Quamquam enim nonnulli clerici monasteria puellarum, & nonnulli laici monasteria virorum etiam & puellarum habeant, tua tamen debet prævidere solertissima industria, ut in omnibus locis sub Tua Diœcesi constitutis, ubicumque congregationes clericorum & sanctimonialium sunt, juxta possibilitatem, & facultatem rerum secundum hujus institutionis formam vivant; quia nulla est omnino Ecclesia, quæ facultates habeat, ubi non possint tot talesque gubernari, qui Divinum expleant officium, & ubi hospitalitas juxta vires non possit diligi. Nos quoque præfatum Missum nostrum ad tuam sanctitatem ideo direximus, ut tuum, cæterorumque Ecclesiasticorum in tua Diœcesi existentium diligenter, atque subtiliter in hoc negotio intueretur studium, & tibi opem in cæteris ammonendis ferret; qui etiam Nobis referret qualiter Prælati, & Prælatæ eam libenter susceperint, diligenterque transscribere studuerint, & devote adimplere juxta vires curaverint. Quoniam tamdiu illum in tua, vel Comprovincialium tuorum Diœcesi immorari & discurrere una cum Misso tuo jussimus, donec ab omnibus memoratæ formulæ transscriberentur; ut videlicet cuncta procurans, diligenterque perficiens, cum ad Nos illum redire opere expleto tempus permiserit, cuncta quæ acta sunt vestro utrorumque scripto notentur, atque per ipsum, tuumque Missum nostræ dinoscentiæ intimentur, ut sciamus, quibus gratiarum actiones referre, quosque etiam dignis correptionibus corrigere debeamus. Quod si aliquis tuæ Diœceseos eidem institutioni, vestræque admonitioni procaciter reniti voluerit, & ea, quæ ab eodem sacro Conventu salubriter constituta sunt, pro viribus observare neglexerit, & exinde ammonitus non se correxerit, quicumque ille est, ante præsentiam nostram tua, vel Missi nostri admonitione venire festinet, quatenus a Nobis juxta quantitatem culpæ digne corrigatur. Direximus præterea pondus, & mensuram secundum quæ clericis, & sanctimonialibus panis, & potus æquabiliter tribuenda sunt: quæ ut ab omnibus firmissime, atque inviolabiliter teneantur decernimus, & ne quid incrementi aut detrimenti a quoquam patiantur, modis omnibus inhibemus. Tuam igitur in calce hujus Epistolæ ammonemus sanctitatem, ut secundum ministerium tibi Divino munere conlatum, nostræ in hoc negotio saluberrimæ admonitioni obedienter, atque inexcusabiliter pareas, & cæteris in parendo bonum exemplum tribuas. Dignum quippe, justumque est, ut quanto sublimius sacerdotii dignitate aliis superemines, & a Nobis venerabiliter diligeris, tanto magis ad Dei, nostramque voluntatem exequendam devotiorem te, atque promptiorem exhibeas. Vale in Domino, & ora pro nobis.

Ipsæ vero constitutiones, tam pro canonicis quam pro sanctimonialibus in hoc concilio decretæ, reperiuntur apud Labbeum in Collectione Conciliorum Tomo VII. pag. 1307.

Id unum ad Arnonis, Archiepiscopi celeberrimi historiam adjecisse juverit; quod proxime Virgilio successerit in Salisburgensi Pontificatu; secus atque nonnulli scriptores censuerunt; qui inter hos duos medium quemdam Berthericum Episcopum interjiciunt. Arno ipse id testatur in quadam sua Epistola commendatitia, quam monacho cuidam, e Cœnobio suo abeunti dedit, genuina illius ævi vestigia referentem:

Venerabilibus Patribus, omnibus senioribus & coabbatibus italia manentibus, ego ARN exiguus & quasi abortivus servus servorum Dei, indignus vocatus abba, & Episcopus successor religiosissimi & famosissimi Virgilii in Domino salutem. Sub de & quasi pedibus vestris obvolutus non ulla præsumtione, sed in vestra confidens caritate commendo me sanctis vestris orationibus. Intimo ad aures clementiæ vestræ de præsenta fratre *reginole* cartula ferente ubicunque vel apud quemlibet jungere se vel conlocare potuerit in professione, & servitio secundum regulam, quod nobis alligatus fuit a nobis solutionem habeat & licentiam ubi se collocare potuerit. Valete in Christo. *Ex MS. coævo & antiquissimo, VIII & IX sæculi, Bibliothecæ Capituli Metropolitani Salisburgensis, atque in* Monumentis Boicis *Tomo XIV. pag.* 351. *Ex hac epistola præterea palam fit, Arnonem Archiepiscopam etiam abbatem fuisse; monachos autem suos longe diversos ab hodiernis extitisse; nam nec loci, nec solemnium votorum vinculis tenebantur; promittebant duntaxat abbati, ut tradit antiquitas, se perseveraturos in regulæ observantia, & abbati obedientes futuros. Inde est, quod monachorum ejusmodi, aut velatarum virginum matrimonia, si quæ deinde supervenerunt, illicita quidem fuerint, non tamen irrita, ut habet S. Augustinus in Libro* de Bono viduitatis Cap. X. *Vota solemnia monachorum satus recentior sunt, sæculo XIII. a Bonifacio VIII. inductus* Cap. unico. De Voto & voti redemptione in VI. *quæ vota solemnia regularium ignorant hodiedum græci, ut ex Balsamone intelligitur, qui in collectione Constitutionum ecclesiastic. Libro III.* ex Novellis *ait:* τὰ πράγματα τῶν ἐκ ἑτέρων βίον μετελθόντων μονάχων, τὸ κατ' αὐτὰς ἐκδικήσει μοναστήριον. Res eorum monachorum, qui ad

ad aliam vitam transeunt, ad ipsorum monasterium pertinebunt. *Ex Edit. Fabrotti pag.* 1355. Mortuus est Arno anno 821. 24 Januar.

Anno 821.

ADALRAMUS,
Archiepiscopus Salisburgensis II.

Hic a Ludovico Pio Imperatore Gurcam in Carantanis, Diemundingam in Chiemgovia, & alia quæpiam loca pro sua Ecclesia dono accepit, addita facultate: quodcunque mancipium, quod sacris vellet addicere, cum expedire censeret, a servitutis jugo eximendi. *Hansiz Tomo II. Germaniæ sacræ pag.* 125.

Anno 836.

LUIPRAMUS,
Archiepiscopus Salisburgensis III.

Interfuisse fertur Luipramus Synodo Wormatiensi, ex voluntate Ludovici Pii Imperatoris anno 852. coactæ, in qua Augusto Principe assidente, a congregatis Episcopis negotia ecclesiastica acta sunt: tum vero a Principibus & Præfectis Provinciarum publica. Quoniam vero ecclesiastica potissimum continent causas, Moguntiæ peculiares, non est quod illis hoc loco recensendis, diutius immoremur.

Anno 859.

ADALBINUS,
Archiepiscopus Salisburgensis IV.

Nota. *Præsens adfuit Adalbinus Concilio Wormatiensi, anno* 868. *celebrato, quod etiam manus suæ adpositione firmavit post Luidbertum Moguntinum. Canones hujus Concilii recenset Labbeus in Collect. Concil. Tomo VIII. pag.* 941. *e quibus duos præcipue hoc loco memorasse juverit, nempe XV, & XXII, peculiari cum animadversione; nam & Salisburgensis Ecclesia videtur horum usum ac disciplinam coluisse, cum Adalbinus Archiepiscopus, canones illi ut in concilio ederentur, suffragium tulerit. Canon XV. his verbis est definitus:* Sæpe contingit, ut in Monasterio furta perpetrentur, & qui hæc committunt, ignorentur; idcirco statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus se purgare debeant, Missa ab Abbate celebretur præsentibus fratribus, & hi in ultima Missæ celebratione pro expurgatione sua Corpus & Sanguinem Domini Nostri Jesu Christi percipiant; quatenus ita inde innocentes se esse ostendant. *Adducitur a Gratiano in Decreto Can.* Sæpe contingit *Quæst. V. Veruntamen notavit S. Thomas Parte III. Quæst. LXXX. art. VI. ad* 3. *canonem hunc jam inde a decimo sæculo prætermissum fuisse, atque abrogatum:* propterea quod gravius videretur, si in hoc Sacramento, quod est institutum ad remedium salutis, aliquis incurreret sententiam mortis. Unde nullo modo Corpus Christi debet dari alicui suspecto de crimine quasi ad examinationem. *Et alioquin vulgares illorum temporum purgationes, veluti duellum, ferrum candens &c. proscripsit a judiciis Lucius III. Pontifex Cap. VIII.* de purgat. canonica; *neque enim ex sese modi forenses sunt, aut viæ ad manifestandam veritatem; quin magis impie Deum tentant ad proferendum prodigia. De his* purgationibus, *aut* examinibus *actum fuit uberius in Admonitione, quæ Concilio I. Salisburgensi, anni* 799. *subjicitur. Canon porro XXII est:* Si pater vel mater filium, filiamque inter septa monasterii in infantiæ annis sub regulari tradiderint disciplina, non liceat eis, postquam ad pubertatis devenerint annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc ergo omnino devitandum est: quia nefas est, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis fræna laxentur. Igitur, ut prædiximus, non liceat eis susceptum habitum unquam deferere: sed convicti, quod tonsuram aut religiosam vestem aliquando habuerint, in religionis cultu, velint, nolint, permanere cogantur. *De hujusmodi personis, earumque libertate ad faciendam professionem religiosam aliter disposuit generale Concilium Tridentinum Sessione XXV. Cap. XVII. & XVIII.*

ADALBERTUS I.

Anno 873. *Archiepiscopus Salisburgensis V.*

THEODMARUS, seu DIETMARUS,

Anno 875. *Archiepiscopus Salisburgensis VI.*

Interfuit Concilio Moguntiacensi, anno 888. illique mox post Willibertum Archiepiscopum subscripsit ante Archiepiscopum Trevirensem. Sedente hoc Archiepiscopo Cyrillus & Methodius, Moravorum & Slavorum Apostoli, illis gentibus praeesse coeperunt. Mortuus est Theodmarus in pugna, contra Hunnos suscepta.

PILIGRIMUS I.

Anno 907. *Archiepiscopus Salisburgensis VI.*

CONCILIUM

SALISBURGENSE IV.

Anno 916.

Anno Christi DCCCCXVI. Joannis X. Papæ anno III, Conradi Regis Germaniæ anno V. sedente Piligrimo Archiepiscopo, coactum concilium in Altheim, Rhetiæ oppido (*n*) a Legatis Sedis Apostolicæ, submissis ad Conradum Germaniæ Regem, cum gravis discordia hunc inter & Arnulphum, Bavariæ Ducem, exarsisset.

Anno ab orbe servato nongentesimo supra sextum decimum, Indictione quarta, XII. cal. Octob. regni Conradi piissimi & Christianissimi Regis quinto, concilium sacerdotum frequens apud Althaim, in pago Rhetiæ cogitur ab Ortonensi Episcopo, Legato Joannis X. Pontificis Maximi. *Ita Joannes Aventinus Lib. IV. Annalium Boicorum pag.* 484.

Quæ initio hujus Concilii acta sint, adnotavit ex ipsa Concilia Burchardus Lib. XI. Decretorum Cap. LXVIII. ita scribens: Regni Conradi piissimi, & Christianissimi Regis anno quinto, congregata est sancta generalis synodus apud Altheim in pago Rhetiæ, præsente videlicet Domini Joannis Papæ Apocrisario sanctæ Ortonensis Ecclesiæ Venerabili Episcopo. Hoc quatenus aliquo modo diabolica femina in nostris partibus exorta extirpare, & nefandissimas machinationes quorumdam perversorum hominum sedare, & eliminando purgare deberet. Transacto igitur triduano jejunio, & sacris Litaniis more debito celebratis, convenimus in Ecclesia sancti Joannis Baptistæ, & mœsti consedimus. Tum demum Præfatus S. Petri, & Domini Joannis Papæ Missus, proferens chartam Apostolicis litteris inscriptam, qua monebamur, arguebamur, & instruebamur de omnibus adveram Religionem Christianæ fidei pertinentibus. Quæ omnia (ut justum & dignum erat) humiliter accepimus, diligenter tractavimus, & devoto affectu omnimodo amplectebamur. Ergo Evangelicam præceptionem, & institutionem saluberrimam lachrymabili voce protulimus, qua arguebantur Pharisæi & scribæ: *Mundate*, inquit, *prius, quæ intus sunt.* Et item: *Ejice primum trabem de oculo tuo*, ac Propheticum illud: *Ruina populi Sacerdotes mali.* Perpendentes, & discutiendo nosmotipsos inspicientes, & in medium pœnitentiæ sanctæ digno fructu ad terram nos projicientes, deflevimus negligentias innumerabiles, &

(*n*) *In Geographia Synodica, a Nicolao Sansone edita, Altheim, inferioris Bavariæ pagus, Salisburgum inter & Dingelfingam locatur; Rhetiæ quippe tum se ad usque Patavium extendit.*

& peccata nostra gravissima. Deinde hortatu Domini Petri contra nosmetipsos, & vitia irati, adjuvante primo Sancto Spiritu, & miserante, Capituli infra notata ad correptionem tam nostram, quam Christiani populi statuendo collegimus.

Reliqua acta hujus Concilii sunt deperdita: plures nihilominus illius Canones ab interitu fuisse præservatos, ac reperiri in probatis scriptoribus, Aventino, & præsertim Burchardo, & Ivone, antiquis Canonum Collectoribus, testatur Pagius ad annum DCCCCXVI, quos Canones ex iis fideliter excerptos hoc designare loco instituti ratio deposcit. *Anno 916.*

Canon I.

Quisquis Regi fidem non servavit, aut eidem rebellare convictus fuerit, diris devotus esto. *Ex Aventino Annalium Boicorum Libro IV* (o).

Canon V.

De eo, si quis cum uxore alterius vivente eo fornicatus fuerit. Illud vero communi Decreto secundum Canonum instituta definimus, & præjudicamus, ut si quis cum uxore alterius, vivente eo fornicatus fuerit, moriente Marito Synodali judicio aditus ei claudatur illicitus; ne ulterius ei conjungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nolumus enim, nec Christianæ Religioni convenit, ut ullus ducat in conjugium, quam prius polluit per adulterium. *Burchardus Lib. IX. Cap. LXXIV. & Ivo part. VIII. Cap. CCXI, uterque ex Cap. V. Concilii apud Altheim.*

Canon VI.

De Episcopis, qui sibi subjectos seducunt communicantes cum excommunicatis.

Scimus sacra authoritate scriptum, qui excommunicato communicaverit excommunicetur. In hoc nos fatemur Episcopi, & Presbyteri, & Clerici pœnaliter peccasse; quod imposterum Deo auxiliante & emendare, & evitare cupimus & præcipimus. *Burchardus Lib. IX. Cap. LXIX. & Ivo Parte XI. Cap. CXVII. uterque ex Cap. VI. Concilii apud Altheim.*

(o) *Canonem hunc primo fuisse loco a Patribus statutum, asseverat Aventinus loco laudato; eumque non tam Concilii, quam suis verbis, ac summatim enunciat, historicorum more, qui juridicos premere apices insueti, eloquentiam in ejusmodi sententiis excolunt; quod & supra in primo Salisburgensi Concilio egisse Jordanum admonui. Ipse Canonis hujus stylus, contensus aliis ejusdem Concilii Canonibus, a Burchardo & Ivone allatis, diversitatem Delineatoris manifestat. Hæret autem Aventinus, dum Concilii hujus Canones persequitur, in sola fere detestatione perduellionis; ideoque & eos tantummodo Canones illius criminis vindices consignat hoc ordine:*

„Erchingerus quandoquidem cum socius „vitæ Regis, Domini sui, & Christi Dei insidiatus est, a classibus reipublicæ armorumque exors esto, in Monasterio captus „perpetuo arctioris religionis disciplina scelus expiato. "

„Richuinus Argentoratensis ædis occupator Herigero Moguntino Archimystæ satisfacito. Quod si contempserit, curia sacerdotum exanguratur. "

„Episcopi Saxonum, qui præsto esse recusarunt, sacrificiis abstinentor: donec Romam ad eluendum facinus perveniant. "

„Erchingerus, Berchtoldus, Burkhardus, „Arnulphus, quod nostro decreto non steterunt, nec dicto audjentes fuerunt, in numero impiorum, atque sceleratorum habentor: nemo non eorum aditum, atque „sermonem defugito, ne quid ex contagione incommodi accipiatur. "

Hæc Aventinus.

Salutis publicæ & tranquillitatis causa hunc sanciri canonem oportebat; nam permulti alieno animo & iniquo tulerunt Conradum, primum extra Carolingicos emortuos Germaniæ regem, etsi esset pientissimus & Christianissimus, ut in Præfatione dicitur. Plures etiam, veluti Gilbertus Dux Lotharingiæ, Burchardus Dux Sueviæ, Arnolfus Dux Bavariæ &c. in apertam rebellionem eruperunt; quod malum tantopere populis exitiale hic Altheimensis Canon repressit.

Anno 916.

CANON VII.

De eadem re.

Placuit sanctæ Synodo, hunc errorem quasi impium ab Ecclesia amovere: quia animarum curam a Domino accepimus, non pecuniarum. Inde & reddituri sumus Domino rationem, & accepturi propter suam misericordiam æternam retributionem, vel justam damnationem. *Burchardus ibidem Cap. LXX. & Ivo ibidem Cap. CXVIII. uterque ex Cap. VII. ejusdem Concilii.*

CANON VIII.

De Episcopis, ut non sint malum Exemplum populo.

Bonum exemplum populis, se ipsos Episcopi vel Sacerdotes debent præbere, & ostendere non solum dictis, verum & factis. Propter hoc enim statuimus, minime umquam in posterum contra sacra statuta aliquo modo communicemus excommunicatis & dijudicemus nosmetipsos, quatenus in futuro non judicemur a Domino. Sequi cupimus dicta, & statuta sancti Gregorii Papæ, & pœnitentiam dignam agere voluimus secrete in monasterio, quia publice nequimus: in futuroque prædicta omnibus modis Deo propitio vitare volumus. Eamdemque legem statuentes Presbyteris, Diaconibus, & omni Clero, si de gradu deponi noluerint, ut fideliter observent, & aliis servare prædicent. *Burchardus ibidem Cap. LXXI. & Ivo ibidem Cap. CXIX. uterque ex Cap. VIII. ejusdem Concilii.*

CANON IX.

De Correctione Episcoporum, qui cum excommunicatis communicaverunt.

Auctoritate Apostolica firmamus dicta, & præcepta sanctorum Canonum & interdicimus, quamdiu quis excommunicatus sit, ut nullus nostrorum Episcoporum, ei audeat communicare, vel cum eo in Ecclesia orare. Et Laici qui secuti sunt nos, ut dicunt errando & sequendo nos modo, nos aut nosmetipsos per pœnitentiam macerantes corrigendo, & viam eis vitæ prædicantes, & aperientes: ut resipiscant a Diaboli laqueis, a quibus per nostra mala exempla capti tenentur, & ad veram Matrem Ecclesiam per pœnitentiam revertamur. *Burchardus ibidem Cap. LXXII. & Ivo ibidem Cap. CXX. uterque ex Cap. IX. ejusdem Concil.*

CANON X.

De Episcopo inculpato, qui ad Synodum vocatus venire contempserit.

Richuvinum Episcopum, qui contra sanctorum Canonum sanctiones Stratzburgensem Ecclesiam invasit, quem ad sanctam Synodum per litteras nostras invitavimus, & venire contemnens nec Vicarium suum misit, auctoritate sancti Petri Ego Joannes Vicarius Apostolici, ex præcepto sanctæ præsentis Synodi injungendo vocamus iterum, & præcipimus, quatenus ad Concilium, id est, Maji Moguntiæ indictum a Metropolitano Episcopo suo ad præsentiam Venerabilis Herigeri Archiepiscopi, & Confratrum suorum veniat, suæ inobedientiæ, & perversitatis ibidem justam rationem redditurus. Sin autem negligenter, & hoc agere parvi penderit, abstineat se a proprio gradu, donec Romam veniens, coram Domino Papa, & sancta Ecclesia reddat rationem. *Burchardus Lib. I. Cap. CLXII. ex Cap. X. hujus Synodi.*

CANON

Canon XI.

De Episcopis ad Synodum vocatis, & venire & Missos suos mittere dedignantibus.

Placuit sanctæ Synodo, qui vocati de Saxonia ad sanctum Concilium, non venerunt, nec secundum Canones sacros Missos suos vel Vicarios direxerunt, gravi increpatione objurgare, & pro culpa inobedientiæ increpare. Unde iterum eos fraterna charitate ad condictum Concilium invitamus & vocamus. Quod & si hoc, quod non optamus, pro nihilo duxerint, & venire noluerint, justamque rationem inobedientiæ suæ reddere detrectaverint, Apostolica Auctoritate interdicit eis Petrus Sancti Petri & Papæ Missus, una cum sancta Synodo, Missas celebrare, quousque Romam veniant, & coram Papa & sancta Ecclesia dignam reddiderint rationem. *Burchardus Lib. I. Cap. LII. ex Cap. X. ejusdem Synodi. Sed loco Cap. X. videtur legendum Cap. XI. Aventinus enim utriusque Capituli meminit, ideoque utrumque in hoc Concilio conditum.*

Canon XII.

De Clericis, qui fugerint Ecclesias suas, & de servis, qui Dominos proprios fugerint.

Sanctus Gregorius dicit: Clericum fugientem ab Ecclesia sua, vel servum fugientem Dominum proprium, & nolentem reverti, judicamus communione privari, quoadusque ad propriam Ecclesiam vel ad Dominum suum redeat. Et item Clericum fugitivum suo Episcopo vel Domino suo decernimus Apostolica sententia restitui, vel excommunicari una cum illis, qui ei communicaverint. *Burchardus Lib. XI. Cap. LXXVIII. ex Cap. XXVII. ejusdem Concilii.*

Canon XIII.

De Clericis, qui a Dominis suis liberi facti sunt.

Nullus Clericus ad gradum Presbyterii promoveatur, nisi ut scriptum in Canonibus habetur. Si enim propter Dei dilectionem quis de servis suis quemquam elegerit, & docuerit litteras, & libertati condonaverit, & per intercessionem erga Episcopum Presbyterum effecerit, & secundum Apostolos victum & vestitum ei donaverit: ille autem postea in superbiam elatus Missam Dominis suis, & Canonicas horas observare & psallere renuerit; & eis juste obedire dicens se liberum esse, noluerit, & quasi libere cujus vult homo fiat, hoc sancta Synodus anathematizat, & illum a sancta Communione arceri judicat, donec resipiscat, & Domino suo obediat secundum Canonica præcepta. Sin autem obstinato animo & hoc contempserit, accusetur apud Episcopum, qui eum ordinavit, & degradetur; & fiat servus illius idem Domini sui, sicut natus fuerat, quisquis vero talem secum habuerit, posteaquam rem prædictam illius audierit, & Domino suo non reddiderit, vel a se projecerit, sive Episcopus, sive Comes, sive Clericus, sive Laicus, anathematis illius societate notatus pœnam excommunicatus luet. *Burchardus Lib. II. Cap. CCXXXIV. ex Cap. XXXVIII. Concilii apud Altheim habiti*, cui interfuisse Conradum Regem dicit.

Plures in eo Concilio videntur Canones fuisse constituti, e quibus, hominum memoriæ ereptis, aliquem superstitem in antiquitatibus Halberstadiensibus Leukfeldii, *adfert* Harzheim Conciliorum Germ. Tomo II. pag. 590: quo facultas Clericis fit, testandi de suis facultatibus in Ecclesiarum aut Consanguineorum favorem: mortuorum vero absque testamento bona propriæ cujusque Clerici Ecclesiæ permanere. *Ego vero haud quaquam induci possum, ut sentiam, vel hunc Canonem, vel Concilium, in quo prodiit ille Conon, pro Altheimensi haberi posse; nam post hunc Canonem, a Leukfeldio inventum, subscripti leguntur Archiepiscopus Moguntinus, Trevirensis, Hamburgensis, Argentinensis, Paderbornensis &c. nullum vestigium Legatorum Apostolicorum, qui id convocorunt, nec Episcoporum Bojoariæ, in quorum Provincia Concilium hoc celebratum est. Quis autem adeo hospes sit in monumentis Conciliorum, id ut factum fuisse credat? Verius itaque dicitur, Concilium id fuisse Moguntinum, quod Leukfeldius pro Altheimensi habuit, quod illud, tamquam appendix esset hujus Concilii Altheimensis; etenim Canone X. Altheimensi jubetur Richovinus Strasburgensis Moguntiam ab Archiepiscopo evocari, ubi præter Richovini causam, etiam ille Canon forte editus, occasionem dedit ad Moguntinum Concilium pro Altheimensi habendum.*

Qui Præsules Concilio adfuerint, quive subscripserint ignoratur. Suspicio non levis est, Piligrimum Archiepiscopum huic Concilio in Altheim Juvavensis Hierarchiæ a Legotis Apostolicis convocato, ne quidem interfuisse: nimirum ne odha fioni ad alterutram partem, seu Conradi Regis, seu Arnulphi Ducis, mutuo sibi adversantium, alterutrius offensam incurreret, quorum tamen omborum suis de causis erat studiosissimus. Nam erat Piligrimus primum Conradi, & Antecessoris Ludovici Germaniæ Regis atque Imperatoris Archicapellanus; apud Gewoldum de Septemviratu pag. 91. *hujusque muneris dignitate, postquam deinde ob Imperatore od Archiepiscopatum Salisburgensem elatus est, ordine Moguntinum Archiepiscopum antrivit, ut ex Regis Conradi placito observavit* Hansiz. German. sacræ Tomo I. pag. 144. *Arnulpho autem Bojoariæ Duci contradicere plane noluit, ne Principem Ecclesiis Bavaricis alioquin vehementer infensum, ac perniciosum magis irritaret; adeoque hac in difficultate rerum, atque conflictu prudenter evitare scopulos quæsivit, maxime quod Arnulphus, armis Conradi pressus, mox Salisburgum sese receperit, cujus fidem facit Aventinus* Lib. IV. Annal. Boicorum, ita *scribens*: Conventu hoc peracto Conradus in Bojoariam adversus Arnulphum cum exercitu transitum fecit, Castra Reginoburgio admovet. Arnulphus sive vim ferre ejus non valens, sive ne civili bello diffidentibus Ugri ingruerent, Juvaviam secedit, ibique se continuit.

ADMONITIO.

De Altheimensis Concilii controversia.

De Altheimensis Concilii controversia.

Duo fuisse circa idem tempus apud Altheim celebrata Concilia, sunt qui pertendant, veluti Joannes Mansi in *Supplementis* Conciliorum Labbei Tomo I. pag. 1106. propterea, quod Canone X. hujus Concilii Joannes Vicarius Apostolici præsedisse dicatur; & Canone mox insequente, Petrum sese nominet Papæ Missus, qui huic Concilio præsederit; hanc vero conjecturam tanti non fieri debere, decernunt Chronographi Boji, qui eventus quosque, ac præsertim Synodos Ecclesiarum graviores accurate consignarunt, veluti Aventinus, Hermannus Contractus, Reginon, Marianus Scotus, Otto Frisingensis &c. neque ullibi duplicis Altheimensis Synodi faciunt mentionem. Mansii vero allatam rationem diffiat Hermannus Contractus, qui in Chronico suo ad hunc annum ait: *Synodus coram Missis Apostolici apud Altheim est habita.* Itaque duorum Missorum Apostolici jam hic, jam ille nominari poterat, ut nempe sessionibus, ac rebus decidendis singuli præsederunt. Sic & supra in Dissertatione prævia vidimus Gregorium II. tres in Boioariam Missos Apostolicos ablegasse.

UDELBERTUS,

Archiepiscopus Salisburgensis VIII.

Anno 932.

Hujus nomen variis immutationibus expressum apud Auctores reperitur; jam Adalbertus, Odilbertus, Hildebertus, Walpergus, Volbertus, Luidbertus appellatur.

CON-

CONCILIUM

Anno 932. **SALISBURGENSE V.**

Anno Christi DCCCCXXXII. Joannis XI. Papæ anno II. Henrici Aucupis Germaniæ Regis anno XIV. convocatum Ratisbonæ ab Udelberto Archiepiscopo.

Super variis Christianæ perfectionis, & disciplinæ capitibus, ac præsertim, ut defunctorum Episcoporum animabus suffragia decernantur. Historiam hujus Concilii ex antiquo manuscripto Stabulensi servavit Martenne, & Tomo VII. Monumentorum *pag.* 53. *evulgavit hoc ordine:*

In nomine æterni Dei, anno ab Incarnatione Domini DCCCCXXXII. indictione V. XIX. Kalendas Februarii regnante Arnolfo Venerabili Duce anno X. congregata est Synodus generalis apud Radezponam, metropolim Norici regni Civitatem, in qua primitus congregati sunt Venerabiles Domini Præsules Odulpertus Juvavensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Vodalfredus Rubilocensis ecclesiæ Episcopus, Wolframmus Frisigiensis Episcopus, Hizingrimus Radasponensis Sedis Antistes, Gehardus Pataviensis ecclesiæ Episcopus, Suarzlot Corepiscopus, Egilolf abbas cum reliqua non modica sacerdotum coadunatione. Igitur ab omni populo Crucibus decenter portatis, & sacris letaniis more solito celebratis, convenerunt omnes Episcopi, cum copiosa sacri ordinis frequentia in Ecclesia S. Petri Apostolorum Principis, quæ Mater ecclesiarum regiæ Civitatis juxta portam aquarum antiquitus excreverat; ibique juxta aram S. Petri Antistites cetera sancta Synodus in media consederunt ecclesia. Tum demum hi, quibus maxima cura est injuncta pastoralis, semetipsos fraterno Caritatis amore admonere curabant, ut si aliquid in semetipsis dignum esset emendationis, haud segniter emoliare studerent. Deinde vera paterna sollicitudine omnem sanctam Congregationem hortabantur, monebant, arguebant, & instruebant de omnibus rebus & justiciis ad veram Religionem orthodoxæ, & Catholicæ fidei pertinentibus, ut moribus bonis malas devincerent consuetudines, & irreprehensibiles se exhiberent ad docendum populum, Christi sanguine redemptum. Inter cetera vero cum totius Synodi consilio hoc decreverunt, ut quisquis illorum, id est, Episcoporum de hac luce migraret, superstites Episcopi Missas XII pro anima ipsius celebrare non tardarent. Similiter & Presbyteri; cæteri vero clerici vel Sanctimoniales Psalteria IV. Episcopi vero tribuant de facultatibus suis pro anima defuncti Episcopi de sicera carradas III (*): de panibus modios VI: Frisk VI. (**): Bachon unum (***).

(*) Carrada, *dolium. Udalricus Lib. II. Consuet. Cluniac in Præfat.* octo vini carradas ad commeatum fratrum esse collectas. *Glossarium du Fresne Tom. I. pag.* 852.

(**) Frisk *seu Frisking, diminutivum ovium, vel vervecum. Glossarium Wachteri fol.* 491.

(***) Bachon *porcus. Idem fol.* 91.

CONCILIUM
SALISBURGENSE VI.

Anno 932.

Eodem anno DCCCCXXXII. Dingolfingæ celebratum, præsidente eodem Udelberto, seu Hildeberto Archiepiscopo, postquam Arnulphus Dux Bojoariæ ex Italia reversus est, qui & concilio interfuit.

Hoc in concilia varia disciplinæ capita de redintegrandis Ecclesiarum possessionibus acta fuere, flexusque Arnulphus Dux, restitutionem earum ut cordi haberet. Vetustissimus codex MS. sæculi XI, ab Hansizio Tomo II. Germaniæ Sacræ pag. 146. *laudatus, hæc de illa Synodo prodidit.*

Anno Domini CMXXXII, regnante in Bavaria Arnulpho Duce, convenientibus cunctis Bavariis ad locum, qui Dingolfinga vocatur, in causa synodalis collegii, Episcopis videlicet & comitibus, aliisque populis supradictæ regionis; præsidentibus autem Episcopis, Adalperto, Archiepiscopo Salisburgensi: Isangrimo, Episcopo Ratisponensi: Gerhardo, Episcopo Pataviensi: Wolframo, Episcopo Frisingensi: Nithardo, Episcopo Sabionensi, Nunciisque Udalfridi, Episcopi Aistatensis, Chorepiscopis Diperto, & Suaterloho, aliisque presbyteris, & diaconibus, ac clericis quam plurimis de statu ecclesiastico tractantes, feriandos dies subscribere sanxerunt.

Aventinus Lib. IV. Annalium Boicorum pag. 487. *hæc addit de hac Synodo, convocata Dingolfingæ in Isaræ ripa.*

Hoc in Concilio Arnulphus prædiorum ecclesiasticorum, quæ Ugri populati fuerant, ab aliisque occupabantur, usufructus sacerdotibus, monachis restituit: templa, sactas ædes refici, instaurari jussit: Majas & Caninas: item vicos, vineas, aliaque prædia prope Tyroleos, in Vennonum, Athesisque valle, quæ adhuc ibi mystæ Fruxinenses possident, Wolframo reddidit: Episcopos, monachos, sacerdotes, quorum quidam excusso severioris religionis jugo, populariter vivere cœperant, sub arctioris disciplinæ jugum misit. *Actum restitutionis, insistente concilia susceptæ, adfert Brunerus Parte II. Lib. II. Annalium Boicorum, desumptum ex membranis vetustissimis Ecclesiæ Frisingensis, nimirum.*

Berchtoldus, divina favente clementia, Dux Rudperto & Meroldo nostris fidelibus. Cognoscere vos volumus, quod dilectissimus frater noster Arnulphus una nobiscum, rogatu Wolframi, venerabilis Episcopi in Frisingen, prædicti Episcopi parochiam, ubi S. Corbinianus requiescit, cum nostris fidelibus convenimus; ibique invictissimus frater noster pro remedio animæ suæ, quasdam res ejusdem Ecclesiæ, quondam injuste abstractas, cum consilio suorum fidelium relaxaverit. Nos vero vitæ vestræ felicitatem, omniumque nostrum prosperitatem, perspicientes, & consultu jam dicti fratris nostri, cæterorumque fidelium nostrorum precibus, præfati Episcopi, omnibusque ejus familiæ petitionibus annuentes, prosperitatem beatissimi Christi confessoris Corbiniani ad Mayes & Chortzes, quas liber ejus illius esse testatur, & priscis temporibus injuste ab Ecclesia ejusdem Sancti ablatam esse constat, in requiem beatæ Dei Genitricis Mariæ, & antedicti Confessoris Christi Corbiniani, in manus præscripti Episcopi potestative remisimus.

ADMO-

ADMONITIO.

Fuisse olim Proceres aeque ac Episcopos ad Provincialem Synodum evocatos.

Fuisse olim Proceres & Episcopos in concilio.

Quod hoc in concilio Dingolfiogensi, id & alias sæpius usuvenisse compertum est. Fuere olim a christianis Principibus cœtus Episcoporum, simol & Procerum suorum convocati; nempe ut ibidem & ecclesiastica, & civilia negotia tractarentur. Ejosmodi cœtum & sacras, & civiles res statuentem tempore Tassilonis Ducis attulimus in *Dissertatione Prævia*, cui S. Virgilius, Episcopus Salisburgensis interfuit. In ejusmodi autem cœtibus ea erat capitum definiendorum distributio, ot eccelesiastici separatim congregati, cogitareot de ecclesiasticis, proceres de civilibus, aut etiam de rebus mixtis unitim deliberarent. Horum cœtuum solemnitatem ex Adalardo de *Ordine Palatii* describit Hincmarus Rhemensis Tomo II. Operum Cap. 35. pag. 214. *Quæ utraque tamen seniorum susceptacula sic in duobus divisa erant, ut primo omnes Episcopi, Abbates, vel hujusmodi honorificentiores clerici, absque ulla laicorum commixtione congregarentur. Similiter Comites, vel hujusmodi Principes sibimet honorificabiliter a cætera multitudine primo mane segregarentur, quousque tempus sive præsente, sibi absente rege occurrerent: & tunc prædicti seniores more solito, clerici ad suam, laici vero ad suam constitutam curiam, subselliis similiter honorificabiliter præparatis convocarentur. Qui cum separati a cæteris essent, in eorum manebat potestate, quando simul, vel quando separati residerent, prout eos tractandæ causæ qualitas docebat, sive de spiritalibus, sive de sæcularibus, seu etiam commixtis. Similiter si propter quamlibet vescendi, vel investigandi causam quemcunque convocare voluissent, & re comperta discederet, in eorum voluntate manebat.* Hactenus Hincmarus ex Abbata Adalardo.

EGILOLPHUS,

Archiepiscopus Salisburgensis IX.

Anno 935.

Circa annum 937. Leo VII. Papa ad Egilolphum Juvaviensem, nomine suo compellatum, uti & ad cæteros Germaniæ & Galliæ Episcopos, celebrem dedit Epistolam Canonicam, disciplinæ nævos generali quodam præscripto inlectantem; quam Epistolam, quod ad fabricam legum, atque canonum referatur, hoc loco opportune exhibendam censui, ex Harduini Collectione Concilior. Tomo VI. Parte I.

Anno 937. Leo Episcopus Servus Servorum Dei, Regibus, Ducibus, Episcopis, Abbatibus, Comitibus: pari etiam modo Egilolpho Juvavensis, Isiogrino Ratisponensis, Lantberto Frisingensis, Wisundo Sebonensis Ecclesiæ venerabilibus Episcopis, & cæteris per Galliam, Germaniam, Bavariam, Alemaniam commorantibus.

Si instituta ecclesiastica, ot sunt a beatis Apostolis tradita, integra vellent servare Domini sacerdotes, nulla diversitas in ipsis ordinibus, & consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque, non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis, vel Ecclesiis, aut teneri, aut celebrari videntur. Hæc de re fit scandalum populis, dum multa in vestra Provincia contra canones ecclesiasticos, decretaqoe majorum, usurpari videotur: quæ quidem possent facile resecari, si Episcopi in his non viderentur auctores: qui sæcularibus intenti, humanom favorem captantes, religionem violant, ordinesque corrumpunt. Nos siquidem divinis præceptis, & Apostolicis incitamur monitis, ut pro omnium Ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu. Idcirco Fraternitati Vestræ cognitum facimus, quod Gerardus, sanctæ Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopus, causa orationis ad limina veniens Apostolorum, nostram Apostolicam præsentiam visitare, & benedictionis gratiam a nobis percipere sollicita studoit: multa, quæ reprehensione digna sunt, nostris auribus, lacrymosis vocibus intimavit: tota cordis contentione, a nostra Apostolica auctoritate de his, quæ contra canonum regulam, & decreta majorum, in vestris geruntur Provinciis, quærens consilium. Scitis enim, quod ab ipso Domino Beato Petro, Principi Apostolorum, ejusque vicariis, omnium Ecclesiarum cura commissa sit, Veritatis voce dicente: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Coi etiam proprias oves commendavit dicens: *Si diligis me, pasce oves meas.* Et ideirco pro universis Ecclesiis sollicitudinem gerimus, & velut in specula positi, quid per totius orbis provincias geratur, vigilanti cura insisti-

Matth. Cap. XXVI. v. 18.
Joan. XXI. v. 17.

Anno 937. fiftimus. De quibus ergo Apoftolicam fedem confuluit, & qualia nos ei refponfa dedimus, per hos noftros apices vobis intimare curamus. Ejus namque interrogatio feriatim talis eft.

De Auguratoribus, & incantatricibus, & maleficis vario modo mortificatis a populo, fi aliqua pœnitentia debeat exigi. De talibus namque perfonis, quid veteris, ac novi Teftamenti pagina cenfeat, manifeftnm eft. In lege namque *Exod. Cap. XXII. v. 18.* Mofaica fcriptum eft: *Maleficos non patieris vivere.* Similiter in Samuelis libro legitur; quia exterminavit Saul omnes Pythoniffas de terra; & alia, quæ enumerare longum eft. Sed nos etiam tales noftris exhortationibus ad pœnitentiam trahere debemus, ut magis ecclefiaftico judicio pœnitendo vivant, quam gladio vindice puniantur; dicente beato Paulo *1. Theff. Cap. V. v. 9.* Apoftolo: *Non enim pofuit nos Deus ad iram, fed in acquifitione falutis.* Quod fi ecclefiaftica judicia fpreverint, humanis fubjaceant legibus. Meminiffe enim debent, a Deo poteftates fuiffe conceffas, & ad vindictam noxiorum gladium fuiffe permiffum, & Dei miniftrum fuiffe datum in hujusmodi vindictam. Et dum in talibus improbis legum exercetur auctoritas, dicente beato Innocentio, erit dictator immunis.

Confultum eft etiam, utrum Epifcopi *Pax vobis*: an *Dominus vobifcum* pronunciare debeant. Sed non aliter per omnem veftram Provinciam tenendum eft, quam in fancta Romana Ecclefia. In Dominicis enim diebus, & in præcipuis feftivitatibus, atque fanctorum natalitiis, *Gloria in excelfis Deo*, & *Pax vobis* pronunciamus. In diebus vero Quadragefimæ, & quatuor temporibus, five in vigiliis fanctorum, & in reliquis jejuniorum Diebus *Dominus vobifcum* tantummodo dicimus.

Poft hæc confuluit: fi dominica oratio in benedictione ciborum debeat ufitari. Quod fieri non oportet, quia in fanctificatione Corporis & Sanguinis Domini noftri Jefu Chrifti, hanc folummodo orationem fancti Apoftoli decantabant; & in Evangelio legitur; quia poft cœnam, a Domino factam, hymno dicto exierunt in mortem olivarum.

Poft hæc interrogavit de eo, qui matrem & filiam fpirituales in conjugio ducit; quod ne fiat, facri canones per omnia vetant. In canonibus Zachariæ ita habetur: ut Presbytera, diacona, monacha, vel etiam fpirituali commatre, aut fpirituali filia nullus utatur. Nam qui hujusmodi opus perpetraverit, fciat, fe anathematis vinculo innodatum, & Dei judicio condemnatum, atque a facro corpore, & fanguine Domini noftri Jefu Chrifti alienum: & quicunque facerdotum eis communicare præfumpferit, eorum judicio condemnatus facerdotii fui honore privetur.

Dehinc intulit lamentabile, & nimis lugendum, ut Domini facerdotes publice ducant uxores: & fi filii eorum valeant promoveri. Quod fcelus, quia omnis facra Scriptura contradicit, quia fanctum & venerandum Nicænum Concilium vetat, ne Sacerdotes cum fœminis habitare præfumant, multo magis ne copulari, vel fociari mulieribus debeant, juxta facros canones modis omnibus prohibemus. In Neocæfarienfi namque concilio ita habetur: Presbyter fi uxorem acceperit, ab ordine deponatur; & qui in tali fcelere fuerint reperti, noftra Apoftolica auctoritate ab omni priventur honore. Filii vero eorum immunes ab eorum peccato funt, dicente Propheta: *Filius non portabit iniquitatem Patris*; & in facro baptismate omnia dimittuntur peccata. *Can. I.* *Ezech. c. XVIII. v. 19.*

Dehinc perquifivit, fi a Chorepifcopo Ecclefiæ debeant confecrari, aut presbyteri ordinari, vel confignatio chrismatis, & manus impofitio fieri. Quæ omnia a chorepifcopis ne fiant interdicimus, juxta canonum decreta. In Concilio Antiocheno cap. X. fic habetur: Qui in vicis & poffeffionibus chorepifcopi nominantur, quamvis manus impofitionem Epifcoporum perceperint, tamen fanctæ fynodo placuit, ut modum proprium recognofcant, & gubernent fubjectas fibi Ecclefias, ordinent etiam Lectores, & fubdiaconos atque exorciftas, quibus promotiones iftæ fufficiant, nec presbyterum, nec diaconum audeant ordinare. Si quis autem transgredi ftatuta tentaverit, depofitus, quo utebatur honore, privetur. Perquifivit etiam, fi vir, vel mulier tertio, vel quarto gradu confanguinitatis conjuncti, & infcii conjugio copulantur, poftea Dei refpectu compuncti, oftendunt fe facerdoti, fecrete confitentes peccata fua, utrum valeant eleemofynarum largitione, ac bonorum operum exhibitione purgari. De talibus enim perfonis in veteri & novo Teftamento multa reperiuntur exempla, maxime in conciliis Gregorii & Zachariæ, in quibus hæc continentur: ut confobrinam, novercam, neptem, fratris uxorem, nurum vel etiam de propria cognatione, aut quam cognatus habuit, nullus conjugio præfumat fibi copulare. Si quis vero hoc nefario conjugio convenerit, & in co permanferit, fciat fe auctoritate Apoftolica anathematis vinculo innodatum, & nullus facerdos ei tribuat communionem: Et fi inclinatur, divifusque fuerit ab illicita copula, pœnitentiæ fubmittatur, ut facerdos loci confideraverit.

De vaftatoribus autem Ecclefiarum unde inquifivit, nihil aliud fcribimus, nifi quod Paulus Apoftolus ad Timotheum fcribens

Anno 937.

ſcribens ait: *argue, increpa, abſecra cum omni imperia.*

His vero omnibus prælibatis Fraternitatem Veſtram monemus per hanc noſtram Apoſtolicam juſſionem, ut huic Gerardo Archiepiſcopo, cui vicem noſtram in cunctis finibus veſtris commiſimus, in omnibus, quæ ad eccleſiaſticum ordinem pertinent, obedientes & adjutores ſitis: quatenus in una concordia perſiſtentes, ut eccleſiaſtica jura, & Chriſtianitatis religio in veſtris partibus, quæ paganorum incurſione, & malorum chriſtianorum perſecutione, corrupta & depravata eſſe videntur: Domino largiente, & beato Petro, Apoſtolorum Principe cooperante, ad rectitudinis normam valeant informari, & vos in futuro examine ſecuri poſſitis audire vocem Domini dicentis: *Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.*

Præter hæc Eberardo, Duci Bavariorum noſtra auctoritate injungimus, ut præfato Gerardo Archiepiſcopo in omnibus auxilium præſtet, ut ſuæ Eccleſiæ ſtatus, & rectitudo, ac proprius vigor ad integrum culmen, & priſcum decorem ſuo juvamine valeat pervenire; ſi Dei indulgentia, & ſancti Petri etiam, ſoorum delictorum a nobis vult accipere remiſſionem.

HEROLDUS,

Archiepiſcopus Salisburgenſis X.

Anno 939.

Ottonis M. Imperatoris, & Germaniæ Regis Archicapellanus, a quo ditionem in Carinthia, dictam Krapfeld dono accepit. Anno CMXLVIII interfuit concilio Ingelheimenſi cum eodem Principe. Cernitur in Actis hujus concilii nomen Heroldi in Epiſcoporum claſſe ſubſcriptum; quod lis adhucdum penderet de Metropolitica dignitate, quam & Gerardus Patavienſis ſibi adſertum ibat, ut in Præfatione dictum eſt; in altero tamen anni 952. ſubſecuto concilio Auguſtano, cui pariter præſens aderat, finito in rem ſuam diſſidio, Archiepiſcopi rurſum titulo inſignitus, alter a Moguntino Archiepiſcopo appoſuit chirographum. Vertente fato, cum conjurationem iniiſſet Heroldus contra Ottonem Imperatorem, operamque contuliſſet ad evocandas contra eundem Ottonem Hungarorum claſſes, pœnas perfidiæ dedit, Imperatoris juſſu non tantum oculis orbatus, ſed & Pontificio decreto remotus ab Archiepiſcopatu, ſuffecto in ejus locum Friderico anno 954. donec tandem a Joanne XII. Papa, in Ravennatenſi concilio anno 958. anathemate renuens & obluctans percuſſus fuit.

ADMONITIO.

De criminibus privilegiatis.

De criminibus privilegiatis.

Quæpiam crimina ob atrocitatem ſuam clericos ad publicum juſtitiæ tribunal rapuerunt, etſi cæteroquin non tantum eccleſiaſtica eorum delicta, ſed etiam minora civilia ſubjacerent eccleſiaſtica judicio. Hæc peculiaria, ſeu ut vulgo ajunt, privilegiata crimina, ut varia fuit temporum neceſſitas, numero & ſupplicia variarunt. Valentinianus Imperator in Appendice Codicis Theodoſiani, apud Sirmondum Tomo I. Operum pag. 408. *quinque ejusmodi eſſe crimina decernit:* Habeant, *ait,* illa generalibus excepta indulgentiis crimina ſuum fatum, ut competens majorum ſcelerum reos exitus teneat. Nullius nos manibus in abſolvendis injuriam faciemus homicidiis: nullius inultos toros remiſſo adulteriorum, ac talium ſcelerum ſupplicio deſeremus: cauſam, quæ late tenditur, Majeſtatis integram reſervamus: non aliquos in aſtra peccantes: non venenarios, aut magos: non falſæ monetæ reos abſolvendorum felicitati connectimus. *Homicidium nempe, adulterium, crimen læſæ majeſtatis, magia, monetæ falſificatio; quæ crimina etiam uſus Eccleſiæ ablegavit ad civile forum. In Chalcedonenſi concilio anni* 451, *Actione X. incuſatus fuit Ibas, Edeſſenus Epiſcopus, quod Abraamio cuidam, magiæ reo, ſciens epiſcopatus conferre ordinem ſtatuiſſet* (*). Et retinet chartam magicarum incantationum reverendus noſter Epiſcopus (Ibas), qui debuit judicio Provinciæ hunc, qui ita execrabilis eſt, offerre ſecundum confoetudinem legum. *Apud Labbeum Tomo IV. Concil. pag.* 648. *Concilium Matiſconenſe, anno* 581. *habitum, Canone VII. tria horum criminum memorat:* Homicidium, furtum, maleficium &c. *Noſtra Heroldo Archiepiſcopo crimen læſæ majeſtatis privationem oculorum inflixit;* cui

(*) Καὶ ἔχει παρακαταθήκην τὸν χάρτην τῶν γοητευτικῶν ἐπικλήσεων ὁ εὐλαβέστατος ἡμῶν ἐπίσκοπος, ὀφείλων τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας τὸ ἀπηγορευμένον προσενεγκεῖν κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν νόμων.

cui castigationi civili etiam alteram ecclesiasticam adjunxit Joannes XII. Papa, degradationem. Hodie antequam civili judicio clerici traduntur ad castigandum, deponi atque degradari consueverunt.

FRIDERICUS I.
Anno 954. *Archiepiscopus Salisburgensis XI.*

Aderat hic Præsul Synodo Romanæ anno 969. coactæ, ut eruitur ex Codice Diplomatico Ratisbonensi apud Bernard. Pezium Tomo I. Parte III. pag. 53; ubi ex diplomate Ottonis Imperatoris suppletur indiculus Patrum, qui non habetur in concilio Romano.

HARTWICUS,
Anno 991. *Archiepiscopus Salisburgensis XII.*

Interfuit Hartwicus Anno 1007. Synodo Francofordiensi, in quo Episcopatus Bambergensis fuit institutus. *Harzheim Tomo III. Concil. Germ. pag. 38. ex codice Viennensi.*

GUNTHERUS,
Anno 1024. *Archiepiscopus Salisburgensis XIII.*

DIETMARUS II.
Anno 1026. *Archiepiscopus Salisburgensis XIV.*

BALDUINUS,
Anno 1041. *Archiepiscopus Salisburgensis XV.*

Hic a Beata Hemma, Wilhelmi Landgravii vidua, in Carinthiam reverenter accitus, Gurcensem suæ diœcesеos Ecclesiam, nec extructam consecravit, & beatam illam Viduam inter Missarum solemnia sacrarum Virginum Porthenoni adscripsit. His temporibus in regno Teutonicorum communis vita in multis locis effloruit, non solum in clericis, & monachis, religiosissime commorantibus, verum etiam in laicis, se, suaque ad eandem communem vitam devotissime offerentibus; qui etsi habitu nec clerici, nec monachi viderentur, nequaquam tamen eis dispares meritis fuisse creduntur; se enim servos eorundem pro Domino fecerunt, imitantes eum, qui non venit ministrari, sed ministrare ---- abrenunciantes sæculo, se & sua ad congregationes tam clericorum, quam monachorum, regulariter viventium, devotissime contulerunt. *Scribit Bertholdus Constantiensis, synchronus ad annum* 1091. *apud Urstisium in Scriptoribus Rerum Germ. Tomo I. pag.* 365. *Cujus & exemplum beata Hemma præbuit, omnibus suis divitiis Deo dedicatis, & extructo duplici Monialium & Clericorum Cœnobio. Anno* 1046. *præsens adfuit Balduinus Archiepiscopus concilio Papiensi, eidemque subscriptus reperitur apud Ughellium in Episcopis Veronensibus.*

GEBEHARDUS,
Anno 1060. *Archiepiscopus Salisburgensis XVI.*

Paulo post beatæ Hemmæ mortem interjecto tempore cœnobium Gurcense, dilapsis plerisque sacris virginibus, cœpit labescere, ac propemodum intercidere; igitur Gebhardus Archiepiscopus piam Hemmæ mentem ut servaret, atque ad perfectiorem, magisque necessarium scopum traduceret, obtenta prius ab Alexandro II. Papa, itemque ab Henrico IV. Imperatore facultate, instituit anno 1072. *Episcopatum Gurcensem, & clericos a beata Hemma fundatos ad Canonicos Cathedrales evexit. Ambæ & Pontificis & Imperatoris literæ descriptæ sunt* im Reichs-*Archiv. Spicilegii Eccl. Continuat. I. pag.* 952. *Decrevitque suo in diplomate Pontifex:* Ne unquam

unquam Episcopatus ille Ecclesiæ, & Archiepiscopis Juvaviensibus subtrahatur, ac nullus Episcopus quocunque pacto inibi constituatur, nisi quem Gebhardus, ejusque successores prompta voluntate elegerint, ordinaverint & consecraverint. *Et Imperator suo in diplomate:* Fidelis noster Gebhardus, Juvavensis Archiepiscopus, de commissarum sibi animarum periculis dolens, conquestus est, quod episcopatum suum, in montanis situm, præ nimia parochiæ amplitudine, & viarum difficultate, per se solum regere non sufficeret, consultu fidelium nostrorum pro necessitate Ecclesiæ decrevimus, & annuimus, ut intra parochiam suam, adjutorem sui operis episcopum, & sedem episcopalem constitueret, &c. *Guntherus primus fuit Gurcensis Episcopus, de cujus institutione plura referunt Bollandistæ in Actis Sanctorum Junii Tomo VI, parte I. pag.* 151.

Anno 1071. *interfuit Gebhardus Moguntino concilio, hac de causa coacto, ut Carolus, Episcopus Constantiensis sede dejiceretur. Adfuit & anno* 1074. *Romano concilio, quod Gregorius VII. Papa indixit. De hac Synodo scribit Lambertus Schafnaburgensis ad hunc annum:* Decrevit Pontifex, ut secundum instituta antiquorum canonum presbyteri uxores non habeant, habentes aut dimittant, aut deponantur; nec quisquam omnino ad sacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam, vitamque cœlibem profiteatur.... Adversus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota factio clericorum: hominem plane hæreticum, & vesani dogmatis esse clamitans, qui oblitus sermónis Domini, quo ait: non omnes capiunt verbum hoc: qui potest capere, capiat; & Apostolus: qui se non continet, nubat; melius est enim nubere, quam uri: violenta exactione homines vivere cogeret ritu angelorum, & dum consuetum cursum naturæ negaret, fornicationi & immunditiei fræna laxaret. Quod si pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdotium, quam conjugium deserere; & tunc visurum eum, cui homines sorderent, unde gubernandis per Ecclesiam plebibus angelos comparaturus esset. Nihilominus ille instabat, & assiduis legatiónibus Episcopos omnes socordiæ, ac desidiæ urgebat, & nisi ocyus injunctum sibi negocium exequerentur, Apostolica se censura in eos animadversurum comminabatur. Archiepiscopus Moguntinus sciens, non parvo constare operam hanc, ut tanto tempore inolitam consuetudinem revelleret, atque ad rudimenta nascentis Ecclesiæ senescentem jam Mundum reformaret, moderatius agebat cum eis, & primo eis in dimidium annum inducias, & deliberandi copiam dedit. *Apud Pistorium in Scriptoribus Rerum German. Tomo I. pag.* 37°. Altmanno Pataviensi Episcopo idem continentiæ statutum promulganti, parum abfuit, quin clerici, usum & antiquitatem conjugiorum obtendentes, mortem intulerint. *Apud Gretserum Tomo VI. Operum novæ editionis pag.* 451. *in vita S. Altmanni. Sed & Gebhardum Archiepiscopum, in perdifficili molimine nequidquam proficientem Gregorius VII. Pontifex acriter commonuit, ut fortius insisteret, hancque ad eundem dedit Epistolam, quæ est apud Lünig im* Reichs-Archiv, *in spicilegio Ecclesiastico,* **Fortsetzung des ersten Theils** *pag.* 951.

Cœlibatus Clericorum.

Gregorius Episcopus, Servus Servorum Dei, Gebhardo, Salzburgensi Episcopo Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Si ea in vobis, quam speramus, erga nos dilectio flagraret, prius ad nos vestræ, quam nostræ ad vos, literæ pervenissent; cum id faciendi facilius, vobis per plures, ad limina Apostolorum venientes, quam nobis per unum, hinc ad vos proficiscentem, occasio conferatur. Nos tamen insalutati officium salutationis impendimus, &, quam solemus, dilectionis tibi sinceritatem exhibemus. Sed est, unde fraternitatem tuam negligentiæ merito argui putamus, quod de castitate clericorum, sicut nobis relatum est, præceptis Romanæ Synodi, cui interfuisti, inobediens usque hodie videaris. Qua in re tantum de te admirantes gravius dolemus, quantum te illud sollicitius operari sperabamus. Unde & Apostolica te auctoritate admonemus, ut clericos tuos, qui turpiter conversantur, pastorali rigore coerceas, & quod Romana Ecclesia testante, de immunditia clericorum statuit, neque gratiam, neque odium alicujus constanti auctoritate in Ecclesia tua prædicando exerceas. Cæterum pro amore S. Petri, cujus limina præsentium portitor requisivit, studeat religio tua viscera pietatis sibi aperire, in quantum eum salute animæ suæ videtur tibi posse fragilitati suæ condescendere; quatenus non pœniteat eum tanti itineris laborem subiisse, sed gaudeat, quod diu quæsivit, scilicet S. Petri misericordiam, per nos juxta votum suum impetrasse. Datum Capuæ, decimo septimo Kal. Decemb. Indictione duodecima.

Error tamen irrepsit in spicilegium, in quo annus hujus scriptæ Epistolæ dicitur esse 1073, *cum Romanum concilium celebratum fuerit anno* 1074; *adeoque altero, vel tertio demum anno hæc Epistola sit illo concilio posterior.*

Fuit

Gebhardus Romanæ Sedis studiosus. *Fuit Gebhardus Archiepiscopus Romanæ Sedis studiosissimus, præsertim post excitatas abominandas illas simultates inter Henricum IV. Imperatorem, & Gregorium VII. Pontificem, quando* totum Romanum Imperium civili bello, nimio schismatis dissidio laboravit; aliis quidem Domino Apostolico, aliis autem Henrico faventibus; ob quod utrinque totum regnum præda, ferro & igne miserabiliter devastantibus, paucissimi catholici Episcopi ex parte Apostolici remanserunt. *Scribit Bertholdus Constantiensis ad annum* 1083. *apud Urstisium in scriptoribus Rerum Germanicarum Tomo I. Cum conventum egissent utriusque factionis Episcopi & Principes, jussus Gebhardus a Pontificiis Præsulibus, omnium ore verba in adversarios facere, maxima cum eloquentiæ & judicii laude id executus est. Quam Gebhardi allocutionem refert Bruno ad calcem de Bello Saxonico, apud Freherum de Scriptoribus Rerum Germanicar. Tomo I. Scripsit & Epistolam Gebhardus ad Hermannum, Episcopum Metensem, in qua Schismaticos & excommunicatos severissimis argumentis exagitat, ac pene conficit, quam Epistolam, in plura capita digestam, edidit Clar. Vir Tengnagelius, Bibliothecarius Cæsareus. Anno* 1085. *interfuit Gebhardus cum præcipua laude concilio Quedlinburgensi, quod convocatum fuit contra Henricianos, qui docebant: Imperatoribus, & regibus non tantum temporalia, sed etiam spiritualia subjecta esse; adeoque non esse legitimum Petri successorem, nisi quem Rex Germaniæ in sacrosanctum Petri Thronum intrusisset. In hoc etiam concilio ordinatio Wecilonis, Moguntini invasoris irrita declarata est. In hoc concilio Gebhardus subscripsit ante Hartungum, Archiepiscopum Magdeburgensem. Labbeus Tom. III. Concil. pag.* 404. *Celebravit hujus Archiepiscopi laudes scriptor contemporaneus, Hugo Flaviacensis in Chronico suo apud Labbeum Tomo I. Novæ Bibliothecæ pag.* 226. *nominatque* Gebhardum Salzeburgensem Episcopum, virum doctissimum, cujus vita speculum erat bonorum. *Mortuus est Gebhardus anno* 1088. *XVI. Calend. Jul.*

THIEMO, SEU THEODMARUS III.
Archiepiscopus Salisburgensis XVII.

Anno 1090.

Placentina Synodus celebrata fuit anno 1095, *de qua scriptor coævus Bertholdus Constantiensis apud Labbeum in collectione Concil. Tomo X. pag.* 502: Huic Synodo Reverendissimi Antistites interfuerunt, de Bavaria quidem Dimo (Thiemo) Salzburgensis Archiepiscopus, & Udalricus Pataviensis Episcopus, ejus suffraganeus. De Alemannia vero Gebhardus Constantiensis Episcopus, qui & Arnulphum, Mediolanensem Archiepiscopum, diu quidem electum, sed nendum consecratum, eodem tempore, ex concessione Domini Papæ Mediolani consecravere.

CONRADUS I.
Archiepiscopus Salisburgensis XVIII.

Anno 1106.

Consecratus fuit Conradus hac in dignitate a Paschali II. Papa in Concilio Guastallensi, quod idem Pontifex convocaverat anno 1106, *ut schismaticos Episcopos in Longobardia, uti & clericos cæteros, in ordinem revocaret. Parabat equidem Conradus Archiepiscopus, cum Moguntino, Coloniensi, & Magdeburgensi Archiepiscopis, indicere concilium, anno* 1117. *Moguntiæ celebrandum, ad depellendas ab exulcerata Germania calamitates, ex mutuo conflictu Sacerdotii & Imperii natas; cujus convocationis, a Conrado editæ, Epistola in Udalriciano Codice reperitur; verum tamen ob rerum perturbatarum vim eo non licuit eluctari. In Synodo Herbipolensi anno* 1128. *una cum Moguntino & Magdeburgensi Archiepiscopis, tulit excommunicationis sententiam in Conradum Anti-Cæsarem. Pluribus aliis conventibus, etiam ab Imperatore coactis, in quibus agebantur publica negotia Imperii, meliore semper omine interfuit Conradus; maxima quippe & pietatis, & prudentiæ laude ubique florebat. Curam animarum anno* 1121. *a Monochis Petrensibus transtulit in canonicos, ad regularem vitæ normam S. Augustini revocatos, cui vitæ generi etiam semetipsum, assumpto regulari habitu, Præsul pientissimus adstrinxit. Cum enim passim* Canonici Episcopalium Ecclesiarum vixerint in stipendio, regulariter viventibus constituto, & ipsi nullam prorsus observaverint regulam, *ut scribit synchronus auctor Gerhohus Præpositus Reicherspergensis, in Libro* de corrupto Ecclesiæ statu *apud Baluzium* Miscellaneorum Libro V. pag. 96. *hanc necessariam disciplinæ instourationem Conradus in se suscepit, quæ eidem non exiguo stetit labori;* imo in Salzburgensi Ecclesia supra

pra humanam virtutem fuisse, quod factum est, credebatur; si non divina gratia, atque potentia, inspiratione sua prævenisset famulum suum, ut rem tam arduam aggrederetur, & cooperatione adfuisset, ut consumaretur. *Ait auctor vitæ Conradi I. Archiepiscopi Salzburgensis apud Bernard. Pezium* Anecdotor. Tomo II. Parte III. pag. 238. *Innocentius II. Pontifex ut Conradi Archiepiscopi cæptum suo pro capitulo proveheret, & simul vigilantiam eidem commendaret super vicino claustro Berchtesgadensi, anno* 1108. *fundato, eodemque S. Augustini Canonicorum regulam professo, hanc ad Eundem dedit Epistolam:*

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Conrado Salzburgensi Archiepiscopo Salutem, & Apostolicam benedictionem.

De dignitate & excellentia vitæ Canonicorum multa nos docet divina Scriptura, & multa possumus dicere, quod vita Canonicorum vita est Apostolica, quoniam Apostoli, contemptis omnibus, hac vita cum Domino vixerunt, & post ascensionem eum multitudine credentium, cujus erat anima una, & cor unum, hac vita viventes, eam posteris suo exemplo tenendam reliquerunt. Quod Martyr, & Pontifex Urbanus ad informationem fidelium in suis decretis memorare curavit: scimus vos non ignorare, quia vita communis hactenus inter bonos christianos viguit, & adhuc Dei gratia viget, & maxime inter eos, qui in sorte Domini electi sunt, id est, elericos, sicut in Actibus Apostolorum legitur: multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Hanc beati Augustini regulis ordinatam sanctus Hieronymus suis epistolis informavit. Horum itaque & aliorum munitì auctoritatibus, non minoris meriti æstimamus vitam canonicam, aspirante ac prosequente Domini spiritu, observare, quam religionem monasticam ejusdem spiritus perseverantia custodire. Unde Antecessorum nostrorum decretis statutum esse meminimus, ne professionis canonicæ quispiam, postquam Dei vice super caput sibi hominem imposuerit, alicujus levitatis instinctu, vel districtioris religionis obtentu, de claustro audeat sine Prælati & congregationis permissione discedere. Quorum vestigiis inhærentes, quod quidam fratres in claustro Berthesgadnensi de mutatione ordinis sui vana præsumptione attentare voluerunt, Apostolica auctoritate, ne fiat, interdicimus, præcipientes, ut, quod Deo voverunt, reddere, & regulam beati Augustini, quam professi sunt, Domino juvante, fideliter observare studeant; in cujus observantia si eos fortasse remissos, & minus ferventes repereris, monemus fraternitatem tuam, ut secundum datam Tibi a Deo sapientiam, professionem & ordinem suum servare, & mandatis regulæ obedire, sicut tua interest, districte commoneas. Data Laterani XVII. Kalend. April. *Ex Baluzio Miscellaneor. Lib. V. fol.* 103.

Anno 1122. interfuit Conradus Archiepiscopus Conventui Wormatiensi, in quo Henricus V. Imperator solenne pactum iniit cum Calisto II. Papa, abdicavitque investituras Episcoporum, baculi & annuli traditione peragi solitas, & sceptro duntaxat suo se in posterum ea in functione usurum spoponđit. Hoc pactum deinde confirmatum fuit in Concilio Lateranensi I. anno 1123, cui pariter Conradus aderat. Exhibetur illud pactum a Lünig im Reichs-*Archiv spicilegii Ecclesiastici Parte I. pag.* 152.

ADMONITIO.
De Investitura Episcoporum.

De Investitura Episcoporum.

Investituræ illæ Episcoporum per baculum & annulum diu fuerunt innoxiæ, diuque ab Imperatoribus exercitæ; nam feuda, jam inde a Pipino, & Carolo M. Ecclesiis dono data, cum onere præstandi militarem operam, post Episcopi mortem exspirarunt, veteri Germanorum lege, & Imperatores, conversis interim in rem suam fructibus, ea rursos contulerunt neo-electo Episcopo hac solenni functione; quod censerent, e variis, usitatisque investiturarum signis, veluti: festuca, terra, cespite, ramis arborum, chirothecis, baculis, libris, annulis &c. quæ Bignonius erudite collegit in *Notis ad Marculfum*, apud Chiniac in *Capitularibus Regum Francorum Tomo II. pag.* 896, baculum, & annulum esse honorificentiorem præ cæteris ad Episcopale munus indicandum, cui delectui nec vitium, nec culpa inest. Ipse Gebhardus, Archiepiscopus Salisburgensis, maximæ celebritatis in Germania Præsul, donatus hac investitura fuit per baculum & annulum ab Henrico IV. Imperatore, anno 1060, paucis ab electione sua interjectis hebdomadibus. Erat quippe ille primum Cancellarius Henrici III. Imperatoris, ac deinde hujus filio Henrico IV. charissimus, proindeque Imperatorum studiosissimus; donec obortis inter Papam & Imperatorem gravissimis turbis, Alexan-

der II. Papa forte sibi præsidium paraturus in celeberrimo Germaniæ Archipræsule Gebhardo, eidem eminentem dignitatem Legati Apostolici omnium Germaniæ Ecclesiarum contulit, ac firmavit; quo quidem beneficio Gebhardum adeo iosceavit Pontifex, tamque arcte devinxit Apostolicæ Sedis commodis, ut hic converso animo Pontificias partes secutus, Gregorio VII. Papæ, anno 1075. Ecclesiæ communionem Henrico Imperatori, & Imperii fasces eripienti, non tantum palam adhæserit, sed etiam recte illud a Pontifice agi, non sine immoderationis labe, contenderit; quorum etiam causa ab Imperatore sua sede depulsus, exolare quodam tampore coactus fuit. Quamvis & altera causa Gebhardo Archiepiscopo hæc fuerit desciscendi ab Imperatore ad Pontificias partes, quod Imperatorem cerneret in collationa investiturarum transgredi limites civilis auctoritatis, ac quæstum facere e sacris dignitatibus. Cujus originem mali refert Lambertus Schaffnaburgensis ad annum 1063. pag. 170: *Educatio regis*, ait, *atque ordinatio omnium rerum publicarum penes Episcopos erat, eminebatque inter eos Moguntini & Colonienfis Archiepiscoporum auctoritas. A quibus cum in partem consilii Adelbertus, Bremensis Archiepiscopus, assumptus fuisset, tum propter claritatem generis, tum propter ætatis, atque Archiepiscopatus prærogativam, ille sæpius colloquenda, obsequendo etiam, atque assentendo, ita sibi regem brevi devinxerat, ut cæteris Episcopis post habitis, totus in eum inclinaretur, & ipse in regno communi pene monarchiam usurpare videretur. Secundas post eum partes agebat Werenher comes, juvenis tam ingenio, quam ætate ferox. Hi duo pro rege imperitabant: ab his Episcopatus, & abbatiæ, ab his quidquid ecclesiasticum, quidquid sæcularium dignitatum est, emebatur: nec alia cuiquam, licet industrio atque egregio viro, spes adipiscendi honoris ullius erat, quam ut hos prius ingenti profusione pecuniarum suorum redemisset.* Apud Pistorium in Scriptoribus Rerum Germanic. Tomo I. pag. 330; quos deinde Henricus princeps, ad omnem libidinem procumbens, deterrime imitatus est; *nam ei si quis majorem pecuniam dedit, vel ipse major ejus flagitiorum adulator extitit, hic dignior quolibet episcopatu fuit.* Ait Bruno de Bellò Saxonico, apud Freherum Scriptor. Rer. Germ. Tomo I. pag. 104. Inde fomes turbarum, quæ hac tandem, ut dixi, Imperatoris cessione desierunt.

Corrupti mores Henrici Imp.

CONCILIUM
SALISBURGENSE VII.

Anno 1129.

Anno Christi MCXXIX. Honorii II. Papæ anno IV. Lotharii Regis anno V. convocatum in Lauffen, Diœcesis Salisburgensis oppido, a Conrado I. Archiepiscopo; in quo causa Ellinchardi, Frisingensis Episcopi, de hæresi incusati, acta fuit.

Servavit hujus concilii memoriam Hundius Tomo I. Metropolis Salisburgensis pag. 153. ex antiquissima charta, quam eidem communicavit Andreas Scherer, Decanus Frisingensis S. Andreæ, ut sequitur.

Anno dominicæ incarnationis millesimo, centesimo vigesimo nono, primo Calend. Augusti, collectis apud Lauffen quam pluribus Salzburgensis, Ratisponensis, Pataviensis, Eistetensis, Ecclesiarum clericis religiosis & literatis, insuper Abbatibus & Monachis, & non modico Principum, ac populorum collegio, coram Archiepiscopo Salzburgensi Conrado, & Reginberto Brixinensi Episcopo, inter cætera causa Ellinhardi, Frisingensis Episcopi, jam dudum, ante annos quinquaginta duos, feliciter viam universæ carnis ingressi, ventilata est. Quia hoc ipso tempore Gregorii VII, qui & Hildebrandus, sub hæresi Wicbertina quibusdam defunctus esse putabatur, a præfato Metropolitanæ Sedis Archiepiscopo plus annos quinquaginta duos, quibus sine reclamatione canonica, tam mortuis, quam vivis, vere

vere catholicus est habitus, irrationabiliter est impetitus; cum utique duobus annis prius ipse de mundo excesserit, quam Wicbertus hæresiarcha Romanæ Sedis cathedram invaserit. Sed beati viri meritis exigentibus, probabili septem probabilium virorum testimonio canonice excusatus, imo meritorum prærogativa, & miraculorum attestatione venerabilis semper inventus, reverentiam, quam apud Dominum, & homines dudum vivens emeruit, etiam mortuus, domino propitiante irrefragabiliter obtinuit. Probatum est itaque legitimo, ac canonico Rudolphi Abbatis Distellensis testimonio, Diethmari S. Andreæ Decani, Hannonis presbyteri, Chunonis parochiani, Herigeri presbyteri de Glane, cæterarumque venerabilium personarum, quod venerabilis idem Episcopus, in gratia Sedis Apostolicæ, & communione Matris Ecclesiæ indubitanter obierit. Ne ergo digna tantæ rei memoria ulla posterorum oblivione deleatur, placuit, ut hujus comprobationis notitia per literarum indicia posteris nostris transmittatur. Acta sunt hæc præsentibus subscriptis testibus, & aliis quam pluribus. Abbas Saltzburgensis Paldricus, Abbas Scitensis, Guntherus, Præpositus Saltzburgensis, Hermannus Præpositus Chiemseensis, Hartmannus Præpositus de Perchteres, Kademan Libernuinus Præpositus de Garze, Hugo Præpositus de Ouue, Heribertus Præpositus de Cella: Burchardus, Wernherus canonicus Ratisponensis, Frisingenses canonici, Adalpero Præpositus, Adalpertus Decanus, Wichmannus Præpositus S. Viti, Henricus Præpositus S. Castuli, Hoboldus Præpositus S. Zenonis, Waltherus Tridentinus Præpositus. *Anno 1129.*

Hæc Hundius.

Interfuit Conradus Archiepiscopus Anno 1131. *Synodo nationali Leodiensi, cui etiam cum aliis Archiepiscopis subscripsit. In eo Concilio præsens fuit Innocentius II. Papa cum Lotharia Imp. & Regina, maximaque nobilium corona.*

CONCILIUM
SALISBURGENSE VIII.

Anno 1141.

Anno Christi MCXLI. Innocentii II. Papæ anno XII. Conradi III. Regis anno IV. convocatum Ratisbonæ a Conrado I. Archiepiscopo, in causa Pabonis, Abbatis S. Emmerani, de Simonia accusati.

Circa annum 1141. decesserat Engelfridus Abbas S. Emmerani, in cujus locum suffectus Pavo, vel Pabo, quem de Simonia petitum Henricus Episcopus Ratisbonensis loco movit.

Re ad Innocentium Papam delata, hic Conrado Archiepiscopo mandat per literas cognitionem causæ, ut ad Ratisbonensem Ecclesiam per semetipsum accedens diligenter inquirat, an judicium de Simonia rite & ordine fuerit institutum: sin; Abbatem loco restituendum. Conradus indixit synodalem conventum, judicium retexuit, & Abbatem Pavonem absolvit ab impacto crimine.

Quo facto Pontifex literas per eundem Abbatem ad Episcopum dedit pro restitutione.

Henricus Episcopus contempsit literas Pontificias, nec accipere voluit, earumque latorem gravibus contumeliis affecit. Quare Innocentius repetitas scripsit, quas per Archiepiscopum voluit præsentari Henrico, ne, inquit, aut despiciantur, aut earum sententia clam habeatur.

Anno 1141. Erat autem reprehensio Episcopi in his capitibus Imo Quod monasterium S. Emmerani, ad Romanam Ecclesiam pertinens, ditioni Apostolicæ subtrahere nitatur. IIdo Quod literas, ad se missas, earumque delatorem contumeliis affecerit. IIItio Quod ad Synodalem conventum venire contempserit. Ad extremum mandat Papa, ut intra viginti dies Abbatem integre restituat; alioquin officio episcopali se noverit interdictum.

Hæc Hansizius Germaniæ sacræ Tomo II. pag. 240.

Quoniam vero nullus Pabo reperitur in Catalogo Abbatum S. Emmerani, toto illo sæculo XII, argumento est, Pabonem, tædio, adversitateque fractum, aut ultro renuntiasse Abbatiæ, aut fatis inopinato cessisse; adeoque totum hujus concilii scopum intercidisse.

Privilegium Apostolicæ Sedis, quo gaudebat monasterium S. Emmerani, variam in Germania subiit fortunam; nam paulo post, anno 1198. Innocentius III. Papa dedit Epistolam ad Abbatem de Pegavia in Misnia, in qua hæc series traditur: Abbatem hujus monasterii de variis probris accusatum, defensionis suæ causa, Romam pervenisse, ibidemque monasterio suo impetrasse Privilegium Sedis Apostolicæ. Episcopus Merseburgensis, in cujus diœcesi situm erat monasterium, cum hoc edoctus esset ab Abbate reduce, amare conquestus est Imperatori, non modo jus suum Ordinarium, sed & honorem Imperii in discrimen vocari ab hoc Abbatis privilegio; itaque Imperator in ea, quam indixit, curia, Privilegium Romanum sibi ab Abbate exhiberi præcepit, neque illud unquam porro reddidit; quod Abbatem adegit denuo Romam recurrere. Imperator autem filum litibus præcisurus jussit Abbatem ab Archiepiscopo Magdeburgensi dejici officio, atque a Monasterii administratione depelli. Hæc ex Innocentii III. *Epistola Tomo II. Operum pag.* 191. *Edit. Colon.* Non tamen intelligitur ex ea Epistola, quæ porro extiterit Abbatis fortuna. Synchroni scriptores apud Lunigium asseverant, Abbates Pegavienses, etiam in posterum, soli Romanæ Sedi fuisse subjectos, & maxima opulentia, nominisque celebritate floruisse. Facile utique fuerit Pontifici Privilegium suum ratum firmumque tueri contra decreta Imperii, eo tempore, quo ob tres ejusdem Imperii æmulos, Fridericum II, Philippum Suevum, & Ottonem IV, Imperatoris auctoritas multum depressa jacebat; alioquin res tota non adeo ad votum cecidisset Pontifici. Privilegium Apostolicæ Sedis primitus referebatur ad defensionem bonorum temporalium, & repressit duriores exactiones, quas Magistratus, imo etiam Episcopi non raro monasteriis imposuerunt: exemptiones autem, quas Calistus II. anno 1122. monasteriis conferre incepit, restrinxerunt etiam jura Episcoporum & ordinariam potestatem ad functiones spirituales, & observandam disciplinam; atque ita multis offendiculis, & monachorum licentiis viam aperuerunt; ita ut Concilium Tridentinum Exemptionem a Jurisdictione Ordinarii, olim a Gregorio IX. *Cap. 9. de Privil.* Regularibus concessam, rescinderit pro pluribus casibus, eosque Episcopo, ceu delegato Sedis Apostolicæ subjecerit, veluti *Sess. VII. Cap. XV. Sess. XXIV. Cap. XI. de Reform.* &c. In terris Austriacis omnes Regularium Exemptiones nuper fuere abolitæ.

CON-

CONCILIUM SALISBURGENSE IX.

Anno 1145.

Anno Christi MCXLV, Eugenii III. Papæ anno I, Conradi III. Regis anno VIII. convocatum ab eodem Archiepiscopo Conrado I. Halæ, Brixinensis Diœcesis oppido, ad definiendam inter Monasterii Burensis & Admontensis Abbates ortam controversiam.

Concilii hujus memoria, actaque quæ in eo sunt, in veteri chartario Admontensi reperta fuere, quod chartarium Cl. Schannatus descripsit, & nos ex eo referimus.

Sciant tum præsentes, quam etiam posteri, quod Udalricus, liber homo de Elsendorff cum sæculo renunciare deliberaret, Burense cœnobium adiit, filiamque suam, nomine Richizzam, secum adduxit, & an ibi remanere posset ad profectum salutis suæ, solerter explorare cœpit; nulla obedientiæ professione vel præmissa, vel sequente; gladium deposuit, filiam suam non super altare, sed coram altari, in manus Chunradi, Salisburgensis Archiepiscopi, ad monasticæ vitæ professionem Deo obtulit: pro remedio autem animæ suæ curtem I in Elsendorff cum vineis suis, quas in montanis ex hæreditate patris habuerat, eidem alteri tradidit, reliqua sibi, filiæque suæ servare deliberavit, donec videret, si ibi manere sibi complaceret.

Videns tandem non esse sibi proficuum, si se per obedientiæ vinculum adstringeret ad idem cœnobium, tum quia monasticæ religionis ibi collapsum fuerat ædificium, tum quia Augustensis Episcopus idem impetebat monasterium, volens illud trahere in suum dominium, sicut libere venerat, sic libere de eodem loco recessit, filiamque suam, quam in manus Archiepiscopi, Deo coram altari, non super altare, obtulerat, secum abduxit, ac in nostrum Admontense cœnobium secedens, prædia sua apud Elsendorff, quorum nomina hæc sunt: Lintchirchen, Tanhusen, Lagenbach, & Surlach, cum Ecclesia decimali in manum Traditoris sui Adelberonis de Morlbach, ea conditione tradidit, ut ubicunque ejus præfata filia Richizza sub monastica professione Deo servitura remaneret, ipse Traditor prænominatæ hæreditatis traditionem eidem monasterio solemniter conferret.

Eandem sane filiam Dominus Archiepiscopus Salisburgensis in Saxoniam, in Monasterium, quod Trouberh vocatur, diligenti commendatione transmisit: sed insurgente super eam nimio propinquorum suorum clamore, qui eam mundo magis, quam Deo optabant servire, Episcopus Halverstadensis, ipsius cognatus, eorum precibus compulsus, eam de monasterio abstractam aviæ suæ reddidit, quæ, cum eam nigris vestibus exspoliatam, albis vestibus induisset, eamque preciosis monilibus auri oneratam magis, quam ornatam; nec minis, nec precibus, nec promissionibus flectere potuisset, quin ornamenta, ab illa sibi imposita abjiceret, & suis ea pedibus conculcaret: tandem conventus solemnis tam propinquorum ejus, quam & spiritualium virorum agitur, ipsaque puella in medio sistitur; optione igitur sibi data, ut quorsum ire deliberaret, eo se libere verteret. Carne sibi propinquos reliquit, & Spiritus Sancti conjunctos elegit, & ad eos transiit; sicque cum magno omnium spiritualium gaudio ad monasterium rediit. Tandem Dominus Archiepiscopus pro ea misit; & multis vel literis, vel precibus, ut sibi redderetur, vix obtinuit, eamque sibi redditam, ad monasterium nostrum honorifice transmisit.

Interea Abbas Burensis Waltherus præfatum fratrem nostrum Dominum Udalricum, de promissa suo monasterio obedientia, falso impetere cœpit, ita ut per falsam querimoniam literas Domini P. P. Innocentii II. acquireret, quibus eum a nostro monasterio abstractum, ad suum venire constringeret; tandem post multas impetitiones præfati Abbatis, præcepto Domini Chunradi Saltzeburgensis Archiepiscopi, Abbas monasterii nostri Dominus Gotefridus eum secum in conventum Hallensem adduxit, ubi præsentia ipsius Archiepiscopi, Brixinensis Episcopi, multorumque Abbatum & Præpositorum,

rum, clericorum & laicorum, judicio totius Ecclesiæ, ipse hoc obtinuit, quod Abbati Burensi de obedientiæ professione nihil debuerit. Cum igitur jam dictus Abbas nec sic quicquam effecisset, statim filiam ejus cœpit impetere, licet non eam, sed per eam, hæreditatem prænominatam obtinere voluit.

Facta ergo Anno MCXLV. generali totius Bavariæ Synodo, præsidente præfato Archiepiscopo Chunrado, cum suffraganeis suis: Ratisponensi, Frisingensi, Pataviensi, Gurcensi, absente solo Brixinensi, coram frequentia Abbatum, Præpositorum, totius etiam cleri & populi, Abbas Burensis surrexit, sororemque nostram, quasi suam oblatam, requirere cœpit, Abbatem S. Georgii de Intal, & Præpositum Dietramnum, in testimonium conatus est producere, qui ambo in præsentia synodi canonice ab Archiepiscopo requisiti, confessi sunt, nihil se de sororis oblatione, juxta Abbatis querimoniam vel vidisse, vel audivisse; Abbas rursus alia die idoneos testes se producturum perhibuit, sequentique die Ecclesiæ suæ famulos in testimonium adduxit. Frisingensis episcopus testimonium illud famulorum super fœminam liberam non esse idoneum, vel legitimum judicavit, ejusque judicium tota synodus Bojoariorum Episcoporum, Abbatum, Præpositorum, Principum, clericorum, & laicorum comprobavit. Sic generali totius synodi sententia est definitum, ut Ecclesia nostra pro ista causa, Burensi Monasterio nullum ulterius reddat responsum.

Hæc Cl. Schannatus ex Admontensi chartaria, etsi ex hoc documento non sat compertum sit, an non plures aliæ in hoc Concilio causæ, aut rerum Ecclesiasticarum capita sint definita.

CONCILIUM
SALISBURGENSE X.

Anno 1145.

Eodem anno Christi MCXLV. Eugenii III. Papæ anno I. Conradi III. Regis anno VIII. Pataviæ convocatum a Conrado I. Archiepiscopo super quibusdam possessionibus, inter Abbatem S. Petri Salisburgi, & Abbatem Admontensem controversis.

Frequentiores ea tempore lites percrebuerunt inter monasteriorum abbates de proprietate quorundam fundorum agrestium, quarum decisiones ad Episcoporum conventum pertinebant. Baldericus Abbas S. Petri Salisburgi vocavit in judicium Gotefridum Abbatem Admontensem, quod hic possessiones quosdam sibi vindicasset in valle Admontensi, quæ tamen Monasterio S. Petri essent propriæ, & Privilegio Henrici Babenbergensis Imperatoris eidem confirmatæ. Accitus Gotefridus ne quidem respondere adversario voluit, quod a Gebehardo & Tyemone Archiepiscopis traditos illos teneret Ecclesiæ suæ fundos, ac tranquilla semper hactenus illorum possessione fruitus fuerit atque defensus. Sed neque Conradus Archiepiscopus Balderici abbatis causæ ac postulatis locum dari oportere censuit; siquidem a quadraginta prope annis, quibus Archiepiscopatu potiebatur, nulla ad se unquam allata fuerit usurpatæ illius possessionis querimonia, aut exhibitum documentum. Interea ne deesset justitiæ, & civos & mutuos concernenti, Romano, Gurcensi Episcopo causam excommandandam discutiendamque commisit; a qua deinde rei totius statum edoctus causam ad Concilium deferre decrevit.

Cumque Pataviam venisset Archiepiscopus Conradus, & cum suffraganeis suis, Domino Heinrico Ratisponensi Episcopo, Reginberto ejusdem loci Episcopo, Domino Romano Gurcensi Episcopo,

po, præsente etiam Domino Eberhardo, tunc quidem præpofito, nunc autem Babenbergenfi Epifcopo, præfentibus etiam quam plurimis Abbatibus & Præpofitis, aliisque perfonis diverfæ profeffionis, & colloquium habere cœpiffet, caufa ifta ab omnibus ventilata, & communi confilio & confenfu omnium ita eft terminata, ut Admontenfis Ecclefia, Ecclefiæ S. Petri de his poffeffionibus nullum deinceps refponfum reddere cogeretur, quæ ipfa ex donatione Archiepifcoporum per annos circiter fexaginta, fine omni contradictione poffediffe comprobaretur. *Anno* 1145.

Interim Conradus Archiepifcopus, ut Balderici, & monachorum S. Petri afflictam ex hac fententia fortem pro animi fui teneritudine deliniret, eidem Monafterio S. Petri beneficium quoddam Engifcalci de Alterfe Minifterialis S. Rudberti contulit, atque ita Baldericum Abbatem, damni expertem, & tranquillum reddidit, usque dum Henricus Abbas, Balderici fucceffor, anno 1163. *inftaurata vetere contra Admontenfes lite, eandem in fe, quam olim tulerat Conradus Archiepifcopus, ab Eberhardo Archiepifcopo latam fententiam excepit, & defiftere in pofterum a querimonia coactus fuit.*

Defumpta funt hæc omnia ex Decreto Eberhardi I. Archiepifcopi, quod habetur in Codice Diplomatico Admontenfi Num. XXX. apud Bernardum Pezium in Thefaura Anecdotorum Tomo III. Parte III. pag. 711.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XI.

Anno 1146.

Anno Chrifti MCXLVI, Eugenii III. Papæ anno II, Conradi III. Regis IX, a Conrado I. Archiepifcopo Hallæ convocatum, in quo fundatio Canoniæ Seccovienfis confirmata fuit.

E reliquis hoc in Hallenfi concilio actis, ac definitis folum Inftrumentum confirmationis Canoniæ Seccovienfis, a Conrada Archiepifcopo ex Feiftriz in Seccau translatæ, fervavit nobis Sigismundus Pufchius in Diplomatario facro Styriæ Tomo I. Tum quippe Epifcopi plerumque folebant, Ecclefiarum fuarum difficultates, variis faftigiis hærentes, internofcere in conciliis, atque fuffragiorum interventu dirimere.

Confirmatæ autem in hoc concilio Canoniæ Seccovienfis talis erat fundatio ex Chronico Voravienfi: Anno MCXL. fundata eft Seccovienfis congregatio in valle, Feiftrice dicta, ab Adelramo de Waldeke, valde ingenuæ nobilitatis viro; qui Adalramus, cum ex duabus legitimis uxoribus non haberet liberos, quibus dimitteret hæreditatem, piam Dei genitricem Mariam, cum Filio fuo, Domino Jefu Chrifto, fanctumque Auguftinum elegit habere hæredes, malens illi, a quo acceperat, cuncta offerendo, perennis vitæ gloriam confequi, quam inter fratres, fuosque confanguineos, diffenfionis & odii controverfiam pro his oriri. Super quo mentis defiderio Chunradum feniorem, tunc temporis Archiepifcopum Salisburgenfem, Romanumque Gurcenfem, ejus vices gerentem, alacer adiit, eorumque confilium & auxilium petiit, & duas capellas, in fundo parentum fuorum fundatas, & quondam a Parochiali jure exemptas, unam fcilicet S. Mariæ in loco Feiftrice cum dote Plaiſe, & alteram S. Joannis Evangeliftæ cum dote Altendorff eo tenore obtulit, quatenus in unam earum, videlicet S. Mariæ Capellam viros Canonicos fecundum Regulam S. Auguftini deftinaret; jus vero Patronatus fibi refervavit, donec arma ferens militavit. Transmiffis ergo illuc fratribus de choro S. Rudberti, venerabilibus Wernhero poftmodum Præpofito, cum aliis utriusque fexus religiofis perfonis advenientibus, feria VI. in fefto S. Margarethæ, fupradictus Adalramus mire lætificatus, quidquid verfus Carinthiam, & circa Hartbergam, & juxta Mueram fluvium, vel in Marchia poffeffionum, feu familiarum habuit, totum contradidit; cujus bonam voluntatem memoratus Archiepifcopus voltos confortare, Ecclefiam Matricem Chumbenz,

Anno 1146. benz, nec non filias ipsius S. Margarethæ, S. Benedicti, & S. Laurentii addidit.

Anno MCXLI. Dominus Wernherus Salzburgensis Canonicus cum fratribus suis Friesaci a Domino Adelramo, eos deducente, veniens, ab ipsis communiter electus in Præpositum, ab Archiepiscopo Chunrado solemniter confirmatur, Romano Episcopo Gurcense, aliisque non paucis spiritualibus, & sæcularibus viris præsentibus.

Anno MCXLII. fratribus supra memoratis in loco Feistrice manentibus, nullamque religionis quietem propter vicinum stratæ transitum, & villarum circumjacentium quotidianum tumultum habentibus, præfatus Fundator, assumpto Præposito, Dominum Archiepiscopum adiit, & ut cellam in possessionis ejus adjacentiam, in locum scilicet, Seccowe dictum, transferret, obnixe concupivit. Communicato itaque sapientum consilio, prænominatum Præpositum Romam ad Innocentium Papam dirigendum censuit super hoc negocio, qui prospero cursu iens, & rediens, privilegium cum bano Apostolico super observantia canonici ordinis, mutatione loci, traditionibus prædiorum factis, & deinceps faciendis reportavit. *Apud Sigis. Puschium in Chronologia sacra Styriæ Parte I. pag.* 320.

Quibus omnibus peractis Archiepiscopus in Hallensi Concilio Confirmationis decretum edidit.

Chunradus Sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus &c. Quia divina favente clementia: (*recenset fundationem Seccoviensem, ejusque a Sede Apostolica confirmationem*) his ita transactis ad synodum nostram, quæ celebrabatur in festo B. Dionysii apud Hallæ, properavit (*Adelramus fundator*), ordinem suæ causæ omnibus palam recitavit. Huic concilio multæ eminentes personæ aderant. Henricus Ratisponensis Episcopus, Reginbertus Pataviensis Episcopus, Otto Frisingensis Episcopus, Romanus Gurcensis Episcopus, & plures Præpositi & Abbates de Episcopatibus istis. Principes quoque Otto Palatinus, nempe de Witlsbach, Engelbertus Comes Halsensis, cognatus ejus, Rapato Comes, Fridericus Advocatus Ratisponensis, Hartwicus Comes de Bogen. Clericorum quoque & Monachorum, nec non nobilium laicorum magna copia. Igitur auctoritate Patris, & Filii & Spiritus Sancti, nec non sanctæ synodi nostræ, sicut locum hunc suscepimus ad regendum, & defensandum, anathematizamus omnem personam, isti Ecclesiæ injuriam facientem &c. Omniaque tradita, sive adhuc conferenda banno nostro concludimus, & stabilimus, atque præsentem paginam sigillo nostro insignimus &c. Actum Hallæ Anno ab Incarnatione Domini Millesimo, centesimo quadragesimo sexto, Indictione nona, quinto Calend. Octobr. Anno secundo Domini Papæ Eugenii, quadragesimo primo Domini Chunradi Salzburgens. Archiepiscopi, octavo Chunradi Regis.

Ex Diplomatario sacro Styriæ Tomo I. Num. V. & Documentis Seccoviensibus Num. VI.

S. EBER-

S. EBERHARDUS I.

Anno 1147. *Archiepiscopus Salisburgensis XIX.*

CONCILIUM

Anno 1150. SALISBURGENSE XII.

Anno Christi MCL, Eugenii III. Papæ anno VI, Conradi III. Regis anno XIII. Eberhardus I. Salisburgensis Archiepiscopus Synodum V. Episcoporum Salisburgi convocavit.

Ita Chronicon Salisburgense apud Hieronymum Pezium in scriptoribus Rerum Austriacarum Tomo I. pag. 344.

A*cta, constitutaque omnia hujus Synodi cum cesserunt injuriis temporum, ut Chronographus Salisburgensis testatur, loco mox laudato, facile tamen ex serie rerum, tum fluentium, est assequi, Eberhardum, Archiepiscopum sanctissimum, nuper a Conroda rege, recens anno* 1149. *ex Palæstina reduce, & Salisburgi moram agente, edoctum de infelici alea belli, a Cruce signatis in Turcas suscepti, salutaria remedio in Synodo proposuisse placandi divinam Majestatem, atque præsertim decori ecclesiastico, qua conservando, qua promovendo ardenter institisse; hoc namque ornamenta Ecclesiæ Salisburgensis tum præ aliis eximie florebat. Quippe Conradus Rex, ut habet Hansizius Germaniæ sacræ Tomo II. pag.* 252, cum festum Pentecostes Salisburgi ageret, intuereturque ejus Ecclesiæ clerum, asseruit, nunquam se vidisse clerum tonsura, vultu, habitu universaliter tam splendidum, aut oculis intuentium ita gratum. Deinde cum ab urbe Juvaviensi discederet, testatus est, nunquam se vidisse civitatem, quæ tota ita esset repleta bonis hominibus, quæ servitio Dei ita ex integro esset dedita, & in laudibus Dei die ac nocte resultaret; iterque faciens per Diœcesim Juvaviensem, exquisitam miratus est sacrarum ædium venustatem. *Quæ sane decoro non sine frequentium conciliorum sollicitudine & in clerum, & in plebem induci, aut conservari in iisdem potuere. Ecclesiarum Salisburgensium illius temporis dignitatem atque excellentiam præclare celebrat auctor synchronus vitæ Conradi Archiepiscopi apud Bernard. Pezium* Anecdotorum Tomo II. Parte III. pag. 221.

CONCILIUM

Anno 1150. SALISBURGENSE XIII.

Eodem anno Christi MCL idem laudatissimus Archipræsul Eberhardus alteram Ratisbonæ Synodum indixit, assidentibus suis suffraganeis Episcopis.

Chronicon Salisburgense loco, apud eundem Pezium superius laudato, id affirmat, & ait:

Alia Synodus eodem anno 1150. coacta est Ratisbonæ, de qua Joannes Craftus in Chronico ad hunc annum:

Beatus Eberhardus, sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus in Synodo, quam Ratisbonæ, Suffraganeis suis assistentibus habuit, Octavas Matris Mariæ Beatæ instituit.

Maxima quippe Eberhardus Archiepiscopus veneratione ferebatur, & cultu in Beatam Mariam Virginem, ut qui nihil unquam negare solitus fuerit, quod nomine ejusdem Beatæ Dei Genitricis quis ab eo petiisset; ut discipulus hujus ejusdem Sancti prodidit in Historia Vitæ S. Eberhardi Archiepiscopi apud Henricum Canisium Lectionum Antiquarum Tomo III. Parte II. Edit. Basnage. Et alioquin decimo & undecimo sæculo plures præsules in Comitiis provincialibus, sanctissimæ hujus Genitricis provehere cultum studuerunt, veluti & Alfeagus Dorobernensis, & Wulstanus Archiepiscopi, in Aenhamensi concilio, ab Aethelredo Angliæ rege, anno 1009. indicto, Canone XV, ut in Præfatione hujus concilii legitur apud Labbeum in Collect. Concilior. Tomo IX. pag. 796.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XIV.

Anno 1160.

Anno Christi MCLX, Alexandri III. Papæ anno II, Friderici I. Imp. anno VI, convocatum ab Eberhardo I. Archipræsule, Frisaci, Carinthiæ oppido, Diœcesis Salisburgensis.

In quo duarum Parochiarum decimæ confirmantur Reicherspergensi cœnobio in Bojoaria; & Gerhohi, Reicherspergensis Præpositi doctrina de gloria Filii Dei in examen vocatur, atque ab impactis erroribus absolvitur.

Eberhardus I. anno MCLX. in Carinthiam se contulit, ubi principio Septembris in oppido Frisaci Capitulum, seu Synodum habuit cum Romano, Gurcensi Episcopo, Hugone, Præposito Majoris Ecclesiæ, Godefrido, Abbate Admontensi, Romano Gurcensi Præposito, Hecilone Abbate Ossiacensi, Pilgrino Abbate S. Pauli, Wernhero Præposito Seccoviensi, Chunone Præposito Subonensi, Magistro Adalberto de Hoven, Hademaro Archipresbytero, Frisacensi Plebano, Engelramo de S. Maria Archidiacono Soliensi, Ottakero Archipresbytero de Viscah. *Scribit Hansizius Germaniæ sacræ Tomo II. pag. 263.*

Post inchoatum itaque hoc in Carinthia oppido concilium, distributasque ad desiniendum Quæstiones

Actio I versabatur in decimarum confirmatione, e duabus parochiis, Putinensi & Brambergensi obventantium cœnobio Reicherspergensi, atque in constituendo termino novalium silvæ Putinensis ad fluvium Pincah.

Tum Eberhardus Archiepiscopus ad vicinum Frisaco castrum Strasburg, Episcopo Gurcensi proprium, digressus, ibidem primæ hujus actionis Synodalis evulgavit Decretum, quod in Monumentis Reicherspergensibus ad annum MCLXI. exhibent Monumenta Boica *Voluminis III. pag. 475, & nos inde desumptum huic loco inserimus.*

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Eberhardus Dei Gratia Juvaviensis Archiepiscopus.

Prædecessorum statuta justa, & rationabilia successores debent inviolabiliter custodire; maxime ubi conducunt ad augmentum religionis, & sustentamentum Deo servientium. Ea propter nos considerata beatæ memoriæ Prædecessoris nostri Chounradi Archiepiscopi largitione in decimis duarum Parochiarum Putinensis, & Brambergensis, atque novalium viciniorum, partim cultorum, partim excolendorum in usum Cenobii Richerspergensis, concessionem ipsius ratam habemus, & in perpetuum ratam volumus, & decernimus habendam. Sed quia in ejusdem Prædecessoris nostri privilegio termini Australes hujus donationis ambiguo nomine montis Hartberch sunt præfixi, & exinde fuit occasio contentionis inter collectores decimarum nobis & prædicto cenobio pertinentium, certiorem præfigimus terminum, videlicet fluvium Pincah, usque ad ejus ripam novalia in silva Putinensi ad præsens culta, & imposterum colenda; excepta canonica portione plebanorum; in decimis fructuum terræ atque animalium proveniunt in usus fratrum regulariter conversantium

Anno 1160.

in præfato cenobio. Quæcunque autem sæcularis, vel spiritualis persona, quod a beatæ memoriæ prædicto Antecessore nostro pie ordinatum, & a nobis nihilominus pie ad cultum pietatis roboratum est, aliquomodo in irritum duxerit, atque in hoc præfatum cenobium temere perturbaverit, & secundo ac tertio commonita non resipuerit, iram Dei sentiat, in interitum carnis, ut spiritus salvetur per veram pœnitentiam; sine qua si morietur in ultimo examine, reddet rationem coram summo Iudice. De salubri sane dispositione nostra præsens pagina conscripta, & sigillo nostro impressa, data est in castro Strazburch anno Dominicæ Incarnationis MCLX, Indictione IX, VIII. Idus Septembris. Hujus rei testes, ac conlaudatores hi sunt, quorum nomina subnotavimus.

Romanus Gurcensis Episcopus.
Hugo Præpositus majoris Ecclesiæ.
Gottfridus Abbas Admontensis.
Romanus Gurcensis Præpositus.
Hecil Abbas Ossiacensis.
Pilgrinus Abbas S. Pauli.
Wernherus Præpositus Seccoviensis.
Chuno Præpositus Subonensis.
Magister Adalbertus de Hoven.
Hademarus Archipresbyter, Frisacensis Plebanus.
Engelramus de S. Maria Archidiaconus Soliensis.
Otaker Archipresbyter de Viscah.

Et Capitulum Frisaci habitum, cujus in audientia causa hæc fuit proposita; quo etiam annuente, per consilium rationabiliter acta est, prædicti Cœnobii Præposito Gerhoho, eligente potius consilium, quam judicium. Itaque

Actio II. Doctrina Gerhohi, Reicherspergensis Præpositi (*) *de gloria & honore filii hominis* in examen revocata est.

Docebat quippe Gerhohus, summam deberi Christo homini Deo adorationem, idque ob propriam, ac suam divinitatem, cujus divinitatis causa Christus homo super omnia prædicatur ab Apostolo ad Philipp. Cap. II. vers. 9: Deus illum exaltavit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. *Quæ Gerhohi doctrina quibusdam visa est sapere errorem Nestorii, Christum dividentis in duos filios, hominem, & Deum, alterum de Virgine, alterum de Deo Patre generatum. Hos inter Gerhohi adversarios præcipuus erat Folmarus, Præpositus de Triessenstein, seu Petræ stillantis in Franconia, homo heterodoxæ ac pestiferæ indolis, cujus Folmari errores, negantis præsentiam Christi in altaris sacramento, perstringuntur in septem Epistolis in Tomo XXV. Bibliothecæ maximæ Patrum Lugdunensis pag.* 312, *& quarum Epistolarum secunda jussu S. Eberhardi Salisburgensis Archiepiscopi edita est. Gerhohum autem Reicherspergensem Præpositum longe abfuisse ab objectis sibi calumniis ex eo intelligitur, quod ipse in toto illo opere, acerbe ubivis & in Eutychetis, & in Nestorii errores invehatur atque etiam Cap. XVII. sui libri* de gloria & honore filii hominis *sic scribat:* Quidam prudens apud semetipsum, & in oculis suis magnus, in Capitulo, Frisaci habito, protulit maledicta in eos, qui a fide sua, quam ibidem recitaverat, dissentirent. Alius quoque eidem consona loquens, magis scholastice, quam ecclesiastice peroravit. Quibus pro tempore satis responsum est a duobus fratribus nostris, qui illic aderant: partim approbantes, & partim improbantes, quæ dicebantur ab ipso. Nimirum scientes reprobare malum, & eligere bonum. Nam quod Jesum Christum professus est ex duabus, & in duabus naturis existentem,

Gerhohi scripta, & vicissitudines.

(*) *Fuit Gerhohus, seu Gerochus primum magister scholarum, SS. Theologiæ doctor, & Canonicus Augustanæ Ecclesiæ, Vir pientissimus æque ac doctissimus, qui opulentis hisce omnibus muneribus valere jussis, monasterium Bertenbach ingressus est, ex eo autem non diu post ad Præposituram Reicherspergensem evocatus, anno* 1159, *turbulentissimis nempe temporibus, quibus schisma dirissimum Germanam Rempublicam funestavit. Gerhohus toto hoc schismate perdurante Pontificiis partibus fideliter adhæsit, pluraque ingenii monumenta edidit, ac mortuus est anno* 1169, 27 *Junii. Præter* librum de Gloria & honore filii hominis, *in XXII Capita digestum, quem ex Manuscripto codice veteri S. Petri Salisburgi edidit Bernardus Pezius Anecdotorum Tom. I. Parte II. pag.* 165, *alios adhuc libros Gerhohus scripsit:* Syntagma de Henricis IV. & V. Imperatoribus, & Gregorio VII. Pontifice; *quod Gretserus anno* 1611. *Ingolstadii evulgavit:* Librum Epistolarum ad Innocentium II. Papam de eo, quid distet inter clericos regulares & sæculares? *in quo quidem libro intemperantius perstringit Canonicorum sæcularium sortem, & alteram Regularium eodem spiritu attollit. Est in Anecdotis Pezii. Liber* de corrupto Ecclesiæ statu ad Eugenium III. Papam, *quem edidit Baluzius Lib. V. Miscellaneorum pag.* 63. *&c.*

tem, Deo Patri æqualem fecundum divinitatem, & minorem Patre fecundum humanitatem, poteft approbari, utpote fane dictum, & catholicæ fidei confonum; fed quod homini affumpto negat omnipotentiam, & cætera divinitatis bona potiora (in quibus Patri fuo Deo factus æqualis jam fedet & quiefcit, conregnat in dextera ipfius Patris) omnino confonat Pauli Samofateni & Neftorii, fimulque Photini hærefibus, in Ephefino concilio damnatis, & anathematizatis, cum omnibus ipfius Pauli, Neftorii, ac Photini fectatoribus (*).

Fuit autem Gerhohi doctrina jam antehac in congreffu quodam Babenbergenfi, feu Bambergenfi in difputationem evocata, ut ipfe rurfus fcribit Gerhohus Cap. XV. ejusdem libri: Interim vero femotis æmulis meis, hoc diffamantibus, quod ego in conflictu Babenbergenfi omnino defecerim, quod falfum effe Tu (*Eberharde Archiepifcope Juvavienfis, cui Gerhohus hunc librum fuum de Gloria & honore Filii hominis infcripfit*). nofti, qui eidem conflictui præfens adfuifti, quique, ut offendicula quædam exemplo S. Auguftini retractarem, poft conflictum illum rogafti, confulendo potius, quam præcipiendo; id ipfum quoque confulente Domino Babenbergenfi, aliisque tunc, ut putavi, amicis; verum, ficut poftea comperi, non plane amicantibus; quia per unum illorum libellus ille, repudio dignus, contra me fcriptus, quem ego nunquam vidi, aut legi, miffus eft Domino Petro Wienfi ad ampliationem lacerationis famæ meæ, quam non debeo negligere; quia ut ait Auguftinus: *Qui famam fuam negligit, crudelis eft.* Emiffor itaque hujus libelli, quisquis ille eft, non velut judex in fcriptis noftris admittendus, fed quafi detractor cavendus eft. Hujusmodi ergo æmulis, non quidem a lectione, fed a correctione fcriptorum meorum fequeftratis, contentus ero judicio tuo Venerande Pater Eberharde! Juvavienfis Ecclefiæ Archipræful, cui fiquid rationabiliter difplicuerit in hoc ipfo tractatu meo, paratus ero, favente gratia Dei, emendare in melius. Quomodo & in cæteris meis opufculis, quæ Tibi difplicere cognofco, vel cognovero, vel corrigere, vel rationabili fenfu dilucidare, aut certo omnino aufferre non gravabor, falva in omnibus fide mea, qua per doctores orthodoxos didici, Chriftum exaltatum usque ad altiffimi Dei Patris confeffum, juxta fanctorum Patrum dicta, fubter annexa &c.

Gerhohus ab æmulis exagitatur.

Edidit hunc Gerhohi librum Bernardus Pezius ut fupra dixi. Scriptus vero fuit a Gerhoho poft illud concilium, Frifaci habitum, cum injiciat in illo libro mentionem habiti concilii.

Caufa itaque Gerhohi, ejusque doctrinæ, hoc in libro, *de Gloria & honore Filii hominis* annunciatæ, erroris effe immunis hoc in concilio decreta fuit; *Etfi alias, anno nimirum* 1130. *Gerhohus ipfe fe fcribat in* Dialogo de differentia cleri fæcularis & regularis *accerfitum fuiffe Ratisbonæ in judicium, ob duas a fefe fparfas propofitiones, quarum prima eft:* Canonicos irregulares, nifi converterentur, falvari non poffe. *altera:* Extra Ecclefiam Corpus Chrifti confici non poffe. *Quod judicium ita fuit peractum a Gualterio, Ravennæ Archiepifcopo Sedis Apoftolicæ Legato, & Chunone, Ratisbonæ Epifcopo, ut collaudarent quidem ftudium Præpofiti, probitatemque, ei tamen temperantiæ commendarent fuavitatem, ac de illis, in varium ancipitemque fenfum exporrectis propofitionibus, filentium indicerent. Refert Bernard. Pezius* in Codice Diplomatico Part. I. pag. 398. *epiftolam Alexandri III. Papæ ad Eberhardum Archiepifcopum, qua Archiepifcopo demandat provinciam coërcendi Gerhohum a diffeminatione ejusmodi novitatum in docendo; ut quæ nullum prorfus emolumentum, fed magis turbas & pugnam in Ecclefiam inferunt.*

CON-

(*) *Neftoriani quippe:* καταδιαιροῦσι γὰρ εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστὸν, καὶ παχεῖαν ὥσπερ αὐτοῖς ἐπιθέντες τὴν διατομὴν, ἀνὰ μέρος ἑκάτερον μονονουχὶ καὶ ἑστῶτα παραδεικνύουσιν. ἕτερον μὲν ἴσως διατεινόμενοι τὸν ἐκ παρθένου τεχθέντα τελείως ἄνθρωπον, ἕτερον δὲ αὐτὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ---- τῇ μὲν γὰρ φύσει καὶ ἀληθῶς υἱὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος ἐστὶν, ὁ δὲ ὁμωνύμως τῷ υἱῷ εἶναι. Secernunt unum Chriftum in duos, & craffa quadam feparatione inter hunc & illum inducta, utrumque feorfim, ac quafi per fe ftare contendunt; & alterum quidem, eum nimirum qui ex Virgine natus eft, perfectum hominem: alterum rurfum ipfum Patris Verbum effe dicunt. ---- Hic fiquidem (*nempe Dei Patris Verbum*) verus, & naturalis eft filius: ille vero (*puta Virginis natus*) æquivoce Dei Filius dicitur. *Ita S. Cyrillus de Neftorianis in Concilio Ephefino apud Labbeum Tomo III. Concil. pag.* 54.

CONRADUS II.

Anno 1164. *Archiepiscopus Salisburgensis XX.*

Erat is S. Leopoldi, Austriæ Marchionis filius, & primum Pataviensis Episcopus. Electus est Archiepiscopus Salisburgensis tempore truculenti schismatis; cumque, ut adhæreret partibus Paschalis Antipapæ, quod Imperator Fridericus ardenter urgebat, flecti nulla ratione posset, in Conventu Norimbergensi, gravem ejusdem Friderici in se iram, & toti Salisburgensi Ecclesiæ exterminium conflavit. Imperator quippe indicta ad Lauffen, Bavariæ oppidum, altero conventu, quasi ex justa sententia, & judicio Principum, *ut habet Chronicon Reicherspergense ad annum MCLXVI. varie desævit.*

I. Inbeneficiavit Laicis omnes possessiones ejusdem Episcopatus simul cum decimis, quæ ad jus pertinebant Archiepiscopi, omnibus, quotquot parati erant ad recipiendum.

II. Proscripsit, & etiam persecutioni exposuit omnia cœnobia, quæ erant in eodem Episcopatu, vel quæ jure fundi ea pertinebant, simul cum Prælatis, & omnibus possessionibus suis, tanquam qui sui essent prescripti, & excommunicati Paschalis. Et initium malorum sequentium hæc.

III. Exin toto illo anno incendiis & rapinis, alternisque obsidionibus, quasi ex præcepto, aut pro voluntate Imperatoris idem Episcopatus magna ex parte vastatus est; militibus tamen Archiepiscopi contra violentias iniquorum hominum fortiter & viriliter sese opponentibus.

Anno 1167. tota fere civitas, & major Ecclesia S. Rotberti, pictura, celatura, omnique ornatu elegantissima, & optimis campanis, cum tribus claustris, canonicorum videlicet, & fratrum conversorum, & sororum ancillarum Dei, combusta est. In eodem incendio perierunt V. Basilicæ. Ecclesia B. Mariæ Virginis. Parochia S. Michaelis. S. Joannis. Capella quoque S. Jacobi cum Basilica Salvatoris mundi trans aquam. *ut legitur in Monumentis Boicis Tomo XIV. pag.* 378. *ex antiquissimo Necrologio, quod in Archivo Capituli Metropolitani Salisburgensis adservatur.* Hujus vero exustionis causam paucis explicabimus. Fratres Apostolicæ paupertatis imitatores *à* præfato Archiepiscopo (*Conrado*) in ea locati, dum propensiorem divinis rebus impendere student devotionem, etiam signis plebem convocantibus majorem exhibent decorem; unde factum est, ut materiam fusoria arte præparatam in vicina Ecclesiæ parte locarent, & liquescenti metallo ignem subministrarent. Inde ignis elapsus omnem corripuit Basilicam, in proprias vires levem nactus materiam. *Quod legitur eodem Tomo XIV. Monumentorum Boicarum pag.* 394. *ex eadem Necrologia. Alii plerique scriptores asseverant, incendium furore hostium fuisse causatum, ac præsertim Leupoldi & Henrici fratrum, comitum Plaiensium, qui ex mandato Friderici Imperatoris civitatem Salzburgensem sæpius armis & devastatione oppresserunt.* Chronicon Reicherspergense, & Auctor Historiæ calamitatum Ecclesiæ Salisburgensis. *Incendium Salisburgi.*

Has inter calamitates Conradus II. mœrore animi confectus, moritur in cœnobio Admontensi.

ADALBERTUS II.

Anno 1168. & - - 1183. *Archiepiscopus Salisburgensis XXI.*

ET

CONRADUS III.

Anno 1177. *Archiepiscopus Salisburgensis XXII.*

Duo hi Archiepiscopi conjunguntur, quod Adalberti II, filii regis Bohemiæ, Pontificatui abrupto interjectus fuerit Conradi III. magistratus hierarchicus; Adalbertus quippe, cum deferre obedientiam nollet Calisto III. Antipapæ, contra Alexandrum III. electo, quod Imperator præcepit, easdem cum antecessore suo acerbitates persensit. Anno 1169. *Imperator apud Salzburghoven curiam celebrans Episcopatum Salzburgensem in deditionem accepit, ut est in Chronico apud Hieronymum Pezium in Scriptorib. rerum Austriacarum Tomo I. pag.* 345. *Pace deinde Papam inter & Fridericum Imperatorem redintegrata, cum Fridericus Adalbertum prorsus perhorresceret, cogitur Adalbertus decedere Salisburgensi Pontificatu anno*

no 1177. eidemque sufficitur Conradus, Moguntinus Archiepiscopus, & S. R. E. Cardinalis, qui & ipse prius ob repudiatum a se Octavianum Antipapam pulsus fuerat ab Imperatore in exilium, interim ad Moguntinam Sedem promoto Christiano Archi-Cancellario. Mortuo demum post 6 annos Christiano Moguntino, redivit Conradus ad Archiepiscopatum suum priorem anno 1183. atque Adalbertus, exul in Bohemia degens, eidem in Salisburgensem successit. Celebrarunt & Adalbertus II. & Conradus III. concilia, quæ ordine temporum, ut acta sunt, referemus.

Anno 1178.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XV.

Anno Christi MCLXXVIII, Alexandri III. Papæ anno XX, Friderici I. Imperatoris anno XXIV. Regis XXVII. Synodus valde celebris habita est, Kalendis Februarii, a Domino Chunrado, Salzburgensi Archiepiscopo, & Apostolicæ Sedis Legato, & ab omnibus Suffraganeis ejus Episcopis, multisque Principibus, de rebus ecclesiasticis. Habita est autem in Episcopatu Salzburgensi, in loco, qui Hochenawe dicitur.

Sic habetur in Chronico Reicherspergensi ad hunc annum.

Erat anno 1176. pax Imperatorem inter & Alexandrum Papam composita, in cujus pacis præliminaribus Num. XVI, conventum utrinque fuit, ut; Quæ Salisburgensi Ecclesiæ tempore schismatis adempta sunt, ei plene reddantur. *Apud Lünig* im Reichs-Archiv *Partis Generalis Continuat. II. pag. 129. Itaque Conradus Archiepiscopus curas suas convertit ad Salzburgensem Provinciam, superiorum annorum iniquitate, tum in clero, populo, & templis fœdatam, ut res collapsas ad priorem dignitatem & decus revocaret, & vetus cum Romano centro unionis fœdus instauraret.*

Id legitur in Boicæ Gentis Annalibus Tomo I. Lib. XXII. ad annum 1178.

Calendis Februarii Hohenaugiæ Synodum habuit Episcoporum, ad Provinciam spectantium, cui simul voluit equestris ordinis primores interesse. In ea Calistus ejuratus, Alexander vero Orbis Christiani parens est agnitus: explosum schisma, odia posita, sublatæ factiones, templis honor, aris sacra restituta, pax & alta quies universæ Provinciæ.

Tanta autem tum erat civitatis Salisburgensis, incendiis & ruinis confecta, vastitas, ut ne quidem concilium in ea licuerit convocare. Narrat quippe synchronus Archidiaconus Salisburgensis apud Hanßizium Germaniæ sacræ Tomo II. pag. 286. Apparet hodieque in Ecclesia beati scilicet Principis Apostolorum, quæ etiam Ecclesia beati Ruperti appellatur; hæc enim cum tota civitate consumpta, usque hodie miserabilem & lamentabilem præbet omnibus aspicientibus faciem, ea quod vix in ea lapis super lapidem remanserit.

Primo itaque Patres hujus concilii versabantur in componendis undique, & tollendis per Bavariam præteriti schismatis offendiculis.

Secundo intenderunt in Suffraganearum Sedium emundationem. *Amare enim questus fuerat de his Suffraganeis Alexander III. Pontifex in litteris, anno 1176. ad hunc Conradum Moguntinum Archiepiscopum, in causa Adalberti Archiepiscopi, tum Legatum Apostolicum in Bavaria, deinde Adalberti successorem datis:* Audivimus, *ait*, quod cum venerabilis frater noster (*Romanus*) Gurcensis Episcopus, Ratisbonæ electo Brixiensi (*Richerio*) munus consecrationis contra interdictum præfati Archiepiscopi (*Adalberti*), quod sibi non licuit, impendisset, idem Brixinensis cum prædi- *Renitentia Suffraganei.*

ctæ

ſto Gurcenſi contra eundem Archiepiſcopum convenire præſumpſit, & proxime poſt conſecrationem ſuam, ſequenti die, in ipſum Archiepiſcopum depoſitionis ſententiam promulgavit, & in Eccleſiam Salisburgenſem, ad electionem, Berchtesgadenſem Præpoſitum (*Henricum*) virum utique, qui quondam religioſus habitus eſt, & catholicus, auſu temerario intruſit, & clerum ab obedientia, & laicos a fidelitate ipſius Archiepiſcopi abſolvere non dubitavit. Miramur itaque, nec mirari ſufficimus & prædicto Gurcenſi & Brixinenſi; quorum alter, Gurcenſis videlicet, ab initio promotionis ſuæ, & ante, ut credimus, ferventem circa nos, & Romanam Eccleſiam ſcriptis, & nunciis devotionem oſtendit; & de altero, ſcilicet Brixinenſi, qui dum ſimul ſcholaſticis diſciplinis præcipua quadam familiaritate vobis tenebatur adſtrictus, & multæ religionis & honeſtatis eſſe probatur, & ſe catholicum profitetur; quomodo in tam novum, enorme & inauditum facinus proruperunt, cum non potuerunt, nec dubitaverunt in quemlibet Epiſcopum, ne dum in præfatum Archiepiſcopum, cui debent obedientiam & reverentiam, ſine mandato Romani Pontificis ſententiam promulgare: maxime, quia idem Archiepiſcopus, ſicut noſti, utpote canonice electus, a nobis confirmatus eſt, & de manu tua pallium in plenitudinem officii Pontificalis accepit. Licet autem prædicti, Gurcenſis & Brixinenſis aſſerant, præfatum Præpoſitum ſub obedientia, & devotione noſtra in præſcripta Eccleſia poſitum eſſe; non videmus tamen, nec videri poteſt ab aliquo, quomodo poſſit, vel debeat eſſe, ut qui de mandato & auctoritate noſtra in ipſa Eccleſia Archiepiſcopus fuerit inſtitutus, nobis ignorantibus amoveatur ab eadem Eccleſia, & alius favore terreni Principis ſibi ſuperponatur. Quomodo igitur, cum eadem Eccleſia nullo unquam tempore labe fuerit ſchiſmaticæ pravitatis infecta, providendum nobis eſt, & omnibus, eandem Eccleſiam diligentibus, ne de nova alicujus ſpurcitia contagionis reſpergatur, prudentiam tuam, de qua omnimodam ſpem, & fiduciam gerimus, ad ejus enormitatis correctionem, ſollicitandam duximus, & propenſius commonendam. Inde eſt, quod tam enorme facinus caſſantes, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & præcipimus, quod factum ipſum publice denuncies irritum, & inane, & omni gratia, & favore humano poſtpoſito, memoratum Gurcenſem & Brixinenſem, & PræpoſitumSalisburgenſem, qui hoc attentaverunt, de tam ſtulto propoſito ſatagas quantocyus revocare, indicto eis termino, nec nimis longo, nec nimis arcto, intra quod tempus idem intruſus in Eccleſiam ſuam, Deo militaturus, de cætero redeat, & ad obedientiam & devotionem memorati Archiepiſcopi revertatur &c. *Anno* 1178.

His omnibus nævis ſuorum Suffraganeorum, e medio tollendis intentus Archiepiſcopus Conradus cenſetur hac in Concilii actione animoſe graviterque perſuaſiſſe Richerio Brixinenſi Epiſcopo, ut ad expiandum immane facinus, a Pontifice Alexandro eidem objectum, epiſcopali ſuæ dignitati ſponte mitteret nuntium, quam quidem dignitatem primum adiiſſet renuente Metropolita ſuo Adolberto. Quod & factum hoc ipſo anno fuiſſe aſſeverot Hanſſizius Tomo II. Germ. Sacr. pag. 298. *Qui deinde Richerius, epiſcopatu ſolutus, privatam vitam agens, in hoſpitali, onte a ſe erecto, vitam eodem anno* 1178. *ibidem clauſit.*

Tertio Conradus Archiepiſcopus diſciplinæ, morumque in melius reformandorum curam ſuſcepit; nempe, ut Salisburgenſem Provinciam, quæ nonnihil labis annorum ſuperiorum iniquitate contraxerat, ad priſtinam conditionem revocaret. *Ait Adelzreiter in Annolibus Boicæ Gentis Lib. XXII. §. XLIII.*

Exulceratos clericorum mores, fœdiſſimumque Eccleſiæ Salisburgenſis habitum lote deſcripſit ſynchronus auctor, Archidiaconus Salisburgenſis, in Hiſtoria calamitatum Salisburgenſis Eccleſiæ, *quam Bernardus Pezius exhibet Tomo II. Anecdotorum Parte III. pag.* 198. (*) *In hujus hiſtoriæ Cap. IX. ita Archidiaconus, zelo plenus,*

(*) *Cenſet Cl. Pezius Auctorem hujus opuſculi eſſe Henricum Archidiaconum Salisburgenſem, & Præpoſitum Bertesgadenſem, ob literam H Manuſcripto inditam, quo nomen ſuum auctor expreſſerit. Sed pugnat contra hanc Pezii opinionem toto ſeries opuſculi, in quo auctor ſchiſmatis odium, reverentiam in ſuum Archiepiſcopum Adalbertum, patientiam in perſecutione Imperatoris perpetuo inculcat, quod convenire huic Henrico Præpoſito non poteſt, quem Pontifex Alexander III. in ſua ad Conradum Epiſtola, eo ipſo tempore totum alium depingit. Alii auctorem hujus operis exiſtimant Hermannum Ortenburgium, Archidiaconum Salisburgenſem in Carinthia, qui Epiſcopatum Gurcenſem invaſit. Sed & hic magna in Adalbertum Archiepiſcopum ferebatur averſione, propriis ubique commodis & diſcordiis intentus.* Hunc ſumptis armis Conradus III. Archiepiſcopus in arce Strasburgenſi, Gurcenſium Epiſcoporum ſede, arcte obſedit, eoque compulit, ut male acquiſitum, geſtumque præſulatum deponeret. *Scribit Mezgerus Hiſtoriæ Salisburgenſis Lib. IV. Cap.* 19. *Quæ nullatenus componi poſſunt cum auctore Operis de Hiſtoria calamitatum Salisburgenſis Eccleſiæ, eodem tempore ſcripti, ut ita auctor hujus hiſtoriæ adhucdum lateat, & incomperta ſit literæ H ſignificatio.*

De misero statu Ecclesiæ Salisburg.

plenus, alloquitur Adalbertum Archiepiscopum, cui & lucubrationem suam inscripsit: Nisi Jezabel illa maledicta, quæ tam petulanter, quam licenter circuit nunc domos sacerdotum, stibio depicta, habens oculos & caput ornatum, vestra industria, zelum Dei habente, præcipitetur deorsum, in brevi vires suas ita extendet, ut virgam & baculum vestrum contemnat, gaudensque de impunitate sua eousque progrediatur, ut inter laicum & sacerdotem, præter Missam tantum, parva sit distantia, faciatque licenter parvo, parochianus, quod ne præsumere, vel attentare audeat laicus. Clericus etenim per occasionem, sive per veritatem Christum annuncians, a fornicationibus & adulteriis laicum publica pœnitentia .... compescit: Clericus nullo timore frænatur. Quid etsi turpissimæ vitæ fuerit, argui a laico non vult, Decanum contemnit & Archidiaconum, nisi accusatus fuerit, nullusque accusator sit omnibus, id ipsum facientibus, & crimina propria in aliis foventibus. Isti sunt certe squammæ Leviathan, quæ ita sibi cohærent, ut ad læsionem pestiferi corporis nullum telum pertranseat. Nimirum eousque ista causa perveniet, ut sacerdos, unam tantum habens uxorem, sicuti laicus, religiosus & sanctus prædicetur, ab uxoribus aliorum se continens, fidemque alieni thori non violans. Nam quid aliud speratur, cum apud nos tales esse noverimus, qui vitam turpem ducentes, profanam quoque Nicolaitarum doctrinam tenentes, quam se odisse Dominus in Apocalypsi perhibet; auditoribus suis sacros legunt canones, & qualiter defendere debeant crimina fornicationum suarum ostendunt? cujus auctoritate fretus sacerdos quidam neptes suas sacerdotibus conjugio copulavit, numerosam prolem ipse habens de muliere, quam sexies coram antecessore meo abjurasse perhibetur.

Quid dicam, quod me prohibente secundum consuetudinem hujus Ecclesiæ, filii presbyterorum cum uxoribus, quas maritis viventibus abstulerant, manentes, literis Prælatorum quorundam muniti, ad consecrationem veniunt, & consecrantur, meque contempto in Archidiaconatu meo missam cantant, & ad Parochias aspirant? Et tales quamvis sacri canones ab ordinibus sacris prorsus repellant, quos si cognovissetis, scio, quia nunquam eis manus imposuissetis; tamen si vobis placet, & præcipitis, ut cantent, quamquam invitus, tamen ego æquanimiter porto, quia non est discipulus supra Magistrum. Sin autem placeat &c.

His perditissimis moribus & flagitiis radicitus evellendis Conradus, eximiæ pietatis & prudentiæ præsul, quantum sollicitudinis impenderit & laboris, etsi Concilii hujus acta interciderint, vel ex eo obunde colligitur, quod Cardinalis Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi 1181. *Ecclesiam Salisburgensem hoc sub Antistite* Nobilissimam, Germanicarum Ecclesiarum, & Paradisum *compellarit. Interfuit Conradus anno* 1179. *concilio Romano, ut habet Hanssizius Germaniæ sacræ Tomo II. pag.* 299. *In hoc concilio privilegium obtinuit Jacobus Abbas Morimundensium, & secundo post Papam loco subscriptus reperitur* Chunradus Salzburgensis Ecclesiæ humilis Minister, Sabinensis Episcopus.

CON-

Anno 1180.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XVI.

Anno Christi MCLXXX, Alexandri III. Papæ anno XXII, Friderici I. Imperat. anno XXVI, convocatum a Conrado III. Archiepiscopo. In quo electio, investitio & consecratio Episcoporum Gurcensium attributa fuit Archiepiscopo Salisburgensi; ac duo a Papa Alexandro III. delegati sententiam Archiepiscopi loco protulerunt.

Chronicon Reichersp. ad hunc annum, & Adelzreiter.

Sententiam ex synchrono Codice Monasterii Salisburgensis ad S. Petrum, signato litera S. num. XII. extractam refert Meichelbeck Historia Frisingensis Tomo I. Parte I. pag. 374.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti.

Nos Albertus Frisingensis Episcopus, & Heinricus Abbas Sanctæ Crucis, delegati judices, a Domino Papa Alexandro III. super causa, quæ vertebatur inter Dominum Chunradum III. Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopum, Apostolicæ Sedis Legatum, & Canonicos & Ministeriales Gurcensis Ecclesiæ, videlicet de electione Episcopi, quam sibi ipsi Gurcenses liberam vendicabant tam de jure communi, quam privilegii Lucii Papæ, quod se habere profitebantur, tum etiam longa consuetudine. Verum quia nec longam consuetudinem probare potuerunt, nec privilegium, quod se habere profitebantur, exhibuerunt, cum, etiamsi exhibuissent, Archiepiscopus allegabat, per subreptionem impetratum fuisse, cum in eo mentio non fieret privilegii Alexandri II. (*), nec privilegii Henrici Regis, quibus munita erat Salzburgensis Ecclesia super electione, institutione, consecratione Gurcensis Episcopi. Asserebat enim Archiepiscopus, quia eo nunquam fuissent usi. Illis non inficiantibus, introducebat & Archiepiscopus privilegia Alexandri Papæ III. & Friderici Imperatoris, quibus confirmabantur prædicta privilegia. Produxit quoque testes, omni exceptione majores, Sibotonem Salzburgensis Ecclesiæ Præpositum Majorem, Fridericum ejusdem Ecclesiæ Decanum, Rubertum de Grebnic, Rubertum de Halle, Ottonem de Gloese, Meingozum de Engilhamingen, Marcwardum Dapiferum Seniorem, Rudolfum de Werven, quorum plures viderunt Archiepiscopum Salzburgensem Episcopos ibi elegisse, investisse, consecrasse.

His

(*) *Quod Alexander II. Papa anno* 1070. *ad Gebhardum Archiepiscopum, Gurcensis episcopatus fundatorem perscripsit:* Nullus episcoporum quocunque pacto inibi (*in Gurcensi sede*) constituatur, nisi quem Gebhardus, ejusque successores propria voluntate elegerint, ordinaverint, consecraverint. *Pro privilegio Pontificio haberi non debet; nam est confirmatio juris proprii Metropolitici in suos suffraganeos, seu est jus* secundum canonicas institutiones, *ut Leo III. expressit in Bulla ad Arnonem Primum Archiepiscopum anno* 798, *qui Metropolitæ olim suffraganeos suos confirmarunt, quin ulla Papæ accesserit auctoritas, ut uberius dictum est in* Dissertatione prævia Num. XVIII.

His itaque omnibus moti, præfertim quia pars adverfa omnia - - - - teftificata: & cum nil pro ea faceret; volens omnino cefferit, confitens etiam, fe peccaffe, quia Salzburgenfem Ecclefiam litibus & fumptibus gravaverat, auctoritate Dei, & Apoftolorum Petri & Pauli fententiando pronunciamus coram nunciis Cardinalium, Apoftolicæ Sedis Legatorum Centhio, Romanæ Ecclefiæ Subdiacono; & Magiftro Hugone Janueníi Diacono, Egilolfo quoque Imperialis Aulæ Capellano, quorum confilio ufi fuimus, Gurcenfes Canonicos, five Minifteriales electionem Gurcenfis injufte fibi vendicare, & ad Archiepifcopum Salzburgenfem omnino pertinere.

Nomina teftium.

Diopoldus Patavienfis Epifcopus.
Siboto Salisburgenfis Præpofitus.
Heinricus Abbas S. Petri.
Ifenricus Abbas de Admonte.
Fridericus Præpofitus Berchtesgadenfis.
Meingoz de Buomburg.
Rudolfus Præpofitus de Chiemfe
Siboto Abbas de Sewen.
Rudolfus Decanus de Frifinga.
Chunradus Præpofitus Sancti Andreæ.
Bertoldus Præpofitus de Ifana.
Magifter Hartmundus Frifingenfis Canonicus.
Magifter Ortwinus Frifing. Canonicus.
Magift. Olricus Frifing. Canonicus.
Otto Præpofitus Patavienfis
Henricus Præpofitus de Abufen.
Albertus Præpofitus de Matfe
Alhardus Præpofitus de Randshoven.
Babo Præpofitus de Suben.
Henricus Abbas de Manfe.
Hermannus Ratisbonenfis Decanus.
Egilolfus Imperatoris Capellanus.
Alhardus Præpofitus de Halle.
Olfchalcus Auguftenfis Præpofitus.

Vice Dominus Aquilejenfis, Otto Palatii Major, & frater ejus Fridericus.

Rudolfus de Phuld - - - Comes.

Dietricus Comes de Wazerburc, Chunradus comes de Mitterfel, Comes Ekkebertus de Tekendorff, Berchtoldus Marchio de Andechfe.

Anno 1183. *Adalbertus Archiepifcopus anno 1183. iterum ad Metropoliticam fuam fedem vocatus, anno 1184. ad Veronenfe concilium conceffit, Pontificem ut ibidem, & Imperatorem coram veneraretur; inde ad Præpofitum Salisburgenfem, & totum Capitulum dedit Epiftolam, quam Cl. Manfius refert in fupplementis Conciliorum Tomo II. pag. 709. & Bernard. Pezius in Cod. Diplom. Parte II. pag. 47.*

Adalbertus Dei gratia Salzburgenfis Ecclefiæ Archiepifcopus, Apoftolicæ Sedis Legatus, G ejusdem Ecclefiæ Præpofito venerabili, & univerfo Capitulo, M quoque Capellano, S de Surbach falutem & finceram dilectionem.

De noftro, & Ecclefiæ noftræ ftatu præcipue vos follicitos effe fcientes, præfentibus literis veftram minuere follicitudinem non incongruum putavimus. Noveritis itaque, quod Veronam fani & hilares cum omni noftro venientes comitatu tam Dominum Papam, quam Imperatorem per omnia in Ecclefiæ noftræ honoris negocio ad voluntatem noftram expofitos invenimus. Hermannus quoque, & præpofitus Gurcenfis gratiæ noftræ fe penitus fubpofuerunt, in nullo deinceps

inceps Ecclesiam nostram gravaturi. Quomodo autem reliqui Gurcensium contra nos crocitantes coram Imperio refutati sint, & confusi, a nobis plenius postmodum audietis, quippe qui tales & tanti non esse sunt adjudicati, quibus respondere deberemus. Privilegia sane & literas de Gurcensibus, & de monetis, ab utraque dignitate, apostolica videlicet & regia, sicut voluimus, impetravimus, & legationem nobis, & successoribus nostris, per totam Noricam confirmavimus.

Rumores curiæ dignos relatu, alios nescimus, præter quod Cathari a Domino Papa, & toto concilio excommunicati, & ab Imperatore cum tota substantia sua sunt proscripti. Patriarcha, & Episcopi Jerosolymitani, & Templarii, ac Hospitalarii plurimum Domino Papæ, & Imperatori pro expeditione contra paganos transmarinos facienda supplicarunt, asserentes, sepulchrum domini, & totam illam Ecclesiam in maximo periculo propter Salahdini immensam potentiam esse constitutam. Quorum petitioni annuendum Imperator benigne deliberavit, & cum ad Teutonicas partes accesserit, se cum principibus de hoc acturum spopondit; ita tamen, ut a natali Domini proximo per annum, qui voluerint, ad ipsam expeditionem accingantur.

Quoniam vero negociis nostris jam consummatis Frisacum in instanti revertimur, &, sicut non ignoratis, a festo S. Martini decimo quarto die apud Dirnstein colloquium cum duce Stirensi habere tenemur, rogamus vos quam intime, ut vocatis & assumptis vobiscum Pabone de Erungen, & ministerialibus nostris, quos necessarios nobis in hoc colloquio deliberaveritis, remota omni occasione, quia necessitas, ut scitis, ingruit, ad nos ipsum colloquium celebraturi veniatis.

Audiit Urbanus III. Papa Christianam Rempublicam ubique frequentissimis causarum forensium conflictibus laborare, cum justitiæ læsione; itaque animo concepit Epistolam hortatoriam ad universos Episcopos, litibus suorum fidelium ut studerent, qua licet componendis, atque abolendis. Morte autem præventi Urbani Pontificis consilium hoc eodem anno 1187. executus est successor ejus Gregorius VIII. eamque epistolam evulgavit, quam ex Labbei Collectione conciliorum Tomo X. pag. 1752. duximus ob filum rerum Salisburgensium hoc loco referre. *Anno 1187.*

Gregorius Episcopus, Servus Servorum Dei, omnibus Prælatis Ecclesiarum, ad quos literæ ipsæ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

Contra nimmis litigandi ardorem.

Quoniam ad Episcoporum maxime spectat officium afflictis & laborantibus subvenire, nuumque illorum, licet deficientibus meritis nostris, Deus esse nos voluit: prospicere tenemur, & volumus, ne quis ex fortuitis casibus per Romanæ visitationem Ecclesiæ laboris sui, quem ad eam veniendo sustinuit, debito frustraretur effectu. Inde siquidem fuit, quod nos multorum prospicere volentes expensis, & allevare labores, de consueta Sedis Apostolicæ misericordia duximus statuendum, ut literæ Prædecessoris nostri, Domini Urbani, a tribus mensibus ante ipsius obitum destinatæ pro facienda justitia, & litigiis dirimendis, quæ tamen manifestum alicujus præjudicium non continent, aut calumniam æquitatis, eondem habeant tempore nostræ administrationis effectum, quem habere, si adhuc viveret, debuissent. Cessante igitur exceptinne de mandatoris morte, perficite quod mandavit agendum: ut nemo ad nos, pro excusatione hujusmodi, accepta per illum justitiam obtinendi fiducia, cogatur vacuus laborare. Datum Ferrariæ VI. Kal. Novemb.

His literis permotus Adalbertus Archiepiscopus cum & in Archidiœcesi sua plures Ecclesiæ, Monasteria & parochiæ in ejusmodi hærerent dissidiis, quin & piis quibusdam fundationibus pericula inde imminerent, & abolitio, Synodum sequentem, & alteram deinde anno 1195. ad subveniendum discrimini indixit.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XVII.

Anno 1187.

Anno Christi MCLXXXVII, Gregorii VIII. Papæ anno I. Friderici I. Imperatoris anno XXIII. convocatum ab Adalberto II. Archiepiscopo in oppido Leibniz, suæ Diœceseos; in quo variarum Ecclesiarum & Monasteriorum dissidia sunt composita.

Harzheim Concil. Germ. Tomo III. pag. 441.

Plerique Ecclesiarum Provinciæ Prælati, ab Archiepiscopo invitati, eo se ad celebrandum concilium contulerunt. Sipoto autem Præpositus Salisburgensis, & Henricus II. Abbas S. Petri, suo suorumque nomine dederunt Epistolam ad Archiepiscopum, qua ob acerbitatem temporum excusatos se haberi ab eo itinere precati sunt.

Sibolo *Henricus II.*

Venerando Domino & Patri suo A. Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopo, S. Majoris Ecclesiæ Præpositus, H. Abbas S. Petri, & utriusque congregationis unanimitas cum cæteris Prælatis, qui sunt in Bavaria, orationis, obedientiæ & servitii debitum affectum.

Accepto literarum vestrarum mandato, sincera devotione convenimus, fideliter tractaturi, qualiter propositæ nobis disjunctæ: *Aut recede, aut sta nobiscum*, sano consilio responderemus. *Recede a nobis*, nunquam diximus: *ut nobiscum stetis*, in magnis angustiis frequenter pro vobis stetimus. Proin valde miramur, quibus indictionibus, quibus consiliis, quasi retroactis laboribus, inutiliter consumptis, nunc demum dicere exigamur: *recede a nobis.* Sane cum de his fideliter acturi unanimiter convenissemus, novæ iterum mandata mandatis ingeminantes supervenere literæ, præcipientes, quod ante nos factum nulla recolit memoria, ut ad Capitulum, *Libniz* indictum, occasione remota veniremus. Sollicitudo ergo sollicitudini accessit, qualiter prioribus omissis de secundo mandato secundum honorem Dei conveniremus, & Ecclesiæ pacem providenter ageremus. Inspectis ergo undique periculis, omnium in hoc pari sinceritate convenit unanimitas, preces humillimas Paternitati Vestræ, & supplicationes porrigere, quatenus pro temporis malitia, quia sic expedire credimus, super vocationibus istis Ecclesiæ parcatis, si vero de priorum continentia literarum vestra Dignatio nostræ parvitatis expectat responsum, unum est omnium consilium, idem omnium desiderium, ut ad pacem & liberationem Ecclesiæ de manu Principis, sicut admonet Apostolus, vincentes in bono malum, omni humilitate & patientia intendatis. Ad quod sive secundum justitiam, sive secundum gratiam peragendum, omnium nostrum promptissimos affectus habebitis, & obsequia. *Ex Codice Diplomatico Bernardi Pezii Parte II. pag.* 48. (*). *Hæc causa est, quod in nullo Decreto hujus concilii, in Friesach habiti aliquis e Salisburgensi clero appofuisse chirographum reperiatur.*

Acta

(*) *Enunciationes quædam duriores harum literarum non obscure indicant, præter itineris pericula aliam quampiam intercessisse dissensionem Archiepiscopum inter, & clerum Salisburgensem, quo minus hic in Styriam ad synodale Capitulum accederet.* Chronicon MS. Claustro-Neoburgense *ad annum* 1186. *recenset: collectum fuisse ab Adalberto Archiepiscopo e Salisburgensi territorio, ingentibus impensis exercitum, quo ferret suppetias fratri suo Friderico, Boëmiæ Duci, a perduellibus Bohemis fugere compulso: fuisse hunc exercitum adjunctis copiis Liupoldi, Austriæ Ducis, adversum Boëmos eductum, iisque bello perdomitis rursus Fridericum fuisse impositum. Hi sumptus e Salisburgensi populo, superioribus depopulationibus jamjam attrito, hausti, & pugnax pro fratre extero animus Adalberti, videntur Præpositum, & Salisburgenses nonnihil ab Archiepiscopo alienasse; quamvis & verum fuerit, plurimas tum per omnem Germaniæ regionem devastationes & inimicitias protervæ fuisse exercitas, quæ Fride-*

ricum

Acta hujus Concilii perierunt; Decreta tamen quæ in eo fuerunt edita, in Tabulariis conservata ad nos usque pervenerunt, Anno 1187. *quæ ordine referemus.*

I. Vetus contentio inter Admontenses Monachos, & Plebanum de Leibniz componitur in favorem Admontensium.

Decretum Concilii Cl. Schanatus ex vetusto chartario Admontensi descripsit.

Noverint universi, quod Rembertus Plebanus in Libniz, diutinæ liti, quam adversus Admontense claustrum super capella S. Nycolai Mokirnovc moverat, & per literas ad diversos judices, a Sede Apostolica impetratos, frequenter ad judicium provocaverat, tandem viso privilegio sanctæ recordationis Eberhardi Archiepiscopi, & justitia monasterii plenarie cognita, in præsentia Domini Adilberti, Salzburgensis Archiepiscopi, & Prælatorum, ac totius Capituli Libniz, in mense Decembri celebrati, anno Incarnationis Domini MCLXXXVII, Indict. V. renunciavit, & eosdem fratres Admontenses in pace præfatam Ecclesiam spontanea voluntate possidere permisit; in prænotato denique Capitulo prædictum beati Eberhardi Archiepiscopi privilegium publice in audientia cleri recitatum, a supradicto Adilberto Archiepiscopo, consensu Prælatorum, & cleri, qui aderant, est approbatum, & confirmatum.

Privilegium Eberhardi I. Archiepiscopi anno 1160. Admontensibus datum, apud Bernardum Pezium Anecdotorum Tomo III. Parte III. pag. 705.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Ego Eberhardus, Gratia Dei Salzburgensis Archiepiscopus.

Quia pro instabilitate vitæ humanæ multa somno oblivionis sopiuntur, ideo quæ a Nobis juste, & rationabiliter fiunt, ne posthac in aliquem dubietatis, vel disceptationis scrupulum deducantur, ea literis mandata, posteris illæsa transmittere non inutile judicamus. Itaque notum facimus cunctis fidelibus, tam futuris, quam præsentibus, quod nos assensu & petitione venerabilis fratris nostri Romani Gurcensis Episcopi, & fratrum nostrorum, Salzburgensis Ecclesiæ Canonicorum, sed & ministralium nostrorum S. Rudberti conniventia, quædam beneficia, Admontensi cœnobio a Prædecessoribus nostris B. memoriæ Gebhardo, Tyemone, Chunrado impensa, præsentis scripti pagina confirmamus, nonnulla etiam eorundem consilio Pontificali auctoritate superaddimus. Primo igitur, quæ ex prædictorum Pontificum, seu nostra donatione monasterium ipsum in prædiis, seu decimis in præsentiarum possidet, quæ vel in privilegiis ipsorum continentur, vel post indulta privilegia cœnobio accreverunt, quæ nihilominus subtili retractatione discussimus, auctoritate Dei Omnipotentis, & nostra stabilimus, & confirmamus. Inter quæ in valle Admontina Patellas salis, quas prædecessores nostri contulerunt, sed & ubicunque in possessione cœnobii, venæ, salis seu ferri, aut argenti, vel cujuslibet metalli, fodinæ reperiri poterunt, quæ de Regalibus Imperii Salzburgensis Ecclesia hactenus quiete possedit. Sicut ex concessione Pontificum præscriptorum primitus ea fratres Admontenses possederunt, & nos eis ex assensu Domini Imperatoris Friderici, Augusti serenissimi, concedimus & stabilimus. In eadem valle præconium totum, & omne jus, quod Salzburgensis Ecclesia primitus ibi habuit, a temporibus Hemmæ Comitissæ, quæ vallis ejusdem maximam partem cum aliis prædiis ad cœnobium ibidem fundandum S. Rudberto, temporibus Domini Odaldwini Archiepiscopi contradidit, & nos Abbati & fratribus potenti

ricum I. Imperatorem permoverint, ut Norimbergæ conventum Imperii indiceret, & tumultus illos, atque armatas irruptiones severe prohiberet; ut legitur in Chronico MS. Salisburgensi germanico, *quod in Bibliotheca Archiepiscopali Salzburgensi* Lit. K *adservatur. Præpositus igitur, ne Imperatori, tot jam argumentis antehac Salisburgensibus infesto, rursus ansa præbeatur affligendi Provinciam, rogavit Archiepiscopum, ut Imperatoris sese voluntati congruenter gerat. Nam Adalbertum Archiepiscopum, utut pluribus pietatis & modestiæ laudibus insignem, non adeo refugisse armorum strepitum, manifestat clades horrenda, quam Hallenses cives subierunt, & ob quam ipse Archiepiscopus a suis ministerialibus comprehensus, atque in Arce Werfen; 14 dierum spacio, captus attinebatur; ut Historiographi Salisburgenses uberius tradiderunt. Etsi Archiepiscopus in hoc eodem concilio non levem impenderit operam Pontificiis literis incitatus, ut ecclesiasticæ lites, ubivis hærentes, quæ hærent, e medio tollerentur.*

Anno 1187. tenti manu, & plena jurisdictione stabilimus, ut nullus advocatorum, vel aliorum judicum quicquam sibi juris præter voluntatem & petitionem Abbatis & fratrum ibidem vendicet. Ad hæc in oppidis nostris, ubi forum habemus, sed & apud *Clusam* juxta Werwen, liberum jam dictis fratribus transitum concedimus, & ne in eisdem locis telonii exactione graventur, indulgemus.

Præterea statuimus, ut secundum tenorem & jus fundationis ejusdem Admontensis Ecclesiæ, & sicut per sententiam Imperatoris curiæ nobis coram positis, adjudicatum est, Advocato Monasterii non liceat de Advocatia bonorum ejusdem Ecclesiæ quemquam inbeneficiare, sed fideles & amicos suos, divinæ remunerationis intuitu, & ipsius dilectionis respectu, tectores ac defensores Monasterii instituat, insuper ut nec ipsi Advocati, nec fideles eorum, placita, Bannos, modios, vel pecudes, a fratribus ipsis, vel hominibus eorum exigant, quoniam aliorum beneficiorum utilitatibus a Salzburgensi Ecclesia id eis est recompensandum.

„Sane ex auctoritate creditæ nobis „a Deo dispensationis capellas duas „baptismales, in prædiis Monasterii „sitas, scilicet supra *Zozzen*, & apud „*Mukkernowe* cum omni jure suo, do„te videlicet, & clave Ecclesiæ, & „cum decimis ad eas pertinentibus, „Ecclesiæ S. Blasii perpetuo confirma„mus; primam earum ex mandato „nostro, a venerabili fratre nostro Ro„mano, Gurcensi Episcopo dedicatam, „jam dicto cœnobio cum jure Sacer„dotali tradidimus, ut videlicet homi„nes inter duos rivos *Cortsiz* & *Zla„towe* consistentes, baptisma, sepul„turam, absolutionem, pœnitentiam, „cæteraque divina a sacerdote, qui „per Abbatem in Ecclesia illa fuerit „institutus, requirant, & decimas ei„dem Ecclesiæ persolvant: nisi forte „Abbas cum Plebano de Gutarche in„terdum pro tempore, & fratrum suo„rum quiete, aliter convenerit, quod „tamen in detrimentum Monasterii „non redundet. Alteram Ecclesiam „apud *Mukkirnowe* Prædecessores no„stri baptismalem esse instituerunt, „quam rursus sub prædecessore no„stro, Domino Chunrado, *Gotfridus* „*de Wietinge* a jure parochitano exe„mit, quodam prædio suo Salzbur„gensi Ecclesiæ super hoc contradicto, „ut sacerdotem ibidem, quem vellet, „haberet, cum omnibus attinentiis, „& utilitatibus Ecclesiæ. Itaque Præ„decessorum nostrorum pro jam dicta „capella institutum ad Admontensem „Ecclesiam cum prædii *Mukkirnowe* tra„ditione manu nostra derivatum; & „nos dilecto fratri nostro Gotfrido Ab„bati, ejusque fratribus jure perpetuo „confirmamus, ut scilicet dos ipsius „Ecclesiæ & decimæ de prædio Got„fridi ex toto, decimæ quoque ad „*Chrotse* tam de vineis, quam de agris „ad Ecclesiam ipsam persolvantur, nisi „quod Plebano de Sancto Floriano qua„tuor acervi frumenti, & quatuor ave„næ, certa de causa exinde persol„ventur. Populus etiam, qui est supra „collem, & ad *Mukkirnowe*, & ad „*Chrotse* sepulturam & baptisma, & „omnem justitiam apud Ecclesiam *S.* „*Nicolai* habebit, excepto duntaxat „placito Christianitatis, & judicio fer„ri & aquæ, quæ ad Plebanum de *Lib„niz* spectabunt, cooperante Sacerdo„te de *Mukkirnowe*.

Ecclesiam præterea S. Mariæ Magdalenæ apud domum hospitalem Fricsach, memorato cœnobio juxta Prædecessoris nostri traditionem confirmamus, ut videlicet infirmi, quos ibi contigerit decedere, de familia quoque ejusdem Ecclesiæ obeuntes, sepulturam inibi accipiant, liceatque Sacerdoti Monacho, fratribus illic consistentibus, libere & plenarie divina celebrare, salva justitia Plebesanæ Ecclesiæ. Similiter Parochiam totam in valle Admontensi a *Chaiserowe* & *Clusa* montis *Ditmartsperg*, itemque a *Clusa* juxta Paltum & Ancsum usque in rivum proximum vico *Rute*. Et ab hinc ex utraque parte Ancsi usque in flumen *Frodniz* cum omnibus decimis antiquis & novellis, quæ vel Sacerdotis vel Episcopi juris esse noscuntur, & cum Ecclesia Sancti *Galli* in silva nova, quam nos dedicavimus, & baptismalem coustituimus, atriumque ejus Poliandrum fecimus, & decimis cunctorum novalium in eadem silva cultorum, & excolendorum dotavimus, omnesque præterea capellas, in ipsa parochia jam ædificatas, vel ædificandas sæpesato Monasterio confirmamus.

„Abbas ergo ejusdem loci electus „omnia supradicta altaria cum ipsa ab„batia de manu Archiepiscopi acci„piens, ad arbitrium suum & utilita„tem libere deinceps eisdem Ecclesiis „Sacerdotes provideat." Parochiales nihilominus Ecclesias scilicet S. Mariæ Magdalenæ apud *Jaringhen* inferius in prædio Monasterii constructam, S. Georgii ad *Strazganch*, quam fundator cœnobii Dominus Gebehardus Archiepiscopus cum clave & dote & omni jure, quo sibi serviens erat, eo legitime delegavit, & præsentatione Abbatis ab Archiepiscopo instituantur, cui

cui nimirum de animarum cura, Abbati autem de temporalibus debeant respondere. In Ecclesia quoque Sancti Martini ad *Strazganch*, quod sui juris erat, idem Prædecessor noster Gebehardus Archiepiscopus cœnobio tradidit. Postmodum etiam *Guntherus* Marchio moriens, quod eum jure Fundatoris attinebat, cum prædio totaliter illo, contulit. Præterea Ecclesiam *S. Albani* juxta *Enum* a prænotato Archiepiscopo, cum omni jure plenarie illo traditam, capellas etiam ad *Tufenbach* & *Wenge*, & *Trieben* eidem cœnobio confirmamus, ita videlicet, ut tam in illis, quam in aliis monasterii capellis, clavis & Atrium fratribus, dos vero cum oblationibus juri cedant sacerdotis; præter quod dotem Ecclesiæ *Tufenbach*, & Ecclesiam S. Albani cum dote, & omni jure custodi Admontensis Ecclesiæ, sicut primitus habuit, condonavimus.

Ut ergo hæc Pontificalium donationum memoria cunctis futuris temporibus inconvulsa, & illibata permaneat, nos hanc inde cartam conscribi, & sigilli nostri impressione muniri jussimus, adjicientes, ut nullus successorum nostrorum hanc nostræ auctoritatis paginam infringere, & præfatis fratribus factam donationem auferre, minuere vel abalienare præsumat. Hujus rei testes sunt Dominus *Romanus* Gurcensis Episcopus, *Hugo* majoris Ecclesiæ Præpositus, *Henricus* P. Abbas de Buren, *Ulricus* Præpositus de Kyemse, *Romanus* Gurcensis Præpositus, *Heinricus* Capellanus noster de Mosburch, *Popo* de Nywenchirchen, *Rapoto* Comes de Ortinberch, *Sifridus* Comes de Sibnowe. De Nobilibus *Cuno* de Megelingen, *Adibrammus* de Chamb, *Purchardus* de Stein. De Ministerialibus Salzburgensis Ecclesiæ: *Siboto* de Sarburch, *Fridericus* de Petowe, *Fridericus* de Lonsperch, *Liupoldus* de Walde, *Duringus* de Werven, *Chuno* de Sneitse, & filius ejus *Chuno*, *Marquardus* Dapifer. *Anno 1187.*

Actum apud Loufe anno Incarnationis Domini MCLX, Indict. X, Regnante Domino *Friderico* Romanorum Imperatore, & semper Augusto, anno regni ejus VIII. Imperii vero VI, nostri autem Pontificatus anno XIII. feliciter. Amen.

Interim hæc Admontenses inter & Plebanum de Leibniz suscepta contentio etiam post concilium hoc perduravit, usque dum deinde anno 1215. Archiepiscopus Eberhardus II. per arbitros eam tandem sopivit, edito Decreto, ut in Admontensis Monasterii possessione Capella illa S. Nicolai, quemadmodum prius, permaneret; Abbas tamen, & fratres Admontenses Plebano & Ecclesiæ in Leibniz quotannis IV. marcas conferrent de prædiis Monasterii. Quod Eberhardi decretum habetur in Codice Diplomatico Admontensi Num. LIII.

II. Idem Archiepiscopus Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ, & domum hospitalem Frisaci, quæ privilegiis & traditionibus antecessorum suorum Admontensi cœnobio confirmatæ fuerant, a Domino *Henrico* venerabili Abbate, cum assensu totius congregationis, suscipiens, easdem canonicis Frisacensibus donavit; Plebem vero in Lisenich, & plebem in Palta, cum omni jure Plebesanarum Ecclesiarum Fratribus Admontensibus in concambio tradidit. *In Capitulo nostro Libniz.*

Testes

Berchtoldus Abbas Ozziacensis
Ulricus Abbas Milstadensis.
Wilhelmus Abbas Runensis.
Gotfridus Abbas Uttringensis
Wernherus Præpositus Sekoviensis
Pernhardus Præpositus Vozowensis.
Philippus Præpositus Richerspergensis.
Marsilius Præpositus Boumbergensis.
Ekkihardus Præpositus de Solio.
Ortlieb Archidiaconus de Viscah
Mainhalmus Archidiaconus Volkimarckt.
Hermannus Archidiaconus de Ortenbach.

Anno 1187.

Hi quoque Plebani.

Odalricus de Hartpach.
Liutoldus de Widis.
Chunradus de S. Floriano.
Hiltibrandus de Strazkanch.
Henricus de Graze.
Henricus de Merin.
Henricus de Polan.
Adilbero de Rutkerſpach.
Chalohus de Cradwin.
Liutoldus de Mureke.
Ortwinus de Waltherſtorff.
Eberhardus de Nuwenkirchen.
Wolfferus de Flaze.
Hiltipoldus de Hitpach.
Truoto de Dechanschirchen.
Geroldus de Murce.
Joannes de Wanſtorff.
Pernhardus de Peltz.
Petrus de Moſchchircken
Eberhardus de Piber.
Henricus de Laznich.
Henricus de Gruskarn.
Sigwinus de Capella.
Perchtoldus de S. Andrea.
Henricus de Lavent.
Wernhardus de S. Ruperto, & alii plures.

Ex eodem veteri chartario Admontenſi.

Hoc Synodi Leibnicenſis ſtatutum denuo firmatum fuit ab eodem Archiepiſcopo in concilio Lauffenſi, anno 1195.

Aliud inſtrumentum donationis duarum Parochiarum ab eodem Archiepiſcopo facta, refert Bernard. Pezius Anecdotorum Tom. III. Part. III. pag. 727.

Dominus Adalbertus Archiepiſcopus parochias in Liesnich & Palta cum omni jure Plebeſanarum Eccleſiarum, & cum omnibus ſuis titularibus Eccleſiis Admontenſi Monaſterio perpetuo poſſidendas, tradendo donavit.

Teſtes.

Ekihardus Præpoſitus de Solio.
Meinhalmus Archi-Diaconus de Volchimarcht.
Geroldus Presbyter.
Albo Presbyter.
Gotfridus Diaconus.
Hartfridus Diaconus Notarius.
Henricus de Laznizch.
Henricus de Griven.
Henricus de Lavent.
Udiſcalcus de Lute *Capell.*
Wulfingus de Chapfinberg.
Sibote de Augia.
Willchalm de Liesnich.
Ortolfus de Liuben.
Wolframus Harpfoltisheim.
Heinricus de Motzniz.

Wecilo Marescalcus, Peringerus de Raſtad Swickerus Dorf, Durinch Halle, Wichman Piſtor, Reinhalm Otto Sewen, Waltherus coquus.

II. Jus Fundatorum Eccleſiæ S. Walpurgis in Lieſnich donatur Admontenſi Monaſterio; *Item* decimæ ex omnibus prædiis ſuis collectæ cum eadem Eccleſia S. Walpurgis conferuntur eidem Monaſterio, & privilegia deperdita & combuſta innovantur.

Inſtrumentum hujus donationis habetur apud eundem Pezium Anecdotorum Tomi III. Parte III. pag. 721. *& Cod. Dipl. Admont. Num. XLII.*

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.
Sacris Prædeceſſorum noſtrorum, ſeu progenitorum veſtigiis inhærentes, quorum

quorum devotio sic divinitatis luce illustrata in benefactis perduravit, ut terrenis cælestia, transitoriis æterna mercarentur.

Ego sacerdos *Udalricus* S. Martini de Harperch, & *Reinbertus* S. Martini de Libniz Minister indignus, fratres uterini, jus fundatorum, quod in Ecclesia S. Walpurgis in Liesnich sita, jure hæreditario & testamentario habuimus in *Admontense Monasterium*, secundum tenorem subscriptum, eodem jure perpetuo tradendo, transtulimus. Ne igitur errorem imperitia detegat, aut falsitas veritatem subruat, jus præfatæ Ecclesiæ omnibus Christianis duximus succincte revelandum.

Ex nobili ergo prosapia ortus *Fridizlaw* cum uxore sua *Zlauva* eandem Ecclesiam in honorem beatæ Walpurgis in prædio suo fundaverunt: quibus succedens Udalricus item nobilis jure hæreditario sub privilegii confirmatione tunc præsentis Archiepiscopi Salzburgensis, decimis ex omnibus prædiis suis collectis, tam Episcopalibus, quam parochialibus, canonico concambio celebrato, ipsam Ecclesiam ditavit, & a subjectione matricis Ecclesiæ præter jus conventum convocandi, exemit; ita ut proprium sacerdotem, jus baptizandi, sepeliendi colonos, qui eidem Ecclesiæ solverent decimas, in perpetuum obtineat. Sed quia evagante igne idem privilegium ex parte combustum repertum est, Dominus Reinbertus Decanus, & minister S. Martini in *Vischa* patruus noster, supradictorum virorum hæres legitimus, sicut & nos idem privilegium cuidam monachæ de *Gosse*, Perthæ nomine, cui ejusdem privilegii tenor notissimus erat, reparandum tradidit. Succedente vero tempore, mortua domina illa, privilegium quæsitum non est inventum, & sic portionem decimationum ejusdem Ecclesiæ per dissuetudinem ex maxima parte populus retinuit præter convicina prædia, quæ ex antiqua consuetudine, coloni ejusdem Ecclesiæ usque ad tempus nostrum persolverunt: plebani etiam in Liesnich, si quando ipsam Ecclesiam habuerunt ex dispositione, & petitione parentum nostrorum, sed & nostra, postmodum ipsam possederunt. *Anno* 1187.

Hac denique occasione necessitatis ne quicquam dubietatis in jure ipsius Ecclesiæ possit emergere in futurum, providere volentes, a Domino Alberto, Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopo, super eadem Ecclesia in omne jus pristinum, quantum ex antiquorum relatione parentum nostrorum, & aliorum tam clericorum, quam laicorum cognovimus, privilegium impetravimus. Ut igitur omnis scrupulus quæstionis adversariorum sopiatur, prænominatus Archiepiscopus, dum utique plenitudine officii Archiepiscopalis, & Legatione Sedis Romanæ fungeretur, in *Conventu Capituli sui* apud Libniz XVIII. Kalend. Januarii Anno MCLXXXVII. Indict. V. manifestissime idem privilegium nobis, & præscriptæ Ecclesiæ, sicut prædictum est, secundo confirmavit.

Et post pauca.

Secundæ igitur confirmationis Privilegii nostri super Ecclesia S. Walpurgis in Capitulo Libniz hi testes affuerunt.

Pertholdus Abbas Ozziacensis.
Willialmus Abbas Runensis.
Bernhardus Præpositus Wozowiensis.
Ekkehardus Præpositus de Solio.
Ortlieb Arcbidiaconus de Vischa.
Hermannus Archidiaconus de Ortinburg.
Meinhalmus Archidiaconus de Volchimarcht.
Eberhardus de Nuwenkirchen.
Liutoldus de Widis.
Heinricus de Merin.
Chunradus de S. Floriano.
Chadigoldus de Craduvin.
Henricus de Grace.
Geroldus de Murce, & alii plures.

Cætera Acta hujus Libnicensis Concilii perierunt.

Anno 1195.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XVIII.

Anno Christi MCXCV. XVII. Cal. Decemb. Cœlestini III. Papæ anno V. Henrici VI. Regis anno VI, Imperat. anno V. convocatum ab Adalberto II. Archiepiscopo Salisburgensi, in oppido Lauffen, Diœcesis Salisburgensis.

In hoc rursum concilio lites abolentur, privilegia confirmantur.

I. Confirmantur bona Monasterii Admontensis.

Diploma confirmationis descripsit Cl. Schannatus ex Archivo Admontensis Monasterii.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

Adalbertus Dei Gratia Salzburgensis Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus, Rudolfo, venerabili Admontensium Abbati, Ejusque fratribus in perpetuum.

Ad amplificandum divini cultus studium tam futuris quam præsentibus providere cupientes, exemplaria quoque diligentiæ prædecessorum nostrorum juste sequentes, qui Admontense Monasterium ob sui religionem speciali amore extulerunt, nos quoque pro debito officii nostri, & collatæ a Deo nobis dignitatis, eidem loco nostrum patrocinium hujus scripti privilegio præstare dignum duximus. Unde notum facimus Christi fidelibus, quod nos Ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ, & domum hospitalem Frisaci, quæ privilegiis & traditionibus antecessorum nostrorum Admontensi cœnobio, confirmatæ fuerunt; hæc (inquam) a Domno Isenrico venerabili Abbate, cum assensu totius congregationis suscipientes, eadem canonicis chori Frisacensis donantes plebem in Liessenich, & plebem in Palta, cum omni Jure plebesanarum Ecclesiarum in concambio tradidimus; idque postmodum in capitulo nostro Libniz, in præsentia Prælatorum, ac ministerialium nostrorum confirmavimus; propter igitur abundantem cautelam, easdem Ecclesias propriis vocabulis distinguere duximus, scilicet: Ecclesia S. Nicolai ad Mutarn in prædio monasterii sita: Ecclesia S. Baptistæ ad Chamer; Ecclesia S. Rudberti ad Treviah; Ecclesia S. Egidii ad Neudisdorff; Ecclesia S. Georgii ad Chrowat, quæ V. nunquam a Jure Matricis Ecclesiæ S. Michaelis remotæ fuerunt.

Ecclesiam vero S. Walpurgis tam ex antiqua consuetudine, quam etiam privilegio a Jure plebesanæ Ecclesiæ legitime exemptam Ulricus de Harperch, & Rembertus de Libniz, fratres uterini, ad quos eadem Ecclesia Jure hæreditario & testamentario pervenerat, in præsentia nostri, & Chori Salzpurgensis eodem jure perpetuo cum omni prædio suo tradiderunt. Item II. Ecclesias apud Liuben S. Petri, & S. Jacobi, in prædio Ducis Stirensis sitas, & ab antiquo a Jure plebesanæ Ecclesiæ, præter jus convocandi conventum, exemptas, utpote: in quibus hactenus Marchiones Stirenses proprios, dum libuit, Sacerdotes habuerunt, Otacker Dux Stirensis, petitione nostra, admontensi monasterio, ut verus Dominus, perpetuo habendas delegavit; Capellam autem S. Salvatoris in fundo Cœnobii Trunchirchem sitam, per Sacerdotem Abbatis in Divinis volumus procurari, quam & nos idcirco in secunda dedicatione sua decimis dotavimus, ut Ecclesiæ matrici S. Michaelis in omni Jure parochitano subdita sit. Ecclesia nihilominus S. Stephani in Chrowat, licet ad hospitale S. Mariæ in Cerwalde jure fundi spectare videatur, cura tamen spiritualis ad matricem Ecclesiam Liessenich spectare hactenus dinoscitur. Gossensis vero, & Prieliebensis, Ecclesiæ, in placito christianitatis, & in excessuum satisfactione, in judiciis ferri, & aquæ, non matricem Ecclesiam Liessenich respicere tenentur, cui etiam antiquo & canonico Juri nullatenus refragentur. Tragossensis præterea plebs, baptisma, sepulturam, placitum Christianitatis, absolutionem pœnitenium, apud S. Rudbertum Treviah, sicut ad nos transmissum

missum est, requirat: curam animarum in abbatis dispositione consistere decrevimus, sed & hanc ei, suisque successoribus, per ostium intrantibus, prærogativam perpetua firmitate indulsimus, quod non nisi ad arbitrium & voluntatem ipsorum Sacerdotes in eisdem Ecclesiis instituantur; & ne hanc nostram constitutionem in recidivum scrupulum quempiam reducere contingat, præcipimus authoritate, qua licet impares viribus prominemus, ne quisquam de cætero pro aliqua persona apud Successores nostros petitionem, sicut fieri assolet, porrigere præsumat, sed institutio jam dictarum Ecclesiarum omnifariam ad Abbatis Admontensis ordinationem inconvulse ac quiete permaneat.

Hoc etiam tam præsentium, quam futurorum notitiæ manifestamus: quia patellam salis, quam beatæ memoriæ Eberhardus Archiepiscopus pro necessitate Ecclesiæ suæ, & Imperii, Gotefrido Abbati, & fratribus Admontensibus pro LXXX marcis examinati argenti, & XX montani, deposuerat, usum fructum tamen ejusdem patellæ, antequam ab aliquo successorum suorum redimeretur, fratribus indulserat, hanc nos pro redemptione animæ nostræ, ac Prædecessorum nostrorum omnibus Deo in eodem loco servientibus, ac in perpetuum futuris, in proprietate semper habendam indulsimus.

Ad hæc etiam, respectu pietatis & amore justitiæ, ipsi monasterio quosdam terminos suos in Rastat, & in Pongowe remisimus, pro quibus detinendis suggestione nostrorum inducti fueramus; & non tam in his locis, quæ nominavimus, quam & in singulis Possessionibus suis apud lungove videlicet: juxta Muram & ad Chatz, terminos suos, nec non omnes decimas, tam de antiquis, quam de novellis, eisdem fratribus præsenti scripto confirmamus. Prædium etiam, quod Diemundis, vidua Meingoti, Præfecti Salzburgensis, Admuntensi Ecclesiæ tradidit in loco, qui vocatur Wenge, etiam Nos authoritate nostra fratribus eisdem stabilimus: nec non & prædium, quod eidem cœnobio Siboto de Surberch contulit, duos videlicet mansos, unum in luter, alterum ad Wanhartstein. Præter hæc beneficia, quæ Admontensi cœnobio a prædecessoribus nostris beatæ memoriæ Gebhardo, Tyemone, Chunrado I. Eberhardo, Chunrado II. avunculo nostro impensa, præsentis scripti pagina confirmamus, quæcunque videlicet ipsum monasterium in prædiis seu decimis in præsentiarum possidet, quæ vel in privilegiis ipsorum continentur, vel post indulta privilegia, monasterio accreverunt, quæ nihilominus subtili tractatione discussimus, inter quæ in *Anno* 1195. valle admontina patellas salis, quas prædecessores nostri contulerunt, sed & ubicunque in possessione monasterii vena salis, seu ferri, aut argenti, vel cujuslibet metalli fodinæ reperiri poterint, quæ de Regalibus Imperii Ecclesia Salzburgensis hactenus quiete possedit, nostra eis authoritate stabilimus, in eadem valle præconium totum, & omne jus, quod Salzburgensis Ecclesia ibi habuit a temporibus Hemmæ Comitissæ, quæ vallis ejusdem maximam partem cum aliis prædiis ad Cenobium ibidem fundandum S. Rudberto, temporibus Domini Balduini Archi Episcopi, contradidit, & nos Abbati & fratribus, potenti manu, & plena Jurisdictione stabilimus; adhæc in oppidis nostris, ubi forum habemus, sed & apud Clusam juxta Werven liberum jam dictis fratribus transitum concedimus, & ne in eisdem locis thelonei exactione graventur, indulgemus.

Præterea statuimus: ut secundum tenorem, & jus fundationis Admontensis Ecclesiæ, & sicut per sententiam Imperialis curiæ, divæ memoriæ Friderici Augusti adjudicatum est, Advocato monasterii non liceat de advocatia bonorum ejusdem Ecclesiæ quempiam inbeneficiare; insuper, ut nec ipsi advocati, nec fideles eorum, placita, Bannos, modios, vel pecudes a fratribus ipsis, vel hominibus eorum exigant, quoniam aliorum beneficiorum utilitatibus a Salzburgensi Ecclesia id eis est recompensatum. Insuper etiam terminos foresti, quos antecessores nostri suis privilegiis monasterio firmaverunt, prout eos fundator loci tradidit, ita nos quoque ejusdem sylvæ interliminia præsenti pagina distinximus: Zedilsach fluvius cum suis decursibus, a Dietmarsperg omnes descensus & decursus in Anesum; alpes, qui dicuntur Catwingalbe, & Pladmalb cum suis descensibus in fluvium Jonispach; Jonspach cum suis decursibus, haustuvichespach ab alpe Niwenburg cum suis decursibus in Anesum; item de Petra quæ dicuntur Want, sursum ad verticem Wlreisalbe, item Leimpach de Wlreisalbe cum suis descensibus & decursibus usque in Anesum, gamze de Purchberg cum suis descensibus & decursibus, Suzinpach de Wildalve cum suis descensibus & decursibus, gamze de Puchberg cum suis descensibus & decursibus. Alpes Gridelalbe tota, & Larnich minor cum suis descensibus; Larnich major cum suis descensibus & decursibus; Monlich fluvius cum suis decursibus; ozlich fluvius cum suis descensibus & decursibus, & ozlichalb cum suis descensibus usque

Anno 1195. usque ad medium fundum Frodniz, & exinde usque medium fundum Anesi. quidquid infra prædictos terminos in omni genere venationum, & piscationum, vel cujuslibet quæstus, fratres Admuntenses assequi potuerint utilitatis, sicut prius acceperunt a Prædecessoribus nostris, & nos ipsis indulgemus & donamus.

Sane duas Baptismales Ecclesias in prædiis monasterii sitas, scilicet: super Zozzen & Mokirnowe, cum omni jure suo, dote videlicet, & clave Ecclesiæ, quarum primam a venerabili Romano, Gurcensi Episcopo, ex mandato Domini Everhardi dedicatam, idem Beatus Pater jam dicto monasterio tradidit, & nos eidem confirmamus; quemadmodum alteram Ecclesiam, quam Prædecessores nostri Baptismalem esse instituerunt, & quam rursus sub Domino Chunrado primo Archi Epis. Gotefredus de Wietingen a Jure parochitano exemit, quodam prædio suo Ecclesiæ Salzburgensi super hoc contradicto, ut sacerdotem ibidem, quem vellet, haberet.

Pro hujusmodi gratiæ nostræ impendiis, hanc nobis reddi vicem volumus, quatenus dies Beati Thomæ, Martyris, & Episcopi, cum officio pleno apud vos perpetim agatur, & ut meliore pane, & vino, & etiam piscibus ob honorem ipsius Martyris, nostrique memoriam illa die congregationi ministretur, & ut nostræ dispositionis anniversarius dies eodem modo in pane, vino & piscibus, sed & in Divinis propensius agatur, ut autem hæc Pontificalium donationum memoria cunctis futuris temporibus inconvulsa, & illibata permaneat, nos hanc inde cartam conscribi, & sigilli nostri impressione muniri jussimus, adjicientes: ut nullus successorum nostrorum hanc nostræ authoritatis paginam infringere, & præfatis fratribus factam donationem, auferre vel minuere præsumat.

Actum in plenaria Synodo nostra, apud Lousen celebrata, coram testibus, quorum nomina sunt hæc.

Gundakerus, Præpositus Salzburgensis Ecclesiæ.
Wernhardus, Præpositus in Berthegadem.
Syboto, Præpositus in Kyemse.
Otto, Præpositus in Bamburg, & Archidiaconus.
Pertholdus, Præpositus in Gartz.
Heinricus, Præpositus in Werde.
Arbo, Præpositus in Richertsperg.
Albanus, abbas de Sewen.
Lupoldus, Abbas de Puern.
Pabo, abbas de Attila.
Heinricus, abbas de Formbach.
Cunradus, Præpositus Frisingensis Ecclesiæ.
Heinricus, Archidiaconus de Gruscarn.
Fridericus, Decanus Ratisponensis.
Richerus, Canonicus Pataviensis.
Eticho, Præpositus de Ramshoven.
Pabo, Præpositus de Suben.

Nobiles:

Chunradus de Walhen.
Pabo de Eringen.
Syboto de Surbach.
Chuno & frater ejus Chunradus de Werwen.
Etticho de Jettenbach.
Ulricus & frater ejus Chunradus de Chalem.
Heinricus & frater ejus Lutwinus de Gebeninge.
Ekkehardus de Tanne.
Otto de Goldeckke.
Wolckmarus de Mulberch.
Rudigerus, Vice-Dominus Salzburgensis.
Otto de Steveninge, & alii quam plures.

Ego Adelbertus, Archi Episcopus subscripsi.

Anno Incarnationis Dominicæ MCXCV. indict. XIII. anno Papatus Dom. Celestini III. quinto. Regnante Glorisissimò Imperat. Heinrico feliciter, Amen.

II. Præposito Hallensi Wigmanno datur munificum privilegium, quo res Canonicorum Hallensium S. Zenonis ample confirmantur.

Diploma hujus confirmationis exhibet Hundius Metrop. Salisb. Tomo III. pag. 506.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Adelbertus Dei Gratia Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Wigmanno Hallensi Præposito, cæterisque fratribus inibi regularem vitam professis in perpetuum.

Cum suscepti Regiminis officium imponat, omnibus Ecclesiarum profectibus intendere &c. Eapropter Dilecti in Christo fratres, petitionibus vestris, pro spe futuræ mercedis, aurem pietatis inclinamus, & Ecclesiæ Hallensi, in qua Deo servire professione Canonica disposuistis, Prædecessorum nostrorum beatæ recordationis Cunradi Senioris, Eberhardi, Conradi Moguntini

guntini, Pontificum veſtigia ſequentes, quicquid juſte poſſidetis &c. ſcripto præſentis paginæ roborando confirmamus.

Inſuper Allodium, quod in Cella dicitur, cum terminis manifeſte diſtinctis, cultis & incolendis, ac Capellam ſumptibus veſtris in eodem loco conſtructam, cum juris integritate decimarum, cæterorumque omnium, quæ in præſenti poſſidet, vel de futuro conſequetur, pro remedio animæ noſtræ, & Prædeceſſorum noſtrorum tradimus Omnipotenti Deo, Sanctoque Zenoni, & ſupradictis fratribus, petente hoc, & conſentiente majoris Eccleſiæ Salzburgenſis Præpoſito Gundackaro, cum Chori Capitulo, a quo parochiam in Vahendorff, in cujus terminis jam dicta Capella ſita eſt, canonice poſſederunt; ad indempnitatem ergo præfatæ parochiæ, dimidium manſum Mieſenbach in loco, qui Hirisbuhel dicitur, a præmemoratis fratribus recepimus, & pro legali concambio ad uſum Eccleſiæ matricis ordinavimus. Concedimus itaque præſenti Præpoſito Wigmanno omnibusque Succeſſoribus ſuis canonice inſtituendis, quatenus in præfata Capella, quam ab omni jurisdictione, & diſtricto matricis Eccleſiæ eximimus, & liberam facimus, juxta Dei timorem pro ſuæ voluntatis arbitrio non ſolum temporalia, verum etiam ſpiritualia libere, ſecureque diſpenſent & ordinent. Per nos quoque, Deo cooperante, ipſam conſecrantes Eccleſiam, eodem prædio cum omnibus appendiciis ſuis, Pontificali authoritate in perpetuum dotatam eſſe decrevimus.

Si quis autem hujus inſtitutionis noſtræ paginam, quam forma Sigilli noſtri communimus, & Prælatorum noſtrorum, Cleri, Miniſterialiumque noſtrorum teſtimonii favore ſtabilimus, caſſare tentaverit, ultrices flammas, ſi non reſipuerit, in diſtrictiori examine, ſine ſpe redemptionis, ſuſtinebit &c.

Acta ſunt hæc anno incarnat. Dom. MCLXXXXV. reſidente Domno Alberto Salzburgenſi Archi Epiſcopo, in ſolemni Capitulo apud Lauffen habito XVII. Kalendas Decembris.

Ego Adelbertus Salzburgenſis Archiepiſcopus *SS.*
Ego Chundacherus Salzburgenſis Præpoſitus & Archidiaconus *SS.*
Ego Rudolphus Decanus Majoris Eccleſiæ Salzburgenſ. *SS.*
Ego Bernhardus Pertersgad. Præpoſit. *SS.* *Anno* 1195.
Ego Sigboto Chiemenſis Præpoſitus *SS.*
Ego Otto Bamburgenſis Præpoſitus & Archidiaconus *SS.*
Ego Berchtoldus Garcenſ. Præpoſitus *SS.*
Ego Pabo Ouvenſis Præpoſitus *SS.*
Ego Albanus Seunenſis abbas *SS.*
Ego Aribo Reicherſpergenſis Præpoſitus *SS.*
Ego Leopoldus Burenſis Abbas *SS.*

Hundius in Metropoli Salisburgenſi Tomo III. pag. 507. *ubi res Monaſterii S. Zenonis perſequitur.*

Exiſtimat Cl. Harzheim Conciliorum Germaniæ Toma III. pag. 459. *Pilgrimum Abbatem S. Petri adactum fuiſſe in hoc concilia ad cedendum afficia, & abdicandam Abbatiam; veruntamen nullum ſuppetit hoc adſtruendi argumentum: quod enim Chronagraphus Salzburgenſis ad hunc annum* 1195. *ſcribit:* Pilgrimus Abbas S. Petri multis modis gravatus, a Domino Alberto Archiepiſcopo compulſus, reſignat Abbatiam: cui anno ſequenti ſubſtitutus eſt Chunradus Abbas de Sitanſtein, *id nulla moda actis cancilii invalvitur; quaſi vero non alia plura hoc anno extra concilium agi, decernique potuiſſent; quin ima rectius judicatur, Pilgrimi cauſam non habuiſſe locum in concilio, tum quod incompertum ſit, quonam genere adverſitatum, an fortaſſe politicarum? fuerit Pilgrimus gravatus: tum quod in brevi catalaga Abbatum S. Petri manuſcripto legatur:* Pilgrimus eligitur eodem anno 1193. in Abbatem S. Petri, præſente Archiepiſcopo Adalberto, & ab eodem confirmatur Calendis Novembris; cum præfuiſſet annis duobus, a moleſtiis & controverſiis, quas habebat, ſe liberare, atque in quiete vivere volens, Abbatiam abdicavit anno 1195. *Tum denique, quod Mezgerus ſcribat in Hiſtoria Salisburgenſi pag.* 415. Conradus Abbas Seittenſtettenſis iisdem, quibus Pilgrimus, difficultatibus intricatus, poſtquam triennio ſolum toleraſſet, depoſito hoc onere, ad priſtinum locum remeavit. Inde Pilgrimus, Sedi reſtitutus, anno Chriſti 1199. moritur. *Erga culpa Pilgrimi nec tanta fuiſſe videtur, ut per decreta concilii expediretur. Imo ſi probante concilia eum Archiepiſcopus loco moviſſet, profecta hominem, ex Patrum omnium congregatorum ſententia inidoneum, nunquam porra contigiſſet ad monaſterii gubernaculum adhiberi.* *Harzheimii lapſus.*

EBER

EBERHARDUS II.
Archiepiscopus Salisburgensis XXIII.

Anno 1200.

Archiepiscopatui præficitur hic Præsul anno Christi MCC. Interfuit anno 1215. cum plerisque suis Suffraganeis Conventui Augustano, ubi Imperator Fridericus litem diuturnam inter Ducem Austriæ Leopoldum & Manegoldum, Episcopum Patavlensem diremit, ac Patronatum Ecclesiæ Viennensis, atque Advocatiam S. Hypolyti Episcopo Patavienſi addixit, duce repudiato. Extat Diploma Imperatoris in Germaniæ Sacræ Tomo I. pag. 359. datum eodem anno Augustæ, quod nos, rei nostræ inidoneum, præterimus, primusque testium in eo subscriptus exhibetur Eberhardus Archiepiscopus Salisburgensis. Eodem anno 1215. habitum Romæ fuit Concilium Generale Lateranense IV. sub Innocentio III. Pontifice, cui & Eberhardus interfuit. Scopus hujus concilii erat, quod manifestat ipse Innocentius in convocationis Epistola: *ut ad recuperationem terræ sanctæ, ac reformationem universalis Ecclesiæ, valeamus intendere cum effectu.* Statuta igitur in hoc Concilio, ut & Salisburgi mandarentur executioni, ab Eberhardo, inde reverso, indictum est Concilium Provinciale.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XVIIII.

Anno 1216.

Anno Christi MCCXVI, Honorii III. Papæ anno I, Friderici II. Imper. anno IV. (*) convocatum ab Eberhardo II. Archiepiscopo Salisburgensi, ut subsidia pro sacra expeditione conferrentur.

De hoc concilio Honorius Canonicus Salisburgensis in Chronico Manuscripto apud Hansizium Germ. Sacræ Tomo II. pag. 322. *hæc habet:*

Interfuerunt Pataviensis, Frisingensis, Gurcensis, Chiemensis Episcopi; Ratisponensis vero propter seditionem suæ civitatis interesse non poterat, sed Præpositum, Decanum, Scholasticum Majoris Ecclesiæ pro se misit. In quo concilio Prælati Monasteriorum totius Provinciæ, contumaciter absentes, a Domino Metropolitano sunt excommunicati; quam sententiam Honorius Papa III. confirmavit.

Ponitur hoc concilium ab Honorio & Hundio in Metropoli Salisburgensi Tomo I. pag. 12. *ante obitum Præpositi Salisburgensis & Berchtesgadensis, qui cruce se signarunt, & anno demum* 1217. *iter in terram sanctam ingressi sunt. Quod Harzheimii lapsum indicat, qui Tomo III. Concil. Germ. pag.* 502. *hoc concilium ad annum* 1219. *rejecit.*

Erat autem Prælatorum ex Provincia omnium præsentia in hoc Salisburgensi concilia admodum necessaria, ut communibus subsidiis expeditionem in terram sanctam, juxta Lateranensis Concilii Decreta promoverent; cum alioquin zelantissimus Archiepiscopus Eberhardus prompte eum in finem concilium convocaverit, ut nempe decretis illius Concilii fieret satis; adeoque hoc Salisburgense Concilium non est nisi repetitio, & executio Lateranensis. Jam vero

I. Clericis, qui se cruce signarunt, indulgemus, ut beneficia sua integra perciperent per triennium, ac si essent in Ecclesiis residentes, &, si necesse fuerit, ea per idem tempus pignori valeant obligare. *Ex Decreto Innocentii III. in Concilio Lateranensi IV. edito apud Labbeum Tomo XI. Conciliorum Parte I. pag.* 225.

II. Ut

(*) *Nam electus fuit a statibus Imperii anno* 1212. *Bambergæ, & Aquisgrani anno* 1215. *coronatus contra Ottonem IV.* Vide Schilters Reichs-Historie fol. 210.

II. Ut omnes omnino clerici tam subditi, quam prælati, vigesimam partem ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium conferant in subsidium Terræ Sanctæ per manus eorum, qui ad hoc Apostolica fuerint providentia ordinati: quibusdam duntaxat religiosis exceptis, ab hac prætaxatione merito eximendis; illis similiter, qui assumpto, vel assumendo crucis signaculo sunt personaliter profecturi. - - - - - Si qui vero proficiscentium illuc ad præstandas usuras juramento tenentur adstricti; creditores eorum, ut remittant eis præstitum juramentum, & ab usurarum exactione desistant, eadem præcipimus districtione compelli. Quod si quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit usurarum, eum ad restitutionem earum simili cogi animadversione mandamus. *Ibidem* *Anno 1216.*

III. Episcopatus Chiemensis fuit in hoc Lateranensi IV. concilio institutus. Ad quam Sedem Rugerus, primus Episcopus ordinatur. *Ut habet Chronicon Henrici Steronis ad annum* 1215. *apud Canisium Lect. Antiquarum Tomo IV. pag.* 179. *Edit Basnage.*

Ideoque hoc anno insequente 1216. fundationem suam Archiepiscopus Eberhardus cum fundorum & jurium traditione complevit, cum Successor Innocentii Honorius Papa jam III. Calend. Januarii ejusdem anni, Sedis Chiemensis erectionem Neapoli confirmasset, ut habet Hanssizius Germaniæ Sacræ Tomo II. pag. 322.

Diploma, ab Archiepiscopo Eberhardo datum pro hac fundatione, exhibetur in Tomo II. Monumentorum Boicorum pag. 394. Erant hæc omnia acta ante hoc Salisburgense Concilium, eodem tamen anno; cum enim in Chronico dicatur, Archiepiscopum Eberhardum accersiisse ad hoc concilium suos Suffraganeos, atque inter hos Episcopum Chiemensem, oportuit sane inaugurationis Episcopalis decretum præcessisse, ipsumque Rugerum Radeckium Potestate Episcopali, cæterisque fundis, huic institutioni necessariis jam reipsa donatum fuisse; alioquin sine his conditionibus nec fuisset Episcopus, nec tali cum dignitate ad concilium evocatus. Inde corrigitur error, qui in annum dati Diplomatis irrepsit, annus nempe MCCXVIII, cum non fuerit nisi annus MCCXVI, ut ex Chronicis attulimus (*); & alioquin anno 1218. Eberhardus Archiepiscopus non jam de Chiemensi Episcopatu instituendo, tum undequaque terminato, egit, sed de altero Episcopatu Seccoviensi fundando curas suscepit; jam enim anno 1217. Carolum Præpositum Frisacensem miserat Romam ad Honorium III. Papam, qui de hoc instituendo Episcopatu cum eodem Papa conferret, ac licentiam impetraret; ideoque & Honorius III. eodem anno 1217. Epistolam dedit ad Eberhardum, laudis & zeli plenam, in qua ait Pontifex: *curam gregis ipsius in plures dividere providisti,*

De quorundam monumentorum fallacia. (*) *Librarios olim in describendis annorum numeris sæpe fuisse prolapsos, exploratum est omnibus, qui veterum chartas pervolverunt. Martenne & Durand ejusmodi σφάλμα adverterunt in privilegio, quod Carolus M. Abbati Prumiensi concessit, quodque datum legitur:* Anno VIII & VI regni nostri; *dum scriptum esse oporteret* Anno VIII & II regni nostri; *eo quod certissimum sit fide historiarum, Carolum cæpisse Francorum regnum, quod primo numero* VIII *indicatur, sex annis ante Longobardorum regnum, quod altero numero* VI *exprimitur. Quin imo non solum descripta diplomata his nævis laborant, sed etiam archetypa. Muratorius Tomo I. Antiquit. Italiæ pag. 260. ait, se vidisse diploma archetypum Berengarii regis, datum anno III. regni illius, Indictione VIII. cum adscripto* Anno Incarnationis Domini DCCCC; *cum esse deberet* anno DCCCXC, *prout ex regni anno III. & Indictione VIII. intelligitur. Inscriptiones quoque sepulchrales his erroribus sunt obnoxiæ; præsertim si innovatæ fuerunt a Notariis, gloriam antiquitatis quærentibus. Inscriptio sepulchralis innovata Bertholdi, Bavariæ Ducis, & Henrici filii, in Monasterio Inferioris Altahæ, habet: obiisse Bertholdum* anno Christi DCCCCXXXVII. *& Henricum filium* Anno DCCCCLV; *cum tamen prior obierit* anno DCCCCXXXXVII. *& alter* anno DCCCCLXXXIX, *ut evincit Schollner in Actis Academ. Bavaricæ Tomo VII. pag. 178. &c. Sit itaque sua Chartis, Diplomatibus & Inscriptionibus fides atque auctoritas; major autem constantibus Historiæ & Chronologiæ documentis; homines quippe Notarii patiuntur suas manes, regulæ Chronologicæ & plurimorum constans assertio non item.*

disti, nuper unum ei præficiendo pastorem, & nunc præficiendi alium, licentiam a Nobis cum instantia postulando. Apud Hansiz. Germ. Sacræ Tomo II. pag. 322. Ideoque certo intelligitur, Episcopatum illum priorem Chiemensem jam ante annum 1217. fuisse constitutum, & plene fundatum.

Hæc sunt, quæ cæteris omnibus actis hujus XVIII. Salisburgensis concilii deperditis, de eo conquiri, atque annunciari potuere.

Anno 1219.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XX.

Anno Christi MCCXIX, Honorii III. Papæ anno III, Friderici II. Imperat. anno VII, Provinciale concilium a Domino Eberhardo II. Archiepiscopo Salisburgensi celebratum est; cui interfuerunt Pataviensis, Frisingensis, Gurcensis, Kyemensis, Seccoviensis Episcopi.

Ita Salisburgense Chronicon ad annum 1219, apud Hieronymum Pezium Tomo I. Script. Rerum Austriacarum pag. 350. Item Chronicon Henrici Steronis apud Canisium Lect. Antiquar. Tomo IV. pag. 180. Edit. Basnage.

Quid actum proprie sit hoc in concilio, cum documenta interierint, ex synchronis eventibus sat apte colligitur; & quidem, ut habet Odoricus Raynaldus ad annum 1219, acerbe questus est Honorius Pontifex in Epistola, ad Pelagium Albanensem Episcopum data, hærere subsidia, multarum Provinciarum, ac principum, pro expeditione Cruce signatorum, in Turcas suscepta: sæpius se magna cum sollicitudine id ursisse: Quod si a Nobis commoniti minus benefecerunt, non est, quod Nobis debeat imputari, *scribit idem Pontifex ad Pelagium, Albanensem Episcopum. Itaque alias & alias literas misit Honorius ad omnes Christiani Orbis Archiepiscopos & Episcopos, susceptam subsidiorum parandorum operam qui omni conatu urgerent, ut idem Raynaldus edisserit. Quorum causa in hoc concilia*

I. Eberhardus Archiepiscopus Pontificiæ sollicitudini vim & efficientiam paraturus, quæ nuper in Lateranensi Concilio pro Cruce signatis decreta sunt, ut submitterentur a suis, omni cum industria adcuravit. *Cujus alterum specimen anno mox insequente 1220. recurrit in concilio Pataviensi, ab Ulrico II. Pataviensi Episcopo, eadem de causa, ad Eberhardi Salisburgensis æmulationem, convocato; in quo Pataviensi concilio & Legatos Domni Apostolici adfuisse refert Hansizius Germaniæ Sacræ Tomo I. pag.* 365.

II. Præter causas Ecclesiæ publicas hoc in concilio pertractatas, etiam Episcopatus Seccoviensis in eadem Provincia institutus fuit; quam institutionem idem Auctor (*Henricus Stero*) paulo ante dixit factam fuisse ab eodem Eberhardo de Licentia Honorii Papæ. *Spondanus in continuatione Annalium Ecclesiasticorum, ad annum* 1219. *Num. XIV. Fuit vero in hoc concilio non tam institutus Seccoviensis Episcopatus, quam confirmatus & rati habitus, donationibusque suis, & privilegiis exornatus.*

Celebratam autem fuisse hanc Synodum circa medium mensis Octobris anno 1219. recte notavit Hansizius loco citato, Tomo II. Germ. Sacræ pag. 324: nempe post reditum Leopoldi, Austriæ & Styriæ ducis e Terra Sancta; qui sane reditus in hunc eundem annum, sed ante Concilium Salisburgense incidit; alioquin ante Leopoldi reditum Episcopus Seccoviensis neque comparere in concilio potuisset, neque fuisset Seccoviensium Episcopus. Etenim cum Eberhardus Archiepiscopus vastissimam cuperet

peret diœcesim pluribus distribuere Operariis, ad uberiorem messem capiendam, Episcopatum Seccoviensem in Styria e propriis redditibus firmare decrevit, & obtenta primum ab Honorio III. Papa, id ut ageret, facultate, in Diplomate, quod incipit: Quod non tua, sed quæ Christi sunt &c. *apud Sigismundum Puschium in Chronologia sacra Styriæ Parte II. pag. 198. & apud Lünig* im Reichs-Archiv, *in spicilegio Ecclesiastico I.* Theil Fortsetzung. *pag. 970. itemque annu'u Imperatoris Friderici II, impetrato per Diploma Cæsareum, quod incipit:* Religiosæ, ac piæ intentionis &c. *apud eundem Puschium, nullo porro ratus claudi obice progressum cœpti consilii, erexit Episcopatum Seccoviensem anno 1219, ut ex Honorio & Sterone ante attulimus, eidemque præfecit Carolum, Frisacensem Præpositum, qui hac eadem de causa Romam missus, Breve Pontificiæ Concessionis anno superiore attulerat. Rata itaque & confecta in hoc negotio videbantur omnia, & Carolus munere Episcopi perfunctus fuit; nam ut in eodem Honorii Chronico legitur sub anni 1219. initium, IV. Idus Februarii, cryptam & altare S. Joannis in Monasterio Werde, seu Heglwerd consecravit.*

Verum prætermisit Eberhardus Archiepiscopus impetrare assensum, facultatemque a Leopoldo, Austriæ & Styriæ Duce; quæ sane erat præcipua ad novum Episcopatum in Styria decernendum conditio. Fata Episcopatus Seccoviensis. *Leopoldus autem peregre agebat in Palæstina, jam anno 1217. Christiana castra secutus contra Turcas. Igitur Theodora, Leopoldi uxor, mariti vices gerens, literas dat ad Honorium Pontificem, querelis plenas, de læso mariti jure: neque unquam novum in terris suis Episcopatum, inscio duce, induci, erigique potuisse: pertinere id ad publicas Provinciæ suæ functiones, quarum arbiter sit princeps &c. Quibus rationibus permotus Honorius Papa, videns institutionem Episcopatus laborasse defectu quopiam intimo: memor etiam, se petitioni Eberhardi annuisse hac sub clausula:* sine juris alieni præjudicio, *Epistolam dedit ad Archiepiscopum Nonis Maji, ejusdem anni 1219, cujus hoc fragmentum adfert Odoricus Raynaldus ad annum 1219.* Mandamus, quatenus diligenter corrigens per Temetipsum, quod in ejusdem ducis præjudicium attentasti, ejus jura non minus, sed conserves penitus illibata, & donec ipse, dante Domino, ad propria revertatur, nihil in præjudicium suum, vel terræ suæ, attentare præsumas; Mandatum nostrum taliter impleturus, quod propter hoc tibi durius scribere non cogamur: quia sibi illatam injuriam, imo Nobis in ipso, non possemus æquanimiter sustinere &c. *Oportebat itaque totam Episcopatus institutionem hærere in ancipiti, atque, itane pro acta, an pro infecta habenda sit? ex adventuri ducis voluntate depromi. Quod profecto ea ipsius Pontificis sententia palam facit, quantum publicæ Ecclesiarum causæ ex principum nutu, atque voluntate pendere debeant.* Anno 1219.

Eruditi quidam recisionem instituti Episcopatus, ab Honorio Papa, insistente Theodora, factam, audacter exsibilant ceu supposititiam; propterea quod in Tabulariis Salisburgensibus ne apex quidem superfit facti, jura Principum tantopere permulcentis: quod tamen si contigisset, utique altum reliquisset in scriniis Archiepiscopalibus sui vestigium, pro cautione posterorum. Mihi autem inanis hæc videtur exceptio. Quasi vero incuria documentorum, Salisburgi admissa, frustrari possit solertiam præstantissimorum custodum, qui Romæ in Vaticanis Tabulariis summa fide adservarunt ejusmodi monumenta; e quibus id, de quo agitur, in rem suam adscivit Raynaldus; quemadmodum & hodiedum plures Ecclesiæ in diversis provinciis chartas deperditas ex Romano locupletissimo promptuario restituunt.

Reverso autem Duce Leopoldo, hoc eodem anno 1219, cum nihil porro controversiæ actum sit; quin imo Carolus Episcopus libere perfunctus sit sua episcopali munere, ut intelligitur ex Actis Seccoviensibus Num. 40. & 43. *a Sigismundo Puschio editis, argumento est: Leopoldum & religionis & cleri alioqui amantissimum, faciles aures præbuisse Eberhardo, ac solidam ratamque illam institutionem habuisse, atque ita circa medium Octobris in Synodo hac non tam institutum fuisse, quam undequaque confirmatum Seccoviensem Episcopatum, suisque & prædiis, & privilegiis donatum.*

Nota.

De expungendo concilio anni 1239. *e Salisburgensibus: deque excommunicatione Eberhardi II. Archiepiscopi.*

De expungendo concilio, & excommunicatione Eberhardi.

Chronicon MS. Honorii, quod in Bibliotheca Cæsarea attinetur, hæc habet ad annum 1239: *Archiepiscopus Salzburgensis concilium Episcoporum: & Dux Bavariæ curiam communi consilio pro reformanda pace terræ apud Straubing indixerunt.* Idem habet alterum antiquum Chronicon ad annum 1240. apud Henricum Canisium in *Lect. Antiq. Tomo III. Parte II. pag.* 483. *Edit. Basnage*, & apud Hieronymum Pezium in *Scriptoribus Rerum Austriac. Tomo I. pag.* 356. Plures eruditi, veluti Hanssizius, horum Chronicorum fide, & verbis, ut in se sonant, inducti, perperam censuerunt, concilium ecclesiasticum intelligi, ab Eberhardo Archiepiscopo coactum; cum non nisi conventus fuerit Episcoporum æque ac Procerum, actus ad consultandum de pace publica, deque abigendis a Friderico II. Imperatore injuriis. Instituti nostri, dum conciliis Salisburgensibus proferendis damus operam, ratio deposcit, id ex historiarum luce eruere. Privavit Gregorius IX. Papa Fridericum II. Imperatorem communione catholica, eumque Imperio dejectum pronunciavit, solutis a sacramento populis. Alberto a Behaim, Decano Pataviensi, homini inconsiderato & ardentissimo, ad se accito, dedit ille Pontifex in mandatis, hanc ut condemnationis Bullam per omnem late Germaniam annunciaret: adstringeret Episcopos præsertim & monachos, ad ejurandam, quod Bulla præceperat, Imperatori fidem; eos, qui morem gerere, & desciscere noluerint, excommunicationis jaculo feriret. Nemo tamen Alberto Legato præbuit aures, contra Fridericum II, tantorum meritorum Principem, indignis modis a Pontifice habitum: nemo Vaticanas imprecationes cordi habuit: Eberhardus Archiepiscopus Bullam indignanter rejecit: Rudigerus, Pataviensis Episcopus nuncio, illam adferenti, pugnos impegit, atque in carcerem detrusit &c. plerique omnes respuerunt ausum Pontificium, Imperiali dignitati, totique Germaniæ tantopere insultantem. Hæc inter partium studia, & Alberti irrequietas machinationes Episcopi & Proceres conventum agunt Ratisbonæ: Eberhardus Archiepiscopus, Hirschpergensis regulus, Episcopi item Bambergensis, Aistettensis, Pataviensis, Frisingensis, Ratisbonensis, Brixinensis: orant hi per internuncios Ottonem Bavariæ Ducem, tum Landishuti agentem, ut & ille Ratisbonam accedens, anxios suis consiliis regat, quanam potissimum ratione labefactatæ patriæ tranquillitas rursum queat restitui. Annuit Otto postulatis, atque Ratisbonæ in conventu consedit. Hic vero Eberhardus Archiepiscopus gravissimum sermonem exorsus, Romanorum cœpit malas artes exponere, quibus illi aliorum omnium, sub pietatis larva, insidiantur fortunis ac dignitatibus, ut fastum suum & dominatum amplificent: longe eos esse a simplicitate Evangelii, cujus illis imposita est annunciatio, atque a Christi vestigiis alienos: nihil porro videri reliquum pro revehenda in terras patrias pace, quam in sua sese possessione mitti, ac præcipuum incentorem malorum omnium, Albertum de Behaim, Germanico solo expellere (*). Itaque finita oratione Senatus consultum editur, quo Albertus ille proscribitur e Germaniæ finibus ejiciendus. Quæ omnia Joannes Aventinus *Libro VII. Annalium Boicorum* fuse prosequitur. Quis jam in hoc conventu, ad vindicandam Imperii dignitatem coalito e Proceribus, atque Episcopis, etiam extra Salisburgensem Provinciam accitis, quis, inquam, in eo vel speciem Salisburgensis concilii reperiat, & non magis ea omnia ad publicorum negotiorum classem reponat? Neque enim de excommunicatione, ceu spirituali gladio aliter ibi actum est, quam ut ostenderetur illius abusus, & inde nata pacis perturbatio. Et profecto sæpius tum excommunicationes fuisse factas immoderato, & sine culpa, multorum fuit querimonia. Ulricus Archiepiscopus Salisburgensis, Præsul cæteroquin optimus, excommunicatus fuit, quod quatuor millia marcarum, quas Pontifici promiserat anno 1262, solvere non valeret &c. quod est contra Ecclesiæ institutum, quæ prudenter vetuit, ne inferretur hoc ultimum exterminium, nisi raro, & gravissimis de causis, idque post correctiones repetitas. *Concil. Aurelian. anni* 549. *Can.* 5. *& Trident. Sess. XXV. Cap.* 3. *de Reform.* Principes autem, totasque civitates nunquam Ecclesia subjecit huic censuræ, etsi obnoxii essent culpæ, ob quam privatis ea infertur, *Can. Quoties Causa I. Quæst. VII.*

(*) *Nihil prolixa hac exprobratione acerbius a quoquam dici Romano Magistratui possit. Nisi forte Archiepiscopi pientissimi zelum, tum exuberantem, Aventinus stylo, in ejusmodi rebus sibi proprio, ad immoderationem abduxit. Quem vide* Libro VII. Annalium Boicorum pag. 420.

VII. &c.; nolebat eos quippe magis exasperare, sed magis divino judicio censuit reservandos. Ambrosii Mediolanensis ausum, dum Theodosium Imperatorem cohibuit ab Ecclesiæ ingresso, plerique omnes Episcopi obstupuerunt, oeque unquam eo processisset Ambrosius, nisi ob cognitam Theodosii religionem, & ex ea proferendum rarum modestiæ exemplum. Abusus autem excommunicationum invexit earum contemptum; Fridericus II. Imperator in Epistola ad Eberhardum Archiepiscopum data, quæ adservatur in Archivo secretiori Salisburgensi, excommunicationem habuit pro injuria, ac parvi fecit, confisus in eo, qood S. Augustinus docet *Can.* 87. *Causa XI. Quæst. III*, in iojusta excommunicatione recidere culpam magis in eum, qoi eam intulit. Eberhardus Archiepiscopus Salisburgensis, magni nomiois, & trium Episcopatuum fundator, quod excommunicationis sententiam Imperatori denunciare nollet, excommunicatus est, pastorali tamen suo munere tranquille perfunctus; qua in excommunicatione obiit Frisaci anno 1246, ut ex chronico Serlingeri, Capellani Chiemensis, quod MS. attinetur in Bibliotheca S. Petri Salisborgi, attuli superius io *Præfatione Num. XXII* (*). Hujus excommunicationis causa corpus Eberhardi, sacra sepultura privatum, Rastadii adservabatur, usque ad tempora Rudulphi Archiepiscopi, qoi anno 1288. illud inde solenni pompa in Metropolitanam Salisburgensem intulit, ut præter Serlingerum etiam Hornekius, scriptor coævus, Chronicon Mellicense, Jordanus, Dükerus asseverant.

BURCHARDUS,

Archiepiscopus Salisburgensis XXIV.

Anno 1247.

Ab InnocentioIII. Papa Romæ, anno 1247. Eberhardi Archiepiscopi successor ordinatus, & consecratus est; sed antequam Salisburgum perveniret, eodem anno in itinere mortuus.

PHILIPPUS,

Archiepiscopus Salisburgensis XXV.

Anno 1246.

Hic mox post Eberhardi mortem anno 1246. a Canonicis & Ministerialibus Salisburgi Archiepiscopus eligitur; dum Papa, inscius rerum, quæ anno hoc 1246. Salisburgi in electione Philippi acta essent, Romæ anno subsequente 1247. Burchardum ordinavit. Philippi tamen electio a Papa deinde probata fuit post Burchardi mortem. Ast ille, nullo adhucdum sacro ordine insignitus, neque confirmationem, neque pallium unquam obtinuit, & maximis deinde cladibus Archiepiscopatum affecit.

ADMONITIO.

De Electione Canonica.

De canonica electione.

Episcopos a primis Ecclesiæ sæculis, & cleri, & populi votis, & acclamationibus electos fuisse, per omnem Ecclesiæ historiam reperitur. At sæculo XIII. Capitula Ecclesiarum, totius cleri diœcesani dignitatem referentia, bane sibi potestatem vindicarunt, Pontificiis etiam oraculis probatam; ita quippe Innocentius

(*) *Jacta hæc fulmina Pontificis in Eberhardum, Optimum Præsulem, non alienarunt fidelium suorum animos a Pastore. Et Sanctus Irenæus Lugdunensis olim retinuit sua in communione Episcopos Asiæ, etsi Victor Papa iis Episcopis dixerit anathema.* Euseb. Hist. Eccl. Lib. V. Cap. 24: *Neque Europæi Episcopi ideo aversati sunt Sanctum Cyprianum Carthaginensem propterea, quod Stephanus Papa eum absciderit sua a communione: anno* 833. *Gregorio IV. Papæ, excommunicationem paranti in Lotharii Imperatoris affeclas, rescripserunt Episcopi: non esse in Pontificis potestate excommunicare Diœcesanos exteros, invitis propriis illorum Episcopis, & ob ejuscemodi caussas: quod si contra præscriptum canonum id egerit Pontifex, suam eorum excommunicationem esse experturum.* Fleury Hist. Eccl. Lib. VII. num. 38. *Quo quidem facto non offenderunt illi Episcopi in Primatem Ecclesiæ; hic enim non loquitur nisi ut Doctor Catholicus e consensione omnium Episcoporum, quod hoc loco Gregorius IV. non egit.*

tius III. Papa ad Præpositum, & Capitulum Strigoniense Cap. IV. de Postulat. Prælat: *Vobis dedimus in mandatis, ut ad promovendum vobis pastorem idoneum per electionem canonicam, vel postulationem concordem (requisito Suffraganeorum assensu, si esset de antiqua & probata consuetudine requirendus) procedere curaretis; alioquin nos ipsi provideremus Ecclesiæ viduatæ.* Adeoque Philippum, canonica tum consuetudine a Capitulo electum, reprobare Pontifex non poterat; nondum enim Pontifices generali lege Episcoporum nominationes sibi vindicare cœperant; hoc quippe non nisi post Bonifacii VIII. Clementis V. & Joannis XXII. tempora firmatum est, & in Regula II. Cancellariæ præcipitur. Sed & Jus Patronatus substitui cœpit electionibus quibusdam, seu potestas præsentandi clericum pro beneficio. *Can.* 29. *& seqq. Caus. XVI. Quæst. VII. & Cap.* 5. *hoc. tit.* quæ potestas Patronis, seu fundatoribus Ecclesiarum collata fuit, ut benefactores allicerentur ad fundanda beneficia ecclesiastica, etsi per priora quinque Ecclesiæ sæcula hoc jus prorsus fuerit ignoratum.

CONCILIUM SALISBURGENSE XXI.

Anno 1249.

Anno Christi MCCXLIX. Innocentii IV. Papæ anno VI. Friderici II. Imperatoris anno XXXVII. convocatum jussu Pontificis Muldorfii, Bavariæ oppido, a Philippo, electo Archiepiscopo, præsentibus Frisingensi, Ratisbonensi, Seccoviensi & Chiemensi Episcopis, actumque, ut Otto Bavariæ Dux ad Pontificias partes flecteretur.

Itaque

I. Dux Bavariæ citatus tam per sententiam excommunicationis, quam gladio materiali ad Romanam Ecclesiam redire, & ei contra Dominum Fridericum (*Imperatorem*) adhærere, compelli debebat. *Chronographus Salisburgensis ad hunc annum, apud Canisium Lect. Antiq. Tomo III. Parte III. pag.* 483. *Edit. Basnage.*

II. Otto, Bavariæ Dux, ad concilium appulsus negavit se morem gerere postulatis: non enim suæ putavit esse in Cæsarem fidei, neque constantiæ, ab Imperatore, quem sibi amicum sumpserat, descíscere, & transire ad Wilhelmum Hollandum (*), cujus electionem nunquam probasset, neque ambivisset amicitiam: Enimvero prudenter non mutari veteres amicos, incerta spe, & ambiguis fortunæ eventibus: probe se meminisse, quantas calamitates fides, in priores Cæsares male culta, in Boicam invexisset: & certo Friderici potentiam, perinde atque majorum, esse hodieque formidandam.

Adelzreiter Annalium Boicorum Parte I. Lib. XXIV. Num. X. ex Aventino, qui paulo acerbius scripsit, Ottonem hæc Episcopis, in Concilio congregatis, imperasse: Ego, *inquit,* coactus ad Romanum Episcopum provocavi, jussuque Gregorii Pontificis Maximi armis mea tutatus sum. Hoc mortuo, Romanum Pon-

(*) Innocentius IV. Papa Legatos in Alemanniam destinavit, citavitque principes, ut eligerent in regem virum aliquem idoneum, & potentem, cujus præceptis protinus obsequentes elegerunt Comitem Guilhelmum de Holandia in regem, & futurum Imperatorem, virum utique probum, & exercitatum, & militibus decoratum. *Ex Chronico Monachi Paduani Libro II. apud Urstisium pag.* 593.

Pontificem Antichristum esse prædicastis: egoque, deserta primarii Sacerdotis secta ad Imperatorem defeci, vos suasistis, vobiscum pacem inii. Nunc rursus bellum vobis placet &c. *Aventinus L.bro VII. Annalium Boicorum pag.* 688. *Anno* 1249.

III. Patres concilii, actum se videntes cum Ottone agere, pro mutando consilio inducias eidem dederunt usque ad Calend. Majas, atque finem concilio imposuerunt.

Concilii acta subinde ad Innocentium IV. Papam remissa fuerunt, qui inducias Ottoni datas ad usque festum Assumptionis B. V. Mariæ extendit; ac rescripsit, non quidem Philippo, Salisburgensi Archiepiscopo; nam is confirmationem suæ electionis nondum obtinuerat, sed Alberto Ratisbonensi Episcopo, hanc Epistolam: Cum Tibi dicamur nostris dedisse literis in mandatis, ut Ducem Bavariæ, nisi a Te monitus infra festum Assumptionis Beatæ Mariæ, proximo præteritum, rediret ad ecclesiasticam unitatem, gratiis & indulgentiis sibi a felicis recordationis G. Papa, prædecessore nostro, concessis, auctoritate nostra privares, licet idem Dux post monitionem tuam, quod contra Ecclesiam in nullo processerat, proprio juramento firmarit, ac se promiserit per juramentum hujusmodi processurum nullatenus contra eam; ipse tamen, sicut accepimus, juramenti religione contempta, prioribus pejora committens, & F. quondam Imperatoris, persecutoris Ecclesiæ, in partibus Austriæ gerens vicem, ipsi Ecclesiæ, ac eam adjuvantibus, plurimum adversatur. Ideoque fraternitati Tuæ per Apostolica scripta, in virtute obedientiæ, districte præcipiendo mandamus, quatenus, si ita est, eundem Ducem auctoritate nostra privatum esse denuncians gratiis & indulgentiis supradictis, in ipsum, & in sua pravitate adhærentes, eidem excommunicationis, & in terram ejus interdicti sententias non differas promulgare, eas tamdiu singulis diebus dominicis & festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis, per civitatem & diœcesim tuam, solenniter publices, & facias publicari, donec vexatione intellectum suo auditui tribuente, ad unitatem ecclesiasticam revertatur, & contra prædictum F. tanquam adversarium fidei, & libertatis ecclesiasticæ subversorem, recipiens signum crucis, Ecclesiis, monasteriis, & aliis piis locis, ac clericis earundem civitatis & diœcesis, injuste ablata restituat, & de damnis & injuriis irrogatis satisfactionem competentem exhibeat, ut tenetur. Ad hæc volumus, & Tibi auctoritate præsentium districte injungimus, ut contra ipsum Ducem, tanquam adversus Ecclesiæ adversarium manifestum, in dictis civitate & diœcesi, verbum crucis prædices, & facias prædicari illis, qui crucis assumpto signaculo processerint contra eum, in hujusmodi nequitia persistentem, suorum peccatorum veniam concedendo, quæ transeuntibus in Terræ Sanctæ subsidium, in generali concilio est concessa. Datum Lugduni VIII. Idus Februarii Anno sexto. *Apud Baluzium Miscellaneorum. Tomo VII. pag.* 456.

ADMONITIO.

De auctoritate Papæ in regum personas.

De auctoritate Papæ in regum personas.

Pro temporum illorum labe senserunt plures eruditi, ac præsertim Curialistæ Romani impensius propugnaverunt: Romano Pontifici jus esse in Imperatorum & Regum personas, dignitatemque; quam sententiam Romani Pontifices secuti, multos principes, jussibus suis minus obedientes, Imperio privaverunt, & a jurata eis fide absolverunt populos, ac bonorum quorumque temporalium partiendorum jura sibi arrogarunt. Videbatur quippe eis præcipuæ utilitatis in Christiana societate, si principes, & qui magistratum gerunt in Republica, salutari hoc metu continerentur in christianis officiis. Ipsorum Imperatorum quidam, hac temporum obscuritate abrepti, censuerunt, sortem suam dependere ab Ecclesiæ arbitrio: Ludovicus Bavarus Imperator a Joanne XXII. & Benedicto XII. Pontificibus Imperio dejectus, amare quidem questus est, haberi se iniquius a Pontificibus, attamen ad generalis Concilii judicium, quod causam suam decideret, provocavit; ut habet Odoricus Raynaldus in Annalibus Ecclesiasticis ad annum 1336. Alii autem sapientes rectius dispexerant utriusque & civilis & ecclesiasticæ potestatis limites, neque unquam regum fortunas sacerdotio subjectas esse voluerunt; quod Christus diserte in Evangelio expresserit, regnum suum non esse de hoc mundo. Inde est, quod

quod Clerus Gallicanus in solenni Conventu anni 1682, 19 Martii, quatuor celebres propositiones ediderit, quarum prima est: Beato Petro, ejusque successoribus, Christi Vicariis, ipsique Ecclesiæ rerum spiritualium, & ad æternam salutem pertinentium, non autem civilium ac temporalium, a Deo traditam potestatem, dicente Domino: *Regnum meum non est de hoc mundo;* & iterum: *Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo;* ac proinde stare Apostolicum illud: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt. Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Reges ergo & Principes, in temporalibus, nulli Ecclesiasticæ potestati Dei ordinatione subjici, neque auctoritate clavium Ecclesiæ, directe vel indirecte deponi, aut illorum subditos eximi a fide atque obedientia, ac præstito fidelitatis sacramento solvi posse: eamque sententiam publicæ tranquillitati necessariam, nec minus Ecclesiæ quam Imperio utilem, ut Verbo Dei, Patrum traditioni, & Sanctorum exemplis consonam, omnino retinendam. *Quæ sententia adeo ubivis hodie percrebuit, ut nec Pontificum, nec doctorum pene ullus sit, qui indecora priorum temporum exempla defendere aut excusare ausit.*

Epistola Innocentii IV. Papæ, mox data, dirissimis consecutionibus aperuit viam, quas Hundius in Metropoli Salisburgensi recenset ex Aventino Libro VII. Annalium Boicorum pag. 689. Nam, *ait*, Albertus Reginoburgensis Pontifex, cives urbis locupletes quinque & quadraginta, quod rebus Imperatoris studere non desisterent, fraude cepit, catenaque vinctos ad Stauff deduxit. Conradus Cæsar, & Otto regulus Bojorum, atque Rheni moderator, Alberti atque ministrorum ejus prædia vastant, diripiunt: Albertum captivos reddere, imperata facere cogunt, ejus socios strage male mulctant, Reginoburgium cum copiis intrant. Cæsar more majorum in æde D. Haimerani hospitio receptus est, atque dum V. Calend. Januarii cubitum isset, nocte intempesta, Albertus, qui se episcopum faciebat, Conradus ab Hohenfels, clam in cubiculum admissi, cum ante explorassent, non plures quam tres in eodem conclavi cæsareo quiescere, stertentes, vino somnoque obrutos, tenebris adoriuntur, duobus occisis, tribus in vincula conjectis, arbitrantes Conradum cæsum esse, abeunt, Wilpeckium Suevum, sextum casu obvium, interficiunt. At Cæsar sub scamnum prorepserat, ibique delitescens evasit. Deinde episcopum, percussores, Ulricum Monachorum præsulem, socios, hostes Reipublicæ judicat, parricidii condemnat, proscribit: opes, prædia D. Haimerani publicat. Verum monachi, qui hujusce conscii non erant, pacem a Cæsare centum libris, ab aulicis quinquaginta mercantur. Conradusque accepta mulcta, edictum & tabulam proscriptionis rescindit, & ut aliquo piaculo cædes innocentium manifesta expiaretur, jubet ædificium dirui, ne cruore suorum parietes aspersi appareant, ædiculam ibi a fundamentis exstrui Deiparæ Virgini, Divo Nicolao dedicare præcipit, ubi quotidie sacerdos monachus perlitaret, atque manes, ob pietatem pro principe crudeliter cæsorum, placaret. Omnia polliciti sunt monachi, testesque in re præsenti fuere, Otto Dux Bojus, Palatii Rhenani procurator, Ludovicus filius ejus, Otto Hochburgensis limitis, Hainricus Burgionum præfectus, Ludovicus major, Comes ab Oettingen, Gotfridus Comes ab Hohenlohe, cives Reginoburgenses, factum anno Christianæ Salutis MCCLI. mense Januario. Extat Conradi Diploma, quod ob clementiæ exemplum D. Maximilianus septimo abhinc, dum hæc proderem, anno, secum detulit Oenobrigam, aliud novum exemplar, ex veteri ad verbum exceptum, suo diplomate signatum, monachis reddidit. Cæsi in medio templo D. Haimerani humati ostenduntur. Ulricus dignitate movetur, Albertus capite diminuto in monachorum ordinem redigitur, Conradus (*ab Hohenfels*) princeps conjurationis, fulmine de cœlo tactus, sub dio equitans, interiit, reliqui conscii in Bojohemiam aufugere. *Hæc Aventinus.*

Philippus autem ille electus Archiepiscopus, profani pugnacisque ingenii vir, cum nil nisi bella, calamitatesque inferret vicinis, & Styris, & Tyrolensibus, quorundam principum fretus auxilio; neque etiam vellet unquam sacris initiari, omnium a sese ordinum alienovit mentes, & Papa assentiente, Salisburgenses novum elegerunt Archiepiscopum Ulricum anno 1256.

ULRI-

ULRICUS,

Archiepiscopus Salisburgensis XXVI.

Anno 1256.

Contra hunc Ulricum, ex Seccoviensi Episcopo electum Archiepiscopum, Philippus, desperatione & insania correptus, armis palam sæpe decertavit, ferro & flamma grassatus per omnem provinciam Salisburgensem, & ne Vaticanas quidem imprecationes cordi habuit. Hac in Ecclesiæ Salisburgensis intemperie, & præsulum tumultu, fœdatos vehementer populi clericorumque mores Alexander IV. Papa revocare conatus est ad frugem meliorem, data anno 1259. *ad Ulricum, cæterosque prælatos epistola, quam refert Henricus Stero in Annalibus ad annum* 1260. *apud Henricum Canisium Lectionum Antiquar. Tomo IV. pag.* 139. *Edit. Basnage.*

Pro disciplinæ Ecclesiasticæ restauratione. Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei venerabilibus fratribus, Archiepiscopo Salisburgensi, ejusque Suffraganeis, nec non & dilectis filiis Abbatibus, aliisque Ecclesiarum Prælatis, ordinariam in subditos obtinentibus potestatem, per Salzburgensem Provinciam constitutis, tam exemptis, quam non exemptis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Si vere, quod dicitur, pastores ovium Christi sumus, non impavide ferre possumus terribiliter intonantia nostris sensibus contra pastoralis curæ negligentiam sacrarum oracula scripturarum, quæ detrimenta dominici gregis in præsidentium desidiam torquentes, minaciter inclamant, percuntium sanguinem de Præpositorum manibus exigendum. Quis nostrum non contremiscat, & paveat, dicente ad pastores gregis sui Domino per prophetam: Dispersistis gregem meum, ejecistis, & non visitastis eos: ecce! ego visitabo super vos vestrorum malitiam studiorum? Pavet utique ad hos increpationis, interminationisque divinæ sermones idem ipse propheta, dum dicit: A facie Domini, & a facie sanctorum verborum ejus conturbatum est cor meum, in medio mei contremuerunt omnia ossa mea. O formidolosa speculatorum, quos populo dispensatio divina præposuit, & periculosa conditio, si perfunctorie res agatur, si eo modo in solicitudine commissa non militent, quo summus præcipit Imperator; si sibi & universo gregi, cui eos Deus custodes & Episcopos constituit, non attendant. His præcipue horrendum erit illud humanorum operum finale judicium, omnibus in commune tremendum, in quo etsi unusquisque de proprii corporis actionibus districto sit subjiciendus examini, ut recipiat prout gessit; nobis tamen, quibus Papalis cura commissa est, non sufficiet propria innocentia sine cumulo justitiæ subditorum; quando negligentis ministri pigritiam per consequens austerus injunctæ servitutis exactor delicta plebis impinget reatui Prælatorum. Si enim, qui de unico talento sibi eredito satis fœnoris non reportabit augmentum, tanquam inutilis servus & piger justæ damnationis periculum sustinebit; quam durum putatis judicium fiet illi, qui commissum sibi pluralem numerum viventium talentorum non solum integrum neglexerit reddere creditori, verum etiam in illa districtione probabitur damnum Domino suo in bonis, quæ ab ipso multiplicanda susceperat, intulisse? Propterea fratres, & filii, qui fasces Pontificalis officii, & Ecclesiastici ministerii subeundo, defixistis pro animabus creditis apud extraneum manus vestras, festinate quæsumus, liberari ab illo, qui supremus est actor & judex, nullum nobis de allegationis nitore præsidium relicturus. Discurrite, nec cessetis, ne fiant animæ vestræ pro illis, quos in custodiam sub tanto vadimonio suscepistis. Excitet vos summi Pastoris amor, qui nos pascendis rationalibus ovibus dedicavit. Exterreat corda vestra, & corporis somnum depellat ob oculis metus periculi, eis procul dubio, qui supra greges suos vigiles non observant excubias, imminentis. Sed ecce! lethalis incoriæ sopor pastoralis vitæ vigilantiam, quam gementes dicimus, oppressisse videtur in plurimis, prout testatur nimia de plerisque regionibus clamans Christiani populi corruptela, quæ, cum deberet ex sacerdotalis antidoti curari medelis, invalescit proh dolor! ex malorum contagione, quod procedit a clero, ita ut alicubi verum sit, quod prophetica querela testatur: factus est, inquiens, sicut populus, sic sacerdos. Malitiam namque dierum labentium, quæ cum tempore corrupit & mores, dante quam plurimis ex imponitate audaciæ semper in deteriora proclivem infrænis licentiæ libertatem, nonnulli clerici præcipiti lubricæ voluptatis arbitrio laxas committentes habenas, post carnis suæ concupiscentias abierunt, & relegata pæne penitus a conversatione vitæ suæ clericalis munditiæ honestate, tenent etiam in conspectu populi concubinas, cum quibus impudicæ frontis irreverentiam inducentes, fœdas manus & fœtidas, quas sordidis libidinosæ coinquinationis fœtibus immiserunt, non erubescunt in suum periculum, & ruinam populi sacris ministeriis immiscere; a quibus ob publici

concu-

concubinatus insaniam, quæ nulla tergiversatione sceleris vel secundum scita canonum tam quo ad se quam ad alios sunt suspensi, & ne quis talium Missam audire præsumat, arctius in eorum contemptum Canonicæ auctoritatis constitutio interdicit. Per tales maxime nomen Domini blasphematur in terris: per tales derogatur sacramentis fidei orthodoxæ, cum vasa Domini pollutis eorum manibus profanantur. Per tales ergo perdit religionem Cathol. devotio reverentiæ Christianæ: per tales decipitur populus in divinis, & Ecclesiastica substantia dissipatur. Hinc detrahitur Verbo Dei, dum immundis labiis talium nunciatur: hinc hæretici mussitant & insultant: hinc tyranni sæviunt: hinc perfidi persequuntur: hinc grassantur audacius in Christi matrimonio sacrilegi exactores, a quibus, proh pudor! ob hujusmodi carnes putridas, quas disciplinalis mucro non resecat, sicut decet, sincerum catholicæ matris corpus in ostentum ducitur & contemptum. Profecto Patres, qui hujusmodi filios sub dissimulationis conniventia fovent impune, etiamsi cum Heli sacerdote sunt boni, forsitan in seipsos merito pro consimilis negligentiæ malo, repentina Patris interitus ruina dejiceret de sella retrorsum. Ecclesiæ quoque principes, qui zelo Phynees ardenter non feruntur in tales, sine causa videntur portare gladium potestatis, quem ad vindictam malorum, laudem vero bonorum desuper acceperunt. Nos igitur cupientes tantum malum de medio Ecclesiæ, tantumque scandalum ab oculis fidelium removere, universitatem vestram rogamus, monemus & hortamur, auctoritate nobis concessa per Apostolica scripta, in virtute obedientiæ injungentes, ac vos singulos sub obtestatione tam judicii singularis, quo quisque citatur ad Dominum de corpore mortis hujus, quam judicii generalis, in quo universi stabimus ante tribunal æterni judicis, obsecrantes, quatenus in vobismetipsis curetis ostendere, quam pie ad Dominum, quam sancte ad seipsos, quam juste ad proximos oporteat cæteros in Ecclesia Dei conversari. Totius namque familiæ status, & ordo vacillat, si, quod requiratur in membris, in eorum capite non habetur, & in ejus ore adversus peccantes necesse est redargutionibus objurgatio conticescat, quem admittere cognoscitur arguenda. Qua enim fronte fieri quis poterit morbi curator, dum languore consimili detinetur, aut sectator virtutum, dum sectator ostenditur vitiorum? Ad inquirendos aut ad puniendos subditorum vestrorum excessus, & maxime incontinentiæ fœditates in clericis, præsertim concubinariis manifestis, qui odorem fœtere faciunt Domus Dei, tanto ferventius assurgatis, quanto damnabilius præteritis eorum contagia incorrecta. Verum ut adversus concubinarios hujusmodi officii nostri debitum tam auctoritate nostra, quam vestra liberius exequi valeatis, nos prædecessorum nostrorum attendentes vestigia, & plenius exprimentes, super hoc processus vestros per appellationis objectum nolumus aliquatenus impediri. Si vero hujusmodi concubinarii, quorum culpas contigerit canonica districtione feriri, super appellatione, aut absolutione, vel restitutione sua literas Apostolicas reportarint, illas, nisi forsitan in eis appellationis, aut excommunicationis, seu amotionis suæ hujusmodi causam expresserint manifeste, decernimus nullius esse momenti; sed eis, vel processibus per eas habitis nequaquam obstantibus, censura vestræ animadversionis in tales inviolabilem obtineat firmitatem. Preces autem, monita, mandata & præcepta nostra super his taliter implere curetis, quibus conversationis honestas in clero, & devotionis antiquæ sinceritas in populo per solicitudinis vestræ diligentiam reformentur. Cumque Princeps Pastorum advenerit, ab unoquoque nostrum fructum injuncti negocii quæsiturus, coram ipso appareatis intrepidi, & dignam sibi possitis villicationis vestræ reddere rationem. Volumus autem, atque præcipimus, ut Tu frater Archiepiscope Suffraganeis tuis, & aliis Prælatis tuæ Provinciæ has literas sine moræ dispendio facias præsentari, ut super præmissis præceptum nostrum exacta diligentia exequantur. Datum Idus Februarii Pontificatus nostri anno V. *id est Christi* 1259.

Hanc Epistolam Odoricus Raynaldus ad annum 1259. *Num.* 28. *non tam Archiepiscopo Salisburgensi, quam generali complexu omnibus Ecclesiarum Præsulibus pro morum emendatione impetranda fuisse perscriptam existimat.*

Ipse vero Ulricus Archiepiscopus, Pastor optimus, adversarum rerum procella fractus, maxime quod illa quatuor millia marcarum argenti, Papæ promissa, solvere non valeret, ideoque a Legato Pontificio, Thoma, Episcopo Squillacensi, Salisburgi, sententia anathematis & exauctorationis esset perculsus, atque in Bavaria exul degeret, sponte sua datis ad Papam literis renunciationis, Archiepiscopatum abdicavit, sanctiori quiete perfruiturus.

VLA-

VLADISLAUS,

Anno 1265. *Archiepiscopus Salisburgensis XXVII.*

Maximis virtutibus conspicuus Præsul; sacris tamen ordinibus, cum e Præposito Wisschradensi eligeretur Archiepiscopus, nondum insignitus.

CONCILIUM

Anno 1267. **SALISBURGENSE XXII.**

Anno Christi MCCLXVII, Clementis IV. Papæ anno III. perdurante magno XVII annorum in Germania interregno, Richardo regis Angliæ fratre, & Alphonso Sapiente, Castellæ rege, duobus æmulis, pro Germaniæ sceptro pugnantibus, convocatum Viennæ, civitate Salisburgensis Provinciæ, a Guidone Tit. S. Laurentii in Lucina Presbytero Cardinale, & Apostolicæ Sedis Legato, VI. Id. Maji, ad Ecclesiæ disciplinam instaurandam (*).

Cui interfuerunt Joannes Pragensis, Petrus Pataviensis, Bruno Brixinensis, Chunradus Frisingensis, Leo Ratisponensis, Amalricus Lavantinensis, Episcopi, & alii quam plures de ipsis diœcesibus Prælati, Archidiaconi & Diaconi. *Henricus Stero in Annalibus ad hunc annum, apud Canisium Lectionum Antiquar. Tomo IV. pag.* 198. *Edit. Basnage.*

Non aderat in hoc concilio Vladislaus, electus Archiepiscopus, quod necdum confirmatus esset, ita necdum sacris ordinibus initiatus.

TITULI CAPITULORUM.

I. De vita & honestate Clericorum.
II. De modo visitandi.
III. De castitate clericorum.
IV. De violentiis, quæ inferuntur rebus Ecclesiasticis.
V. De læsione ecclesiasticarum personarum.
VI. De his, qui habent plura beneficia.
VII. De decimis, contra laicos.
VIII. De usurariis.
IX. De correctione, & contumacia clericorum.
X. De rapina defunctorum clericorum.
XI. De beneficiorum susceptione.
XII. De personali residentia curatorum.
XIII. De visitatione nigrorum monachorum.
XIV. Ne Abbates consecrent calices.
XV. De habitu Judæorum.
XVI. De mancipiis Judæorum.
XVII. De coitu Judæi cum christiana.
XVIII. De conviviis eorundem.
XIX. De synagogis Judæorum.

Frater

(*) *In primitiva Ecclesia quemadmodum Episcopus quisque propriam diœcesim moderatus est, ita &, si Provinciale concilium plurium Episcoporum cogi oportuit, Metropolita juxta leges canonicas illi præsidebat. Invalescentibus autem Isidori falsis Decretalibus, quæ universalem in omnes Episcopos, & Diœceses jurisdictionem tribuerunt Romano Pontifici, missi fuerunt Legati Pontificii in exteras Provincias, qui concilia aut convocarent, aut iis præsiderent, & auctoritate Pontificis ea rata haberent, ut & in hoc concilio factum est. Verum Nationi Germanicæ displicuit hæc disciplinæ immutatio, quæ antiquis usibus volens insistere anno* 1447. *decrevit, Concordatumque cum Romana Curia init:* Die Provincial Concilien sollen gehalten werden, wie die Canonen der alten Kirche solches verordnen: Der Metropolit soll dieselben zusammen beruffen; er soll darin den Vorsiz haben, und daß directorium führen. An dieselben sollen die Abberufungen von den ergangenen Urtheilen der Bischöfe und Metropoliten gebracht werden, und die Urtheile der Provinzial Synoden sollen ihre völlige Rechts-Krafft haben &c. Horix Concord. Germ. Tom. II. pag. 56.

Concil. Nicæn. Can. IV. & VI.

Anno 1267. Frater Guido, Miseratione Divina, Tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus.

Ad perpetuam rei memoriam.

Postquam Deus formavit hominem, ad imaginem & similitudinem suam, & in ætate virili cum ipso etiam jus naturale produxit. Juris enim naturalis origo a creaturæ rationalis simul cœpit exordio: quod quidem ad disponendum omnem mundi nascentis, & temporis motum sufficeret, si non sibi mortem, quam Deus non fecit, rationalis creatura propriis manibus & pedibus quæsivisset. Hæc juris instituta primævi protinus justitia positiva ab eodem regulariter auctore procedens, qui sub mortis interminatione morsum pomi noxialis prohibuit; qua prohibitione contempta, certa maledictionis sententia prodiit ab auctore; ut non solum ultio ferretur in auctores scelerum, verum etiam in progeniem damnatorum. Ex hinc usu hominum exigente, & rerum dominio introducto, quod juris regula nesciebat, ex humanis necessitatibus quædam sibi homines jura condiderunt. Traditæ sunt a Domino per Moysen justitiæ leges, cujus singulis pæne syllabis Christus includitur. Deinde Prophetæ subsequuntur, & reges, qui Christi præconia evidentiori sermone describunt; donec temporis plenitudine veniente, impleta veritate, figurisque cessantibus, Rex noster in æternum jura mansura disposuit. Datæ sunt enim Petro claves perpetuæ, a quo totius juris ecclesiastici pulchritudo manavit, quæ ad singulas Provincias, ob vindictam in nationibus, & increpationes in populis faciendas, nunc per Summorum Pontificum, nunc per Sedis Apostolicæ Legatos statuta, tanquam per quosdam rivulos derivatur, ut, hominum quotidie crescente malitia, & effrænata cupiditate, quæ nova litigia generare non cessant, sub districtione jurium coarctatis, discant honeste vivere, alterum non lædere, jus suum unicuique tribuere. Hinc est, quod Dominus noster Clemens Papa IV. ad Salzburgensem Provinciam, & civitatem & diœcesim Pragensem cum plenæ legationis officio nos duxerit transmittendos, officii nostri debitum libenter exequimur, evellendo videlicet evellenda, plantando plantanda, recta regendo, & dirigendo salubriter indirecta.

Capitula.

I.

De vita & honestate Clericorum.

Verum, quantum expedit ad profectum & robur fidei Christianæ, ut Sacramenta Ecclesiæ, in quibus, tanquam in vasis medicinalibus, populus devotus & humilis antidotum gratiæ recipere consuevit, in honore & reverentia ab omnibus habeantur: cum ea plerumque contingat effici vilia, propter vilem & abominabilem ministrorum Ecclesiæ conversationem; universis ecclesiasticis personis Provinciæ Salzburgensis, & civitatis & diœcesis Pragensis præcipimus, ut in victu, gestu, & aliis operibus ac circumstantiis status sui, sic honeste se habeant & decenter, ne propter ipsos nomen ecclesiasticum inter laicos blasphemetur, eisdem districte inhibentes, ne de Patrimonio crucifixi inimicos se faciant crucis Christi; sicut illi, quorum Deus venter est, qui terrena sapiunt, non divina: in conviviis suis modestiam, & mediocritatem observent, superfluitatem indebitam resecantes, & ebrietatem omnium vitiorum fomitem & nutricem devitent.

II.

II.

De modo visitandi.

Prælati vero a gravaminibus suorum abstineant subditorum; & maxime cum ecclesias visitant, moderentur expensas, coerceant evectionum numerum, prout in generali concilio extitit definitum.

III.

De castitate clericorum.

Præsentis igitur concilii approbatione præcipimus, ut clerici continenter & caste vivere studeant; quatenus puro corde & mundo ore Deo possint in officio ecclesiastico ministrare. Si qui vero de cætero deprehensi fuerint detinere publice concubinas, nisi infra mensem se ab eis, & ab eorum consortio separaverint; ita quod in domibus ipsorum aut propriis aut aliis quibuscunque non cohabitent, nec ad illas accedant: ex tunc enim beneficio ecclesiastico sint privati, ut per eos, ad quos beneficiorum prædictorum spectat collatio, personis idoneis conferantur.

IV.

Contra Laicos.

Item cum in plerisque locis, quorundam iniquitas invaluerit, quod in rebus Ecclesiæ furtum reputatur sagacitas, rapina probitas, & violentia fortitudo; synodali judicio definimus: ut qui bona Ecclesiarum scienter detinent occupata, nisi infra instans festum S. Joannis Baptistæ restituerint competenter; ex tunc introitum Ecclesiæ sibi noverint interdictum, nec ab episcopis, aut aliis Ecclesiarum Prælatis, ad communionem Dominici Corporis & Sanguinis admittantur. Qui vero obstinata mente, dum vixerint, satisfacere non curaverint, nullus clericus sæcularis, vel regularis sepulturæ ipsorum interesse præsumat; adjicientes: ut singulis annis in synodo, illi, qui clericos rapiunt, verberant, vel occidunt, vel manus in ipsos violentas injiciunt, excommunicati denuncientur, & nominatim hi, de quibus constiterit manifeste.

V.

De læsione clericorum.

Quicunque vero personam ecclesiasticam enormiter vulneraverit, mutilaverit vel occiderit, vel captivaverit, non nisi per Sedem Apostolicam absolvatur: & ipso facto, si quid tenebat ab Ecclesia, illud perdat, & in utilitatem Ecclesiæ convertatur; adjicientes: Cathedralis Ecclesiæ, vel in dignitate ecclesiastica constitutum, si capi contigerit, vel captum detineri, usque ad liberationem ipsius, & exhibitionem debitæ satisfactionis, cessetur generaliter a divinis, firmiter in illa Parochia, in qua res clericis violenter ablatas, vel clericos ipsos capi vel detineri contigerit, usque ad restitutionem & satisfactionem congruam, cessetur a divinis.

VI.

De detentoribus plurium personatuum, vel dignitatum, seu beneficiorum.

Item cum detentores plurium personatuum vel dignitatum, seu beneficiorum cum cura, sine dispensatione, sint sacrorum canonum transgressores, & fructus talium beneficiorum percipiendo, furtum com-

Anno 1267. committere dignoſcantur, decreto præſenti ſtatuimus; ut omnes, qui hujusmodi dignitatum, perſonatuum ſeu beneficiorum cum cura, pluralitatem detinent, illi, qui ſunt per Provinciam Salzburgenſem, niſi per hoc ſecum diſpenſatum fuiſſe, coram venerabili Patre, Dei gratia, electo Salzburgenſi, infra inſtans feſtum Beati Joannis Bapt. doceant manifeſte; per illos, ad quos dictorum beneficiorum collatio pertinet, perſonis idoneis conferantur, & ex tunc ultimo beneficio recepto ſint contenti; ſi vero utrumque retinere contenderint, ipſos nos, & primis & ultimis decrevimus ex tunc eſſe privandos.

VII.

De Decimis contra laicos.

Item cum Levitis, ſeu eccleſiaſticis perſonis jure divino decimæ debeantur; dolentes referimus, quod quorundam laicorum cupiditas, jus hujusmodi, quod ſibi Dominus in ſignum generalis dominii retinuit, nituntur abolere, & pro ſua voluntate de his, quæ ad eos non pertinent, ordinare, imo deordinare præſumunt, quaſi a ſe divini ſervitii velint jugum excutere, quod in baptismate ſunt profeſſi. Hujus igitur approbatione concilii, diſtincte præcipimus, ut, juxta laudabilem conſuetudinem Patriæ, decimæ tam antiquæ, quam etiam de novalibus, majores & minutæ, plenarie perſolvantur: nec liceat alicui laico nobili ſibi decimas, maxime de novalibus, & minutis uſurpare; alioquin, ſi contra fecerit, ſe ab ingreſſu Eccleſiæ, usque ad ſatisfactionem indignam, ſe noverit eſſe ſuspenſum.

VIII.

De uſura contra laicos & clericos.

Item dolentes referimus, quod quidam ſalutis ſuæ immemores, & prodigi famæ ſuæ, per Provinciam Salzburgenſem conſtituti, tam clerici, quam laici, uſuras expoſcere, & uſurarios contractus exercere præſumunt: ad quorum cupiditatem ſalubriter reformandam ſtatuimus: quod ipſi ſuper exceſſibus in hoc ſacro concilio præmoniti, a talibus abſtineant, alioquin nos ipſos excommunicamus, & ter in anno, videlicet: *in Cœna Domini, in Aſſumptione Beatæ Virginis, & in Nativitate Domini* præcipimus per plebanos, & majores ſuos, in locis ſuis excommunicatos publice nunciari. Clerici vero beneficiati, qui per tempus trium menſium ſententiam excommunicationis ſuſtinere præſumpſerint animo indurato, per diœceſanos ſuos ſuis beneficiis ſpolientur, ſalvis aliis pœnis contra uſurarios editis ſecundum canonicas ſanctiones.

IX.

De correctione & contumatia clericorum; item de collatione beneficiorum.

Item ordinamus, & ſtatuimus, ut clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ, tam ſæculares, quam regulares, Prælatorum ſuorum correctiones legitimas cum debita humilitate ſuſcipiant: & ſi qui ex eis, ex hac occaſione, contra ſuos correctores, auxilium brachii ſæcularis invocaverint, vel potentum preces armatas impetraverint, vel impetratis uti præſumpſerint, a ſuis beneficiis deponantur. Ipſis quoque Prælatis diſtricte inhibemus: ne pueris minoris ætatis, videlicet XVIII. annorum, dignitates, perſonatus, ſeu beneficia, curam animarum habentia, conferre præſumant, vel ad ipſa recipere præſentatos,

tatos, nisi cum eis super hoc a Sede Apostolica, vel Legatis ejusdem, extiterit dispensatum. *Anno 1267.*

X.

De rapina defunctorum clericorum.

Item ad aures nostras per clamosam insinuationem multorum devenit, quod Patroni Ecclesiarum, tam clerici, quam laici, Advocati & judices, bona decedentium clericorum occupant, & usurpant, volentes sibi ab intestato succedere, pro suæ voluntatis arbitrio, non judicio rationis; quare provide duximus statuendum, ut Patroni Ecclesiarum, & alii supradicti, a talibus de cætero abstineant, & nisi abstinere voluerint, quousque sic ablata restituant, excommunicationis vinculo innodentur.

XI.

Ne Clericus recipiat a Laico beneficium.

Item districte inhibemus, ne aliquis clericus Ecclesiam Parochialem a laico Patrono recipere audeat, nisi ab Episcopo, vel Archi-Diacono fuerit institutus; alioquin ab officio, & beneficio abstineat, & se noverit esse suspensum. Et laicus, qui auctoritate propria instituere præsumpserit, ipso facto, jure Patronatus cadat; adjicientes: quod nullus Patronus clericus, vel laicus dotem Ecclesiæ, in qua jus obtinet Patronatus, alienare præsumat; quod si contra fecerit, ipso facto jure cadat Patronatus, & res alienata ad jus, & proprietatem Ecclesiæ restituatur.

XII.

De Residentia Plebanorum.

Item ordinamus atque statuimus: ut Prælati, & Clerici, curam animarum habentes, in suis Ecclesiis corporaliter resideant, & ad hoc a suis Episcopis per subtractionem fructuum compellantur, nisi causa legitima se potuerint excusare.

XIII.

De Religiosis.

Item cum clamosa insinuatio nostrum percusserit animum, & auditum, Abbates & monachos ordinis S. Benedicti, in quam plurimis locis, ab observatione sanctæ regulæ temere recedentes, vitam nimis dissolutam ducere, in suarum periculum animarum, & scandalum plurimorum; volentes igitur, ut contra hujusmodi corruptelam salubre remedium opponatur, universis Episcopis *Salzburgensis Provinciæ*, & *Episcopo Pragensi* districte præcipimus, ut quilibet ipsorum intra dimidium annum, assumptis secum duobus Abbatibus Cistercienfis ordinis, omnia claustra nigrorum Monachorum, suæ diœcesis visitent, corrigant, & emendent, tam in capite, quam in membris, istis tantum exceptis, qui Romanæ Ecclesiæ nullo medio subesse noscuntur, quos per nos, vel per alios deputandos, specialiter intendimus visitare.

XIV.

Ne Abbates consecrent calices.

Prohibemus autem Abbatibus, ne calices vel patenas, vel sacras vestes benedicere, vel consecrare, vel alia Episcopalia præsumant officia

Anno 1267. officia exercere; nisi super hoc, a Sede Apostolica, privilegium habuerint speciale.

XV.

De habitu Judæorum.

Item cum in tantum insolentiæ Judæorum excreverint, ut per eos in quam pluribus Christianis jam dicatur infici puritas Catholicæ sanctitatis; nos, non tam nova cudentes, quam summorum Pontificum statuta vetera renovantes, præcipimus: quod Judæi discerni debent in habitu a Christianis. Cornutum pileum, quem quidem in istis partibus consueverant, deferre, & sua temeritate deponere præsumpserunt, resumant, ut a Christianis discerni valeant evidenter. Quicunque vero Judæus, sine tali signo fuerit deprehensus incedere, a Domino terræ pœna pecuniaria puniatur (*).

XVI.

De Mancipiis Judæorum.

Prohibemus etiam, ne stubas, & balnea, seu tabernas Christianorum frequentent, seu intrare præsumant, nec servos, vel ancillas, aut nutrices, seu quæcunque Christiana mancipia, die, noctuve in domibus suis retinere præsumant, nec ad recipiendum telonium, aut aliqua publica officia, aliquatenus assumantur.

XVII.

De coitu Judæi cum Christiana.

Si quis Judæus cum aliqua Christiana vitium fornicationis deprehensus fuerit commisisse, quoad usque X. marcas argenti ad minus, pro emendatione admissi, solverit, districte carceribus mancipetur, & mulier Christiana, quæ tam damnatum coitum elegerit, per civitatem fustigata, de civitate, sine spe redeundi, penitus expellatur.

XVIII.

De Conviviis eorundem.

Item omnibus Christianis Provinciæ Salzburgensis, & civitatis & diœcesis Pragensis, districte inhibemus: ne judæos vel judæas, secum ad convivia recipiant, & cum eis manducare audeant, aut cum ipsis in suis nuptiis, vel neomeniis, vel ludis saltare, vel tripudiare præsumant: nec Christiani carnes venales, seu alia cibaria a Judæis emant; ne forte per hæc judæi Christianos, quos hostes reputant, fraudulenta machinatione interficiant; unde & Christiani, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur, ab eorum commerciis abstinere.

Item si Sacramentum altaris ante domos Judæorum deferri contigerit, ipsi Judæi, audito sonitu prævio, intra domos suas se contineant, & fenestras, ac ostia sua claudant, quod per Plebanos, vel Prælatos Ecclesiæ, facere compellantur: nec præsumant de fide Catholica

(*) *Petrus Lambecius Libro II. Commentar. Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis pag.* 66, *ex Manuscripto Codice hanc huic canoni addit Appendicem:* Adjicientes, ut Judæi Sacerdoti Parochiali, infra cujus Parochiæ terminos manserint, pro eo, quod loca, in quibus Christiani habitare deberent, occupant, juxta quantitatem damni, quod ei ex hoc inferunt, ad arbitrium Diœcesani loci, omnes proventus, quos ex Christianis, si ibidem manerent, sacerdos perciperet, refundere compellantur. Decimas etiam prædiales cum omni integritate persolvant.

tholica cum simplicibus disputare, nec filias aut uxores, ad fidem Christianam venientium, invitas audeant detinere; nec Christianos ad Judaismum alliciant, aut aliquo ausu temerario circumcidant, nec Christianos infirmos visitent, vel circa ipsos exerceant opera medicinae. *Anno 1267.*

XIX.

De Synagoga Judaeorum.

Synagogam novam non erigant, & si quas erexerint, eas removeant, & deponant: Vetustam, si opus fuerit, reficiant, non ampliorem, nec pretiosiorem, nec altiorem: Carnes in Quadragesima, quando Christiani a carnibus abstinent, & jejunant, in aperto & publico non deportent.

Ipsos Principes ac judices districte admonemus, ne judaeis hujusmodi statuta nostra servare nolentibus, alicujus protectionis seu defensionis favorem impendant; sed, si aliqua eis a personis ecclesiasticis injungantur, ea fideliter exequantur; alioquin introitum Ecclesiae, & communionem divinorum officiorum sibi noverint interdictum.

Volumus, & sub poena excommunicationis praecipimus, ut Dominus Salzburgensis Electus, ejusque Suffraganei, nec non & Episcopus Pragensis, has Constitutiones nostras, sigillo nostro sigillatas, habeant, easque singulis annis, in Synodis Episcopalibus, faciant recitari, & diligentius observari, & ea, quae tangunt laicos, faciant per Parochiales Ecclesias suarum dioecesium publicari.

Acta sunt haec Wiennae in Austria, anno Domini MCCLXVII. mense Majo; Pontificatus Domini nostri Clementis IV. anno III.

Schannatus ex vetusto Codice Vaticanae Bibliothecae descripsit. Item Lambecius Tomo II. Bibliothecae Caesareae Vindobonensis. Codex Millestatuamus variat in Titulorum distributione.

Hoc Concilium, authoritate Apostolica celebratum, remissum fuit ad Vladislaum Salisburgensem, qui ob allatas antea causas Concilio non interrerat, ut illas Constitutiones, in & pro Salisburgensi Provincia latas, quam diligentissime observari curaret. Plerique Suffraganei Salisburgenses soluto concilio Salisburgum reversi sunt; & tum anno MCCLXVII. ordinationes clericorum celebratae sunt in Choro Salisburgensi a Domino Pataviensi Episcopo, cooperantibus sibi Frisingensi, Ratisbonensi, Chyemensi Episcopis in Sabbato Pentecostes, ubi Dominus Archiepiscopus recepit ordinem Sacerdotalem, & die sequenti ab iisdem Episcopis recepit consecrationem Episcopalem; brevi vero facto intervallo a Domino Clemente Papa Pallio honoratur. *Chronicon Salisburgense apud Canisium Lectionum Antiquarum Tomo III. Parte II. pag. 486. Editionis Basnage.*

ADMONITIO.

Cl. Mansi in Supplem. Concil. Tomo III. pag. 31. remittit hoc Concilium, praesidente Card. Guidone anno 1267. celebratum, ad tempora Friderici II. Archiepiscopi, fretus auctoritate, ut sibi videbatur, Henrici Canisii Tomo IV. in Praefatione ad hoc concilium, item Montefalconii in Bibl. Biblioth. Tomo I. pag. 116; sed nihil laudati auctores ei suffragantur; certum quippe est ex Schannato, Lambecio, & Steroue, celebratum fuisse hoc concilium anno 1267, cum Fridericus non nisi anno 1270. Archiepiscopatum adierit. Recte tamen ibidem Mansius culpat Steronem, qui sub Friderico unum duntaxat scribit fuisse habitum concilium in Annalibus apud Canisium Tomo IV. Lect. Antiq. pag. 206. Edit. Basnage; cum revera duo coacta fuerint, alterum anno 1274, alterum anno 1281. seu 1282. ut infra videbimus.

Notæ quæpiam ad Canones hujus Concilii.

De decimis. Ad Capitulum VII: *Decimarum præceptum fuisse olim in Lege veteri Cæremoniali, quod in Lege Nova exspiravit, certa est Theologorum, & interpretum sententia; hinc si olim decimarum præstatio fuit divini Juris, hodie non est. Ab Ecclesia tamen juste exigi decimæ potuerunt, & Principum auctoritate firmari, nisi aliunde provisum sit clericorum sustentationi; obligatio namque naturalis incumbit Reipublicæ, ut eos, qui publice deserviunt religioni, & divino cultui pro omnium emolumento, illi etiam congruenter publicis sumptibus alantur.*

De usurariis. Ad Capitulum VIII: Salvis aliis pœnis, contra usurarios editis. *Nempe degradatione & Excommunicatione, quæ in clericos usurarios a sacris canonibus constituuntur, veluti Canone XLIII. ex iis, qui Apostolis tribuuntur. Canone XVII. Concilii Nicæni I:* Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν, καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν διώκοντες ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λέγοντος τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν, ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται. Quoniam multi, qui in canone recensentur, plura habendi studium, & turpe lucrum persequentes, divinæ Scripturæ obliti sunt, quæ dicit: *Argentum suum non dedit ad usuram*, & fœnerantes, centesimas exigunt: æquum censuit Sancta & magna Synodus, ut si quis inventus fuerit post statutum, usuras ex mutuo sumere, vel eam rem aliter persequi, vel sesquialteras exigere, vel aliquid aliud excogitare turpis quæstus gratia, e clero deponatur, & sit alienus a canone. *Labbeus in Collect. Conciliorum Tomo II. pag. 38. Concilii Illiberitani Canone XX. Concilii Laodiceni Canone IV. &c.*

Ad Capitulum XV. *Causam hujus diversitatis, in habitu Judæorum & Christianorum constitutæ, profert Concilium Generale Lateranense IV. sub Innocentio III, anno 1215. habitum Canone LXVIII:* In nonnullis Provinciis a Christianis Judæos, seu Saracenos habitus distinguit diversitas; sed in quibusdam sic quædam inolevit confusio, ut nulla differentia discernantur. Unde contingit interdum, quod per errorem Christiani Judæorum, seu Saracenorum: & Judæi seu Saraceni Christianorum mulieribus commisceantur. Ne igitur tam damnatæ commixtionis excessus per velamentum erroris hujusmodi excusationis ulterius possint habere diffugium, statuimus: ut tales utriusque sexus, in omni Christianorum Provincia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur; cum etiam per Moysen hoc ipsum legatur eis injunctum (*Levit. XIX. vers. 19. Deuter. XXII. v. 12.*) *Apud Labbeum in Collect. Conciliorum Tom. XI. Parte I. pag. 220. Quod deinde & in aliis conciliis decretum est, veluti in Narbonensi Capitulo III. &c. Erant hæ Constitutiones de Judæorum & Christianorum convictu in Germania eo magis tum necessariæ, quod Conradus IV. Rex, Friderici II. Imperatoris filius anno 1254. Judæos in Imperio Romano-Germanico sua protectione fulcierit, quodque præter Privilegium hoc, apud Lünig* Reichs-*Archiv, Parte Generali pag. 573. & Rex Henricus Raspo, Thuringus, durante magno interregno, alia quæpiam in Germania eis jura contulerit anno 1246. Quam Henrici constitutionem pariter refert Lünig* Reichs-*Archiv Partis Generalis Continuatione II. pag. 167.* *De habitu Judæorum.*

FRIDERICUS II.

Archiepiscopus Salisburgensis XXVIII.

Anno 1270.

Adfuit Fridericus cum quibusdam suæ Provinciæ Præsulibus, Concilio Generali Lugdunensi II, quod anno 1274. Gregorius X. Pontifex coegit, fueruntque in eo concilio decretæ decimæ, a clericis & Ecclesiis per sexennium persolvendæ ad subveniendum expeditioni, in Terram Sanctam susceptæ: jussique etiam Episcopi inflammare populorum animos, ad arma, eum in finem capienda; cui etiam Concilio Fridericus subscripsisse reperitur apud Martenne & Durand Tomo I. amplissimæ collectionis pag. 1377. Redux vero cum suis Fridericus Archiepiscopus, cum id effectum dare cuperet, cohibitus est ab Ottocaro, rege Bohemiæ, adversaria sua, ab probatam a se Rudolphi regis electionem; id quippe Fridericus, dolore confectus, post duos annos, ad Gregorium Papam perscripsit: Nuper quidem, *ait*, Nobis ad propria remeantibus de Concilio Lugdunensi, & volentes ea persequi, quæ in ipso concilio fuerant salubriter ordinata, illustris rex Bohemiæ ad sui præsentiam nos vocavit, vocatos expresse prohibuit, ne decimam deputatam Terræ Sanctæ pro subsidio, in suis territoriis colligi faceremus, neve aliquis nostrum salutiferæ crucis gloriam prædicaret: postulavit etiam, ut jurejurando, & aliis diversis cautionibus caveremus eidem, quod nec ad mandatum Sedis Apostolicæ, nec prætextu sententiæ, vel præcepti, a quocunque hominum proferendi, aliquid faceremus, quod a suo proposito distaret; quo Sanctæ Sedi Apostolicæ, & Romano Imperio proterve resistere disponebat, non solum a nobis, verum etiam ab inferioribus quibusque Prælatis exigens metu terribili illicita juramenta. Nobis autem nolentibus inquinari &c. *Refertur hæc Epistola Tomo I. Germaniæ Sacræ pag. 416. ex Manuscripto Cæsarea Vindobonensi.*

Verum Gregorius X. Pontifex, negotio Terræ Sanctæ tota mente intentus, statim post finitum Lugdunense Concilium ablegavit Ragerium de Merlomonte, Canonicum Verdunensem ad Germanos, ut decimarum consti-

conſtitueret Collectores apud Moguntinos, Trevirenſes & Salzburgenſes, juxta præſcriptum ejusdem Pontificis, delineatum in Epiſtola, quam ex manuſcripto Codice Cæſareæ Bibliothecæ Vindobonenſis hoc exhibere loco opportunum judicavi.

Pro colle̛cta decimarum. Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei Dilecto filio Magiſtro, Rogerio de Merlomonte, Canonico Virdunenſi, Capellano venerabilis fratris noſtri P. Oſtienſis & Velletrenſis Epiſcopi, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum pro negotio decimæ nuper in concilio Lugdunenſi terræ ſanctæ deputatæ ſubſidio, te ad Trevirenſ. Mogunt. & Salzburgenſ. provincias cum litteris transmittamus, ut in omnibus partibus earumdem provinciarum ipſius decimæ deputes collectores, aliaque facias, quæ in eisdem litteris continentur & circa hæc nonnulla dubia emergere poſſe putemus.

Nos in his ad te recurſum haberi volentes, quasdam declarationes ſimilium dubitationum in negotio decimæ olim ſubſidio terræ prædictæ in regno Franciæ deputatæ habitas, & quasdam alias ad inſtructionem tuam fecimus præſentibus annotari, quæ tales ſunt. De redditibus & proventibus leproſorum, domorum Domus Dei & hoſpitalium pauperum, qui in uſus infirmorum & paoperum convertuntur, decima non ſolvetur. Moniales etiam aliæque regulares perſonæ, quarum redditus & proventus Eccleſiaſtici adeo ſunt tenues & exiles, quod de illis ſuſtentari non poſſint, ſed pro habenda vitæ ſuæ ſuſtentatione neceſſe habent publice petere, dictam decimam non perſolvent. Sæculares quoque clerici, quorum Eccleſiaſtici redditus & proventus annui ſummam ſex marcarum argenti non excedent, eamdem decimam non præſtabunt. Si vero una perſona plurima habeat beneficia, quorum nullum per ſe acceptum ſummam ſex marcarum argenti annuatim attingat, ſimul tamen collecta in annuis proventibus ſummam memoratam excedant, quorquot vel quantumcunque modica fuerint, de omnibus & ſingolis decima perſolvetur. Sed non ſolvetur de pitanciis monachorum; ſimiliter de his, quæ a Chriſti fidelibus relinquuntur Eccleſiis, ot ex eis perpetui emantur redditus, & Eximiis Prælatis perſonis Eccleſiaſticis liberaliter factis decima non ſolvetur. Solventium decimam electioni ſeu arbitrio committiatur, utrum ipſam ſolvere velint per totum tempus, quo durabit decima pro rata proventuum, quos ſingulis annis dicti temporis ipſos percipere continget: an per totum tempus ipſom pro rata communis extimationis proventuum eorumdem. Sed ona via electa, non licebit alicoi variare ad aliam recurrendo. et fiat, & redigatur per collectores in ſcriptis electio hujusmodi expreſſe in prima ſolutione decimæ ſupradictæ. alioquin juxta extimationem communem per totum tempus ſolvere tenebuntur. Declaramus autem quod ſi hi, qui elegerint ſolvere decimam pro rata, qua percipient aonuatim, vendaot proventus beneficiorum ſuorum, quæ perſonalem reſidentiam non requirunt, ſolvant decimam de ſolo pretio, quod recipient de eisdem, dum tamen circa hoc in fraudem decimæ nihil omnino agatur. Sed Eccleſiaſtica perſona quæ in Eccleſia ſua vel beneficium, quod reſidentism perſonalem requirit, non reſederit, ſed faciet in eodem per firmarium, vel vicarium deſervire deputando ipſi vicario vel firmario certam ſoorum proventuum portionem, non deducet partem vicarii, ſeu firmarii, ſed de univerſis ipſius Eccleſiæ vel beneficii proventibus decimam exhibebit. Declaramus etiam quod de ſilvis vel nemoribus, qoæ non conſueverunt vendi, nihil ſolvetur, niſi forte aliquid de illis venditum fuerit, durante decima. Et tunc extimabitur, quantum valere debeant annui redditus pars vendita ſecundum abſciſiam quæ conſuevit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus venditum ſitum erit. Et de ſola extimatione decima perſolvetur. Et niſi de eo, quod perciperetur de dictis ſylvis ſeu nemoribus, quæ vendi non conſueverunt, nec forte vendentur durante decima, ex venditione paſcuagii ſeu herbagii aut alterius conſimilis proventus eorundem nemorum & ſylvarum. Etſi non vendantur hujusmodi paſcuagia, herbagia & ſimilia, non ſolvetor decima de his, ita tamen, quod in fraudem decimæ, nihil circa hoc attemptetur. Idemque in paſcuagiis & herbagiis & conſimilibus obventionibos ſylvarum ceduarum duximus obſervandum. De ſtagnis & piſcariis ſi vendantur, de pretio decima ſic ſolvetur, videlicet ut fiat collatio de numero annorum, quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerint ad qoantitatem pretii ex ipſa ultima venditione recepta, & pretio diviſo in partes ſecundum annorum nomerum durante decima, ſolvetur decima ipſa de tot partibus pretii ex ipſa venditione recepti, quot fuerint anni prædicti; ut ſi forte ſunt quinque anni elapſi, ex quo fuerat ſtagnum venditum, & nunc vendatur pro centum libris, fient de pretio quinque partes, & pro tribus annis, quibus durabit decima, ſolvetur ipſa decima de tribus partibus pretii tantum, videlicet de LX. libris; & ſic multiplicabuntur & minuentur partes pretii, prout plures vel pauciores fuerint dicti. De venationibus autem & piſcariis fluminum ſi vendantur & ſylvis ceduis, quod de ſtagnis fiet. De piſcibus ſtagnorum vel beſtiis garenarum, quos

quos pro usu vel esu suo capi, & sic consumi, vel sine fraude contigerit donari, decima non solvetur. Et quia nonnulli obtinent a monasteriis & Ecclesiis Prioratus, grangias, domos, redditus, pensiones & census; in snlvenda de his decima credimus distinguendum, videlicet an talia in beneficium habeantur; an ex contractu; an ex mera gratia; an pro mercede laboris vel obsequii. Et quidem obtinentes talia in beneficium, & etiam ex mera gratia; sive hoc sit per Sedem Apostolicam, sive per ipsorum monasteriorum & Ecclesiarum personas; de illorum proventibus solvent decimam. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem, vel summam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed uterque contrahentium studuit in hoc conditionem suam facere meliorem, perceptores pensionis, vel firmæ de ipsa pensione vel firma decimam exhibebunt.

Si autem quis ante vel post concessionem hujusmodi decimæ ad vitam propriam emit proventus Prioratus vel aliorum prædictorum pro aliqua pecuniæ quantitate, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta, considerabitur, quantum æstimatione communi valeant annui proventus Prioratus, grangiæ, domus, terrarum, vel redditnum hujusmodi; & secundum hoc ab illis, quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperunt, per sex annos decima exigetur. Si autem in his gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori, quam valeant, sunt eis talia vendita, vel locata; ipsi obtinentes, & non monasterium, vel etiam de illo, in quo gratia facta est illis, & de reliquo illi, quorum est proprietas, decimam exhibebunt.

Si autem personis aliquibus pro justa mercede, seu remuneratione laboris vel obsequii præstiti, vel præstandi; talia concessa sunt, hi, quorum est illorum proprietas in decimatione proventuum suorum, etiam horum proventus merito numerabunt. Et de illis sicut de aliis, quos pro cæteris suis utilitatibus expendunt, decimam exhibebunt. Quodsi per illos, qui ea obtinent, rite in alios sunt translata, quia res transit cum onere suo, etiam circa illos, quæ prædiximus, servabuntur. Nec deducentur expensæ, quæ pro monachis, qui in talibus Prioratibus, grangiis, seu domibus in beneficium, seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent, fieri dignoscantur. Expensæ autem illorum monachorum, personacum, qui teneri debebunt ex pacto, in - - - Prioratibus, grangiis, seu domibus, ad summam justam seu pensionem concessis, sive determinatæ fuerint, sive non, æstimabuntur æstimatione communi; & talem æstimationem monasteriorum, vel Ecclesiæ, cujus illorum est proprietas cum suis proventibus, decimabit. Prælati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non persolvent. Sed hi, qui eas præstant, hujusmodi victualia in decimatione suorum proventuum & redditnum numerabunt, & solvent decimam de eisdem.

De illis autem procurationibus, quas Prælati in pecunia numerata rite percipiunt, etiamsi non visitarent, decimam præstare tenentur. Prælatus autem, qui procurationem, quam sine visitatione potuit de jure percipere in pecunia numerata, alicui Ecclesiæ remittit; quia remittit, quod sibi debetur, & de quo solvisset decimam, si recepisset illud; tenetur ex tali procuratione decimam exhibere.

Si vero procurationem, quam tantum in victualibus licet percipi, fortasse remittat, persona Ecclesiastica, cui remissio facta est hujusmodi victualia cum aliis suis proventibus, cum solvet decimam, æstimabit; cum etiamsi non esset remissa, hnc facere teneretur. In solvendo decimam supradictam solæ expensæ necessariæ, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur, arando, colendo, ac colligendu fructus, sine quibus non possint ipsi fructus percipi, deducentur. Expensæ autem quæ fient in castrorum custodibus cum sint extra rem; vel etiam in ædificiis construendis vel conservandis, nullatenus deducentur. Sic nec illæ, quæ pro villis tuendis fierent in guerris, seu etiam convalcatis. De his quoque, quæ consistunt in Jurisdictione, mero imperio; regalibus atque similibus solvetur decima, deductis moderatis salariis, quæ ante concessionem decimæ consueverunt persolvi Judicibus officialibus, consimilibusque personis, sine quibus jurisdictio, & cætera similia nequeant exerceri. Ita tamen, quod in fraudem decimæ nihil circa hoc aliquatenus attemperetur: sed expensæ officialium, Judicum, & consimilium personarum factæ, in vestibus sive victualibus minime deducentur, sicut nec aliæ expensæ similes factæ circa aliam familiam Prælatorum. Ratione autem æris alieni, quo persona solvens decimam obligata consistit, nihil de decima minuetur, etiamsi certæ res Ecclesiasticæ propter hoc a quocunque specialiter fuerint obligatæ. Item de furnis, & molendinis decima præstabitur. Solvetur autem decima de oblationibus sive fiant pro benedictione nubentium, sive pro exequiis mortuorum; nec non de proventibos sigillorum Prælatorum; & de emendis, quas ab excommunicatis recipiunt. De legatis quoque sibi & aliis personis Ecclesiasticis, non personarum sed Ecclesiarum vel officiorum ratione relictis, decima persolvetur.

Pro decima supradicta non exigetur pecunia, nisi illa, quæ communiter cur-

ret

ret de mandato Domini terræ, cujus est moneta in locis, in quibus consistent fructus & redditus, unde decima persolvetur: nec aliqui pecuniam cambire cogentur eamdem. Si ex probabilibus seu vere similibus præsumptionibus apparuerit aliquem pensatis ejus proventibus, minus debito notabiliter de decima persolvisse, ita quod super hoc merito suspectus debeat reputari; ex officio nostro per viros idoneos deputandos a nobis faciemus inquiri ab illis, qui super hoc scire valeant veritatem; videlicet de consilio Diœcesani Episcopi vel aliquo deputando ab ipso, si sit ejus subditus & non aliter; si Episcopus ipse vel deputatus ab eo commode posset haberi; & tunc demum & non prius ille, cujus proventus fuerint taliter æstimati, pro eo, quo minus solverat etiam nominatim excommunicabitur, si ejus contumacia exegerit, & visum fuerit expedire. Episcopi autem & Abbates, ceteræque personæ Ecclesiasticæ, honorabiles, non suspectæ, propriæ conscientiæ relinquuntur. Ita quod sufficiat quoad tales excommunicationis sententia, quæ in, nullo modo vel scienter, minus solventes & adhibentes fraudem vel malitiam circa ipsius decimæ solutionem generaliter proferetur. Super his autem fiet compulsio per censuram Ecclesiasticam prout nobis & aliis, quibus hoc committendum duximus, visum fuerit expedire. Proferetur autem si expediens visum fuerit excommunicatio generaliter, vel specialiter in eos qui contra solutionem decimæ vel suorum æstimationem proventuum cum fuerit faciendum, fraudem vel malitiam scienter duxerint adhibendam. Nullus autem non solventium compellatur per secularis violentiam potestatis; nisi ipsius non solventis contumacia, vel rebellio talis, aut tanta fuerit, quod merito contra ipsum sicut fieret in aliis casibus seu negotiis propter Ecclesiasticæ censuræ contemptum, invocari debeat auxilium brachii secularis.

Fiet autem solutio decimæ non in ipsis rebus, quæ percipiuntur de proventibus, sed in pecunia numerata. Solvetur autem decima illis personis, quas ad hæc contigerit deputari.

Rector Parochialis Ecclesiæ, qui urgente necessitate curæ Ecclesiæ suæ, puta, quia ipse residendo personaliter in eadem per se non sufficit ipsi curæ, propter multitudinem parochianorum, vel diffusionem Parochiæ suæ, sed necesse habet unum vel duos, seu plures capellanos conducere, & eis propter victum salarium constituere, salarium hujusmodi poterit in decimæ solutione deducere; sed ratione victus Capellanorum ipsorum, aliquid non deducet. Quodsi in diversis civitatibus, aut Diœcesibus diversa beneficia obtineat quis de unoquoque beneficio in civitate vel Diœcesi, in qua illud fuerit, decima persolvetur. ad requisitionem Prælatorum, qui nuper convenerunt in Concilio Lugdunensi, declarationes hujusmodi sunt adjectæ. de redditibus autem Ecclesiasticis deputatis ad fabricam Ecclesiarum, decima persolvetur. De eleemosynis vero, seu oblationibus datis ad opus fabricæ & maxime de his oblationibus, quæ in civitate, & aliquibus castris & locis Italiæ in certis festivitatibus, in candelis & cereis, & aliis, quæ consueverunt dari, & offerri ad opus fabricæ, & per eos, qui ad fabricam deputati sunt, colligi, decima non solvetur. Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui collectores consortiales dicuntur; & interdum per clericos, & qui ad opus consortii offeruntur, ut inde luminaria in Ecclesia, cruces & calices fiant & reparentur, & etiam ut ex illis pauperibus subveniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum. Prælati autem & clerici exules, cujuscunque conditionis aut dignitatis existant, de suis proventibus Ecclesiasticis decimam exhibebunt. illæ quoque expensæ, quæ fiunt pro fossatis, & alias etiam pro terris bonificandis, ut uberiores fructus producant; & illæ, quæ fiunt in conservandis, seu reparandis ædificiis molendinorum, domorum, seu apothecarum & similium, ex quibus fructus & pensiones percipiuntur; & nisi reparentur, fructus ex eis percipi non valerent; de decima hujusmodi minime deducantur, nec etiam illæ, quæ fiunt pro custodia castrorum; quamvis fiant in hoc majores solito. Insuper de oblationibus etiam minutissimis, quas percipiunt Ecclesiasticæ personæ ratione Ecclesiarum suarum pro sepulturis, & dandis pœnitentiis, prædicta decima persolvetur; & quia non occurrit nobis, quantum quotidianæ distributionis proventus Ecclesiastici sint censendi; Nos cum felicis recordationis Clemente Papa Prædecessore nostro, qui de illis decimam per eum simili subsidio deputatam deberi solvi declaravit, & voluit, sentientes, de distributionibus, quæ dantur in horis canonicis, præsentem debere solvi decimam declaramus. Illi quoque, qui deputati fuerunt ad collectionem decimæ, cum eis, qui debent solvere decimam, de aliqua certa summa solvenda pro decima nequeunt convenire. De fructibus arborum, & hortorum, si vendantur, solvetur decima. De his autem, qui consumuntur usu vel esu decima non solvetur. Similiter de fructu gregum seu animalium, si sint Ecclesiarum, persolvetur decima deductis expensis necessariis, quæ fient pro custodia. si vero sunt personarum, decima non solvetur. Tu ergo in his solum dominum & justitiam ac prædictæ terræ

terræ necessitatem præ oculis habens, ex prædictis declarationibus, in decidendis ejusmodi dubitationibus quæ per te leviter decidi poterunt, informationem accipias. Super majoribus vero decisionem Apostolici oraculi exspectas, & exspectes.

Volumus quoque ac præsentium tibi authoritate mandamus, ut in unamquamque personam Ecclesiasticam deputatarum tibi partium, cujuscunque ordinis, conditionis, vel dignitatis existat, quæ decimam ipsarum nullo modo vel non integre scienter aut non secundum æstimationem deputandarum a nobis vel mandato nostro ad hoc personarum; sive non in terminis constitutis exhibentur; seu in illius exhibitione malitiam adhibuerint sive fraudem; excommunicationis sententiam, authoritate nostra promulges, & tam eam, quam illam, quam nuper in generali Concilio in omnes & singulos, qui scienter impedimentum præstiterint, vel indirecte publice vel occulte, quo minus decimæ prædictæ solventur, tulimus, publice in cathedralibus & aliis collegiatis Ecclesiis, civitatibus & Diœcesibus partium prædictarum, de quibus expedire videris, per te, & alios publicare procures. Omnes & singulos, qui prædictas incurrerint sententias, per te & alios singulis diebus Dominicis & festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis usque ad satisfactionem condignam excommunicatos publice nuncies, & facies ab omnibus artius evitari. Aggravaturus alias manus tuas contra ipsos, prout eorum proterviam, & contumaciam videris promereri. Quodsi satisfacere decreverint, post plenam & integram satisfactionem, ab hujusmodi excommunicationibus juxta Ecclesiæ formam absolvas eosdem & dispenses cum eis super irregularitate, si taliter ligati non abstinuerint a Divinis. Datum Lugdunæ X. Cal. Novemb. Pontificatus nostri anno tertio. Ad consultationem de moneta respondendum est, quod Magister Rogerius concilio proborum virorum eam determinabit. item de prædiis, & possessionibus obligatis, vel impignoratis solvatur, etiamsi soluta forte detineantur occupata. Item si advocati seu Patroni omnino invitis personis Ecclesiasticis & prohibentibus rapiant partem fructuum, & illa fideliter repetunt, & recuperare non poterunt, non tenentur solvere decimam illius rapinæ. item de redditibus taxatis & per tempestatem, vel casum fortuitum diminutis, si solvens elegerit solvere secundum taxationem, tenetur de tota decima.

Si vero secundum quod annuatim perceperit, tenetur de eo solo, quod remansit, si ille non fuerit in mora.

Item perpetui vicarii solvent pro parte se contingente: pro reliquis vicariis solvent Rectores, & quod dicitur in declarationibus, quod habentes redditus infra VI. marcas, nihil solvent, pars vicarii non deducetur. Sed si vicarius minus quam VI. marcas Rector minus quam VI. marcas, perciperet, quilibet ad solutionem tenetur.

Item de feudis perpetuis, quæ in grangiis recipiuntur annuatim, decima non solvatur. Item pro prædecessoribus non tenetur Successor, si non receperit aliquid pro tempore, quod prædecessor neglexit. Item Ecclesia, quæ non valet nisi VI. marcas, non solvat Nunc, sed quando plus valebit de toto. Ad alias duas quæstiones respondetur sufficienter in declarationibus.

Cæterum placet nobis ut pecuniam receptam & recipiendam convertatis, cum citius possitis, in aurum, & argentum juxta quod vestræ discretioni visum fuerit expedire.

Legato Pontificio igitur mandatis suis insistente convocatur concilium.

CON-

CONCILIUM
Anno 1274.
SALISBURGENSE XXIII.

Anno Christi MCCLXXIV, Gregorii X. Papæ anno III, Rudolphi I. Imperatoris anno II. convocatum a Friderico II. Archiepiscopo, tum pro recipiendis Concilii Lugdunensis constitutionibus, ut in Præfatione dicitur: tum de aliis ecclesiasticis Provinciæ causis.

TITULI CAPITULORUM.

I. De Capitulis Provincialibus Abbatum, ac aliorum Prælatorum.
II. De revocatione monachorum fugitivorum.
III. De prava consuetudine Abbatum erga monachos.
IV. De dignitatibus Abbatum.
V. De correctionibus capitulorum Provincialium.
VI. De indulgentiis & remissionibus.
VII. De pluribus beneficiis clericorum.
VIII. De residentia Plebanorum.
VIIII. De ordinatione clericorum.
X. De Præsentatione vicariorum.
XI. De tonsura & veste clericorum.
XII. De tabernis.
XIII. De sacerdote suspenso ab officio.
XIIII. De captivitate monachorum vel clericorum.
XV. De conversis vagabundis.
XVI. De vagis scholaribus.
XVII. De Episcopis puerorum.
XVIII. De sententiis excommunicationis a nobis traditis.
XIX. De veneratione Patrum sive Patronorum.
XX. De confessione Religiosorum.
XXI. De correctione Religiosorum, aut aliorum monachorum.
XXII. De captivatione Episcoporum, seu monachorum.
XXIII. Ne clerici sumant Ecclesiastica beneficia de manibus laicorum.
XXIV. De advocatis Ecclesiarum.

PRÆFATIO.

Ad honorem & gloriam Sponsæ Christi, & fidei christianæ. Nos Dei gratia F. Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus, Leo, Petrus, Bruno, Wernhardus, & Joannes, Ratisbonensis, Pataviensis, Brixinensis, Seccovensis, & Chimensis Ecclesiarum Episcopi, in Provinciali hoc Sancto Concilio congregati, de Consilio venerabilium Prælatorum Salzburgensis provinciæ, qui præsenti intersunt Concilio: absentium etiam fratrum tam Episcoporum, quam aliorum Prælatorum accedente consensu, diffiniendo præcipimus: ut Episcopi, Abbates, Archidiaconi, & alii Ecclesiarum Prælati, statuta sacri generalis Concilii celebrati proxime in Lugduno, in Ecclesiis & subditis suis, clericis & laicis, secundum quod eadem statuta istis & illis conveniunt, & quantum eos tangunt, sic solicite & frequenter studeant publicare; ut ipsorum pronuntiantium & subditorum memoriæ & observantiæ imprimantur. Sed & constitutiones venerandæ memoriæ quondam Domini Guidonis, tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis, in Provincia Salzburgensi Apostolicæ Sedis Legati; quæ, licet Ecclesiarum utilitatem contineant, & salutem suadeant animarum, in dissuetudinem transierunt, cum prædicti generalis Concilii ordinationibus & statutis, nec non & his, quæ pro utilitate locorum & temporum in hoc provinciali Concilio apponentur a nobis, ad notitiam subdi-

Anno 1274. subditorum taliter deducantur, ne quemquam totius provinciæ probabilis error ac ignorantia valeant excusare.

CAPITULA.

I.

De Capitulis provincialibus Abbatum ac aliorum Prælatorum.

Cum Abbates ordinis Sancti Benedicti Salzburgensis Provinciæ, Capitula sua provincialia longis retro temporibus non curaverint celebrare, propter quod circa regulares observantias idem ordo non mediocriter est collapsus: Nos eisdem Abbatibus nostræ provinciæ firmiter & districte præcipiendo mandamus, ut provinciale Capitulum suum infra festum Resurrectionis venturum proxime celebrent, juxta formam a sacris canonibus eis datam. In quo de moribus corrigendis, tam in seipsis quam in suis subditis, tractent & ordinent diligenter: alioquin nos in proximo provinciali Concilio ad reformationem prædicti ordinis, quantum de jure possumus, procedemus.

II.

De revocatione monachorum fugitivorum.

Ex nunc tamen eisdem Abbatibus præcipimus & mandamus, ut monachos fugitivos in sæculo divagantes revocari procurent. Et quod in singulis monasteriis carcer fiat, in quo incorrigibiles, seu alias delinquentes enormiter monachi, prout culpæ qualitas exigit, recludantur. Sed nec licitum sit Abbatibus, cum nec unquam licuerit, monachos, ad ordinem strictiorem transeuntes minime absolvere ab obedientia, quæ monachorum ossibus inseparabiliter est affixa.

III.

De prava consuetudine Abbatum erga monachos.

Illam & pravam Abbatum consuetudinem reprobamus, qua Abbates pro excessibus levibus & nonnunquam simulatis offensis, passim & indifferenter de monasteriis ad monasteria monachos suos mittunt: cum delictum potius illic puniri & mori debeat, ubi committitur & patratur: cum nec tales missi ad alia monasteria peccata sua lugeant, sed vagentur potius dissolute. Quod si necessitas exigit; ut monachus ad monasterium aliud transmittatur: hoc Abbati non liceat: nisi causa missionis & tempus reditus per loci Episcopum ordinentur.

IV.

De dignitatibus Abbatum.

Sunt insuper quidam Abbates, qui indulgentiis & remissionibus faciendis, in mitris, annulis, sandalibus deferendis, nec non in benedictione vestium, & Ecclesiasticorum vasorum, & cæteris, quæ ordinem & officium Ecclesiæ requirunt, sibi Pontificum potestates usurpant. his districte præcipiendo mandamus, ut de cætero talia non attentent: aut in proximo provinciali concilio fidem nobis faciant privilegiorum, quibus sibi talem vindicant potestatem.

V.

V.

De correctionibus Capitulorum provincialium.

Hæc eadem in Canonicis Regularibus, quantum diversitas regionum sustinet, volumus observari: salva dignitate & privilegio Salzburgensis Capituli, cujus ordinationem Nos Archiepiscopus nobis specialiter reservamus. Cæterum in aliis, quæ ad morum correctionem & observantias pertinent, regulares sibi in provinciali Capitulo sic provideant, ne nos ipsis in hoc difficientibus providere cogamur: maxime in moderandis eorum evectionibus, & quibusdam vanitatibus, quæ ad pompam labentis sæculi pertinent, refrænandis in ipsis.

VI.

De indulgentiis & remissionibus.

Ad hæc, cum Prædecessores nostri bonæ memoriæ Pontifices, diversarum religionum fratribus, in confessionibus audiendis, remissionibus & indulgentiis largiendis, & aliis pluribus faciendis, quæ ad Sacerdotale & Pontificale ministerium pertinent, potestatem suam duxerint committendam: quarum religionum nonnullæ in proximo generali concilio sunt sublatæ, quoniam & fratrum aliqui potestate sibi tradita sunt abusi; Nos authoritate præsentis concilii, omnium authoritatem, potestatem, sive licentiam, a nobis, vel a nostris Prædecessoribus cuicunque religioni vel ordini, aut fratribus ordinum quorumcumque traditam, in præmissis, aut aliquo præmissorum, revocamus in totum. Si quis autem ex vobis novam super his his commissionem decrevit facere: in hoc illud, quod saluti animarum expedit, & alieno juri non detrahat, arbitretur. Præterea cum prædicti nostri Antecessores, clericorum Episcoporum remissiones & indulgentias in Diœcesibus suis datas diversis locis, ordinibus & personis, ratas habere consueverint indistincte, ac per hoc formam, modosque correctionis debitæ, sicut experimento didicimus, in locis pluribus enervent; præsentis Synodi authoritate omnes & singulas ratihabitiones tam nostras, quam Prædecessorum nostrorum in hujusmodi indulgentiis manere volumus in suspenso, & ne quis eis utatur, sub anathemate prohibemus: donec Episcopus loci ordinarius plene discutiat, quas & in quibus locis ratas habere conveniat, aut quas magis expediat revocari. Et hoc maxime in personis quæstuariorum volumus observari, qui per hujusmodi indulgentias indiscretas ad contemptum Clavium & errorem longe plures præcipitant, quam erigant ad salutem. Hos & nullo modo recipi volumus vel admitti, nisi cum Diœcesani Episcopi nuntio litterario destinato.

VII.

De pluribus beneficiis Clericorum.

Cum in provincia Salzburgensi diversi clerici sæculares, non ponentes terminum avaritiæ, nec salutem propriam prætendentes, onerare se pluribus beneficiis Ecclesiasticis non formident; Nos, qui aliorum indigentiis & saluti occurrere cupimus, & Ecclesiarum necessitatibus providere, authoritate præsentis concilii firmiter & districte præcipimus: ut singuli plura beneficia possidentes, aut recepto ultimo sint contenti: aut in ipso proximo provinciali concilio, seu Episcopali Synodo, quem terminum ipsis peremptorium assignamus, legitimis documentis edoceant; secum esse per eum, qui de jure hoc facere potuerit, dispensatum. Alioquin Nos secundum formam

Anno 1274. mam canonum circa hoc traditam, quam statutum bonæ memoriæ Domini Guidonis Cardinalis, quondam in provincia nostra Apostolicæ Sedis Legati, providere curabimus beneficiis & personis.

VIII.

De Residentia Plebanorum.

Cæterum cum per mercenarios temporales, quos Ecclesiarum Rectores & Plebani in Ecclesiis parochialibus instituunt & destituunt; nonnunquam interposito turpi pacto, animarum salus, & Ecclesiarum utilitas damnabiliter negligantur: Nos omnes & singulos clericos in Salzburgensi provincia curam animarum habentes, hujus authoritate concilii, ad personalem in beneficiis residentiam revocamus: terminum eis peremptorium festum Purificationis Beatæ Mariæ virginis venturum proxime assignantes: omnibus & singulis licentiis pro dissimulanda eorum absentia ipsis datis, penitus revocatis; salva nobis authoritate dandi licentiam iis, quibus visum fuerit expedire. Quodsi præmissa contempserint, aut neglexerint adimplere, ex tunc ipsos a perceptione fructuum & administratione temporalium suspendimus & volumus remanere suspensos. Quod si temere se ingesserint, privati sint beneficiis ipso jure: fructus autem per locorum Archidiaconos in utilitatem illius Ecclesiæ convertantur, salva vicarii sufficienti, & debita portione.

IX.

De ordinatione Clericorum.

Eisdem insuper Ecclesiarum Rectoribus præcipimus, ut ad ordinem, quem beneficii sui cura requirit, se faciant ordinari infra tempus a canone institutum. Alioquin, quod de non residentibus est prædictum, circa fructus non percipiendos, & privationem beneficii, intelligi volumus de eisdem.

X.

De Præsentatione vicariorum.

In beneficiis vero, quibus licet per vicarios deservire, volumus sic servari, ut viri idonei loci Episcopo præsententur, qui per se vel per alios, ipsos in hujusmodi vicariis perpetuet, & sufficientem suis necessitatibus de Ecclesiarum redditibus eis constituat portionem, alioquin singuli Episcopi per suas Diœceses elapsó trimestri tempore providere curabunt.

XI.

De tonsura & veste Clericorum.

Edicto perpetuo prohibemus, ne clerici comam nutriant, maxime Sacerdotes, qui taliter tondeantur, ut pateant eis aures. Cæteri inferioris ordinis clerici, in tonsura non multo discrepent ab eisdem, coronam & desuper congruentem habeant, vestes non deferant nisi clausas, quas omnimodo prohibemus a latere aperiri, argentatis aut quocunque metallo ornatis cingulis, fibulis, nodulis, in manicis & capitiis, non utantur: sed nec procedant in publicum nisi circumcincti veste suprema. In pileis suffuraturas non habeant, nisi forte de nigro cenlato, vel panno, aut nigra pelle agnina, caudata pilea districtissime prohibemus.

XII.

XII.

De tabernis.

Clericus non viator in facris ordinibus conftitutus, aut monachus, vel canonicus regularis, fi tabernam intraverit, fine caufa evidenti, rationabili & honefta, ibique bibens aut comedens, aut in vicino loco fervienti tabernæ, vel alias publico, aliquantulum moram traxerit: ab officio fit fufpenfus, donec unum diem in pane & aqua jejunet: fi ibidem luferit ad aleas vel taxillos, ab officio fit fufpenfus, donec duos dies in pane & aqua jejunet: fed fi his tertio deprehenfus confuetudinem non amittat, aut fi fufpenfus ingeffcrit fe Divinis: per fententiam Epifcopi privetur beneficio, fi quod habet; fi non habet, pro Epifcopi arbitrio puniatur.

XIII.

De facerdote fufpenfo ab officio.

Sacerdos, qui excommunicatione aut officii fufpenfione ligatus, animo indurato præfumpferit profanare Divina, Epifcopali carceri mancipetur, usque ad expiationem tanti criminis puniendus: & hoc idem in clerico feu religiofo, in furto vel alias in enormi crimine deprehenfo, volumus obfervari.

XIV.

De captivitate monachorum vel clericorum.

Qui clericum vel monachum pro exceffibus fuis a Prælato fuo rationabiliter captivatum præfumpferit fracto carcere liberare, ipfo facto fententia excommunicationis, quam ex nunc in ipfum proferimus, fit ligatus: & fi poffibile fuerit, qui non liberandum liberat, pœnam patiatur, & carcerem; & in locum fubeat injufte liberati.

XV.

De converfis vagabundis.

Nullus deinceps Prælatus, nullus alius, cujuscunque ordinis vel religionis exiftat, mafculum aut fœminam tonfcrare, aut benedicere fibi veftes præfumat, nifi certam de approbatis profiteatur regulam, & fe deftinet certo loco. Eos vero vel eas, qui vel quæ contrarium fecerint, a locorum Rectoribus vel plebanis per cenfuram Ecclefiafticam, monitione præmiffa, compelli præcipimus, ut certæ religioni fe conferant, aut religionis veftem, quæ vagandi eis præftat materiam & opportunitatem accommodat deliquendi, abjiciant; ne irregularem vitam religiofa veftis obumbret. Hoc ftatutum tantum extendi volumus in futurum.

XVI.

De vagis Scholaribus.

Sub vagorum Scholarium nomine quidam per Salzburgenfem provinciam difcurrentes, monafteriis & Ecclefiis fe exhibent adeo onerofos, quod per eorum importunitatis audaciam nonnunquam clerici illud eis erogare coguntur, de quo fit neceffitatibus pauperum providendum: denegantibus fibi fuffragia, per quæ occafionem nutriunt malæ vitæ, calumnias inferunt: conferentibus fibi, quod poftulant, vituperium exiftunt: reverentiæ clericali utique multum detrahitur, dum blafphemi hujusmodi fe perfonas Ecclefiafticas profitentur. ut autem viri hujusmodi per fubtractionem noftri & nobis fubditorum fuffragii refipifcere compellantur: authoritate facri Concilii

Anno 1274. cilii prohibemus, ne quis Prælatorum, plebanorum, aut vicariorum, seu quæcunque persona Ecclesiastica, post spatium duorum mensium, infra quem terminum, de ordinata sibi vita provideant, ipsis aliquid beneficii vel juvaminis erogare præsumat. Qui contrarium fecerit, tamdiu ab ingressu Ecclesiæ sit suspensus, donec in subsidium terræ sanctæ usualis monetæ conferat unam libram. Hanc tamen constitutionem extendi nolumus ad pauperes advenas & pro necessitatibus suis publice mendicantes.

XVII.

De Episcopis puerorum.

Ad hæc quidam ludi noxii, quos vulgaris elocutio Episcopatus puerorum appellat, in quibusdam Ecclesiis exercentur adeo insolenter, quod nonnumquam enormes culpæ & damna gravia subsequuntur. Ex ipsis hos ludos in Ecclesiis & a personis Ecclesiasticis de cætero fieri prohibemus, ni forte parvi sexdecim annorum & infra fuerint, qui hujusmodi ludos exercent: quibus alii seniores ipsis nullatenus se misceant aut intersint.

XVIII.

De sententiis Excommunicationis a nobis traditis.

Sententias excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, quas unus ex nobis juste protulerit, cæteri per civitates suas publicabunt, & a suis facient subditis usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari; sic, ut ad puniendum scelera perversorum celeritate communi nobis invicem succurramus.

XIX.

De veneratione Patrum sive Patronorum.

Patres nostros venerabiliter honorandos Rupertum, Virgilium, & Augustinum honoribus debitis, nostræ humilitatis obsequiis venerantes, dies festorum suorum celebres esse volumus, & sub pœna excommunicationis præcipimus in eisdem diebus ab omni servili opere abstineri.

XX.

Admonitio ad Capitulum XVII.

De Festo Stultorum.

De Festo Stultorum. *Saturnalia festa, ut est apud* Macrobium Libro I. Saturnalium, *Romæ olim acta fuerunt a Servis XVI. Calend. Januar. in Saturni honorem; hic quippe felicissime regnasse fertur, sine omni servilis conditionis onere, quod hominibus incumberet. Servi tum heros egerunt ludicra specie, & in omne petulantiæ genus effusi. Aliud præterea ibidem festum celebrabatur ab ancillis, quæ dominarum suarum vestes indutæ, liberrime petulciebant, ut habet* Plutarchus in Libro περὶ παραλλήλων ἑλληνικῶν καὶ ῥωμαϊκῶν, de Græcorum & Romanorum parallelis. *Hæc festa pronos hominum ad stultitiam animos adeo occuparunt, ut a proselytis quibusdam etiam in Christianam Ecclesiam inducta fuerint, & circa Calendas Januarias ab inferioribus Ecclesiæ ministris, Subdiaconis, Diaconis, cantoribus &c. celebrata, non sine contemptu sacrorum ministrorum. Eligebant quippe sibi Pontificem, vel Abbatem, qui ornatu ecclesiastico decorus, sacris operabatur spurcissime in Ecclesia, sannas inter & ludibria: huic assistebant ministri larvati, omne petulantiæ genus affectantes, cachinnantes, ululantes &c. Antiquissima hujus* Festi Stultorum *est & in græca & latina Ecclesia memoria, a Sancto Augustino jam impugnata, & in Toletano Concilio anno* 633. *proscripta. Decimo sæculo Theophylactus, Patriarcha Constantinopolitanus propriam Ecclesiam hisce abusibus contaminavit; scribit quippe*

Geor-

XX.

De confessione Religiosorum. *Anno 1274.*

Nulli religioso liceat extra suam professionem vel ordinem sibi eligere confessorem, nisi de Prælati sui licentia speciali.

XXI.

De correctione religiosorum aut aliorum monachorum.

Si adversus correctionem superioris sui monachus aut religiosus quicumque, sæcularis personæ adjutorium aut potentiam duxerit invocandam; si hujusmodi invocatione usus fuerit, carcerali custodia tanto tempore concludatur, donec præsumptionem hujusmodi pro superioris arbitrio pœna sufficiens recompenset. Et ut aliis talia præsumendi pœnæ duritia sit terrori, præsumptionem hujusmodi nullo unquam tempore in eadem Ecclesia seu monasterio cujuscunque dignitatis vel administrationis officium consequatur, alias etiam pro superioris arbitrio legitime puniendus.

XXII.

De captivitate Episcoporum, seu Monachorum.

Statutum venerandæ memoriæ Domini Guidonis, quondam Tituli S. Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis, quondam in nostra Provincia Apostolicæ Sedis Legati, quo salubriter est provisum, ut in Diœcesi, in qua contingit Prælatum aliquem, aut Canonicum Cathedralis Ecclesiæ captivari, cessetur generaliter a divinis, pro necessitate temporis ad Nos Archiepiscopum, & Episcopos extendentes, præsenti constituimus edicto, ut si (quod absit) Archiepiscopum vel Episcopum ex nobis captivari contingat, aut ecclesias nostras, vel alterius nostrum sic hostiliter & injuriose invadi, ut de subversione status ipsius probabiliter timeatur; ex tunc per totam Provinciam Salzburgensem cessetur generaliter a divinis, postquam de captivitate, aut persecutione hujusmodi per Provinciam innotuerit manifeste. Personis tamen illustribus, decoratis Principum dignitate pro ipsorum reverentia deferentes, præsens edictum ad eos, &

Georgius Cedrenus in Compendio Historiarum Num. 316: Ἔργον ἐκείνου, καὶ τὸ νῦν κρατοῦν ἔθος ἐν ταῖς λαμπραῖς καὶ δημοτελέσιν ἑορταῖς ὑβρίζεσθαι τὸν θεὸν, καὶ τὰς τῶν ἁγίων μνήμας διὰ λυγισμάτων αἰσχρῶν, καὶ γελώτων, καὶ παραφόρων κραυγῶν τελουμένων τῶν θείων ὕμνων· οὓς ἔδει μετὰ κατανύξεως, καὶ συντριμμοῦ καρδίας ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἡμᾶς σωτηρίας προσφέρειν τῷ Θεῷ· πλῆθος γὰρ συναγαγόμενος ἐπιῤῥήτων ἀνδρῶν, καὶ ἐξάρχον αὐτοῖς ἐπιστήσας Εὐθύμιόν τινα Κάσνην λεγόμενον, ὃν αὐτὸς δομέστικον τῆς ἐκκλησίας προεβάλλετο, καὶ τὰς σατανικὰς ὀρχήσεις, καὶ τὰς ἀσήμους κραυγὰς, καὶ τὰ ἐκ τριόδων, καὶ χαμαιτυπείων ἠρανισμένα ᾄσματα τελεῖσθαι ἐδίδαξεν. Illius (*Theophylacti*) opus fuit mos, qui etiamnum viget in sacris & publicis populi celebritatibus, contumelia afficiendi Deum, & Sanctorum memoriam, per quædam indecora cantica, & risus, ac temerariis exclamationibus, dum matutino tempore hymni perficiuntur, quos oportuit afflicto, atque contrito corde, pro nostra salute, Deo adhiberi; coacta enim frequentia hominum infamium, ipsisque præfecto Euthymiò quodam, cognomento Kasnen, quem ipse Ecclesiæ domesticum creaverat, satanicas saltationes, & indecoros clamores, ac cantica, ex triviis & fornicibus percepta, eos celebrare docuit. *Præcipue autem XIII & XIV sæculo occidentem hæc insania funestavit in Germanicis & Gallicanis ecclesiis; ita ut multis conciliorum, episcoporumque decretis opus fuerit ad illum eliminandum; quemadmodum & Fridericus II. Archiepiscopus Salisburgensis hoc in concilio egit. Etsi mirum videri possit, quod juvenes, qui decimo quarto ætatis anno jam esse puberes censentur, anno demum decimo sexto adhucdum reputentur infantes, ratione ac discernículo non plene politi; quibus proinde ejuscemodi ludorum protervia culpæ dari non soleat.*

Anno 1274. & terras eorum extendi nolumus: nisi primo admoniti cessare contempserint ab offensis hujusmodi, nec emendare voluerint infra unius mensis spatium, quod fecerunt.

XXIII.

Ne Clerici sumant ecclesiastica beneficia de manibus laicorum.

Adversus præsumptionem damnabilem Clericorum, Prælaturas, aut parochiales ecclesias temeritate propria occupantium, aut recipientium de manibus laicorum, antequam per diœcesanum loci, vel superiorem ejus, si ipse facere, quod tenetur, neglexerit, fuit investitus: auctoritate præsentis concilii, jure, si quod habet in beneficio eodem, sit ipso jure privatus; & nihilominus ipso facto sententiam excommunicationis incurrat: in qua, si per annum perstiterit contumaciter animo indurato, ab omni ecclesiastico beneficio removeatur, tanquam inhabilis & indignus, nunquam de cætero ad aliquod aliud beneficium admittendus. Hanc & constitutionem incidere volumus, qui jam in præmissis delinquere præsumpserunt.

XXIV.

De Advocatis Ecclesiarum.

Præsentis auctoritate concilii, Ecclesiarum advocatos, qui Ecclesias onerant ultra consuetam & debitam servitutem, ac per hoc Ecclesiarum libertates violant & infringunt, publice commonemus, ut ab indebitis vexationibus Ecclesiarum, & bonis ipsarum abstineant, & juribus debitis sint contenti; alioquin adversus eorum injuriam, mediante justitia refrænandam, ad concessa nobis juris beneficia recurremus.

Canisius Tomo IV. Lect. Antiq. pag. 81. *Edit. Basnage. Harduinus Tomo VII. Concilior. pag.* 721.

Soluto concilio, distributisque capitulis, ibidem constitutis, atque ad Henricum Bavariæ Ducem perlatis, offensam ille dux sensit sibi illatam a Concilii peracti Capitulo XXII. & XXIV, deditque hac de causa Epistolam ad Canonicos Salisburgenses, querimonia plenam, quam ex Pezii Codice Diplomatico Parte II. pag. 139. *desumptam, huic esse loco duxi inserendam.*

Epistola Henrici Ducis. Quoniam una cum Reverendo Patre Salzburgensi Episcopo, unum corpus facitis, cujus ipse caput, vos autem comprobamini esse membra, & sicut ipse Pontificatus honore præcedit, sic vos estis ejusdem Ecclesiæ Senatores, ideoque consistorio & consiliis ejus vos decet semper assistere, super arduis negociis debite requirendi; & ob hoc miramur, si vestra discretio hujus scripturæ consensum adhibuit, quæ de suo concilio sub constitutionum nomine dicitur exhiberi, per quam æstimatio Principum læditur, pontificalis mansuetudo negligitur, & plura alia tam insolita, quam indecentia inducuntur. Et quia inter alia de captivitate pontificum & canonicorum cathedralium, nec non subversionibus episcopatuum pœnalis constitutio asseritur poni, quæ etiam horrorem piis mentibus incutiunt, nec ponenda sunt, nisi contra hujusmodi scelera committentes, nos considerantes, quod crudelis est, qui famam negligit, obnixe rogamus, ut justitiæ & veritatis intuitu patentibus literis declaretis, nullius extare memoriam, quæ recordetur, in nostris partibus alicui Episcopo esse violentas manus injectas, vel aliquem canonicum vestræ Ecclesiæ captivatum, inducentes, si fieri potest, archiepiscopalem animum, ut devotionem fidelium principum a favore Salzburgensis Ecclesiæ non repellat, prudenter & modeste revocans, quæ forte minus provide per sibilum mali consilii sunt suggesta.

Mirandum etiam est, quod vos excusationibus aliquorum Episcoporum fidere apponitis, num nullus eorum sigillum suum apponi faccret literæ, quæ pro una libra denariorum Ratisbon. monetæ, vel Pataviensis dirigitur, nisi eam prius legat, & intelligat, ter vel quater. Si tantum innocentes existunt, dicunt vobis literæ patentes, continentes, quod licet statutis salutaribus

ribus bene consenserint, illis tamen, quæ principibus derogant, nec consenserunt, nec consentiunt, nec aliquo modo voluerunt eadem sigilla sua hujusmodi derogationibus applicari.

Malebat autem Henricus, Bavariæ Dux, querelas suas ad Salzburgenses canonicos, quam ad ipsum Archiepiscopum transmittere; quem Archiepiscopum Fridericum, Rudolphi Imperatoris partibus adhærentem, Ottocaro Bohemiæ regi sciebat valde infestum; Fridericus namque in Augustano conventu Bernardum Secoviensem Episcopum, qui Ottocari nomine Bojos fratres accusatum venerat, cordata oratione palam exagitavit: non modo ob luculenta damna, quæ Ottocarus Ecclesiæ Salisburgensi hostili manu recens intulerat, æstimata argenti pondo quadraginta millibus, sed etiam ob Austriam, Styriam, Carinthiam, Carnioliam, Marchiam Vindorum, ac portum Naonis, cum manifesta injuria usurpatam, *ait Adelzreiter in Annalibus Boicæ Gentis Parte I. Libro XXV. §. I.*

CONCILIUM
SALISBURGENSE XXIV.

Anno 1281.

Anno Christi MCCLXXXI, Martini IV. Papæ anno I. Rudolphi Imperatoris anno IX. convocatum a Friderico II. Archiepiscopo, cui interfuere minores Pontifices, Frisingensis, Ratisbonensis, Passaviensis, Brixinensis, Chymensis, Seccoviensis & Lavantinus.

Ita Adelzreiter Annalium Boicorum Parte I. Libro XXV. §. VI.

Henricus Bavariæ Dux, expertus nuper in ultimo Salisburgensi concilio Friderici Archiepiscopi sollicitudinem de rebus Ecclesiæ, contra injustos aggressores propugnandis, porro perrexit adhærere Ottocaro Bohemiæ regi contra Rudolphum Imperatorem. Rudolphus vero recens ex urbe Vienna pepulerat factionis Bohemicæ principem Paltramum: eum suscepit Bavarus, tradito, quo receptum haberet, castro Carlstein. Paltramus continuo permultum molestiarum Salisburgensibus vicinis exhibuit: quem Archiepiscopus interdicto, & Imperii auctoritate pressit. Inde exacerbatum cum Bavaro dissidium. *Hansiz Germ. Sacræ Tom. II. pag.* 391. *Ideoque Henricus Dux cum audiisset hoc rursum anno* 1281. *a Friderico II. Archiepiscopo coactum iri Salisburgi concilium, ne in hoc quoque contra se, aliosque Ecclesiarum perturbatores, novæ in sui ignominiam sententiæ ederentur, hanc ad Patres concilii dedit Epistolam, quam refert Cl. Pezius in Codice Diplom. Parte II. pag.* 139.

Ad Patres Synodi Salzburgensis.

Celebrationi vestri Provincialis concilii favendo applaudimus, & applaudendo favemus, sperantes, quod in eo morum morbi curentur, viror virtutum refloreat, glorificetur Altissimus, ordo status ecclesiastici decus induat, & decorem. Verum quia interdum inferiores clerici, familiares superiorum Pontificum, in hoc dominis suis complacere desiderant, quod circa conditionem statutorum sub verborum superficie, quasi sub foliis, pungitivas abscondunt sententias, anguem in herba, & scorpionem sic callide occultando sub testa, quibus sententiis cum sibi placuerit, principes seu terrarum dominos tanto confidentius pungunt, feriunt, & offendunt; quanto eas non de pharetra sui particularis consilii, sed potius ab auctoritate totius provincialis concilii jactitant emanasse. Ideo vestra paterna sinceritas, & sincera paternitas, statutis edendis oculos circumspectionis aperiat, apponat, ut talis omnino cesset involutio laqueorum, & cum lex esse debeat patriæ conveniens, talia statui non finatis, quæ patriæ sint in offendiculum, ipsisque principibus in offensam. Et nonne melius est unumquemque vestrum gladium suæ jurisdictionis, qui utique felix est mucro Episcopi, fortiter in manu propria tenere per capulum, ipsumque, cum opus est, exercere, & cum sibi placuerit, iterato mittere in vaginam, quam se in totum alterius in hoc submittere arbitrio, in alium quodammodo honorem proprium transferendo? Esset etiam forsitan formidandum, si statu-

Anno 1281. ftatuta facerdotalia, quæ manfuetudinis & modeftiæ debent fpirare odores, in gravamen principum & dominorum fæcularium verterentur, ne forte cogerentur & ipfi illis, & præfertim laicis, quos patriæ limes includit, fub pœnis, a lege permiffis, edicta facere, prout fuæ tutelæ crederent opportuna.

Verum nequaquam hujus Epiftolæ comminatio zelantiffimos Patres ab officio fuo cohibuit.

TITULI CAPITULORUM.

I. De alienationibus Ecclefiarum.
II. De Difpenfatione, & Prælatorum Ratione facienda.
III. De Jejunio Religioforum.
IV. De monachis, & Regularibus proprietatum.
V. De habitu Religioforum.
VI. De difcurfu Religioforum.
VII. De Capitulis Epifcoporum, Abbatum & aliorum Prælatorum.
VIII. De immoderatis fumptibus Vifitatorum.
IX. De monialibus in claufris communem vitam non ducentibus.
X. De pluribus beneficiis curam animarum habentibus.
XI. De Refidentia plebanorum.
XII. De Advocatis Ecclefiarum.
XIII. De his, qui violentas manus mittunt in clericos.
XIIII. De his, qui loca facra exfecraverint violenta fanguinis effufione.
XV. Contra Patronos & Judices, qui bona decedentium clericorum invadunt.
XVI. De Pfalmo: Domine, quid multiplicati funt.
XVII. De falfariis clericis & laicis quocunque modo.
XVIII. De his, qui a laicis inftituuntur.

Hæc funt inftituta Venerabilis Domini Friderici, Archi-Epifcopi Ecclefiæ Salzburgenfis, Apoftolicæ Sedis Legati, in provinciali Concilio Salzburgenfi, anno Domini MCCLXXXI.

PRÆFATIO.

Cum inftantia noftra quotidiana effe debeat folicitudo Ecclefiarum nobis commiffarum, ideo ad laudem & gloriam Domini noftri Jefu Chrifti, qui eft omnium bonorum folidum firmamentum, Nos Fridericus, Dei gratia, Sanctæ Salzburgenfis Ecclefiæ Archi-Epifcopus, Apoftolicæ Sedis Legatus, Hanno, Willelmus, Bruno, Timoleon, Bernhardus, Gerardus, Frifingenfis, Ratifponenfis, Patavienfis, Brixinenfis, Chimenfis, Secovienfis, Laventinenfis, Epifcopi, Salzburgæ in provinciali Concilio congregati, infra fcriptas conftitutiones ex caufis rationabilibus folemniter ac communiter edidimus, & promulgatas publice mandamus per eamdem provinciam inviolabiliter obfervari.

CAPITULA.

I.

De alienationibus Ecclefiarum.

Quia multi Prælati bona Ecclefiaftica alienant, vendunt, vel diftrahunt minus jufte, vel etiam locationes longi temporis, & nocivas faciunt: de eisdem ftatuimus, ut nihil talium de cætero attentare præfumant: nifi expreffe authoritate Epifcopi, & confenfu conventus monafterii accedente; alias locatio & alienatio prorfus fit irrita: & alienator ab adminiftratione temporalium, & ab ingreffu Ecclefiæ tamdiu fit fufpenfus, donec Ecclefiam reddat indemnem. Et, ut circa hæc fraus & alienationis materia præcludatur; volumus, ut figillum Capituli, non apud Abbatem, vel apud Prælatum, fed apud maturiores, & fide digniores tres fratres Capituli refervetur.

II.

De Dispensatione, & Prælatorum ratione facienda.

Item, ne etiam res Ecclesiasticæ in usus indebitos convertantur, & fidelis dispensatio Prælatorum apparentius elucescat; diffinimus, ut de bonis Ecclesiæ, semel in anno Prælatus cujuslibet Conventus, Ecclesiæ convenientium, suo de omnibus redditibus & proventibus monasterio plenam faciat rationem, præsente Episcopo, vel ejus nuntio, ad hoc specialiter deputato, si Episcopus fuerit ad hoc requisitus: & bis vel ter in anno a suis officialibus, monachis, & laicis computationem discretam faciat & fidelem: alioquin incidit supradictam pœnam.

III.

De Jejunio Religiosorum.

Item a festo Sancti Martini ab omnibus religiosis usque ad nativitatem Domini, jejunium observetur: & a quinquagesima eisdem præcipimus jejunium in cibis quadragesimalibus inchoare: salvis omnibus jejuniis aliis a suorum regulis institutis.

IV.

De monachis & Regularibus proprietatum.

Item statuimus, ut monachi vel regulares, nisi a notitia præsentium infra dies quindecim vel ante ad manus suorum offerant Prælatorum, usque ad restitutionem debitam, ab officio sint suspensi: & nihilominus si manifesta sit proprietas, carcerali custodiæ mancipentur.

V.

De habitu Religiosorum.

Item, ut habitus unicuique debitus, religiosos & religiosas distinguat a sæcularibus, a quibus debent esse vita & moribus separati; volumus etiam, ut quilibet religiosi & religiosæ, tam monachi, quam extra monasteria, veste suæ religionis utantur, & vestes sæculares nullatenus assumere præsumant.

VI.

De Discursu Religiosorum.

Item inhonestos & indecentes Religiosorum discursus amputare volentes; determinamus, ut quicunque Prælatus monachum fugitivum vel ejectum ad admonitionem Episcopi, Rectorum, vel visitatorum ordinis, non receperit, ex tunc sit a temporalium administratione suspensus, donec recipiat monachum vagabundum: ut inquietos & inobedientes coërcere possint per pœnas in sua regula constitutas, & mancipare carceribus penitus incorrigibiliter obstinatos, ubi magis visum fuerit expedire, quod de consilio ordinarii ad alia sui ordinis claustra destinentur.

VII.

De Capitulis Episcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum.

Item, licet felicis recordationis Gregorius Papa IX: provide statuerit, ut in singulis regnis seu provinciis, Prælati ordinis sancti Benedicti de triennio in triennium capitula regularia celebrare deberent, & nos idem statutum in provinciali duxerimus innovandum: quia tamen

Anno 1281. tamen nullus fructus adhuc est ex prædicto statuto, & innovatione; repetita vice decrevimus eadem capitula celebrari, jure tamen Ordinariorum per omnia salvo.

VIII.

De immoderatis sumptibus Visitatorum.

Item, ne monasteria immoderatis Visitatorum sumptibus graviter onerentur; statuimus, ut quilibet Abbas, qui pro tempore Visitator fuerit, vel etiam capitulum generale accesserit, octo evectionum numerum (*) non excedat: inferiores vero abbates, paucioribus sint contenti.

IX.

De Monialibus, in claustris communem vitam non ducentibus.

Item cum dolore accepimus, quod quædam moniales, in eodem monasterio communiter habitantes, communem vitam non ducunt, nec in eodem comedunt refectorio, sed seorsum per cameras speciales. Volumus igitur, ut communiter regularia loca frequentent, & in eodem refectorio communibus cibis utantur. Et quod abbatissæ ab adventu Domini usque in octavam Epiphaniæ & a septuagesima usque in octavam Paschæ, in dormitorio dormiant, & in refectorio comedant cum eisdem.

X.

De pluribus beneficiis curam animarum habentibus.

Item cum in nostro Provinciali Concilio proxime celebrato, clericis plura beneficia curam animarum habentibus duxerimus injungendum, ut infra certum terminum & tempus, dispensationis suæ fidem nobis facerent; ut ultimo eis remanente beneficio juxta Lateranense Concilium prioribus essent ipso jure privati: ex superabundanti. exspectantes exspectavimus usque modo. Quare volumus districte præcipientes, ut durante tempore præsentis nostri concilii, litteras suæ dispensationis nobis exhibeant: alioquin quod prius contra tales beneficiatos statutum est, efficaciter exsequemur; hujusmodi beneficia, tanquam de jure vacantia, personis idoneis conferendo.

XI.

De Residentia Plebanorum.

Item, licet rectoribus Ecclesiarum, qui a residentia excusantur, mandaverimus in proximo concilio, quatenus personas idoneas ordinarent in Ecclesiis suis in perpetuos vicarios institui & locari, trimestri tempore ad hoc exsequendum indulto: tamen quia in hoc exhibuerunt, se aliqui negligentes; nos institutionem hujusmodi vicariorum, seu locationem Ecclesiarum, simul & moderamen præbendarum, præcise ad nostram providentiam revocamus, sublata eis omni circa provisionem hujusmodi potestate: ut sic puniantur ex eo, in quo delinquere præsumpserunt.

XII.

De Advocatis Ecclesiarum.

Item sub velamento advocationis nonnunquam gravantur monasteria; conventualium, parochialium, & aliarum Ecclesiarum liber-

tas

(*) Evectio *pro equis sumitur more illius ævi; veluti etiam in concilio Viennensi, anni 1267. Can. 2.*

tas & immunitas perturbantur: Decrevimus, ut omnes, qui occasione hujusmodi aliquod jus sibi vindicant in Ecclesiis, nisi de jure suo ordinarium loci certum fecerint, ante festum Sancti Joannis Baptistæ, quem eis ad hoc terminum peremptorium adsignamus; ex tunc super hoc de cætero nullatenus audiantur: & clericus, qui se non opposuerit, taliter usurpanti, pœnam sustineat nuper in Lugdunensi Concilio statutam. Anno 1281.

XIII.

De his, qui violentas manus mittunt in clericos.

Item, cum hi, qui violentas manus mittunt in clericos, incidant ipso facto canonem legitime promulgatum; districte præcipimus, ut in Parochia, in qua tale delictum commissum fuerit, vel talis malefactor domicilium habuerit, Rectores illarum Ecclesiarum ipsum excommunicatum devitent, & denuntient singulis diebus Dominicis & festivis: ut sic rubore perfusus, ad matrem Ecclesiam citius revertatur. Illos vero clericos, qui vel alios nominatim excommunicatos vel interdictos ad Divina, vel Ecclesiasticam sepulturam scienter receperint, ab omni officio Ecclesiastico suspensos decernimus remanere: utpote, qui sua temeritate nituntur frangere nervum Ecclesiasticæ disciplinæ. Et eum, qui in prædicta denuntiatione, postquam sibi per ordinarium fuerit demandatum, negligens fuerit aut remissus, per quindecim dies ab ingressu Ecclesiæ, & ab officio sit suspensus, & culpam reiteratam pœnæ reiteratio subsequatur. Monemus etiam religiosos quoslibet, ut circa prædictum statutum, ordinationem recolendæ memoriæ Domini Guidonis curent inviolabiliter observare.

XIV.

De his, qui loca sacra exsecraverint violenta sanguinis effusione.

Item statuimus, ut quicunque violenta sanguinis effusione cœmiterium vel Ecclesiam exsecraverit, ad expensas pro reconciliatione impendendas, exsecrationibus hujusmodi teneatur. Si solvendo fuerit rebellis, per censuram Ecclesiasticam a rectore loci, authoritate hujus Concilii arctetur: si vero solvendo non fuerit, alias pro ipsius Diœcesani arbitrio puniatur.

XV.

Contra Patronos & Judices, qui bona decedentium clericorum invadunt.

Item statutum bonæ memoriæ Guidonis contra patronos & Judices, & præcones editum, qui bona invadunt decedentium clericorum, pro necessitate temporis aggravantes statuimus, ut raptores rerum hujusmodi vacantium Ecclesiarum ipso jure excommunicationem incurrant: & in locis, ad quæ eadem bona violenter ablata, deducta illico fuerint, postquam hoc Ecclesiarum rectoribus innotuerit, cessetur tamdiu a Divinis; donec subrepta eadem successori defuncti reddantur, & in loca pristina reportentur, & alias satisfactio competens subsequatur. Et hoc statutum non solum ad futura, sed ad præterita extendatur.

Anno 1281.

XVI.

De Psalmo: Domine quid multiplicati.

Item reminiscentes Moysis servi Domini, qui hostes populi sui non ferro pugnando, sed prece orando dejecit; statuimus, ut per præsentis anni decursum, in instanti adventu Domini inchoandum, in singulis Cathedralibus, conventualibus, & parochialibus Ecclesiis *Psalm. III.* Psalmum: *Domine quid multiplicati* &c. cum oratione Dominica, & versu: *fiat pax in virtute tua, esto nobis turris fortitudinis*, & collecta: *Deus, a quo sancta desideria* &c. clerus, provolutis in terram genibus, & erectis in cœlum cordibus in Missa post tertium *Agnus Dei*, quotidie semel dicat: quatenus Dominus noster Jesus Christus, Rex Pacificus, sedatis tribulationibus, & Ecclesiarum persecutoribus humiliatis, pacem in populo suo multiplicatis intercessoribus largiatur.

XVII.

De falsariis clericis & laicis quocunque modo.

Item ad falsariorum malitiam reprimendam diffinimus, ut qui clerici vel laici sigilla vel litteras Principum vel Prælatorum falsare, vel falsis scienter uti præsumunt; aut etiam falsam monetam cudere, vel quodcunque æs, seu metallum adulterine fabrefacere, aut his omnibus vel similibus uti scienter præsumpserint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Clericis nihilominus, si de hoc convicti fuerint, carceri Episcopali mancipandis; laicis autem sæculari judicio condemnandis.

XVIII.

De his, qui a laicis instituuntur.

Item Constitutio Concilii proxime celebrati, quæ clericis, de manibus laicorum, antequam per ordinarios instituantur, Ecclesias recipientibus, pœnas ingerit, & infligit, in eo, quod experientia deesse docuit, supplere volentes; statuimus, ut, quicunque clericus contra processus, pœnas, & ordinationes ordinarii, contra eum habens defensionem præsidio laicorum, illaque ausus fuerit uti; ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Verum cum parum sit jura concedere, nisi sint, qui eadem tueantur; præcipimus, quatenus salutaria nostra monita, ut moribus utentium approbentur, in quatuor temporibus anni, in singulis Cathedralibus & conventualibus Ecclesiis recitentur. Rectores vero Ecclesiarum ipsa scripta habeant, & per singulas Synodos ab Archidiacono de earum rerum observantia interrogari præcipimus & inquiri, & nihilominus sine delectu personarum præviemus inobedientiam, qui nostrarum sanctionum inventi fuerint contemptores.

Labbeus in Collect. Concil. Tomo XI. Parte I. pag. 1150.

RUDOL-

RUDOLPHUS,
Anno 1284. *Archiepiscopus Salisburgensis XXIX.*

Hic multis calamitatibus affectus ab Henrico, Admontensi Abbate, Alberti, Austriæ Ducis partibus adhærente, cujus Monasterium olim fundaverat Gebhardus Salisburgensis Archiepiscopus, anno 1288. *per legatos Pontifici Nicolao IV. suam sortem exposuit, medelamque ab eodem sibi ferri deposcit. Reduces legati hæc ad Rudolphum pertulerunt:* de causa Abbatis Admontensis Cardinales ita censere: injurias ejus non esse persequendas Romæ, ubi res per telam judiciariam, & literarum mittendarum tædia trahuntur in longum. Quod si Abbas ageret vitam, a sacri ordinis legibus abhorrentem: si episcopatum damnis afficeret, id esse consilium omnium promptissimum, si cogatur concilium Provinciale, in quo excessus Abbatis per sanctiones vetentur; quibus intercedere si quis esset ausurus, eum hoc ipso reum fore excommunicationis Papalis. Quibus auditis Archiepiscopus cum suis in consilium ivit: deliberatum de modo sanctionis illius ferendæ: videbatur peritis, nihil Abbati pejus futurum, quam si abstractus a latere Principis, nudatusque publicorum auctoritate munerum, ad vitam redigeretur privatam, detracta nimirum potentia, qua fretus eatenus exultasset. Id autem ea ratione perfici commodissime posse, si omnibus generatim viris sacris interdicerentur negotia laicorum principum ex canonum instituto. Id omnibus placuit. *Ita Hansitz Germaniæ Sacræ Tomo II. pag.* 403.

Interfuit Rudolphus Archiepiscopus Herbipolensi Concilio, anno 1287. *celebrato, ut Labbeus adnotavit in Præfatione hujus concilii Tomo XI. Parte II. Conciliorum fol.* 1320. *Convocatum vero fuit hoc Concilium, ad quod & Imperator Rudolphus accessit, a Joanne Buccamatio, Cardinale, Episcopo Tusculano, Sedis Apostolicæ Legato;* qui nomine Papæ contributionem decimi denarii a clero, & Rex ab universo populo Imperii instantissime exigere cœperunt, multis principibus in eorum sententiam consentientibus. Suffridus autem Archiepiscopus Coloniensis, & Henricus Archiepiscopus Trevirensis contra insolitam ac nimis gravem exactionem se fortiter opponentes, negotium penitus revocarunt. *Scribit Binius ad hoc Concilium. Cardinalis itaque repulsam hac in petitione passus, XLII canones hoc in concilio edidit, iisque voluit* Alamanniam, Bohemiam, Daniam, Sueciam, Moraviam, Poloniam, Borussiam, Russiam, totumque Septentrionem *obstringi; eo quod ad has ipse gentes Legati Apostolici munere fungeretur. Hæc causa est, quod hoc Herbipolense Concilium tum ob Nuntii auctoritatem, tum ob Archiepiscopi Rudolphi præsentiam Salisburgensibus Conciliis aliquando adnumeretur. Habetur illud Concilium apud Labbeum in Collect. Concil. Tomo XI. Parte II. pag.* 1318. *& apud Harzheim Concil. Germaniæ Tomo III. pag.* 742.

Magnis autem & cum Alberto Austriæ Duce conflictatum fuisse Rudolphum Archiepiscopum simultatibus notavit Anonymus Leobiensis in Chronico, Libro II. ad annum 1288. *scribens:* Misit Rudolphus Archiepiscopus ad consulendum Papam, quomodo Albertum evaderet, quia eum nimium metuebat. Sed aliud consilium habere non potuit, nisi quod concilium indiceret, & in audientia Suffraganeorum, & totius cleri publicaret, sibi quod liceret facere, quod Dux petiit, juxta Sanctorum sanctiones: ut per alios cognosceret, quod sibi Pontifex petita non contemptibiliter, sed rationabiliter denegasset. *Itaque*

CONCILIUM SALISBURGENSE XXV.

Anno 1288.

Anno Christi MCCLXXXVIII. Nicolai IV. Papæ anno I. Rudolphi I. Imperatoris anno XV. convocatum a Rudolpho Archiepiscopo.

Epistola Encyclica, qua Rudolphus Archiepiscopus Suffraganeos suos ad celebrandum concilium Provinciale convocat.

Epistola convocatoria. In hoc votorum nostrorum versatur intentio affectiva, ut vinea Domini Sabaoth, quatenus vigiliis & gubernaculis nostris, a superna & Apostolica dispensatione est credita & decreta, vitiorum sentibus purgata, & virtutum palmitibus implantata in gloriosi conditoris sui facie, & in conspectu cœlestis agricolæ florens appareat gloriosa. Sane dum infirmitatis nostræ vires ad executionem tam alti operis præmetimur, id quod in hac parte mentis & meditationis nostræ præsumit affectio, recusant humeri, non audent movere digiti, manus aggredi contremiscunt, sine illorum consilio & assensu, qui ad culturam præfatæ vineæ nobiscum in partem sollicitudinis sunt vocati. Ea propter operæ pretium nobis est, ut provinciale concilium, diu ante nos omissum, & a nobis a creationis nostræ tempore intentatum, juxta venerabilis Capituli nostri consensum & monita congregare, in quo in digito Dei ejectis dæmoniis, & ope summi opificis vulpeculis demolientibus vineam effugatis, de venerabilium Suffraganeorum, & aliorum prælatorum nostræ provinciæ industriosa providentia eradicemus morbida, consolidemus infirma, redintegremus deperdita, & commendemus pro meritis speciosa, & specialiter super reformatione morum, qui tam in clero, quam in populo Salzburgensis Provinciæ propter facilitatem veniæ, & correctionis desuetudinem sunt damnabiliter deformati, de vestro, & aliorum Patrum, & fratrum, in eodem concilio aggregandorum exquisito fideli consilio, aliquod salubre remedium pariter cogitemus, & ecclesiarum necessitudinibus, quantum superabundans Dei bonitas ministraverit, quod singulariter non possumus, universaliter consulamus.

In quo etiam concilio corpus felicis recordationis Domini Eberhardi Archiepiscopi, venerabilis prædecessoris nostri tradere, qua usque nunc cum tædio ac stupore animi nostri caruit, intendimus ecclesiasticæ sepulturæ. Signum enim in nobis esset dedecoris, si venerabile corpus illius, qui tot honorum insigniis Salisburgensem Ecclesiam insignivit, sinamus ulterius jacere extra corpus Ecclesiæ nostræ, quasi non fuerit digna memoria inhumatum.

In quo insuper concilio (imo quod ad ipsius celebrationem instantis concilii, jam quasi per sexennium dilati, non mediocriter nos admonuit, nostrumque animum excitavit) proponimus de pleno fratrum consilio diem desiderabilem, & omnibus acceptabilem, auctore Domino, publicare, in quo venerandas reliquias sanctissimi corporis Sancti Virgilii, confessoris atque Pontificis, secundi Patroni Sanctæ Salzburgensis Metropolis, cui licet insufficientibus meritis, sola Dei misericordia præsidemus, de humilitate loci, ubi diu requievit hactenus, in altari decentiore venerationi suæ in Ecclesia nostra

nostra majori fundatum, & ditatum a priscis temporibus, solennitate devota, & devotione solemni; Deo nobis propitio, & orationem Sanctæ Matris Ecclesiæ fulcienti suffragio, disponimus transferendum. Non careret equidem indevotionis ignavia; si os sibi electi Dei confessoris gloriosi & benedicti in sæcula, jam diu canonizati, & inter Sanctos in Sanctorum catalogo jam diu adscripti, de communi nostra dissimulatione ultra satiscat in terræ pulvere, cujus spiritum ante Deum in superno Divorum agmine non ambigimus exultare. Quem enim tam longe, tam lateque miraculorum celebri claritate divina magnificavit dignatio, hunc revera prompto affectu humana debet devotio honorare. Anno 1288.

Verum quia sine desideranda vestra præsentia non speramus per effectum commode posse fieri compotes tanti voti; ideo Paternitatem vestram requirimus, & monemus, vobisque in virtute sanctæ obedientiæ injungimus per præsentes, quin imo salva pulchritudine vestræ reverentiæ sub pœna excommunicationis, quam ex tunc, prout ex nunc in vos ferimus in his scriptis, si mandati nostri inventi fueritis contemptores, firmiter præcipiendo mandamus, quatenus simul cum omnibus Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, aliisque Prælatis nostræ civitatis & diœcesis, vestræ jurisdictioni subjectis, qui canonica impeditione non fuerint præpediti, vobiscum sub simili auctoritate vestra ordinaria, specialis mandati districtione vocandis, adducendos in nonas Novembris, id est, quinto die post instans festum Omnium Sanctorum, Salzburgæ in memorato concilio, vestram curetis præsentiam procul dubio exhibere, ut vestrorum aliorumque suffragante consilio, quæ præmisimus, prosequamur utiliter, & prosequente nos Dei gratia salubriter exequamur.

Apud Cl. Pezium in Codice Diplomat. Parte II. pag. 149.

Convenerunt itaque Episcopi, Emicho Frisingensis, Wernhardus Pataviensis, Henricus Ratisponensis, Landolffus Brixinensis, Hertnidus Gurcensis, Leopoldus Seccoviensis, Chunradus Laventinus, Chunradus Chiemensis, *ut adnotavit Anonymus Leobiensis; Prælati præterea Monasteriorum, & collegiorum omnes: præterea tanti vis populi, ut ad spatium unius leucæ circa Salisburgum advenis omnia essent conferta. Nostris certe temporibus (ait Hornekius synchronus) tantæ multitudinis confluxus, seu vicinis, seu remotis etiam in partibus non est auditus, usque adeo, ut nonnullis constipatio turbæ etiam animam exprimeret,* Germaniæ Sacræ Tomo II. pag. 403.

Quatuor præcipue rerum, ac disciplinæ capita, hoc in concilio fuere peracta.

I. Elevatio S. Virgilii, Episcopi Salisburgensis.

II. Sepultura Eberhardi, Archiepiscopi Salisburgensis, hactenus inhumati.

III. Anathema clericis omnibus, qui negotia laicorum Principum tractarent.

IV. Interdictum, honoris feudi impertiendi cuiquam, sive ab Episcopo, sive a quovis Prælato provinciali. Itaque

I. Elevationis ordo sic habuit: primum decantatus est in Ecclesia hymnus Angelicus: *Gloria in excelsis*: quo gratiæ agebantur Deo pro tantis beneficiis, in Sanctum Virgilium collatis; deinde Archiepiscopus cum Episcopis tribus ad locum conditorii, quo depositus perhibebatur, accessit: descendit: cumque tumulus diu quæreretur, inventus non est; igitur exeuntes e loco, cum excalceassent pedes, lugubriter invocato Dei auxilio, cum magno fletu litanias, aliasque preces ingeminant. Archiepiscopus ante alios lacrymatus supplicabat Deo, ne peccata sua Divi honoribus obstare sineret. Quod cum fieret, effodiebatur paulo altius in parte quadam humus. Ibi detectus sarcopha-

Anno 1288. cophagus cum idoneis ejus offium indiciis, ac literis, in quibus annus primæ depofitionis adnotatus erat. Mox omnibus confertim accedere connifis, elevata voce cantatum: *Te Deum.* Deinde quatuor Epifcopi defcenderunt, offa, & particulas omnes transpofuerunt in alium loculum: cum inter hæc cantaretur: *Dilectus Deo:* deinde oftiis templi referatis admiffa turba, diftributæ indulgentiæ, homologefibus opera data. Sacris offibus fuper ara collocatis cantata liturgia in honorem S. Virgilii: fub ea pœnitentes (*Karreyner*) aliique expiari cupientes in templum a quatuor Epifcopis inducti funt ad oblationes faciendas, quas reliqui etiam de populo peregrini fecerunt ingenti copia. Vix erat quisquam adeo vacuus, qui non geminum donum, unum ad manus Archiepifcopi, qui functionem iftam capiendorum munerum ipfe navabat; alterum fuper exuvias S. Virgilii offerret. Deinde fuamet Archiepifcopus manu facrarum reliquiarum portiones diftribuit, fed nifi, qui promitterent Ecclefiam, vel aram erecturos, ubi digne reponerentur. Reliquum in arca inclufum, & immerfum altari, quod elegantiori opere, magnaque mole constructum, Archiepifcopus ipfe confecravit. Iftuc applicatæ indulgentiæ, quotannis ab invifentibus obtinendæ. Ita folennitas ejus diei peracta, in qua conferta perpetim multitudo ad Vefperarum & Completorii finem duravit.

II. Die fequenti ceremoniæ funebres pro Eberhardo inftitutæ. Corpus ejus allatum Raftadio, fpeciofæ inclufum tumbæ. Archiepifcopus ipfe facrificium piaculare fecit, deinde in eodem tumulo, e quo S. Virgilii lipfana exemta fuerant, pro dignitate compofuit. Hoc novum reputabatur, quod Archipræfulum alter alterum elevaret, alterum eadem in urbe fepeliret. Chronographus Mellicenfis de his ita fcribit ad annum MCCLXXXIX. (fubftituendus autem eft annus MCCLXXXVIII.) *Beatus Virgilius Juvavienfis Archiepifcopus transfertur, & canonizatur a venerabili Archiepifcopo Salzburgenfi Rudolpho: & beatus Eberhardus Archiepifcopus quondam ipfius Ecclefiæ fepelitur. In eadem translatione dicta affuit Dominus Fridericus Abbas noftræ congregationis, qui cum cæteris Epifcopis corpus venerabile de foffato, in quo fuit humatum, reverentia, qua decuit, excepit.*

III. & IV. His ita peractis deliberabatur de ferendis in concilio proximo decretis. Optimum factu vifum, ut a doctoribus conficerentur tabulæ, quibus Epifcoporum finguli ceram fuam appenderent ante confeffum. Id eum in finem excogitatum, uti viritim conventis eo promptior eliceretur confenfus, verecundia tergiverfandi; deinde uti fuis ipfi tenerentur figillis ad excludendum pœnitentiæ locum. Itaque literæ fanctionum ad fingulos circumlatæ. Earum fententiam cum pauci fcrutarentur, omnes tamen obfiguarunt, excepto Leopoldo Seccovienfi. Ad eum ubi ventum, nefcio, quid odoratus, negabat ante fignaturum, quam vim literarum pernoffet. Quibus ei prælectis, cum intelligeret, anathemate & interdicto feriundos de clericis omnes, qui negocia laicorum Principum tractarent: præterea, uti nemo ullus Epifcoporum, Parochorum aut Prælatorum, vel cujuscunque tituli, Provincialium cuiquam honorem feudi impertiat: neve in eo metum, aut minas excufet; neque ipfi clientelam, obfequium ulli defpondeant; qui contra faxit, communione piorum careat. Alia præter hæc erant haud pauca, quæ Seccovienfi parum probabantur. Ille his cognitis ajebat fe omnia, quæ viderentur æqua, facturum: illud tamen fibi reputandum effe, ne quid in fraudem Domini fui Ducis decerneret. Ad hoc fe primum obftringi officio grati animi adverfus eum, a quo adeo habeatur in honore, ut nulli unquam antecefforum fuorum gratiæ majores a Principibus obtigerint. Ejus confenfu fibi opus effe: fecus fore, ut amiffa gratia Principis Ecclefia fua luat. Hic eum Magifter Henricus de Traveyach admonebat, fi gratiam Principis retinere non poffet, par effe, uti eam in gratiam cleri dimitteret: neque recufandum ei effe pro commodo Archiepifcopi, & ejus Ecclefiæ utramque fortunam pati. Seccovienfis contra minime, inquit, mihi animus eft, cuiquam ita deditum effe, ut Ecclefiam meam in exitium præcipitem. Quid quid de me fit: Ecclefiam meam deftruere nolo. Ita res mecum habet, ut leviffimus quisque fatellitum ducis, fi eum faventem habeat, me poffit impetere. Ego Ecclefiam tueri meam æque teneor, atque Archiepifcopus fuam. Quod fi velit, ut more fubjecti obtemperem, mihique accerfam damna, id certe eget meditatu longiore, quam ut illico decerni poffit. Hæc eo prædicante, tabellarii vehementer conturbati, bonis primum verbis hortando, monendo, poftremo terroribus eum obfidebant. Sed ipfe nec precibus, nec legum canonicarum objectu, neque carceris interminatione fubigi potuit, ut figillum adprimeret. Hoc tandem unum impetrarunt, ut reciperet, adverfus ea, quæ in concilio cleri univerfa-

versalis magna seu parva sancireotur, vocem noo emissurum. Sileret certe, si nolit assentiri; & alienationem animi ad alios ne vulgaret. Hic Leopoldus Seccovlensis, cujus toties mentio redit, is est, quem Fridericus Archiepiscopus e Parochia Foganensi ad infulam vocaverat, probus admodum vir, nisi quod aoimi elatioris, & præcipitis, ut scribit Hornekius, Alberto item Duci diu charissimus, cujus beoeficentia penuriam Ecclesiæ suæ multis nominibus a decessore contractis obæratæ sublevavit. Idem Archiepiscopo suo multis in rebus usui fuit, donec ille pecuniæ ratam ab eo pendendam, nam erat Vice-Dominus Leibnizeosis, quadringeotis marcis taxasset: ex eo namque studium ejus adversus Archiepiscopum refrixit, eodem teste.

Cum itaque dies Concilio præstituta venisset, consedere Patres, coram quibus cantatum sacrum soleune in Basilica Metropolitana. Deinde Episcoporum quidam, ascenso pulpito, sermonem fecit de laudibus obedientiæ. Post dictionem Archiepiscopus conversus ad Magistrum Henricum de Göss, imperavit, uti de rebus, de quibus jam conventum sit, orationem diceret, prælatis in medium legibus canooicis, e quarum norma sanctiones conceptæ sint. Is, cum assurrexisset, fecit imperata, & quæ meditatus antea fuerat, explicuit. Archiepiscopus cum Suffragaoeis de rebus præpositis in consilium ibat. Tum recitatum instrumentum sanctionum, id, quod antea circumlatum Episcopi sigillis muniverant. Cum primum tenor literarum liquidius intellectus est, ibi plerique cohorruerunt, & tædere cœpit eos, rem non antea clarius detectam. At vero jacta jam erat alea: velleot, nollent, ipsi syngraphis tenebantur. Postquam constitutio ad calcem perlecta, solemnibus ceremooiis decretæ in transgressores diræ, & imperia clericis imposita. Aderat his omnibus Abbas Admontensis, qui continuo se Salisburgo subduxit. Soluto concilio mox omnes abitum properant. Peritis haud erat obscurum, quo statutum illud, in Alberti Ducis odium comparatum, postremo evaderet. *Anno* 1288.

Hansfizius German. Sacræ Tomo II. pag. 404.

Acerbe principes, & præcipue Ducem Austriæ Albertum hæc Concilii Capitula affecerant, propterea quod Rudolphum Archiepiscopum, tot ac tantis a parente Cæsare beneficiis devinctum, hæc in suam, suorumque fraudem moliri cerneret. Igitur duce, atque incentore Abbate Admontensi, qui Styriæ præfectus ab Alberto fuit, ad arma conversus Dux, Salisburgensium terras quasdam quidem diripuit, alias occupavit; quibus calamitatibus Archiepiscopum pene confecit, ac protrivit; qui licet a principio contra adversarios sui episcopatus se validum propugnatorem osteoderet, tamen ultimo ob timorem, qui non debuerat in virum constantem cadere, statuta sui concilii, quod celebraverat anno millesimo, ducentesimo, octogesimo octavo, quaodo etiam corpus beati Virgilii transtulerat, ooa sine totius patriæ scandalo revocavit. *Scribit Eberhardus Altahensis in Annalibus, apud Canisium Lectionum Antiquar. Tomo IV. pag. 222. Edit. Basnage.*

Admonitio ad Num. I. Elevationis.

De Elevatione seu beatificatione.

De Elevatione & beatificatione. Jam anno MCCXXXIII. Gregorius IX. Papa S. Virgilium, edita Bulla, canouizaverat, postquam nimirum miracula, quibus sanctus ille Episcopus claruerat, scriptis consignata, ab Eberhardo II. Archiepiscopo Romam submissa, & severo ibidem peracto examine fuissent adprobata; quamvis corpus hujus S. Virgilii, usque ad tempora Rudolphi Archiepiscopi, nondum fuerit suo e loculo elevatum. Est autem Canonizatio, solennitas antiqua ecclesiastica longe sanctior impia illa apotheosi gentilium, qoa fidelium, qui in sanctitatis odore decesserunt, nomina inserebantur io sacra Dypticha, seu in canonem Missæ, ot invocentur tanquam Amici Dei, & nostri apud Eundem intercessores. Prioribus IX. Christianismi sæculis, cuique Episcopo, accedentibus cleri, populique suffragiis, propria hæc fuit pro sua diœcesi canonizandi auctoritas; quos deinde canonizatos si Episcopi aliarum diœcesium recepissent, & præsertim Romanus Pontifex, universalem eorum cultum reddiderunt; quoadusque Romani Pontifices hæc sibi canonizandi jura vindicare cœperunt, quibus illi etiam varios subinde ritus ac cerimonias præscripserunt. Certe sæculo XI, insistente Lindolfo, Aougustano Episcopo, S. Udalricus primus solemni ritu Sanctorum catalogo adscriptus fuit a Joaone XV. Papa. Primæ canooizationes rudiori opera, simpliciorique apparatu foere peractæ: scribit Beda sæculo VIII. in vita S. Cuthberti: Cudbertum Episcopum indulsisse fratribus Liodisfarnensibus exhumare ejusdem Sancti exuvias, hac sub con-

conditione, ut eas in loculo novo, supra pavimentum, dignæ venerationis gratia locarent. In Chronico Laubiensi legitur ad annum 823: jussu Episcopi Cameracensis factam esse elevationem corporis S. Ursmari Abbatis, expletaque elevatione diem ibidem festum actum fuisse: Baldericus in Chronico Cameracensi scribit, quod XI. sæculo Engrannus Episcopus corpus S. Hadulfi levaverit, & verbo facto ad populum, eundem in numero Sanctorum reposuerit. Plurima hujusmodi exempla recurrunt in Antiquitate, quæ Mabillonium in Præfatione ad V. Sæculum Benedictinum induxerunt, ut elevationem ejusmodi corporum, & in digniori loco, vel penes vel subtus altare collocationem pro ipsa canonizatione habuerit. Verum id cum nostro S. Virgilio non contigit, qui post canonizationem diu prӕteritam demum levatus fuit; quin imo Sanctorum quorundam corpora nullatenus suis e loculis sunt elevata: testatur Benedictus XIV. Papa in Opere de Beatificat. & Canonizat. Sanctorum Lib. I. Cap. LI. num. 6. de S. Bernardo Ptolomæo, cujus corpus cum aliis peste infectis olim sepultum, nec visitari unquam, nec levari potuerit.

CONRADUS IV.

Anno 1290. *Archiepiscopus Salisburgensis XXX.*

CONCILIUM SALISBURGENSE XXVI.

Anno 1291.

Anno Christi MCCXCI. Nicolai IV. Papæ anno IV. Rudolphi I. Regis anno XIX. convocatum a Conrado IV. Archiepiscopo, ad consulendum rebus misere jacentibus, ac prope desperatis Cruce signatorum in Palæstina: atque ad alia disciplinæ Ecclesiasticæ definienda capita.

Dissensione Christianorum, ac præsertim trium ordinum, Templariorum, Hospitaliorum, atque Teutonicorum factum est, ut Crucesignati acerbissimam in Palæstina ferrent cladem, in expeditione in Turcas suscepta; utque caperetur Akaron, præcipuum Christianorum ibidem præsidium, atque inde Saladini Babylonii vehementer increscerent vires. Hac de causa, quod Aventinus Libro VII. Annalium Boicorum persecutus est: Nicolaus IV. Pontifex Maximus, Franciscanus, omnes Archimystas Germaniæ, quemque cum suis collegis, in sua provincia, concilia habere jubet. Ab hisce rursus consilium simul & auxilium petit, quo Palæstina armis recuperari possit. Primarius Bojorum Sacerdos Juvaviam VI. Calend. Februarii, monachos atque sacerdotes suos vocat majores, minores cogit pontificulos, mandata Pontificis Maximi aperit. *Ipse primum Epistolam perscribit ad Heinricum Ratisbonensem Episcopum, continentem curas Pontificis; quam Epistolam refert Eberhardus Altahensis in Annalibus apud Canisium Lect. Antiq. Tomo IV. pag.* 232. *Edit. Basnag. ut sequitur:*

Venerabili in Christo Patri, & amico charissimo, Heinrico, venerabili Episcopo Ratisponensis Ecclesiæ, Cunradus Dei gratia Sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus, Salutem, & fraternam in Domino charitatem.

Noveritis nos literas Sedis Apostolicæ salvas per omnia recepisse, per ordinem, in hæc verba:

„Nicolaus Episcopus, Servus Servorum Dei. venerabilibus fratribus „Archiepiscopo Salzburgensi, ejusque „Suffraganeis Salutem, & Apostolicam benedictionem. *Ad succurrendum cruce signatis in Palæstina.*

„Terræ Sanctæ miserabilem statum „non absque gravi amaritudine „inter mentis nostræ præcordia recensentes, atque ad liberationem ipsius „nostra simul & desideria convertentes, & studia, inter multa operosa „subsidia, quæ ipsi terræ, Deo auspice, „fru-

„fructuosa sedulo procurare, atque im-„pendere studuimus, & studemus, ge-„nerale passagium pro ejusdem Terræ „subsidio, in Festo Nativitatis beati „Joannis Baptistæ, quod erit anno Do-„mini MCC. nonagesimo tertio, de fra-„trum nostrorum consilio, duximus sta-„tuendum, sicut in aliis literis, per „quas ad subventionem ejusdem uni-„versos Christicolas exhortamur, quas-„que vobis una cum præsentibus mit-„timus, evidentius declaratur. Ut au-„tem ad succurrendum promptius in „eodem passagio terræ præfatæ per di-„vini verbi virtutem, mentes fidelium „salubriter excitentur, Christicolis per „diversas Christianitatis partes propo-„nendum deliberavimus verbum Cru-„cis. Ad exequendam deliberationem „hujusmodi vos eo confidentius eli-„gentes, quo magis ad compatiendum, „& subveniendum pro viribus terræ „prædictæ, pastoralis officii pietas nos „invitat: Ideoque prædicandæ ipsius „vivificæ crucis mysterium, Tibi fra-„ter Archiepiscope, in tua Provincia, „vobis autem Suffraganeis, singulis in „civitatibus, & diœcesibus vestris, præ-„sentium auctoritate committimus, fra-„ternitati vestræ in remissionem pecca-„minum injungentes, quatenus hujus-„modi ministerium juxta datam vobis „a Deo prudentiam, non obstante, „quod hoc idem aliis sit commissum, „quorum affectum per vos nolumus „impediri, solerter & efficaciter exe-„qui studeatis, omnes fidei orthodoxæ, „cultores ad tam pii negocii prosecu-„tionem idoneos prædicationibus cre-„bris & sedulis exhortando, ut ad li-„berandam dictam terram de manibus „impiorum, victoriosum ejusdem vivi-„ficæ crucis signum devote suscipiant, „& propriis assignantes humeris, ac „magis cordibus imprimentes reveren-„ter & publice deferant, atque ad ejus-„dem occursum in prædicto passagio „generali, promptis animis, totisque „viribus se accingant. Quod quidem „universale signum volumus, ut cun-„ctis devote petentibus concedatis, ge-„neraliter omnibus prædicantes, quod, „qui eandem crucem susceperint in „prædictæ Terræ subsidium vel perso-„naliter in propriis aut alienis expen-„sis accedere, vel juxta qualitatem & „facultatem suam bellatores, seu alias „personas idoneas destinare: vel sal-„tem, si ex causis legitimis Ecclesiæ „opportunum fore videbitur, susceptæ „crucis votum ad arbitrium Apostolicæ „Sedis, seu eorum, qui ad hoc depu-„tati fuerint, per ipsam de facultati-„bus suis redimere tenebuntur. Hos „autem, qui aliter hujusmodi votum „redemerint, remissionis & indulgen-„tiæ, quod transfretantibus in subsi-„dium antedictum conceditur, volumus „& concedimus esse participes, juxta „quantitatem subsidii, quod impen-„dent, & ejus, qui hoc facit, devo-„tionis affectum. Aliorum vero privi-„legiorum & immunitatum, seu gra-„tiarum, quæ ipsis transfretantibus per „præsentes, & alias universis directas „fidelibus nostras literas conceduntur, „plena eos volumus commoditate gau-„dere. Insuper omnes, qui hactenus „idem signum pro eodem subsidio sus-„ceperunt, movere & inducere pro-„curetis, ut illud, si forte dimiserint, „resumentes alacriter votum Domino „reddere studeant, quod voverant, „terræ præfatæ subvenire efficaciter, „ut tenentur. Cum omnibus autem „Christi fidelibus, qui eidem terræ suc-„cursum impenderint opportunum, uni-„cuique secundum proprium meritum „indulgentiam salutarem, ac maxime „illis, qui cruce suscepta in ipsius ter-„ræ subsidium, vel personaliter ibunt, „vel personas idoneas juxta qualitatem „& facultatem suam in propriis sump-„tibus destinabunt, multiplicium gra-„tiarum beneficia concedamus, sicut „in aliis nostris literis prælibatis serio-„sius continetur, earundem literarum „tenorem per vos populis Christianis „volumus frequenter & diligenter ex-„poni: ita siquidem provide, quod & „beneficia supradicta, quæ ipsis inter-„ea concedimus, & copiosam merce-„dem, quæ ipsis præparatur in cœlo, „cognoscere valeant & amare; nec ta-„men ex verbis vestris concipiant, se „aut plenam in casibus, in quibus ne-„quaquam conceditur, aut majorem, „quam concedatur, indulgentiam pro-„mereri; sane ipsos populos ad certa „& idonea loca, quoties expedire vi-„deritis, convocandi ad verbum Crucis „humiliter audiendum, ac omnibus „vere pœnitentibus & confessis, qui ad „hujusmodi vestras prædicationes con-„venerint, & idem verbum audierint „reverenter, centum dies de cunctis „sibi pœnitentiis relaxandi, vobis au-„ctoritate præsentium concedimus fa-„cultatem. Si quando autem ad Ec-„lesias, interdicto suppositas, vos ad-„venire contigerit, liceat vobis ad ipsas „populos convocare, ac verbum Cru-„cis proponere in eisdem, nec non ex-„communicatis, & interdictis exclusis, „non pulsatis campanis, submissa voce, „januis clausis, cum vestris familiis „divina officia celebrare, ad hæc si qui „eorum, quos ad transfretandum per-„sonaliter, vel juxta qualitatem & fa-„cultatem suam personas idoneas de-„stinandi votum assumptæ jam crucis „astringit, vel assumendo deinceps ob-„liga- *Anno* 1291.

Anno 1291. „ligabit, ad idem excommunicationis „pro violenta injectione manuum in „personas ecclesiasticas essent vinculo „innodati, dummodo non fuerit difficilis & enormis, & passis injuriam „satisfaciant competenter, sive pro eo, „quod sepulcrum Domini visitare, seu „ad quaslibet alias terras accedere, vel „aliquibus communicare, non tamen „intermine contra prohibitionem Ecclesiæ præsumpserint; dummodo „equos, arma, ferrum seu ligamina, „quibus Christianos impugnant, non „portaverint Saracenis, absolvendi eosdem in forma Ecclesiæ, ac dispensandi cum clericis, qui cum excommunicationis sententiam latam a canone vel ab homine incurrissent irregularitatis notam, immiscendo se divinis officiis, seu ministrando in susceptis ordinibus contraxerunt, vobis „& vestrum cuilibet concedimus potestatem, ita videlicet, quod beneficium „absolutionis & dispensationis hujusmodi singuli vestrum omnibus, qui de „ipsorum manibus Crucem susceperint, „dummodo personæ sint cognitæ. Ac „nihilominus tu frater Archiepiscope „omnibus de tua provincia, singulis „suffraganeis de civitatibus & diœcesibus vestris jam Cruce signatis impo„sterum impertiri prævia discretione „possitis.

„Cæterum licet hoc prædicandæ vivificæ crucis officium nonnullis religiosis per alias nostras literas committamus, nihilominus, ut quo plures cooperatores habebitis, eo uberiores fructus ex agro Dominico producere valeatis; vobis præsentium „auctoritate concedimus, ut tu frater „Archiepiscope, quatuor de quibus vestrum suffraganeorum duos viros honesta conversatione probatos, & ad „hujusmodi aptos officium possitis eligere ac mutare, quoties opportunum „fore videritis, qui crucem in vestris „civitatibus & diœcesibus prædicent, „prout eis vestra providentia duxerit „committendum. Quibus quemadmodum vobis facultatem concedimus, ut „convenientibus ad prædicationem „ipsorum, prædictam indulgentiam „centum dierum valeant impertiri. „Porro quod dignus est operarius mercede sua, singulis vestrum, & eorum, „quos ad prædicationem crucis, ut „dictum est, duxeritis assumendos, in „hoc divino fideliter laborantibus opere, præter mercedem æternam, quam „merito sperare potestis, quotiescunque studueritis populis, ad hoc specialiter convocatis, proponere verbum Crucis, centum dierum indulgentiam elargimur, ac vos & ipsos „indulgentiæ memoratæ, quæ transfretantibus in subsidium sæpe dictum „conceditur, juxta laboris vestri mensuram volumus participatione gaudere.

„Denique volumus, ut tu frater Archiepiscope singulis Suffraganeis tuis „sub tuo, & quilibet vestrum singulis „viris, quos, ut præmittitur, ad ministerium prædicandæ crucis elegerint, „sub suo sigillo tam præsentium, quam „aliarum literarum nostrarum, quæ „Christicolis omnibus diriguntur, copiam faciatis, ut earum tenorem inspiciendo, frequenter tam vos quam „ipsi de his, quæ a nobis committuntur agenda, reddamini plenius informati.

„Postremo quod diversis olim temporibus, nonnullæ super prædicatione „crucis in sæpe dictum subsidium commissiones a Sede Apostolica emanarunt, ne forte occasione illarum turbatio ulla sive confusio valeat suboriri; Nihilominus ut auctoritate commissionum illarum in locis, ad quæ „commissio nostra pervenerit, Crux de „cætero prædicetur, sed prædicationi „hujusmodi eos duntaxat insistere volumus, qui præsentis nostræ commissionis fuerint auctoritate suffulti. Datum apud Urbem veterem Kalendis „Augusti, Pontificatus nostri anno „quarto."

Auctoritate igitur Sedis Apostolicæ, atque nostra vobis præcipiendo mandamus, quatenus universa & singula præmissorum, quæ superius continentur, mandetis sic sollicite publicari, & exequi diligenter, ut pro vestræ solicitudinis exercitio de me propitiationis præmium pro devotis meritis capere valeatis. Datum Salzburgæ Anno Domini Millesimo CCXCI.

Coacto igitur concilio, reque omnibus ad deliberandum præposita, cum fama tulisset, & Epistola Pontificis ad universos fideles perscripta apud Raynaldum ad annum 1291. *num.* 29. *Civitatem Acconensem in Palæstina a Barbaris captam esse, Patres Salisburgenses congregati ad Pontificem ita rescripserunt, ut est apud Pezium in Cod. Diplomatico Parte II. pag.* 164.

Lectæ luctu plenæ Sanctitatis Vestræ literæ vulnus fecerunt in vulnere, & nova percussio plagam veterem recentavit. Ex eo jam pridem confossum fuit, & saucium cor eorum, qui vivunt in Christi corpore, ejusque Spiritu vegetantur, quod locus ille, *in quo steterunt pedes ejus*, perfidorum pedibus conculcatur, quod terra Nativitate Christi florida, conversatione candida, crucifixione rosea, contaminatur ab hostibus crucifixi, & sic iterum Jesus ad illudendum & conspuendum traditus

tus est gentibus, dum illi, recrucifigentes sibi denuo Filium Dei, & habentes ostentui, Sacramenta sua blasphemant, & sacra nequiter execrantur.

Certe quondam terra promissionis, quæ lac & mel Patribus emanavit, nobis fel amaritudinis lato latice non definit propinare, dum Christus a propria sede repellitur, dum Christiana fides, quantum in eis est, extinguitur, dumque nostræ redemptionis insignia, velut quælibet abjecta materia pro nihilo reputatur, illudque dominicum sepulchrum jacet prorsus inglorium, quod Deus per os Prophetæ fore dixerat *gloriosum*.

Deducant igitur oculi nostri lacrymas per diem & noctem, & non taceant, quoniam contritione maxima contrita est virgo filia populi mei plaga pessima vehementer. Verum mare nostræ amaritudinis nec in hoc terminum suum constituit, sed extendit in latius fluctus diluvii exundantis. Nam civitas Acconensis, in qua multitudo Religiosorum collecta Patriam signis nostræ redemptionis insignem velut de proximo aspiciens, & salutans vicino ejus recreabatur odore: quæque fuit nihilominus urbs fortitudinis iis, qui prælia Domini exercebant, consolationem spei adhuc non modicam ministrabat desolatis solatio terræ Sanctæ: exspectantibus fidelibus cum desiderio & ardore, si quando, favente Deo, facto generali passagio Christiana militia in ea se colligens, & ex ea gressibus processivis successive progrediens *terram desiderabilem* recuperare cum gloria mereretur. Sed heu! corona spei nostræ corruit, dolor crescit, causa gemitus geminatur, capta ab hostibus & eversa civitate prædicta, quemadmodum scripta vestra lamentabiliter expresserunt, sicque arca Dei per diluvium quodammodo suffocata columbina fidelium simplicitas non invenit, ubi pes ejus in illo maris littore commode requiescat.

Nunc igitur tanto devotius ad divinum recurramus auxilium, quanto videmus evidentius omni nos rei ac spei humanæ commodo destitutos, levantes manus ad cœlum cum Moyse, Jesum dormientem cum Apostolis suscitemus, illos nihilominus, qui acceperunt gladii potestatem, prædicationibus inducentes, ut cum fortissimis Machabæis pro paternis legibus animas exponere non formident; quia in hoc conflictu amabili nec victor, nec victus mercede frustrabitur. Nam etsi vincens est ex triumpho felicior, victus tamen velocius pervenit & citius ad coronam. *Anno 1291.*

Existimem, fragmentum hoc duntaxat esse ex illa Epistola, quæ periit, fuisseque in ea etiam comprehensam mentionem de tribus Ordinibus, ad communem normam redigendis, quod pro feliciori Christianæ expeditionis successu passim exoptari, indicarunt litteræ, a Pontifice ad Episcopum Calaritanum scriptæ, in quibus legitur: Cum fide dignorum pandat assertio, quin potius communis vox habeat, quod dilectos filios, fratres Hospitalis S. Joannis, & militiæ Templi Jerosolymitani, ad unius ordinis unitatem, seu religionis unionem auctoritate Apostolica reducamus, ut sincerius & uniformius in vinculo charitatis, & pacis tendentes ad unum, efficacius possint prosequi negotium memoratum; *ut habet Odoricus Raynaldus ad annum Christi* 1291. *Num.* 3. *Erat quippe hoc susceptum de terra Sancta recuperanda negotium una ex præcipuis causis convocandi Salisburgense Concilium, cujus congregati Patres ita rescripsisse ad Papam leguntur in Chronico Salisburgensi apud Canisium Lect. Antiq. Tomo III. Part. II. pag.* 489. *Editionis Basnage:* Consultum, ut prædicti tres ordines counirentur ad unum ordinem, melioribus eorum observantiis in unum redactis; & quod ad succursum eidem terræ sanctæ Rex Romanorum cum Principibus vocaretur. *Quod tamen caput præcipuæ considerationis a Patribus non est positum inter definitiones concilii; neque enim illi poterant rem exteram decidere, sed consulere duntaxat; quamvis nec hoc ipsum consilium sit executioni mandatum;* cum antequam nuncii Salisburgenses venissent ad Curiam, Papa mortuus fuerit, *ut in eodem Chronico habetur.*

Ablegato itaque ad Papam responso Patres ad alia disciplinæ constituenda Capita sese contulerunt.

CAPITULA.

I. De contractibus matrimonialibus.
II. De Clericis officialibus.
III. De Secta vagorum Scholarium.
IV. Excommunicatio Meinhardi Carinthiæ Ducis.

I.

De Contractibus Matrimonialibus.

Contractibus matrimoniorum, qui nonnunquam contra eorundem honestatem, ac juris prohibitionem, in grave animarum periculum clandestine celebrantur, salubriter occurrere cupientes, priori-

Anno 1291. bus statutis super hoc editis adjicimus, & de consilio sacræ Synodi statuentes, irrefragabiliter ordinamus, ut quandocunque sponsalia, seu matrimonia contrahuntur, non minus quam sex personæ honestæ, äc fide dignæ intersint de vicinia, vel saltem parochia amborum, vel alterius contrahentium, aut loci, in quo contractus agitur; inter quas ad minus tres virilis sexus habeantur. Et in ipso contractu debent pro testibus adhiberi, quæ non sunt de contrahentium familia, vel eidem in una domo cohabitantes, seu domus, in qua fit contractus hujusmodi inquilinæ. Quod si secus fuerit attentatum, contrahentes, operam dantes, sive scienter præsentiam exhibentes, & sponte in suis domibus hæc fieri patientes, sententiam excommunicationis, quam & his scriptis in eos ferimus, incidant ipso facto; in quos etiam alia pro justo nostri motus arbitrio, animadverti pœna, quæ plus timeatur, volumus & debemus: quam sententiam absolutionis Nobis duximus reservandam. Volumus etiam, ut post contracta quocunque modo sponsalia, vel matrimonia, ipsi contrahentes, vel aliqui de ipsorum mandato speciali, contractum hujusmodi infra mensem, a die ejusdem numerandum, plebano vel plebanis ipsorum contrahentium; seu, si copia ipsorum haberi non poterit vicariis eorundem, duabus vel tribus personis idoneis præsentibus, debeant publicare. Contravenientes, sententia excommunicationis, quam in his scriptis pronunciamus, involvi volumus ipso facto: alias pro excessus gravitate, per nos acrius puniendos: eorundem absolutione nobis libere reservata.

II.

De Clericis officialibus.

Juris vestigiis inhærentes, in hac sacra Synodo denunciamus publice, & sub pœna clericalis privilegii prohibemus, ne clerici, religiosi, vel sæculares, cujuscunque ordinis, vel prælaturæ procurationes sæculares, sub quibuscunque Principibus, vel aliis laicis assumant, seu ante assumptas retinere præsumant: ne sub nomine pignoris, vel quocunque colore quæsito, sint Actores, Procuratores, Conductores, Justitiarii, Vicecomites, Præpositi, Administratores, Officiales, quocunque vocentur nomine, in civilibus, vel ministri: quia nemo militans Deo se debet negociis sæcularibus implicare. Si qui vero juris, & nostræ prohibitionis transgressores, hæc vel aliquid horum de novo assumpserint, seu ante assumpta non deposuerint, statim per omnia, & in totum, ipso jure sententiam excommunicationis incurrant: absolutione nobis, si digne pœnituerint & satisfecerint, reservata. In qua excommunicatione si per mensem animo perstiterint indurato, ipsos ex tunc a beneficiis, dignitatibus, personatibus, & administrationibus ecclesiasticis quibuscunque, ac omni privilegio clericali exutos & privatos esse volumus ipso facto, nec ad ea vel similia in posterum aliquatenus admittendos: punitionem illorum, qui ante hanc nostram ordinationem (quam extra Salisburgensem, Chiemensem, Boumbergensem, Gaizensem Archi-Diaconatus extendi ad præsens volumus) hujusmodi prohibita illicite gerere præsumpserint, nostræ districtionis judicio reservantes.

III.

De Secta vagorum Scholarium.

Licet contra quosdam sub vagorum Scholarium nomine discurrentes scurriles, maledicos, blasphemos, adulationibus importune vacantes, qui se clericos in vituperium clericalis ordinis profitentur,

tur, nonnulla pio zelo pro salubri eorum correctione emanaverint *Anno 1291.* instituta: ex his tamen nullus fructus, aut modicus jam provenit. Publice nudi incedunt, in furnis jacent, tabernas, ludos & meretrices frequentant: peccatis suis victum sibi emunt: inveterati sectam suam non deserunt: sic ut de eorum correctione nullus remaneat locus spei; ideoque prioribus statutis pro salute animarum suarum, quam quærimus salvis: adjicimus & denunciamus in hac sacra synodo, sub pœna privilegii clericalis publice prohibentes, ne quis sectam *vagorum scholarium* reprobatam assumat, seu in ea permaneat, vel eam exercere præsumat. Alioquin eos, qui hujusmodi sectam ante hanc nostram constitutionem temere assumptam, infra mensem a tempore promulgationis ejusdem constitutionis numerandum, penitus non dimiserit, & illos, qui nunc assumere præsumpserint; ipso facto statim omni privilegio clericali exui præcipimus & nudari: volentes, ut quandocunque a Monasteriis, Ecclesiis vel Clericis, cujuscunque rei importuni, aut violenti fuerint exactores, ipsis eosdem liceat nostra auctoritate capere, invocato ad hoc, si opus fuerit, brachio sæculari. Et eos captos Nobis, vel Archidiaconis nostris assignari volumus, nostro carceri, ut nobis videbitur, includendos: ut sic reatus omne excludat privilegium in his, quos vilitas vitæ eo nec frui patitur, nec gaudere.

IV.

De Excommunicatione Meinhardi Carinthiæ Ducis.

Sententia devotionis in Meinhardum, Comitem Teriolensem, Carinthiæ Ducem publicatur; propterea quod Castra Episcopis Tridentino & Brixinensi erepta, non restitueret.

Hoc ultimum Caput desumptum est ex Hansizio Germaniæ Sacræ Tom. II. pag. 432. *cum tria priora Gretserus, Binius, Harduinus, Du Pinius Bibl. Novæ Auctor. Eccles. Tomo X. pag.* 197. *huic concilio adscribant, eaque referant.*

Admonitio ad Capit. III.

Scholares, *seu* Scholarii *circa IX. X. & XI. Sæculum erant homines clericales, in Presbyterorum domibus nutriti & instituti ad ecclesiastica munia, ubi ita opus esset, peragenda. Carolus M. Capitulare, seu admonitionem ad Episcopos edidit, in cujus Capite V. meminit horum Scholarium:* Ut ipsi, *ait,* tales Scholarios habeant, id est, ita nutritos & insinuatos, ut si forte eis contingat non posse occurrere tempore competenti ad ecclesiam suam officii causa persolvendi, id est, tertiam, sextam, nonam & Vesperas, ipsi scholarii & signum in tempore suo pulsent, & officium honeste Deo persolvant. *Item ibidem Cap. VII:* Ut domesticos suos, id est, eos, qui cum ipsis sunt in sua mansione, sive scholarios, sive alios servientes, diligentissime prævidere studeant ab omnibus vitiis, & maxime de ebrietatibus, & luxuriis, & variis immunditiis. Nam sicut dicit Apostolus, qui domesticorum suorum curam negligit, aliorum non prodesse poterit conversationi. *Apud Chiniac* in Capitularibus Regum Francorum Tomo I. pag. 532. *Nono sæculo Riculfus Episcopus Suessionum, anno nempe* 889, *canones ecclesiasticos edidit, quos Labbeus Conciliorum collectioni inseruit ad hunc annum Tomo IX. pag.* 416. *Canonum horum numero XVI. ita præcipit Riculfus:* Monemus præterea, ut presbyteri sic ruralibus, id est, terrestribus, & cæteris occupationibus inserviant, quatenus divinum officium non negligant, & scholarios suos modeste distringant, caste nutriant, & sic literis imbuant, ut mala conversatione non destruant, & puellas ad discendum cum scholariis suis in schola sua nequaquam recipiant; & ut turpi lucro & negociationibus non inserviant. *Quemadmodum autem* Schola *generaliter fuit nomen honoris apud omnes gentes; ita & qui* Scholares *dicerentur, distincto quodam publicæ existimationis gradu fuere conspicui. Variis in institutis floruerunt variæ scholæ:* Schola Palatina *officiis Palatinis & militaribus:* Scholæ Patriarcharum *veterum & Prophetarum, quæ deinde in Synedria desciverunt, studio divina-*

rum

rum promissionum: Scholæ monasticæ, *cultu conditionis & status monachalis*: Scholæ Presbyterorum, *cura discendi ecclesiasticas functiones, iisque rite perfungendi &c. Hac honorifica scholarum fama pravi quidam homines abusi fuere, ut disciplinæ encomiis protecti, & scholarium nomine insigniti, liberius sequerentur indomitas suas animi affectiones, ac regula illa, quam a Carolo M. constitutam supra vidimus, valere jussa, egressi e presbyterorum domibus, & vagi per provinciam, fidelibus imponerent. His hominum sordibus quadam Germaniæ pars, præcipue Bavaria & Franconia infecta fuit; nam concilia Salisburgensia duo, alterum anni* 1274. *Canone XVI, alterum anni* 1290. *Can. III. itemque Herbipolense concilium anni* 1287. *Can. XXXIV. horum meminerunt; in aliarum autem ecclesiarum fastis nulla illorum est mentio. Præsertim autem hoc Salisburgense concilium eorum fœditates enumerat, ac salutaribus propositis mediis eorum excidium procurat.* Anno 1291.

Anno Christi MCCXCII. pridie Nonas Apriles moritur Nicolaus IV. Pontifex, vacavitque biennio & amplius Apostolica Sedes. Successor electus fuit Cœlestinus V. anno 1294, *quarto Nonas Julii. Infanæ tum erant, ut scribit Papyrius Masson, dissensiones Cardinalium Romanorum, multisque turbis Urbs exagitata; hæ autem calamitotes, quod desideraretur præcipuus ecclesiasticarum possessionum vindex, Pontifex, præbuerunt Meinhardo Carinthiæ Duci occasionem, persecutionem continuandi, & durum suum in Ecclesias instaurandi animum, atque Episcopatuum Tridentini & Brixinensis deprædationes novas antiquis adjiciendi; parvi siquidem fecerat devotionem, a præterito Salisburgensi concilio in se latam. Verum Cœlestinus V. Pontifex neo-electus Ducis ferociam fortiori brachio compressurus, ad Conradum Archiepiscopum, id ut exequeretur, epistolam dedit. Itaque*

CONCILIUM
SALISBURGENSE XXVII.

Anno 1294.

Anno Christi MCCXCIV. Cœlestini V. Papæ anno I. Adolphi Regis anno III. convocatum a Conrado IV. Archiepiscopo in caussa Meinhardi, Carinthiæ Ducis.

Concilium Salzburgæ habetur: ibique Dux Carinthiæ Meinhardus, cum omnibus fautoribus suis auctoritate Apostolica excommunicatur, pro detentione quorundam Episcopatuum, videlicet Tridentini & Brixinensis.

Ita Chronographus Mellicensis ad annum 1294.

Cætera hujus concilii acta temporum injuriis cesserunt. Id tamen certum est fide historiarum, Meinhardum, hac fulminatione exterritum, sequenti anno ad meliorem sese frugem recepisse, & die 12 *Februarii fidejussionem solenni formula fecisse de bonis Ecclesiæ reddendis.*

CON-

CONCILIUM SALISBURGENSE XXVIII.

Anno 1300.

Anno Chriſti MCCC, Bonifacii VIII. Papæ anno VI, Alberti Regis anno II, convocatum a Conrado IV. Archiepiſcopo ad definiendum ſenſum Conſtitutionis *Super Cathedram.*

Anno Domini MCCC. Bonifacius Papa VIII. motus multorum querulantium clamoribus pro bono pacis, & concordiæ cleri ex una: & fratrum Prædicatorum ac Minorum ex altera parte, fecit inſtitutionem quandam, quæ incipit: *Super Cathedram;* ut infra in hoc libello in quodam ſpeciali quaterno cum aliis conſtitutionibus & literis continetur. Verum cum hæc Conſtitutio publicaretur per Salzburgenſem Provinciam, & clerus & populus eam deſideraret in omnibus articulis obſervare, ipſi Prædicatores & Minores eandem conſtitutionem attendere non curabant. Propter quod Chunradus Salzburgenſis Archiepiſcopus, habito conſilio ſuorum Suffraganeorum, miſit nuncios ad Romanam curiam, qui tandem a Domino Papa obtinuerunt declarationem ejuſdem Conſtitutionis, prout patet in litera, quæ inferius cum aliis conſtitutionibus continetur.

Ita in Annalibus Eberhardi Altahenſis ad hunc annum, apud Caniſium Lect. Antiq. Tomo IV. pag. 227. Edit. Baſnage.

Quoniam vero hoc Concilium Salisburgenſe actum eſt ad intelligendum privilegium, fratribus Prædicatoribus & Minoribus conceſſum, atque ad Bullæ Pontificiæ, illius cauſa editæ, ſenſum genuinum eruendum; hujus autem cauſæ ſeries latius diffunditur, juverit totius hujus hiſtoriæ ſuccinctam delineare ideam, e qua quæſtionis implexæ rationes promptius evolvantur. In Concilio Lateranenſi IV. Generali, ſub Innocentio III. Papa anno 1216, definita fuit Canone XXI. neceſſitas, qua Chriſtianus quiſque teneatur ad confitendum ſemel in anno peccata ſua proprio ſacerdoti; habetur Cap. Omnis utriusque. De Pœnitentiis & Remiſſionibus: Omnis utriusque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reverenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum, niſi forte de proprii Sacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Unde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſia publicetur, ne quisquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit juſta de cauſa, ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtineat a proprio ſacerdote, cum aliter ipſe illum non poſſit abſolvere, vel ligare.

Rei tam neceſſariæ, atque præceptæ, expiandi nempe a reatibus animum, ut quisque ſatisfaceret, opus erat voces hujus Concilii, & ſenſum probe intelligere. Præcipuam hac in Conſtitutione peperit ambiguitatem vox illa proprius Sacerdos, *quam quidem variæ interpretationi varii ſubjecerunt; quidam cenſuerunt ea ſignificari Parochum; atque ideo quicunque ſemel in anno confeſſus fuerit fratribus Prædicatoribus aut Minoribus teneatur eadem peccata ſua parochialibus Presbyteris iterum confiteri, ut præcepto* Utriusque ſexus *ſatisfaciat: alii ſummum Pontificem: alii Epiſcopum ordinarium: alii Presbyteros quosque, a Romano Pontifice approbatos. Id hac in diſſenſione doctorum liquidum ac certum eſt, tempore hujus Lateranenſis IV. Concilii, atque in tempore ſuperiore, deſignatum fuiſſe his vocibus parochum cujusque proprium. Certo diu antehac Alexander III. Papa* Cap. Nuper. De ſententia Excommunicationis. *itemque Concilium III. Lateranenſe Generale* Can. XII. *plurimique alii Pontifices ita interpretati ſunt. Aſt Fratres Prædica-*

Proprius ſacerdos quis?

Anno 1300. *dicatores & Minores Pontificiam auctoritatem, qua ortus eorum, totaque conditio nititur, ostendentes, aliam Canoni* Utriusque sexus *intelligentiam tribuerunt*, & proprii Sacerdotis *nomine quemque presbyterum, o Pontifice approbatum, sumi oportere censuerunt; maxime quod Gregorius IX. anno* 1227. *sua in privilegio, fratribus Prædicatoribus concesso dixerit:* Auctoritate nostra iisdem fratribus licere confessiones audire, & pœnitentias injungere; *quodque Claromontana Synodus Diœcesana, anno* 1263. *habita, responderit:* Proprium autem Sacerdotem dicimus duobus modis: ex officio, utpote Papam, Episcopos, curatos: vel ex commissione, sicut fratres Prædicatores & Minores, & quibus Episcopus commiserit vices suas. *Atque ita Episcoporum cum fratribus illis, quodammodo insultantibus, ut ait Mathæus Parisius, non levis controversia agebatur.*

Hoc in dissensionum conflictu Bonifacius VIII. regulam, ad quam quique suam exigerent sententiam, publicavit anno 1300. *edita Constitutione, quæ incipit:* Super cathedram, *& exhibetur Libro III. Extravagantium Communium Tit.* de Sepulturis, *ac decernit: licere fratribus Prædicatoribus & Minoribus administrare pœnitentiæ sacramentum in suorum domiciliorum oppidis, aut vicis quibusque; si modo Superiores illorum regularium debita cum reverentia ac submissione petant ab Ecclesiarum præsulibus. Quod si vero Prælati ecclesiarum hanc eis conc*e*dere licentiam omnino refragentur; tum nihilominus fratres illos eo posse munere defungi licite ac valide; idque* de Apostolicæ potestatis plenitudine.

Verum cum hæc constitutio publicaretur per Salzburgensem Provinciam, & clerus & populus eam desideraret in omnibus articulis observare, ipsi Prædicatores & Minores eandem constitutionem attendere non curabant (*etiam non salutato Episcopo aut Parocha*). Propter quod Chunradus, Salzburgensis Archiepiscopus, habito consilio suffraganeorum suorum, misit nuncios ad Romanam curiam, qui tandem a Domino Papa obtinuerunt declarationem e[illegible] sdem constitutionis, prout patet in litera, quæ inferius cum aliis constitutionibus continetur. *Scribit Eberhardus Altahensis in Annalibus ad hunc annum.*

Hæc omnia sunt, quæ de hoc Concilio XXVIII. Salisburgensi ad nos ex antiquitate pervenerunt. Epistola illa quoque, quam dictus Eberhardus ait a Pontifice fuisse ad Concilii Salzburgensis Patres perscriptam, numeratur inter monumenta deperdita.

Cæterum neque post hoc Salisburgense concilium, obtentamque a Pontifice declarationem, controversiæ finis impositus fuit, fratribus, privilegiorum suorum fundamento, semper contra curatorum jura strepitantibus. Proximus Bonifacii VIII. Successor Benedictus XI. Bullam in earum favorem emisit, qua declarat, etiam inscüs Episcopis & Curatis fratres recte ac valide confessiones excipere, ceu ministros pœnitentiæ a Pontificibus approbatos, atque destinatos ad propagandam, amplificandamque ecclesiam, horumque interventu satisfieri canoni Omnis utriusque, *edita hunc in finem constitutione anno* 1304, *quæ incipit:* Inter cunctas, *& habetur Libro V. Extravagantium Communium Tit.* de Privilegiis, *ubi ait:* Electi igitur ab iisdem fratribus ad audiendas confessiones, & pœnitentias injungendas, libera auctoritate Apostolica, absque licentia diœcesanorum, & aliorum prælatorum inferiorum, exemptorum, & non exemptorum, quibus subsunt, qui ad confitendum accedunt, audeant eis peccata sua confiteri volentes - - - - ipsisque pœnitentias salutares injungant, intra sibi designatos terminos, ad hujusmodi exercendum officium constitutos. *Hanc tamen Benedicti XI. Constitutionem revocavit ac rescidit Clemens V. in concilio Viennensi, ceu fomentum majorum discordiarum, & Bonifacianam* Super Cathedram *confirmavit, edita constitutione* Dudum, *quæ habetur inter Clementinas Tit.* de Sepulturis; *atque in hoc Bonifaciano sensu plerumque ecclesiastica disciplina inhæsit; idque etiam Benedictus XIV. nuper docuit in Synodo Diœcesana* Lib. XI. Cap. XIV. §. 2: *licere Regularibus de licentia summi Pontificis, aut Episcopi excipere confessiones laicorum, & Eucharistiam distribuere, etiam Paschali tempore, atque ita satisfieri Constitutioni:* Omnis utriusque sexus &c.

ADMONITIO.

De jure Regularium ad Confessiones audiendas.

De jure Regularium ad Confessiones audiendas. Audire confessiones fidelium, & pœnitentiam iisdem injungere pro peccatis expiandis pertinere intime ad munus Ordinariorum pascendi gregem, in quo eos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, extra omnem est controversiam; quin imo & Ecclesiæ traditio, in Patribus & conciliis conservata, itemque Ecclesiarum usus id manifestant. Nam Episcopi sunt successores Apostolorum,

rum, quibus, illorum numera comprehensis, Christus dixit Joan. XX: *Sicut misit me Pater, ita ego mitto vos. Item Mathaei Cap. XXIX. vers.* 29. Euntes erga docete omnes gentes &c. *Itemque Actor. Cap. XX. vers.* 28: *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei*; hi quippe in Ecclesia, hacusque post Christum perdurante, Apostolorum munus tuentur. Hanc Ecclesiae perpetuam consensionem firmat Tridentinum Concilium Sess. XXIII. de Ordine Cap. 4. dum ait: *Episcopos in Apostolorum locum successisse*; qui in loco, pro qua ordinati sunt, potestatem sortiuntur, ut Cyprianus olim expressit: *Singulis pastoribus*, ait, *portio gregis fuit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet*. Ideoque & Calistus Papa sacris esse canonibus vetitum dixit, in alterius cujosque dioecesos curas & negotia sese ingerere Cau. *Nullus* Causa IX. Quaest. II. Jam vero si Episcopi suam a Christo indipiscuntur potestatem ordinariam regendi pascendique Ecclesiam: si sua cuivis est assignata terrarum portio, seu dioecesis; igitur fallantur illi quam maxime, qui fat verosimiliter se sentire autumant: soli Apostolorum Petro, ac proinde soli Romano Pontifici, praeter Primatus jurisdictionem, universalem quoque potestatem Ordinariam a Christo obtigisse, ad pascendum, regendumque fideles omnes, atque ab hoc demum sola conferri potestatem aliis Episcopis ad regendam Ecclesiam; neque sine hac collatione Pontificis ullum esse Episcopum. Hoc quippe commentum est aevi recentioris, & abhorret a fastis Ecclesiarum, atque a canonibus antiquis, & sanctorum Patrum sententiis, ut ipsi Pontifices agnoverunt: *Si unus universalis est, restat, ut vos Episcopi non sitis*, ait Sanctus Gregorius M. ad Episcopos Lib. IX. Epistola 68. Id ipsum definivit concilium Selegunstadiense, anno 1022. habitum, Cap. 18: *Quia multi tanta mentis suae falluntur stultitia, ut in aliquo capitali crimine inculpati, poenitentiam a suis sacerdotibus accipere nolint, in hoc maxime confisi, ut Romam euntibus Apostolicus omnia sibi dimittat peccata; sancto visum est concilio, ut talis indulgentia illis non prosit, sed prius juxta modum delicti poenitentiam sibi datam a suis sacerdotibus adimpleant, & tunc Romam ire si velint, ab Episcopo proprio licentiam & literas ad Apostolicum, ex iisdem rebus deferendas, accipiant*. Apud Labbeum Toma IX. Concil. pag. 847; ut alia concilia, & Patrum effata praetermittam. Certo idem S. Gregorius M. compellationem Episcopi catholici, seu universalis & oecumenici omni studio & contentione a se amolitur; ait quippe Libro VIII. Epist. XXX. ad Eulogium Alexandrinum: *Nam dixi, nec mihi vos, nec cuiquam alteri tale aliquid scribere debere; & ecce! in praefatione epistolae, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbae appellationis verbum, universalem me Papam dicentes, imprimere curastis. Quod, peto, dulcissima mihi Sanctitas vestra ultra non faciat, quia vobis subtrahitur, quod alteri plus, quam ratio exigit, praebetur. Ego enim non verbis quaero prosperari, sed moribus. Nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor est universalis Ecclesiae: meus honor est, fratrum meorum solitus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim universalem me Papam Sanctitas vestra dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur universum. Sed hoc absit. Recedant verba, quae vanitatem inflant, & charitatem vulnerant*. Nam me latet, fuisse aliquando assumptum a Pontificibus nomen catholici Episcopi, veluti a Leone M. Epistola 26. ad Theodosium Imperatorem; at illi eodem jure nomen hoc sumpserunt, quo & alii Episcopi aliarum sedium, veluti Africani in Collatione Carthaginensi, cum Donatistis habita, laudabiliter se subscripserunt: *Fortunatianus Episcopus Ecclesiae Catholicae: Aurelius Episcopus Ecclesiae Catholicae: Augustinus Episcopus Ecclesiae Catholicae*. Nempe ut hac se formula significarent ab haereticorum esse contagione alienos; non vero ut potestatem catholici Episcopatus pertenderent, quem tantopere S. Gregorius, aliique sancti Patres improbarunt.

Certum quippe est, scriptura, Patrum conciliorumque decretis firmatum axioma: Episcopis aequalem omnibus esse traditam a Christo potestatem pascendi, fidelium que suorum saluti prospiciendi: omnibus aeque Apostolis dixit Christus: ite, praedicate &c. Quod si difficiliores emerserunt causae, definiebantur illae in Synodis, praesente Metropolitano, aliisque Provinciae Episcopis: nulli Episcoporum licebat, jurisdictionem exercere in Dioecesi altera, in qua Spiritus Sanctus proprium constituit Episcopum: canones Ecclesiae id vetuerunt, quibus Papa aeque, ac caeteri Episcopi erant obstricti. In Germania anno 1022. habitum fuit concilium in Selingstad, praesidente Aribone, Archiepiscopo Moguntino: querebantur in eo Episcopi: reos gravium delictorum, praeterita propria Episcopa, abire Romam, ut a Papa absolutionem percipiant; definivit itaque concilium Canone XVIII: *Quia multi tanta mentis suae falluntur stultitia, ut in aliquo capitali crimine inculpati, poenitentiam a sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maxime confisi, ut Romam euntibus Apostolicus omnia sibi dimittat peccata; sancto visum est concilio, ut talis*

Episcopi successores Apostolorum.

Christus aequalem dedit Episcopis potestatem.

talis indulgentia illis non prosit, sed prius juxta modum delicti pœnitentiam sibi datam a suis sacerdotibus adimpleant, & tunc Romam ire si velint, ab Episcopo proprio licentiam, & literas ad Apostolicum ex iisdem rebus deferendas, accipiant. In Corpore Conciliorum apud Labbeum Tomo IX. pag. 847. Anno 1025. habitum est concilium Ansanum præsentibus pluribus Archiepiscopis, & Episcopis: in eo surgens Gauslenus Episcopus Matisconensis, in medio proclamavit de Burchardo, Viennensi Archiepiscopo, qui sine licentia & assensu suo, contra canones & instituta, ordinationes de monachis fecerat in Episcopatu suo, scilicet in Cluniacensi cœnobio. Ad quæ idem Archiepiscopus respondens, Domnum Odilonem Abbatem, qui præsens aderat, illarum ordinationum adduxit autorem in defensorem. Surgens itaque Domnus Odilo cum suis Monachis, ostendit privilegium, quod habebant a Romana Ecclesia, quod eis talem libertatem tribuebat, ut nulli, in cujus territorio degebant, nec alicui aliquatenus subjacerent Episcopo, sed quemcumque vellent, vel de qualibet regione, adducerent Episcopum, qui faceret ordinationes, vel consecrationes in eorum monasterio. Relegentes ergo Sancti Calchedonensis, & plurimorum authenticorum conciliorum sententias, quibus præcipitur, qualiter per unamquamque regionem Abbates & monachi proprio subesse debeant Episcopo; & ne Episcopus in parochia alterius audeat ordinationes, vel consecrationes, absque licentia ipsius Episcopi facere: decreverunt chartam non esse ratam, quæ canonicis non solum non concordaret, sed etiam contrairet sententiis. Adjudicarunt quoque Domnum Abbatem non posse existere Archiepiscopo legitimum auctorem canonicæ defensionis. Unde prædictus Archiepiscopus ratione convictus, petens veniam a Gausleno Episcopo, loco satisfactionis firmavit, per quales ipse voluit fidejussores, ut unoquoque anno, quamdiu ambo viverent, tempore quadragesimæ, sufficientiam olei de olivis, ad conficiendum chrisma ipsi persolveret sine negligentia. In Collect. Conciliorum apud Labbeum Tom. IX. pag. 859. Circa initium Sæculi XI. Fulco Comes Andegavensis, extructo pro salute suæ animæ Clooiacensium Monasterio, Hugonem Archiepiscopum Turonensem precatus est, ut novis his monachorum ædibus suam pro more benedictionem impertiretur. Renuit id agere Archiepiscopus, propterea, quod Fulco plurimas Ecclesiæ suæ possessiones sustulisset; offensus igitur Comes Romam proficiscitur, atque a Papa Joanne XVIII, maximis muneribus accumulato, impetrat Cardinalem, qui Fulconi reduci adjunctus, ea benedictione fungeretur. Verum Gallicani Episcopi vehementer improbarunt ausum Pontificis, qui

Concil. Chalcedonense Can. IV. anno 451.

Episcopi jura sua tuentur.

contra canonis præscriptum in aliena diœcesi exercuisset jurisdictionem, invito proprio Episcopo; atque in hac sententia illi Episcopi semper laudabiliter perstiterunt, ut habet Scriptor Synchronus, Radulphus Glabert, monachus Cluniacensis, qui & ipse exemptus non nisi Abbati suo & Papæ parebat. Apud Fleury Histoire Eccl. Tomo VIII. Lib. 58. Num. 16. Africani Episcopi, in concilio congregati, idem scripserunt ad Cœlestinum Papam: Impendio precamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno concilio definitum facile advertet venerabilitas tua. .... Prudentissime enim justissimeque decreta Nicæna providerunt, quæcunque negotia in locis suis, ubi orta sunt, finienda: nec unicuique provinciæ gratiam Sancti Spiritus defuturam, qua æquitas a Christi Sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissime teneatur: maxime quia unicuique concessum est, si judicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suæ Provinciæ, vel etiam universale provocare. Nisi forsan quisquam est, qui credat, unicuilibet posse Deum nostrum examinis inspirare justitiam, & innumerabilibus congregatis in concilium Sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmarinum judicium ratum erit, ad quod testimonium necessariæ personæ, vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem, multis aliis intercedentibus impedimentis, adduci non potuerunt? Nam ut aliqui tanquam a Tuæ Sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus Patrum Synodo constitutum. In Collect. Concilior. apud Labbeum Tom. II. pag. 1675. &c. Ex his exemplis, paulo prolixius addoctis, licebit ideam delineare primigeniæ disciplinæ de Episcoporum auctoritate; quam deinde invalescentibus falsis Decretalibus Romani Pontifices abroperunt. Interim Romanus Pontifex cum Primas sit in Ecclesia Catholica, cui præcipue a Christo commendata sit unitatis conservandæ custodia atque sollicitudo; si quidpiam in re disciplinæ agendum censeat melioris boni causa in aliis diœcesibus, sique Ordinarii Præsules illud comperiant pascendo gregi suo expedire, justum utique fuerit, morem illi gerere, bonæ administrationis, cui obstringuntur, & reverentiæ causa, non præcepto Universalis Jurisdictionis; perinde atque hæc inesset Pontifici auctoritas ordinaria pascendi gregem in alienis diœcesibus; neque enim privilegia Pontificia, pro animarum cura privatis concessa, suum queunt effectum sortiri: nisi annuente proprio ibidem Ecclesiæ pastore. Ex quo controversia de jure mendicantium Regularium ad audiendas confessiones, & injungendas pœnitentias agitata, & quid in hoc argumen-

gumento agendum fuerit Episcopis? Insigniter illustratur.

Duodecimo potissimum, ac tertio decimo sæculo Romani Pontifices, fortunatis ausibus elati, cœperunt veterem disciplinam Hierarchicam immutare in rem suam, & Episcoporum restrictionem: tunc illi, qui defensores legum ecclesiasticarum, & sacrorum canonum antehac fuerant, ut ait *Zosymus Papa in Epistola VII. ad Episcopos Provinciæ Viennensis*, ipsi ediderunt leges proprias, in Decretalibus, & jure Pontificio contentas, easque imposuerunt Episcopis ad observandum. Plures ejusmodi factæ innovationes recurrunt in Salisburgensi Historia: Bonifacius IX. Papa anno 1396. præscripsit Gregorio, Salisburgensi Archiepiscopo, Confirmationem & Pallium petenti, normam præstandi juramentum fidelitatis, antehac prorsus ignoratum, quo Archiepiscopi deinceps singulari cum promptitudine sese obstringunt Sedi Apostolicæ, ejusdemque emolumentis, ac finibus. Ab illo tempore Romani Pontifices transscribunt neolectis Archiepiscopis, cum Bulla Confirmationis, & elargiuntur quædam Privilegia, veluti: *Absolvendi ab hæresi, Apostasia & schismate: tenendi & legendi libros prohibitos hæreticorum: dispensandi in tertio & quarto gradu simplici, & mixto cum pauperibus in contrahendo matrimonio: in contracto autem cum hæreticis conversis etiam in secundo simplici & mixto: super impedimentis publicæ honestatis, criminis & cognationis spiritualis: dispensandi in irregularitatibus, ex delicto occulto provenientibus: in votis simplicibus, & commutandi in alia pia opera, exceptis votis castitatis & religionis: absolvendi ab omnibus casibus reservatis etiam in Bulla Cœnæ: delegandi simplicibus sacerdotibus potestatem benedicendi paramenta, & reconciliandi ecclesias pollutas aqua, ab Episcopo benedicta: conferendi ordines extra tempora, & non servatis interstitiis: dispensandi super defectu unius anni: consecrandi olea cum quinque saltem sacerdotibus: celebrandi bis in die, vel per se, vel per alium ex gravissimis causis: deferendi Sanctissimum occulte ad infirmos: induendi vestibus sæcularibus, si aliter ad loca, curæ commissa, transire non poterunt: recitandi rosarium, vel alias preces loco breviarii: dispensandi super esu carnium, ovorum & lacticiniorum: communicandi has facultates sacerdotis idoneis &c.* Quæ pleraque omnia privilegia potestati Episcopali alioquin inhærent suapte natura; sunt quippe Episcopi, a Deo constituti, ceu sacer magistratus, qui gregem suum non modo divinis mysteriis, sed & salutari disciplina imbuat, pascat, ejusdemque commodis spiritualibus, ad salutem necessariis, opportune provideat; neque enim durante antiqua disciplina, ejusmodi privilegia a Pontifice Archiepiscopis concessa fuisse legitur in fastis Ecclesiarum: Leo III. Papa in Bulla Confirmationis, itemque in altera Epistola, anno 798. ad Arnonem data, cohortatur novum Archiepiscopum, ut sanctorum Patrum terendo viam, gregem suum, & Suffraganeas diœceses, secundum canonicas sanctiones moderetur: fideleſo, ac constantem impendat operam in prædicatione Evangelii: virtutum, ac charitatis præsertim operibus incessanter vacet: proprio potissimum exemplo grege suum conducat, rationem pro eo redditurus: atque conjunctis consiliis suorum coepiscoporum ecclesiastica negotia suæ Provinciæ absolvat. Hæc erat in universum norma sollicitudinis, & auctoritatis Papalis. Quod si, rebus forte ita ferentibus, aliam procuderunt disciplinam recentiora tempora, nihil vetat, & hodiernam disciplinam, in sese suis de causis, ac præsertim boni majoris obtentu mutabilem, ad aliam prorsus normam avocari. Vide *Canonem Dogmatum Libro II. pag.* 155.

Nova concessiones Pontificum.

CONCILIUM SALISBURGENSE XXVIIII.

Anno 1310.

Celebratum anno Christi MCCCX. a Conrado IV. Archiepiscopo, Clementis V. Papæ anno VI, Henrici VII. Regis anno II. ad colligendam stipem pro sacra expeditione.

Literæ Pontificiæ Clementis V, hac de causa scriptæ, & Salisburgum delatæ, pientissimo Præsuli Conrado, ne mora cœptis officeret, suggessere consilium convocandi Synodum anno 1310.

In quo concilio lectæ sunt literæ Papales, continentes gratias factas volentibus transfretare, vel eleemosynas suas largientibus in subsidium Terræ sanctæ, & processus habiti contra Templarios: & Papa petivit decimam omnium proventuum ecclesiasticorum per biennium sibi dari, quam petitionem concilium admisit. *Ita Chronici Salisburgenses apud Hansjiz ad hunc annum.*

Qua autem ratione, ac tempore Salisburgense hoc concilium determinaverit decimam Pontifici solvendam, refert ex antiquis Monumentis Canisius Lect. Antiquar. Tomo IV. pag. 253. *Edit. Jacobi Basnage, hoc modo:*

Concordaverunt omnes in hoc, quod summa decimæ duorum annorum, si qua fuerit, vel esse potuerit persolvenda, solvi debeat Summo Pontifici Clementi Papæ V. in terminis infra scriptis: ita duntaxat, quod primus terminus solutionis faciendæ *de primo anno*, qui incipiet in ipso proximo festo S. Georgii, sit in proximo futuro festo B. Martini. Et *secundus terminus* solutionis faciendæ *ejusdem anni* sit in proximo subsequente festo S. Georgii. Et primus terminus *secundi anni* sit in alio subsequente festo S. Martini, secundus vero terminus & ultimus sit in subsequente festo S. Georgii. Et quod decimam dabit de omnibus possessionibus, bonis, & redditibus, & beneficiis ecclesiasticis. Hæc de eis, qui beneficiorum intuitu possident, expensis necessariis deductis. Necessarias vero expensas esse dixerunt, quas stando, colendo, colligendo, conservando impendunt, sine quibus res subsistere non potest, & quod Ecclesiæ, quarum redditus pro majori, vel pro media parte in obligationibus, legatis & testatis consistunt, de iisdem oblationibus, legatis, seu testatis decimam solvere teneantur. Item Capitula, collegia, seu Conventus in communi de suis redditibus decimabunt. Item si quis ex uno beneficio 6 marcarum argenti ponderis percipit redditus duntaxat, eos non decimabunt. Ultra vero si habuerit, decimas inde solvet. Aut si plura beneficia habuit, quæ conjuncta prædictarum marcarum excedant numerum, de ambabus insimul decimabunt. Hospitalis vero & domus leprosorum, cum annexis sibi Ecclesiis super quibus fundata sunt, decimas non præstabunt: de Infirmariis, Vestiariis, Sacristiis & hospitalibus Religiosorum non decimabitur, nisi si ultra provisiones necessarias de illis officiis exhibendas esset excessus redditum illorum officiorum, tunc de illo residuo fiet decimatio communi decimæ apponenda. Pastores vero & Vicarii insimul, vel quilibet pro parte sua decimabunt, ita tamen, quod ple-

Decimarum ordinatio.

ne

ne de omnibus redditibus Ecclesiæ decima persolvatur. Ordinarii personas providas deputabunt, qui eandem decimam colligent, & servabunt, & si Nuncius Domini Apostolici eisdem unum, aut plures voluerit adjungere, suæ relinquatur optioni. Præterea sub juramento solventium decima persolvatur. Item Ordinarii subjectos ad solutionem decimæ per Censuram Ecclesiasticam poterunt coarctare; Item decima fiat de bonis ecclesiarum hac taxatione præmissa, ut tempus æstimationis solvendæ decimæ bladi & vini sit inter festum S. Michaëlis, & S. Martini. De caseis autem solvatur decima, sicut Prælati consueverunt, denaria suis rusticis loco caseorum recipere in festo S. Georgii, secundum jus & terræ consuetudinem.

Et hæc quidem Monumenta, ex omnibus, in hoc concilio actis, superfunt.

Adfuere autem Suffraganei Archiepiscopales huic Concilio Episcopus Pataviensis, Brixinensis, Gurcensis, Chyemensis, Seccoviensis, Lavantinus qui in mox consequente, & eodem anno habita Synodo nominantur.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XXX.

Anno 1310.

Eodem Christi anno MCCCX. ab eodem Archiepiscopo Conrado IV. convocatum in causa disciplinæ reformandæ, ad illustrandas quaspiam constitutiones, in antecedentibus conciliis editas.

Henricus Canisius ex probatis documentis illud descripsit, atque in Lectiones suas antiquas intulit Tomo IV. pag. 254. Edit. Basnage: nempe:

Statuta quæpiam ecclesiastica a Patribus Concilii declarantur.

I. Declaratur statutum de Clericis Tabernariis.
II. Declaratur statutum de rationibus faciendis a Prælatis Ecclesiarum.
III. Declaratur statutum de Clericis joculatoribus.
IV. Declaratur statutum de annali Capitulo Benedictinorum, & Præpositorum Canonicis.
V. Declaratur statutum contra laicos, facientes exactiones, talias, collectas a clero.
VI. Declaratur statutum de clandestinis matrimoniis.

Nos Conradus Dei gratia Sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, A. S. Legatus. Wernhardus Pataviensis, Joannes Brixinensis, Heinricus Gurcensis, Albertus Chyemensis, Fridericus Seccoviensis, Wernhardus Lavantinæ Ecclesiarum Episcopi in hoc sacrosancto Provinciali concilio Salzburgi congregato, de consilio & consensu Procuratorum venerabilium Frisingensis & Ratisponensis Episcoporum, plenum ad hoc mandatum habentium, ac assensu Prælatorum Salzburgensis Provinciæ, in hoc concilio aggregatorum, nec non Procuratorum assensu, hujus sacri approbatione concilii, quædam statuta pœnalia priorum Provincialium Conciliorum ex certis & legitimis causis, ut animarum periculum caveatur, taliter duximus moderanda.

I.

Concil. XXIII. Anno 1274. Cap. XII. Statutum de clericis tabernariis, quod incipit: *Clericus non viator*, cum hoc moderamine declaramus, quod causæ rationabiles & hone-

Anno 1310. honestæ intelligi debeant istæ. Quod si clericus non viator, in sacris constitutus, aut religiosus tabernam intraverit, ad honorandum quempiam amicum, Dominum & quamcunque honorabilem personam, vel si impræmeditate intret, oblitus constitutionis, seu ex quacunque necessaria, vel utili causa, non voluptuosa, ibique biberit, vel comederit, pœna statuti præhabiti non ligetur. Hæc tamen moderatio ad lusores non extendatur.

II.

Concil. XXIV. Anno 1281. Can. II. Item statutum de rationibus faciendis, quod incipit: *Item ne*, taliter mitigamus, quod revocata pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, Prælatus, qui collegio, aut tribus per collegium deputatis saltem semel in anno non fecerit rationem, & a claustri officialibus præsentibus, aut vicinis claustris bis, aut a remote distantibus semel in anno non audierit rationes, ab administratione temporalium sit suspensus, quam suspensionem si per tres menses post annum rationibus deputatum sustinuerit, animo indurato, ex tunc arbitrio Ordinarii puniatur.

III.

Cap. unic. de vita & honest. in VI. Item juxta constitutionem Domini Bonifacii, quæ est talis: *Clerici*, qui clericali ordini non modicum detrahentes, se *Joculatores*, seu *Galiardos* faciunt, aut buffones, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso jure, si autem tempore breviore, & tertio admoniti non resipuerint, careant omni privilegio clericali. Monemus hujus approbatione Concilii omnes & singulos tales, ut talem habitum & vitam non assumant, & assumptam deponant, infra tres menses, quorum unum pro primo, alterum pro secundo, & tertium pro tertio termino peremptorio assignamus, si pœnam prædictam, quam ipso facto incidunt, voluerint evitare.

IV.

Concil. XXIII. Anni 1274. Cap. I. Item monemus Abbates Ord. S. Benedicti, & Præpositos & Prælatos S. Augustini totius nostræ Provinciæ, ut Provincialia capitula sua usque ad festum Purificationis, proxime futurum celebrent, juxta formam, a sacris Canonibus eis datam, & deinde de triennio in triennium juxta formam sacrorum Canonum jam prædictam.

V.

Cap. unic. de Immunit. Eccl. in Extra. com. Clemens &c. Pastoralis cura solicitudinis Nobis Divinitus super cunctas Christiani populi nationes injuncta, Nos vigilare remediis subjectorum, eorundem periculis obviare, ac scandala removere compellit, sane, quæ ex constitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII, prædecessoris nostri, quæ incipit: *Clericis laicos*. Et ex declaratione, seu declarationibus, ex illa postmodum subsecutis, nonnulla scandala, pericula magna & incommoda gravia sunt secuta, & ampliora sequi, nisi celeri remedio succurratur, præsumitur verisimiliter in futurum, Nos de consilio fratrum nostrorum constitutionem, & declarationem, seu declarationes prædictas, & quidquid ex eis secutum est, vel ob eas penitus revocamus, & eas habere volumus pro infectis, volentes & firmiter statuentes illud contra quoscunque laicos, exigentes seu extorquentes ab Ecclesiis, ecclesiasticisque personis tallias, seu collectas, aut exactiones quascunque, & contra dantes ad id faciendum auxilium, consilium, vel favorem, nec non circa præstandas subventiones laicis, ab Ecclesiarum Prælatis, &

Cap. III. de Immunitate Eccl. in VI.

& aliis viris ecclesiasticis inviolabiliter observari, quod super his a Prædecessoribus nostris in *Lateran.* & generali Concilio, quæ Nos sub obtestatione Divini judicii præcipimus observari districte, saluberiter est provisum. Data Lugduni Cal. Feb. Pontificatus nostri anno secundo. *Anno 1310.*

VI.

Concil. XXVI. Anno 1291. Cap. I. Saluti animarum paterna solicitudine cavere volentes, constitutionem de clandestinis matrimoniis, dudum per nos editam, quæ incipit: *Contractibus Matrimoniorum* taliter ex certis causis duximus moderandam. Tollimus quidem, & sublatam esse decernimus pœnam excommunicationis quoad omnes articulos ejusdem constitutionis, & quod statutum ipsum alias sub vi præcepti maneat in vigore suo. Absolutionem autem illorum, qui ante sublationem hujusmodi pœnam inciderunt, eandem committimus locorum plebanis, ut iisdem, & qui imposterum contra constitutionem prædictam venerint, injungant stare ante fores Ecclesiæ tribus diebus dominicis & festis, quando major adest populi multitudo, eosque, qui in hoc contumaces extiterint, vel rebelles, puniant ipsi plebani pro facultate cujuslibet in aliqua pœna pecuniaria competenti, custodi nostræ Ecclesiæ Cathedralis ad fabricam Salzburgensem assignanda. Et quod circa eosdem plebanos in singulis capitulis, & Synodis nostris, quam Archidiaconorum nostrorum de hoc inquisitio diligens habeatur, & ad nostram notitiam perferatur plebanorum negligentia in hac parte.

Sexta & ultima hæc constitutio desumpta est ex Codice Cæsareo Vindobonensi, hunc titulum præferente: Concilium Domini Conradi, celebratum Salzburgi anno Domini MCCCX. *hæcque constitutio in Canisii, aliorumque editionibus desideratur.*

ADMONITIO.

De Concilii hujus sinceritate.

De Concilii hujus sinceritate. *Censent nonnulli eruditi, hoc cum antecedente concilio esse conjungendum, atque pro eodem habendum; cujus quidem rotionem adfert Hansizius Germ. Sacræ Tomo II. pag.* 443; *quod & chronographi Salzburgenses unius duntaxat faciant concilii mentionem. Ego vero vehementer miror, hanc conjungendorum duorum conciliorum causam adferri a viro doctissimo e chronographis; qui ipsi chronographi adversari videntur, & contrario testimonio exsufflare conciliorum conjunctionem; nam prioris XXVIIII. Concilii Salisburgensis Acta omnia Chronographus his verbis expressit:* Lectæ sunt literæ Papales pro transfretantibus, vel largientibus eleemosynam pro sumptibus belli sacri, & assensus Concilii pro decima ex proventibus ecclesiasticis Papæ solvenda; *nec mentione quidem facta aliorum statutorum, ad disciplinam pertinentium, de quibus Concilium alterum, numero XXX, egit. Rursum in hoc posteriore Concilio Conradus Archiepiscopus in, Præfatione ait: convocatum a se fuisse hoc Concilium,* ut quædam statuta pœnalia priorum Provincialium Conciliorum ex certis & legitimis causis temperarentur; *ne ulla quidem mentione facta aut decimæ solvendæ, aut gratiarum Pontificiarum, transfretantibus, aut eleemosynam largientibus concessarum. Ergo Historici, quod vult Hansizius, non faciunt unius tantum concilii mentionem, quo utriusque acta concluderentur. Quin imo credibile prorsus non est, si hæc utriusque concilii materies in uno eodemque fuisset concilio pertractata, a Chronographo, in priori concilio quæ acta sunt & decreta, nec insinuata quidem fuisse inter res posterioris concilii: neque Conradum Archiepiscopum, dum statuta secundi concilii diligenter enumerat, ne allegisse quidem capita prioris concilii; ut vel hoc solo argumento satis eluceat, separationem duorum illorum conciliorum recte fieri; quod & fecerunt acuti Critici Henricus Canisius & Bosnagius in Lectionibus antiquis, qui hæc duo Concilia, nempe XXIX. & XXX, quamvis anno eodem habita, pro diversis omnino haberi oportere censuerunt.*

WEI-

WEICHARDUS,

Anno 1312. *Archiepiscopus Salisburgensis XXXI.*

Hic Chronicon Hermanni Contracti ab anno 1279. *usque ad annum* 1310. *persecutus est, virtutum literarumque ornatu praestantissimis sua aetate viris in Germania adnumerandus.*

FRIDERICUS III.

Anno 1315. *Archiepiscopus Salisburgensis XXXII.*

Cum inseliciter suppetias tulisset Friderico Austriaco contra Ludovicum Bavarum, omnis prope equestris Salisburgensium nobilitas anno 1319. *ad Müldorff deleta est.*

De Statutis Frisacensibus.

In veteri manuscripto codice Millestatuano, conservata fuerunt quaedam capitula, ab Henrico (*) *Archidiacono Frisacensi, pro Archidiaconatus sui Clerain Carinthia olim consignata, & hujus ejusdem Archiepiscopi, Friderici III. auctoritate roborata, atque Frisaci promulgata. Fuit quippe positum in more veteri Archidiaconorum Salisburgensium celebrare Synodos Archidiaconales; idque plane compertum est ex petitione Joannis II. Archiepiscopi Salisburgensis, itemque ex Decreto Concilii Basileensis, quod inferius proferetur ad Concilium Salisburgense XXXVI, habitum anno* 1440. *Interfuerunt plerumque his Synodis Archidiaconalibus delegati Archiepiscopales; quod perspicuum fit ex Synodo Archidiaconatus Garsensis, anno* 1572. *Müldorfii habita, sedente Joanne Jacobo Archiepiscopo; quam Synodum pariter inferius ad hunc annum dabimus. Emittimus autem haec Statuta Frisacensia, ut mihi a Cl. Viro Mathia Rieberer fuere communicata. Consonant illorum Statutorum quaepiam cum canonibus praecedentium, & subsequentium Conciliorum Salisburgensium; veluti Capitulum:* De rebus Ecclesiae non alienandis *reperitur in concilio Salisburgensi anni* 1281, *itemque in Concilio Herbipolensi anni* 1287. *Capitulum* de Sacramento Eucharistiae *habetur in Concilio Salisburgensi anni* 1386. *&c. Sunt autem Statuta haec Frisacensia, ex fide illius cadicis Millestatuani ab Henrico Archidiacono revera edita; id mihi nihilominus vero quam simillimum videtur, fuisse ea librariorum vitio interpolata, & aliorum conciliorum illuc fuisse intrusos canones; nam in his Statutis bis recurrit Titulus* De rebus Ecclesiae non alienandis; *& major nonnunquam profertur, quam quae sit Archidiaconorum, auctoritas. Sed & aliorum conciliorum Salisburgensium, quae in hoc Millestatuano codice, eadem manu, descripta sunt, permutantur, & permiscentur canones: sic inter Capitula concilii Salisburgensis, anno* 1267. *a Cardinale Guidone Viennae habiti, interjicitur Caput* De indulgentiis & Remissionibus *ex concilio Salisburgensi, anno* 1274. *Cap. VI. Item Caput* de Praebendis *sumptum est ex eodem concilio anni* 1274. *Cap. VII. &c. ut proinde & his Statutis Frisacensibus imperiti librarii eandem intulerint labem.*

Anno Domini millesimo, trecentesimo, tricesimo septimo, IIII. Nonas Maji, feria secunda proxima post Dominicam, qua cantatur *Exaudi*, celebrato capitulo, de mandato Reverendi in Christo Patris, Domini Friderici, Sanctae Salzburgensis Ecclesiae Archiepiscopi, A. S. L. infra scriptae constitutiones publicatae sunt Frisaci, in Ecclesia Sancti Bartholomaei, ab honorabili Viro, Domino Henrico Archidiacono Inferioris Carinthiae. *Statuta Frisacensia.*

Primo, ut Rectores Ecclesiarum singulis diebus Dominicis, Symbolum & orationem Dominicam, in ambone, subjectum sibi populum doceant, in Christi nomine Amen.

Pia Mater Ecclesia tam salutaribus Statutis refulget, & monitis, quod nova quodammodo necessarium non esset cudi statuta, si vetera fideliter servantur. Sed quia quorundam obstinata malitia nihilominus adhuc nititur in vetitum, & Dei timore posthabito, justitiam negligit, honestatis & disciplinae regulas non attendit: novos etiam

(*) Hic Henricus non videtur esse ille Magister Henricus de Gösse, itidem Praepositus Frisacensis, quem anno 1284. Rudolphus Archiepiscopus Romam misit; siquidem ille, haec dum statuta edebantur, facile aetatem centum annorum superasset.

etiam interdum modos ad peccandum invenit: Prælatos & Rectores Ecclesiarum, nobis subjectos, nonnunquam oportet vetera novis juvare statuta statutis, & pœnam prævaricantibus impositam pœnis recentibus aggravare. Proinde Nos Fridericus Dei gratia Sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus Devoto Nobis Heinr. Archidiacono inferioris Karinthiæ salutem & omne bonum. Propter eventus rerum varios, quos experimento didicimus consilio & providentia quam plurimum indigere, constitutiones infra scriptas per te publicatas confirmamus & approbamus, mandantes easdem ab omnibus Nobis subditis clericis per Karinthiam constitutis inviolabiliter observari.

Constitutio de eodem mandato.

Inprimis igitur, quia ordo nostræ reparationis a fide sumpsit exordium. Statuimus, ut universi Rectores Ecclesiarum nostræ diœcesis, quibus gubernatio populi est commissa, convenientes ad Ecclesiam singulis diebus Dominicis, juvenes & virgines, senes cum junioribus, symbolum & orationem Dominicam volgariter doceant, & adjiciant aliqua exhortationis verba, quibus ad agnitionem fidei & salutis populi simplicis illuminent intellectum. Et ut facilius doceantur, volumus, ut in quacunque Ecclesia plures fuerint sacerdotes, unam formam verborum circa prædictam orationem videlicet, & symbolum teneant in dicendo. Cunctos autem errores fidei, divinationes incantationes & fortilegia patenter impugnent viriliter gladio spirituali.

Clerici examinare debent sibi confitentes, ut sciant symbolum, & orationem Dominicam.

Nec patiantur infra Ecclesiarum suarum limites pullulare quicquam talium, vel manere, & cum juxta morem ecclesiasticum ad faciendam confessionem annuatim ad sacerdotes suos plebs accesserit, quilibet sibi confitentem examinet, si prædictam bene sciat orationem & symbolum, & juxta modum ætatis corripiat ignorantes.

Ut tabernæ non fiant in cœmeteriis, vel alia ædificia inconsueta.

Contingit interdum, quod in cœmeteriis, fossato vel maceria non distinctis tabernæ & alia ponantur ædificia privatorum; sicque sacer locus sæpius dedecorat dedicatur, cum ibidem insolentiæ quam plurimæ committantur. Ideoque sub pœna excommunicationis perpetuo statuendo præcipimus, ut quælibet cœmeteria, circo sepis, vel fossati, vel maceriæ limite distinguantur, nec sint eis tabernæ contiguæ, vel theatra, vel alia quævis ædificia, de quibus consueverunt insolentiæ exerceri.

lege dedecoratur

Anno 1337.

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

Licet Prælatus, seu Rector parochialis Ecclesiæ sine auctoritate Diœcesani sui ecclesiasticas res alienare non possit; tamen quidam rerum & famæ suæ prodigi sæpius contrarium facere non verentur. Sicque contingit interdum, quod res Ecclesiæ locatas laicis, vel pignori forsitan obligatas, quandoque perdant Ecclesiæ, quandoque recuperent difficulter. Nos igitur consulere volentes Ecclesiis & personis nihilominus prohibemus, ne Prælatus aliquis, seu Rector parochialis Ecclesiæ, seu capellæ, bona immobilia, decimas aut proventus Ecclesiæ alienare, vel quantumcunque ad breve tempus pignori obligare, vel ultra terminum anni locare præsumat, sine auctoritate nostra & licentia speciali. Alioquin aliter facta alienatio nullas prorsus vires habeat, & auctor earumdem ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Et hoc statutum in Ecclesiis per Rectores earum ter in anno solempniter in festivitatibus congruis præcipimus publicari.

Sine auctoritate Episcopi nullus instituat, vel destituat ad Ecclesias suas sibi subjectas jure patronatus.

Offendens in uno Rector matricis Ecclesiæ, dum in Capellis annexis suo Titulo, contra auctoritatem sui Ordinarii de facto instituitur, & destituitur, multarum reum exhibet se culparum. Injuriam quidem Deo primum irrogat, cujus ovibus mercenarium fugitivum præficit: Episcopo, cujus sibi auctoritatem usurpat: populo, cui rectorem non per hostium, sed aliunde venientem, contra sacrorum Canonum, nec non conciliorum statuta provincialium introducit. Denique tam culpanda præsumptio multa inducit scandala, negligentias fovet quam plurimas, & circa multarum pericula percurrit animarum. Nos igitur præsumptioni metu pœnæ metam imponere cupientes, in virtute sanctæ obedientiæ prohibemus, ne Prælatus vel Rector alicujus parochialis Ecclesiæ ad capellas, Titulo suo subjectas, instituere, vel destituere præsumat vicarios, vel eisdem assignatam pro sustentatione congruam portionem minuere sine nostra licentia speciali. Quod si secus facere præsumpserit, vicarius etiam, qui se abs-

Anno 1337. que sui Pontificis auctoritate intrudi permiserit; seu qui institutus legitime locum suum sine auctoritate prædicta religionis intuitu dimittere præsumpserit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Hanc tamen pœnam ad eos extendi nolumus, quæ Prælati, seu plebani precibus capellas, quando vacare primo incipiunt, insoficiant, dum tamen in officiando taliter formæ temporis spacium non excedant. Volumus etiam ut plebani nullam prorsus in vicarios perpetuos jurisdictionem exerceant; cum ipsis nec de jure communi, nec de consuetudine præscripta competere dignoscatur.

Rectores Ecclesiarum de causis matrimonialibus nullo modo se intromittant.

Cum ad majores judices majora referri debeant negocia, præsertim in quibus periculum vertitur animarum, statuimus, ut cum impedimentum aliquod imponitur matrimonio jam contracto, Rectores locorum hoc Nobis, vel Archidiacono nostro insinuent, nec se de cognitione divortii aliquatenus intromittant, nisi quibus causam hujusmodi duxerimus delegandam. Idem de causis aliis majoribus facientes. Qui vero secus fecerit, & factum haberi volumus pro infecto, & puniri graviter facientem.

Ludi theatrales non fiant circa defunctorum corpora.

Ut error vetus gentilium ab area fidei depellatur quo ludos theatrales circa defunctorum funera consueverunt exercere, Rectores Ecclesiarum districtius inhibeant, & crebro puniant inhibitionis hujusmodi transgressores.

Clerici cum de Sacramento baptismi requiruntur, non sint aliqualiter negligentes.

Ne alicujus anima de medio populi sui pereat propter defectum lavacri salutaris, in virtute sanctæ obedientiæ prohibemus, ne sacerdos difficultatem aliquam, vel moram ingerat, cum fuerint ad baptizandum infantes requisiti. Quod si per alicujus negligentiam, quod absit, periculum sit subsecutum, contra ipsum, tanquam contra ipsius homicidam animæ procedemus. Verum tamen in necessitate propter mortis periculum, & periculosam absentiam sacerdotis ipsi laici possint infantulos baptizare.

Non inofficientur plures Missæ cum Melodia in una Ecclesia simul.

Cum in Ecclesia aliqua divina cum nota solempniter canuntur officia, sacerdos, qui hujusmodi cantu durante Missam celebrare voluerit, eam legendo celebret sine nota, ne permixtis concentibus audientium devotio perturbetur. Mandamus etiam, ut intra Missarum solempnia quilibet sacerdos super altari, quo celebrat, candelam ad minus unam patenter ardentem habeat in candelabro altaris mobili, vel affixo; ut tam sacra mysteria obscurum non habeant, sed omnia in luce clarescant officia salutis.

De Sacramento Eucharistiæ.

Sub obtestatione divini judicii firmiter & districte mandamus, ut sacerdotes omnes & singuli sanctissimum corpus Domini nostri Jesu Christi cum omni reverentia & devotione pertractent, caveantque, ne Eucharistiæ fragmenta, quantumcunque minuta, decidant, vel perdantur. Cum æque in qualibet parte, sicut in toto ineffabili divinæ virtutis miraculo verum sit & integrum Corpus Christi. Sintque utensilia, quæ huic sancto congruunt mysterio, munda, integra, benedicta, & in locis decentibus custodita, præsertim Eucharistia, & oleum sanctum, sub fideli custodia, clavibus adhibitis. Sanctorum quoque reliquiæ intra capsam signatam conserventur perpetuo; talibusque prædictis a sacerdotibus ingredientibus & egredientibus inclinando, genuflectendo, luminaria adhibendo, reverentia, ornatus & honor sedulo impendatur, ut & ipsi per operis evidentiam veram fidem habere probentur, & eorum exemplo ad devotionis augmenta populus incitetur. Illud specialiter prohibemus, ne Sacerdos unquam ipsum corpus Dominicum in taberna, vel alio loco simili relinquat, dum accedit ad procurandum infirmos, vel revertitur ab eisdem.

Ne inconsueta ornamenta locentur in Altaribus.

Specula vel alia ornamenta lascivie nullo modo in altaribus figantur; sed tali cultu Domus Domini decoretur, quæ & regem regum deceat in conspectu suo, & devotionem plebi suggerat intuenti.

Ne ornamenta Ecclesiæ impignorentur Judæis.

Genti peccatrici & nequam populo Judæorum calices, libros, seu alia prohi-

prohibemus ecclesiastica utensilia obligari; quia sæpe, ut audivimus, nequiter abutuntur ab iisdem in contumeliam Creatoris.

De Confessione facienda.

Cum typo Testamenti veteris, & institutione piæ matris Ecclesiæ mundari per pœnitentiam cupientes se suis ostendere debeant sacerdotibus, prohibemus sub pœna excommunicationis, ut Levitæ, vel alii graduum inferiorum Clerici, præterquam in extremo necessitatis articulo, cum sacerdos haberi non potest, confessionem non audiant alicujus. Sacerdos quoque ad audiendam Confessionem hujusmodi non quærat angulos, sed in luce, & in loco se recipiat manifesto, ut absit omni suspicione, saluti tantummodo pœnitentis mundo corde, & pura conscientia consulere videatur. Ad hoc excommunicamus illos detestabiles sacerdotes, qui mulieres in confessione procari præsumunt in suæ perpetuæ dampnationis augmentum, & tam salutaris injuriam Sacramenti.

De Tabernariis.

Quamquam ob salutem clericorum multifariam eisdem a sanctis Patribus frequentatio tabernarum crebro & districte sit inhibita, plerique tamen famæ suæ prodigi, salutis immemores ab hujusmodi usu vetito non desistunt. Nos igitur & castrimargiæ fauces restringere, quam a turpibus insolentiis, quas frequenter ibidem exercent, sacerdotes avertere cupientes, salvis pœnis aliis, super hoc editis, statuimus, ut clerici, qui de cætero tabernas in casu introierint non concesso, quadruplum pretii, quod ibidem expenderint in crapula, vel etiam, quod pro ipsis ab alio fuerit ibidem expensum, quocunque modo per nos in aliquos pios usus salubriter convertendum *, quandocunque per nuncium nostrum, vel alium virum idoneum, literatorie destinatum, requisitus fuerit, præstito super expensis taliter Sacramento, continuo solvere teneantur, acerbius, si secus fecerint, luituri. Eandem quoque pœnam ad eos extendi volumus, qui circinantibus per mundum sub nomine scholarium histrionibus aliquos scienter damnificaverint in pecunia, vel in pastu; cum talium, quorum plurimi aut sunt Apostatæ, aut homicidæ, irregulares, fornicatores, blasphemi, tabernarii, otiosa scurrilitas foveri non debeat, sed arceri. Clerici quoque laicos exhortentur, ne personis hujusmodi quicquam donent; cum histrionibus donare sit dæmonibus immolare.

* *In margine additur:* Simulque & quanta ibidem persolverint, aut ludo taxillorum lucrati fuerint, partem mediam a talibus habere volumus.

Anno 1337.

De Falsariis.

Falsitatis vitium perfecto odio odientes, omnes nostrarum falsarios literarum, qui per se, vel per alios, facto vel consilio vitium hujusmodi commiserint falsitatis, seu qui literis scienter usi fuerint sic falsatis, perpetuæ dampnationis & excommunicationis decrevimus sententiæ subjacere.

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

Sacrilegii crimen sicut in personis, sic & rebus in ecclesiasticis detestantes sub pœna excommunicationis, quam secus facientes incidere volumus ipso facto, firmiter & districte prohibemus, ne aliquis clericus vel laicus de libris ecclesiasticis correcta scienter eradere, vel eorundem malitiose margines maculare præsumat. Rectores quoque locorum & corrigi & custodiri procurent taliter tales libros, ne quicquam talium de cætero committatur. Alioquin eos tanquam segnes & minus curantes, quæ Dei sunt, non leviter puniemus.

De Excommunicatione majori.

Propter clericorum quorundam simplicitatem duximus declarandum, quod, qui excommunicatus excommunicatione majori, suspensus vel interdictus divina prophanare præsumpserit, irregularis efficitur, cum quo solus Papa poterit dispensare.

De Horis dicendis.

Horas suas dicendo clericus verba integre proferat, & devote. Quando duo vel plures ad invicem dixerint alternatim, alter alterius verbis, tanquam propriis, diligenter intendat; aliter non plene solvitur Domino pensum sibi debitæ servitutis.

De Clericis ignotis.

Clericum ignotum nullus in socium Ecclesiæ suæ recipiat absque commendatitiis sui Episcopi, & laudabili eorum testimonio, apud quos dignoscitur conversatus.

De celebratione Missarum.

Quoniam subditos nostros paternis semper visceribus fovere tenemur, non solum abstinere a malo, verum etiam operari bonum, & omnes volumus de virtute proficere in virtutem, præcipimus & mandamus, ut clerici nostræ dioece-

Anno 1337. diœcesis ad celebranda cum reverentia & timore officia divina horis debitis, vel saltem competentibus, sint seduli & intenti. Prohibemus ne aliquis sacerdotum duas missas una die celebret, nisi maxima necessitate cogente, & tunc non plures, quam duas, nec idem officium repetat ullo modo. Item volumus, ut omnes clerici parochialium ecclesiarum nostræ diœcesis ipsum ordinem teneant, quem tenet nostra Ecclesia Cathedralis, exceptis illis, quæ specialiter pertinent ad observantiam regularem. Vasa altaris munda sint, non lutea vel lignea, sed stannea vel de alio metallo fabrefacta, & caveant clerici diligenter, ne hostias antiquitate corruptas recipiant, sed recentes, candidas, integras & rotundas, ne & corruptum vinum, vel acetosum, sed recens & mundum calici infundatur, cum modica aqua munda. Pallæ altaris mundæ sint, & maxime corporalia candida & integra habeantur. Item in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ut in celebrationibus Missarum presbyter hostiam seu calicem non elevet, quam verba transsubstantiationis integre sint prolata, ne populus ea prius adorando idololatriam committere videatur. Item Presbyter missam celebraturus coram altari tres genuflexiones devote faciat, antequam sacris vestibus induatur. Similiter post Missam Omnipotenti Domino de peracto officio gratias referendo.

De Vestibus clericorum.

Item præcipimus, ut omnes clerici nostræ diœcesis congrua sibi & clericalia deferant indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda *. Choreis & aliis superstitiosis ludis, saltatricibus, joculatoribus, hymnis & canticis scurrilibus non intendant, a domibus suis sæcularia ludorum ejiciant instrumenta: divinis locutionibus, & aliis clericalibus operibus insistentes.

* *In margine:* Ac tonsuras deferant clericales. Venationes avium, quæ periculum hominibus, & negligentiam circa animas inducunt, & venationes ferarum omnino interdicimus.

De Filiis clericorum.

Item nullus filius clerici in Ecclesia patris sui eidem, vel vicario suo ministret; quod si pater filium ipsum admiserit, ab officio suspendatur.

De Censibus & exactionibus.

Item in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus firmiter & districte, ut Archidiaconi & universi Rectores Ecclesiarum nostræ Diœcesis inquirant diligenter homines censuales Ecclesiarum, præcipientes sub pœna excommunicationis, ut se prodant saltem occulte, si non audeant manifeste *; & hoc quocunque modo poterint, inquisitionem faciant diligentem, dantes nobis in scriptis nomina taliter inventorum, vel aliis prælatis, ad quos pertinent hujusmodi censuales.

* *In margine:* Judiciis sæcularibus, & advocationibus in sæculari judicio se non immisceant.

Ne Sacramenta exponantur pretio.

Ad hæc sub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, & mandamus, quatenus alicujus prætextu consuetudinis, quantumcunque longæ obtentæ, imo potius corruptelæ nullus præsumat ecclesiastica vendere sacramenta, vel aliquid exigere pro iisdem, videlicet pro baptismo: Corpore Christi: extrema unctione: confessione: pœnitentiis injungendis & matrimonio conjungendo; sed nec pro ecclesiastica sepultura. Si quid vero post datum sacramentum, vel post ecclesiasticam sepulturam gratis oblatum fuerit, recipi poterit cum reverentia humili & benigna; ita duntaxat, quod nulla interveniat pactio, vel exactio, quæ speciem in se continet Simoniacæ pravitatis. Volumus enim, ut quilibet plebanorum Provincialia statuta in scriptis habeat, ne contingat ea per negligentiam oblivioni subjacere.

De Statutis recipiendis.

Præsentia statuta nostræ Synodi Rectores Ecclesiarum nostræ Diœcesis omnes infra mensem habeant, & bis in anno ea publicent laicis, quæ laicos scire decet. Similiter Rectores Ecclesiarum nostræ diœcesis parochialium auctoritate nostra Vicarios perpetuos saltem semel in anno convocent, & eis ipsa statuta expresse recitent & exponant.

Hactenus Codex MS. Millestatuanus de statutis Frisacensibus, cujus solius Codicis fide statuti hi canones nituntur.

Mortuus est Fridericus III. Archiepiscopus anno 1338. *III. Calend. April.* Qui dum juxta statutum Joannis Papæ processisset contra personas, regularem professionem non habentes, conventum puellarum in suburbio civitatis Frysacensis, quæ ab Ecclesia Mauricii *Mauriciana* vocabantur, ad professionem Canonicalis Regulæ beati Augustini transtulit, novum Monasterium construxit, proventum adjecit: sub titulo Nominis Beatæ Mariæ Magdalenæ, structuram novam de cætero appellavit. *Scribit Anonymus Leobiensis in Chronico ad hunc annum.*

HENRI-

Anno 1338.

HENRICUS,
Archiepiscopus Salisburgensis XXXIII.

Anno 1340.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XXXI.

Anno Christi MCCCXL, Benedicti XII. Papæ anno VI, Ludovici IV. Regis anno XXVI, Imperatoris anno XIII. convocatum ab Henrico Archiepiscopo, contra Rudolphum quendam Presbyterum, sacrilegia & hæreses spargentem.

Acta hujus concilii omnia interciderunt, solamque illius memoriam, & qua de causa illud actum sit, indicavit Anonymus Leobiensis in Chronico Libro VI. ad hunc annum. apud Hieronym. Pezium Scriptorum Austriacorum Tomo I. pag. 957.

Erat quidam Presbyter Rudolphus, qui calicem cum sanguine Christi apud Salzburgum in majori Ecclesia de altari sumens, diffudit, quod prius fecerat Hallis in Ecclesia Beati Zenonis. Qui captus, & postea productus dixit: Judæum & paganum sine baptismo posse salvari: & in altari non esse verum Christi Corpus; & dæmones posse redire ad pristinam dignitatem, quia solo peccaverunt cogitatu. Cum nollet resipiscere, per Henricum, Episcopum Salzburgensem, Magistro Ruthmaro Sekoviensi Præsule, Chunrado Chymense, & aliis Prælatis præsentibus degradatus, sæculari Potestati traditur, & crematur.

His omnia Concilii Acta ab Anonymo concluduntur.

ADMONITIO.
De Causis hæreticorum.

De causis hæreticorum.

Inquirere, ac condemnare hæreticos quosque homines, & fidei adversarios, munus fuisse Episcoporum, etiam in Germania jam sæculo VIII. exercitum, discimus ex Epistola centesima trigesima nona Zachariæ Papæ ad Bonifacium Moguntinum, apud Serarium harum Epistolarum Editorem. Hic quippe Bonifacius in Concilio, anno 745. habito, Clementem & Aldebertum Episcopos, hæresim spargentes, condemnavit. Sæculo XIII. Fridericus Imperator, veterum Imperatorum Constantini & Theodosii, ut est in Theodosiano Codice Libro XVI. Tit. V, VI. & VII. zelum æmulatus, hæreticos, quos Episcopi tales esse judicaverint, Imperiali Edicto jussit, ceu Patriæ hostes, & turbarum incentores, capitali supplicio, ac flammis plecti. *Libro I. Epistolorum Petri de Vineis Cap.* 25. Eodem sæculo XIII. institutum fuit Inquisitionis officium ab Innocentio III. Papa, in subsidium Episcoporum, & regularium quorundam ordinum viri, ad id exercendum decreti. Hoc vero Inquisitionis officium, in plures quidem Provincias admissum, a plerisque Germaniæ Provinciis repudiatum fuit, ac soli Episcopi eo perfungi munere perrexerunt veteri instituto; quemadmodum & in hoc Salisburgensi Concilio XXXI. actum fuisse ab Henrico Archiepiscopo mox memoravimus.

ADMO-

ADMONITIO ALTERA.

Imperialis poteſtas non ſubjacet Pontificiæ.

Imperialis poteſtas non ſubjacet Pontificiæ.

Quam Archiepiſcopi Salisburgenſes peculiari ſtudio adhæſerint Romanis Pontificibus, id ſæpius horum conciliorum decurſu, atque etiam hoc tempore in Friderico III. & Henrico Archiepiſcopis eoituit; qui, ut Joannis XXII, & Benedicti XII. Pontificum tuerentur partes, Imperatorem Ludovicum IV, Bavarum, conſilio & armis vehementer impugnarunt, cum non levi propriæ ditionis jactura.

Fata Ludovici Bavari Imp.

Strinxerunt aotem duo illi Pontifices Imperatorem acerbiſſimis ſententiis, eundemque populorum obedientia privatum excluſerunt communione Catholica. Ludovicus hæc expertus, edita catholicæ fidei profeſſione, immerito has ſibi eſſe inflictas pœnas, conqueſtus fuit, & rationes, quibus Joannes XXII, id ut ageret, ſeſe ductum eſſe aſſerebat, prolixe refutavit, apud *Herwartum ab Hohenberg*, *Bavariæ Cancellarium, in Ludovico defenſo ad annum* 1338. Ipſi Electores Imperii, Pontificia libertate in Imperatorem offenſi, Epiſtolam dederunt ad Benedictum XII. Pontificem, qua dirss, a Joanne XXII. in Imperatorem latas, ot reſcinderet, Pontificem commonuerunt. Hanc Epiſtolam exhibet Leibnitius *in Codice Diplomatico Juris Gentium Parte I. Num. LXXVII.* Imperator denique, aſſentientibus & urgentibus Imperii ordinibus Decretum edidit anno 1338, qoo Imperii & Electorum jura, contra ea, quæ a Pontificibus attentata ſunt, tuetur. Quod Decretum, pro intelligendis temporum & Poteſtatum conflictibus hoc loco opportune viſum eſt adducere ex codem Leibnitii Codice Diplomatico Parte I. Num. LXXVI.

Licet jura utriusque Teſtamenti manifeſte declarent Imperialem dignitatem, & poteſtatem immediate in Filio Dei ab antiquo proceſſiſſe, & Deum per Imperatorem & Reges Mundi jura humano generi aperte tribuiſſe: & quod Imperator ex tota electione eorum, ad quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione, ſeu approbatione: quoniam in terris quoad temporalia non habet ſuperiorem, ſed eidem gentes ſubſunt & nationes: & ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus mandavit, *quæ ſunt Dei Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari reddenda.* Quia tamen nonnolli avaritiæ, & ambitionis cæcitate ducti, & nullius ſcripturæ intelligentiam habentes, ſed divertentes a tramite recti ſenſus in quædam iniqua & prava commenta, & in aſſertiones deteſtabiles prorumpentes contra poteſtatem, & auctoritatem Imperialem, & jura Imperatorum, Electorum & aliorum Principum, & Imperii fidelium committunt fallaciter aſſerentes: *Quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt a Papa, & quod electus in Imperatorem non eſt verus Imperator, nec Rex, niſi prius per Papam, ſeu Sedem Apoſtolicam confirmetur, approbetur, & coronetur:* & per hujusmodi pravas aſſertiones, & peſtifera dogmata, hoſtis antiquus movet, jurgia ſuſcitat, conteotiones parit, & ſeditiones procurat. Ideo ad tantum malum evitandum, de conſilio, & aſſenſu Electorum, & aliorum Principum Imperii declaramus, quod *Imperialis Dignitas & Poteſtas eſt immediate a ſolo Deo*, & quod de jure, & Imperii conſuetudine antiquitus approbata, poſtquam aliquis eligitur in Imperatorem, ſive Regem ab Electoribus Imperii concorditer, vel majori parte eorundem, ſtatim & ſola electione eſt verus Rex, & Imperator Romanorum cenſendus, & nominandus, & eidem debet ab omnibus, Imperio ſubjectis, obediri; & adminiſtrandi jura Imperii, & cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habet poteſtatem, nec Papæ, ſive Sedis Apoſtolicæ, aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, auctoritate indiget, vel conſenſu. Et propter hac in perpetuum valitura lege decernimus: „*Ut* „*electus in Imperatorem* concorditer, vel „a majori parte Electorum, *ex ſola electione cenſeatur, & habeatur* ab omni„bus *pro vero & legitimo Imperatore*, „& eidem ab omnibus ſubjectis Imperio „debeat obediri, & adminiſtrationem & „jurisdictionem Imperialem, & Imperia„lis poteſtatis plenitudinem habeat, & „habere, ac obtinere ab omnibus cenſea„tur, & firmiter aſſeratur:“ Quicunque autem contra hæc declarata, decreta vel definita, aut aliquid eorum aſſerere, ſeu dicere, aut aſſerentibus, ſeu dicentibus conſentire, vel eorum mandatis, vel literis, vel præceptis obedire præſumpſerit, ex omnibus feudis, qoæ ab Imperio detinent, & omnibus gratiis, jurisdictionibus, privilegiis & immonitatibus, a Nobis, vel Prædeceſſoribus noſtris eis conceſſis, & nunc privamus, & ipſo jure, & facto, decernimus eſſe privatos. Ioſuper eos *crimen læſæ Majeſtatis decernimus incurriſſe*, & pœnis omnibus impoſitis crimen læſæ Majeſtatis committentibus, ſubjacere. Datum in oppido noſtro de Franckenfurt, die 8. Menſis Augoſti, anno Domini MCCCXXXVIII.

Archi-

Archiepiscopi autem hi duo nominati Salisburgenses, cum essent ab Imperatore perpetuo alieni in gratiam Pontificum, nec interfuere unquam ejusmodi congressibus Imperii, nec decretorum, inibi editorum vi sese passi sunt a coepto proposito divelli

Anno 1343.

ORTOLPHUS,
Archiepiscopus Salisburgensis XXXIV.

Erat hic Legatus Ludovici IV. Imperatoris ad Clementem VI. Papam, Avenione sedentem, ubi facta submissione Ludovicus in gratiam, & unionem cum Pontifice rediit, ut est apud Baluzium Miscellaneorum Libro II. pag. 272.

Anno 1365.

PILIGRINUS II.
Archiepiscopus Salisburgensis XXXV.

Anno 1380.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XXXII.

Anno Christi MCCCLXXX, Urbani VI. Papæ anno III. Wenceslai Regis anno II. convocatum a Piligrino II. Archiepiscopo.

Chronicon Salisburgense, & ex eo Hanssizius Tomo II. Germaniæ Sacræ pag. 460. *memoriam hujus concilii conservarunt hac testificatione:*

Circa festum S. Jacobi celebravit Piligrinus Archiepiscopus Concilium Provinciale, vocatis, & præsentibus suis Suffraganeis, & aliis pro tunc vocandis.

Acta autem hujus Concilii injuriis temporum, ac præcipue flammis, anno 1383. *Salisburgense tabularium depopulantibus cesserunt; ut proinde minus constet, quid rei in eo pertractatum sit. Ex Synchronismis illorum temporum colligere licet, in causa contributionum Papalium, & difficultatum, inde obortarum, fuisse celebratum; nam Gregorius XI. acerbe pressus ab Arnabone, Mediolanensi Duce, ut rebus suis contra eundem consuleret, missa in Germaniam Legato Agapito Episcopo Ulixponensi, jam anno* 1374. *Clero Salisburgensi mandavit persolvere decimam, paratis contra obnitentes ecclesiasticis censuris, & excommunicationis sententia. Archiepiscopus postulatis Pontificiis reverenter obsecutus, pro maxima, qua in Apostolicam Sedem ferebatur, promptitudine, literas ad universum diœceseos suæ clerum dedit, idem pensum pro singulorum ratione deposcentes, quas literas exhibet Hansfiz Tomo II. pag.* 460.

Literæ Archiepiscopi. Piligrinus Dei gratia, Sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus, dilectis in Christo omnibus meis Archidiaconis, ad quos præsentes pervenerint, salutem in Domino.

Recepimus nuper in mense Septembri, die V, processum aggravationum venerabilis Patris, Domini N. Apostolicæ Sedis Nuncii, in facto decimali executoris Provincialis, quos processus una cum præsentibus vobis transmittimus, vobis & omnibus ac singulis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis, in præfatis processibus comprehensis, districte præcipiendo mandamus, quatenus dictos processus omnibus Prælatis, & aliarum Ecclesiarum, seu capellarum rectoribus, & eorum vices gerentibus, exemptis, & non exemptis, in vestris Archidiaconatibus constitutis, publicare, & intimare in præ-

Anno 1380. præsentia publici Notarii, feu Notariorum & teftium, fide dignorum taliter ftudeatis, quod vos Domino N. præfato fidem per publica inftrumenta facere valeatis. Cæterum certas perfonas, quæ decimam non folverint, nominatim; alios vero, qui fraudem, dolum, aut malitiam in facto decimali adhibuerint, in generali, pulfatis campanis, & accenfis ac extinctis candelis excommunicatos, & eorum loca interdicta in veftris ecclefiis publice nuncietis, & eos perfonaliter ad Curiam Romanam citetis, & adminiftratione omnium bonorum fuorum mobilium & immobilium fufpendatis juxta traditam in ipfis proceffibus formam; quibus vifis & prælectis dictos proceffus Nobis transmittatis.

Solum Archidiaconum Styriæ Superioris hac de caufa impofuiffe plebanis fuis ducentos & octo florenos legalis ponderis, pro varia cujusque facultatibus commenfa partitione conferendas, fcribit dictus Hiftoriographus ad annum 1374. *Archiepifcopus vero cum numeratam pecuniam fua pro parte non haberet, coactus fuit contrahere æs alienum; quod cum diutius hæreret, conftituit eodem anno, quo Synodus hæc coacta fuit, vades, nempe Joannem Seccovienfem Epifcopum, & Joannem Plebanum Rakerspurgenfem, tunc Vicedominum Leibnicenfem, Domino Ottoni de Stubenberg, qui duo millia librarum, nummorum Viennenfium prius Archiepifcopo numerarat. Cujus factæ fidejuffionis Chartam, datam ab Archiepifcopo in Leibniz, Feria II. poft S. Michaelis anno* 1380. *indicat Hanffizius in Archiepifcopatu Salisburgenfi fol.* 460. *Debita igitur cum hinc inde inhærerent Ecclefiis, videtur omnino ad confulendum & creditoribus & Ecclefiis, hæc fuiffe ratio Archiepifcopo, ut indiceretur hæc Synodus Salisburgi, & advocarentur Suffraganei cæterique quorum intererat.*

CONCILIUM
SALISBURGENSE XXXIII.

Anno 1386.

Anno Chrifti MCCCLXXXVI. Urbani VI. Papæ anno VIII. Wenceslai Regis anno VIII. convocatum a Piligrino II. Archiepifcopo ad inftaurandam difciplinam ecclefiafticam, editaque in eo fuere XVII Capitula hoc ordine.

TITULI CAPITULORUM.

Hæc

Hæc sunt instituta Domini Pilgrini Archi-Episcopi Salzburgensis, Apostolicæ Sedis Legati, publicata in Provinciali Concilio Salzburgensi, anno MCCCLXXXVI. *Anno 1386.*

PRÆFATIO.

Ad Laudem & Honorem ac Gloriam Nominis Dei, ac Salutem Dominici gregis, nobis commissi.

Nos Pilgrinus, Dei gratia, Archi Episcopus Salzburgensis Ecclesiæ, Apostolicæ Sedis Legatus, Joannes Gurcensis, Fridericus Chiemensis, & Joannes Seccoviensis, Ecclesiarum Episcopi, una cum aliis venerabilibus Patribus, ac Procuratoribus suis, ac Coepiscoporum nostrorum & quorumdam aliorum Prælatorum præsentium, Nobiscum in hoc sacro Provinciali Concilio residentibus, ad correctionem excessuum & reformationem morum, diligenti ac matura deliberatione præhabita, infra scriptas Constitutiones edidimus, salubres & utiles, jure fundatas, æquitati consonas, & per quas subditorum servatur honestas: quas per locorum Ordinarios, Prælatos, Archidiaconos, & alios Ecclesiarum Rectores, per totam nostram provinciam publicari, & sub pœnis in eis contentis præcipimus inviolabiliter observari.

CAPITULA.

I.

De modo dicendi Horas Canonicas.

Quia ut accepimus, clerici diversi diversimode in horis Canonicis, & diversis officiis diversum psallendi tenent modum, contra canonica instituta: volentes igitur huic morbo remedium opponere opportunum, districte præcipimus, ut ab omnibus & singulis clericis sæcularibus in psallendo idem modus & ordo in Divinis officiis & horis canonicis observetur: ita quod unusquisque in hoc suæ cathedrali Ecclesiæ, sive fuerit regularis sive sæcularis, rationabiliter se conformet. Si qnis hujus constitutionis transgressor exstiterit, per loci Ordinarium vel Archidiaconum, canonica monitione præmissa, ab ingressu Ecclesiæ suspendatur. Religiosos vero in suis rationabilibus observantiis volumus remanere.

II.

De absolutionibus impendendis.

Sanctione præsenti, sub interminatione maledictionis æternæ districte prohibemus, ne aliqua majori excommunicatione nodatos aut suspensos vel in homicidio, furto, sacrilegio, falso testimonio, perjurio, incestu, instrumentorum & litterarum falsitate & aliis casibus Sedi Apostolicæ vel Nobis specialiter, vel nostris Suffraganeis, aut aliis competentibus Judicibus reservatis, quacumque præsumant absolvere vel vota commutare. Quod si quis fecerit, ab officio suspendatur, donec pro superiorum arbitrio satisfaciat competenter.

Anno 1386.

III.

De abutentibus indulgentiis, a Superioribus super absolutionibus concessis.

Cum interdum tam a Sede Apostolica, quam ex speciali indulto, plerisque gratiose concedatur, ut in casibus superioribus reservatis cum sibi subditis dispensare, ac eos absolvere, ac eis pro modo culpæ pœnitentiam injungere valeant competentem. Verum quia nonnulli indulto hujusmodi abutentes, pœnitentias hujusmodi in pecuniarum proprium, & bursalem quæstum vertunt: nos igitur attendentes, quod privilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate: decernimus hujusmodi indulgentias a Nobis concessas, vel in posterum concedendas, post hujusmodi abusum esse nullas, vacuas & inanes: declarantes etiam absolutiones, quas tales abutentes impenderint, similiter fore nullas. Abutentes quoque eo ipso suspendimus a Divinis, donec pro qualitate culpæ absolutionis beneficium a suis superioribus meruerint obtinere.

IV.

De modo absolutionis impendendæ in casibus dubitalibus.

Volumus, & omnibus Ecclesiarum Rectoribus districte præcipimus, ut in casibus dubitalibus, præcipue periculum, vel salutem animarum concernentibus, ad superiorem recurrant confidenter: vel saltem peritiores vel sapientiores studeant super his diligenter requirere; quod si non fecerint, & eorum incuria vel negligentia periculum aliquod emerserit, gravi subjaceant ultioni.

V.

De habitu Clericorum.

Quoniam per decentiam habitus extrinseci oportet clericos intrinsecam morum honestatem ostendere, districte prohibemus, ne aliqui clerici sine Capucio capitis, bireto, capello, vel pileo coperto, in Ecclesia, seu alias in publico præsumant incedere, cum hoc honestatem non deceat clericalem. Quod si quis contra fecerit, per superiorem acriter puniatur.

VI.

De eodem & differentia habitus majorum ab inferioribus.

Canonica testatur authoritas, quod ex majore decore, & majoritate ornatuum apparere debeat majoritas dignitatum. Hinc est, quod firmiter inhibemus, ne clerici in publico utantur (a) vario, vel illud deferre præsumant, nisi in dignitatibus fuerint vel canonici Ecclesiarum cathedralium vel in gradu Magisterii scientiæ litterarum fuerint constituti. Adjicientes quoque, ne ipsi clerici, maxime non beneficiati, cincturis, corrigiis, aut peris auri vel argenti ornatum habentibus utantur, aut etiam veste vel alio habitu indecenti.

VII.

De munda conservatione rerum, & vasorum Divino cultui deputatorum.

In plerisque Ecclesiis mappæ, pallæ Altaris, corporalia, & alia vestimenta, ac vasa Divino cultui deputata, tam inculta, tam immunda

(a) a Vares, *quæ vox significat mures Ponticos, Sibelinos, Armelinos &c.*

munda relinquuntur, ut interdum quibusdam sint horrori, contra Anno 1386. statutum Concilii generalis. Et licet alias super his tam a viris, quam a Legatis Sedis Apostolicæ, quam etiam a nostris Prædecessoribus satis utiliter sit provisum: Nos vero repetitis eorum constitutionibus, volentes expressius providere; universis custodibus, Sacristis, Ecclesiarum Rectoribus, præcipimus, quatenus omnia vestimenta, ornamenta, & vasa supradicta, per ipsos munda & nitida & præcipue Ecclesiastica Sacramenta, sub clausura & fida custodia conserventur. Si quis vero in transgressione hujusmodi statuti culpabilis fuerit, usque ad condignam satisfactionem ab officio suspendatur.

VIII.

Ne Mendicantes admittantur sine Diœcesanorum licentia & testimonio litterarum.

Quia religiosos, præcipue fratres mendicantes, decet puritatem omnimodam in suis actibus observare: tamen sæpe divagandi & dissolutionis materiam mutuantur, scandalum aliorum & tamquam Pseudoprophetæ fabulosis prædicationibus audientium animos plerumque seducunt: & quamquam invitis ipsarum Ecclesiarum Rectoribus ipsi fratres, nisi per eosdem Rectores vocati vel invitati ad hoc fuerint, de Jure non audeant, nec debeant prædicare: volumus tamen, quod nequaquam dicti Rectores ipsos invitent, vel admittant, nisi de proponendo verbum Dei a suis superioribus licentiam habeant, & de illa sæpe dictis Rectoribus faciant plenam fidem. In civitatibus vero & Diœcesi, in quibus ipsorum fratrum loca consistunt, ac in locis vicinis, nullatenus ad dictum officium prædicandi, vel ad confessiones audiendas admittantur, nisi locorum Diœcesanis canonice præsentati fuerint prius, & admissi.

IX.

De Immunitate Clericorum & eorum rerum, ab impositionibus sæcularium Dominorum.

Cum Ecclesiæ & Ecclesiasticæ personæ, ac res ipsorum, non solum jure civili, quin imo & canonico & Divino, sæcularibus personarum talliis, collectis, & exactionibus sint immunes, nonnulli tamen Ecclesiasticæ libertatis & immunitatis æmuli, hujusmodi libertatem offendere moliuntur. Nos igitur ipsorum ausus, quantum possumus reprimere cupientes, statutum Domini Joannis Episcopi Tusculani, Apostolicæ Sedis Legati, qui invasores & occupatores & detentores Ecclesiasticornm bonorum vel dantes in his auxilium, consilium vel favorem, si, postquam per Ecclesiarum Prælatos vel Rectores requisiti fuerint, infra mensem non destiterint, vel de damnis datis non satisfecerint, ex tunc subjicit Ecclesiastico interdicto; ad hujusmodi exactores, collectores, & talliatores, declaramus extendi, ut extendimus sanctionem præsentem: omnibus Ecclesiarum Prælatis, & Rectoribus, sub excommunicationis pœna, districte præcipientes, quatenus hujusmodi statuta inviolabiliter observent, ac nihilominus singulis annis ter in suis Ecclesiis fideli populo studeant publicare.

X.

Contra vilipendentes sententias excommunicationis.

Multi in profundum malorum venientes, adeo Ecclesiæ claves, & Ecclesiasticæ censuræ sententias vilipendendo contemnunt, quod tam incorrigibiles plerique talium facti, in suæ damnationis pericu-

 lum,

Anno 1386. lum, in hujusmodi sententiis moriuntur. Quare statutum Domini Friderici Prædecessoris nostri, quod per omnes civitates & Diœceses mandat, tales sententias publicari per Ecclesiarum Prælatos & observari præcipimus, ut sic malignorum perversitatibus obvietur.

XI.

De Publicatione Constitutionis Bonifacii VIII. contra recipientes pedagia a Clericis.

Constitutiones felicis recordationis Bonifacii VIII. editas contra eos, qui ab Ecclesiis & Ecclesiasticis personis, pro earum rebus propriis, quas non negociandi causa deferunt, vel deferri faciunt, vel transmittunt, suo vel alieno nomine, pedagia, vel quidagia exigunt, vel extorquent, eosque qui in his culpabiles fuerint, si personæ sint singulares, excommunicationis, si vero collegium, civitatem vel castrum vel locum alterius concernit, interdicti sententiæ subjacere: per locorum Ordinarios, Prælatos, & Archidiaconos, ac parochialium Ecclesiarum Rectores præcipimus solemniter publicari: quemadmodum etiam in Viennensi Concilio est provide constitutum.

XII.

De Occupatoribus beneficiorum, & eorum bonorum.

Omnibus volumus esse notum, quod tam Episcopi, quam alii Ecclesiarum Prælati, & quæcunque aliæ Ecclesiasticæ personæ, qui bona vacantium dignitatum & Ecclesiarum quarumcumque sibi subjectarum, ceu ad collationem vel ad præsentationem eorundem pertinentium, occupant, rapiunt, aut usurpant, vel in suos usus convertunt; ipsi Episcopi ab ingressu Ecclesiæ; inferiores vero, ab officio & beneficio de Jure sint suspensi, donec de occupatis satisfaciant cum effectu; laici vero, si Judices fuerint, aut Ecclesiarum Patroni, bona hujusmodi rapientes, vel usurpantes, juxta statutum felicis recordationis Domini Friderici, Prædecessoris nostri, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant: in locis vero, ad quæ eadem bona delata fuerint, postquam hoc Rectoribus Ecclesiarum innotuerit, juxta ejusdem statuti tenorem tam diu cessetur a Divinis, donec de ablatis congrue fuerit satisfactum.

XIII.

De Usurariis & eorum pœnis.

Apud multos ita crimen usurarum invaluit, quod nonnulli nullis negociationibus vel laboribus student intendere: putantes sibi hoc licere, quod Prælati vel alii Ecclesiarum Rectores, in animarum suarum periculum negligunt id corrigere, ac per hoc in majus damnationis laqueum se immergunt. Nos igitur recolendæ memoriæ Domini Joannis Tusculani Episcopi, Legati Sedis Apostolicæ, ac aliorum Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, qui crimen hujusmodi fuerint specialiter detestati: decernimus eosdem usurarios, postquam per suos Rectores trina monitione nominatim moniti fuerint, & infra mensem ipsi ab eadem pravitate non destiterint, eo ipso excommunicationis sententiæ subjacere. Quapropter singulis Ecclesiarum Prælatis ac Rectoribus districte præcipimus, ut omnes manifestos usurarios moneant & inducant, quatenus ab hujusmodi pravitate infra unius mensis spatium curent studiose desistere, ac de perceptis satisfacere cum effectu. Quod si non fecerint, extunc excommunicati publice nuncientur. Certificentur nihilominus, quod

si

ſi in hoc crimine ſine ſatisfactione canonica cautione de ſatisfaciendo deceſſerint, chriſtiana careant ſepultura. Ipſi quoque Rectores & ſcienter ſepelientes eosdem, ſimili de Jure excommunicationis ſententia ſint ligati. Declaramus inſuper manifeſtos uſurarios eſſe, de quibus eſt publica vox, & fama, & certa ſunt indicia, & argumenta, quod pecunias mutuant ad uſuras, easque recipiunt, vel fructus rei pignoratæ ex pacto, vel alias ſibi uſurpant, vel imburſant, nec computant in ſortem pecuniæ pignoratæ. Anno 1386.

XIV.

Ne clerici conveniantur coram ſæcularibus Judicibus.

Sæpe contingit, quod nedum laici, ſed Eccleſiarum Prælati, & alii Clerici (quod dolentes referimus) alius alium ad ſæcularia trahant judicia, contra canonicas & legitimas ſanctiones: ex quo non modicum Eccleſiaſticæ libertati detrahitur, ac Eccleſiæ plerumque in ſuis Juribus & libertatibus grandia diſpendia patiuntur. Nos volentes his malis, quantum poſſumus, obviare: decernimus, quod ſi Prælatus, vel quivis alius clericus, alium Prælatum vel clericum vel etiam laicus quamcumque aliam Eccleſiaſticam perſonam, coram ſæculari Judice trahere, vel convenire, aut tractus ſeu conventus ſponte & Judicialiter præſumpſerit reſpondere: tam trahentes quam tracti, ultra pœnas contra tales a Jure prolatos, eo ipſo ſe noverint, excommunicationis ſententiæ ſubjacere.

XV.

Ne ignoti Presbyteri admittantur ad Divina.

Firmiter inhibemus, ne Presbyteri peregrini vel ignoti ad Miſſarum ſolemnia celebranda in publico admittantur, niſi per literas teſtimoniales, vel canonice de ipſorum ordinatione Eccleſiarum Prælatis & Rectoribus fiat fides.

XVI.

De Notariis publicis.

Placuit noſtro Sancto Concilio, ut nullus ſe Notarium publicum aſſerens, in officio Tabellionatus aliquatenus admittatur, nec credatur ejus inſtrumento, niſi coram loci ordinario, vel ejus officiali de ſuo officio ſaciat plenam fidem, cum ſæpe ex Notariis incognitis & imperitis grandia pericula ſoleant provenire.

XVII.

Ut Epiſcopi, Prælati & Rectores habeant Conſtitutiones ſingillatim.

Dudum fuit in noſtra provincia conſtitutum, ut Epiſcopi Suffraganei omnes provinciales Conſtitutiones habeant ſingillatim, easque ſuis ſubditis, ſicut Juris eſt, ſtudeant publicare. Verum quia hujusmodi ſtatutum fructum modicum hucuſque produxit: Nos igitur illud ampliare & pœnæ adjectione vallare volentes, ne ipſarum ignorantiam ipſi vel ſubditi prætendere valeant, vel quoslibet allegare; ſtatuimus & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus omnes & ſinguli Eccleſiarum Prælati, Archidiaconi, ac Parochi, Eccleſiarum Rectores, tam Legatorum Sedis Apoſtolicæ quam Noſtras & Prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones ſcriptas habeant, quas non habentibus de noſtra Cancellaria præcipimus exhiberi, ſub petentium tamen ſumptibus & expenſis. Quod ſi ipſi Prælati & Archidiaconi, infra

Anno 1386. infra sex mensium spatium a data præsentium, rationabili causa cessante, ipsas per se vel alios non receperint, seu habuerint: ipsos & quemlibet ipsorum, qui in hoc negligens vel remissus fuerit, eo ipso ab ingressu Ecclesiæ suspendimus, donec a suo superiore absolutionis beneficium meruerit obtinere.

Acta sunt hæc Salzburgi in nostro Archiepiscopali Palatio, anno Domini MCCCLXXXVI. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini, Domini Urbani, Divina Providentia Papæ VI. anno VIII. Die XXV Mensis Januarii.

Ex Harduino Tomo VIII. Conciliorum pag. 1900, *& Labbeo Tomi XI. Parte II. pag.* 2061.

ADMONITIO.

Ad Cap. IX. de Immunitate.

De immunitate clericorum. Immunitatem clericorum partem esse disciplinæ ecclesiasticæ, quæ varios jam inde ab Hierarchiæ initio tulerit vicissitudines, sæpiusque sine fidei Christianæ detrimento immutata fuerit, res omnibus explorata est, & vulgatissima. Primis Christianæ Ecclesiæ sæculis, cum pagani orbis administrarent Imperium, qui inter nascentem Ecclesiam clerici extiterunt, communi cum aliis tributo, cæterisque civium censibus fuere obstricti; adeoque nulla tum fuit neque rerum ecclesiasticarum neque personarum immunitas, neque ullum adversus civiles leges privilegium. Christus ipse tributum commune aliorum more persolvit. Math. Cap. XVII. vers. 27. Tum postquam summi principes Christianam fuere religionem amplexati, illustriorem etiam sors clericalis fortunam nacta est; eam Constantinus M. in sua epistola ad Amulium Africæ præfectum sancivit apud Eusebium Lib. X. Hist. Ecclesiast. Cap. VII. (*). *Clericos omnino ab omnibus publicis functionibus immunes volumus conservari; ne errore aliquo aut casu sacrilego, a cultu, summæ divinitati debito, abstrahantur; sed potius absque ulla inquietudine legi suæ propriæ deserviant.* Alias decreverunt Leo & Anthemius Augusti, ut clerici, de delicto accusati, judici illius loci, ubi erat eorum ecclesia, sisterentur. *Leg.* 13. *Cod. de Episcopis &c.* Possessiones vero & prædia clericorum tenebantur eodem tributo, quo possessiones aliorum civium. Valentinianus Imperator ad Asiæ Episcopos perscripsit, ut est apud Theodoretum Lib. IV. Histor. Cap. 8. (**) *Bonos Episcopos nosse secundum leges inferre publicas præstationes.* Alii rursum principes quibusdam clericorum fundis indulserunt immunitatem, ut Justinianus Imp. apud Balsamonem in Novella XLIII. &c. adeoque tota clericalis immunitas, seu ea, quæ ad personas, seu quæ ad res & fundos refertur, ex principum gratia & liberalitate profluxit, pro vario temporum, & legum obtentu. Ætate hujus concilii, nempe anno 1386, plurium sibi succedentium Romanorum Pontificum dexteritas & vehementia severis decretis communivit immunitatem clericalem tanquam firmissimis præsidiis, volueruntque illi præfracte clericorum esse sortem ab aliorum civium conditione alienam, quin imo utrique statui intestinas, abhorrentesque a tranquillo contubernio simultates inspirarunt; adeo ut etiam excommunicationis sententiam aggressoribus, aut infractoribus ecclesiasticæ immunitatis intentarent, quod & Piligrinus Archiepiscopus hoc in concilio secutus est. Verum quemadmodum violenta non durant, ita nec Decreta Pontificum Principum cohibuerunt in Clericos jura ac potestatem: iidem hodie colliguntur reditus ex clericorum, atque ex laicorum agris: ipsæque etiam eorum personæ censui arbitrario persæpe subjiciuntur. Quod si principes facultatem petunt a Pontifice, dicunt id fieri solius moris causa, & in speciem, reipsa nihil se rerum temporalium petere ab ecclesiastica potestate; cum jus imponendi censum suapte natura cohæreat principatui, ut publica totius regni moles privatorum impendiis servetur. Ideoque cum & regnantium Jura per Christum non sint abolita, necessario sequitur, immunitatem Clericalem divini juris esse non posse; nullum quippe extat ullibi divinum præceptum, quæ

(*) Ἀπὸ πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν λειτουργιῶν βούλομαι ἀλειτουργήτους διαφυλαχθῆναι, ὅπως μὴ διά τινος, ἢ ἐξολισθήσεως ἱεροσύλου ἀπὸ τῆς θεραπείας τῆς τῇ θειότητι ὀφειλομένης ἀφέλκωνται, ἀλλὰ μᾶλλον ἄνευ τινὸς ἐνοχλήσεως τῷ ἰδίῳ νόμῳ ἐξυπηρετῶνται.

(**) Δημοσίᾳ κατὰ νόμους εἰσκομίζειν ἴσασι, καὶ οὐκ ἀντιλέγουσι τῇ τοῦ κρατοῦντος ἐξουσίᾳ.

quæ principum legibus subditorum partem, nempe clericos subduxerit. Quod si Tridentinum Concilium *Seff. XXV. Cap.* 20. *de Reform.* immunitatem ecclesiasticam arcessit *ex Dei ordinatione*; id eo sensu dictum est; nempe cum immunitate ecclesiastica congruere etiam quædam exempla paganorum principum, in scripturis allata; sic Genes. *Cap. XLVII.* Sacerdotes Ægyptii a Pharaone fuere tributis exempti &c. *Vide Canonem Dogmatum Lib. II. pag.* 237.

GREGORIUS,

Anno 1396. *Archiepiscopus Salisburgensis XXXVI.*

Anno 1398. *emit ab Hugone Goldeker jus coquendi salis in Hallein, una cum officina salinaria, montibus & silvis, illuc pertinentibus, quæ is antea in feudum ab Episcopo tenebat. Hi. Goldekeri fuere Pincernæ Archiepiscopatus.* Hundius in Metropoli Salisburg. Tomo I. pag. 24.

EBERHARDUS III.

Anno 1403. *Archiepiscopus Salisburgensis XXXVII.*

Concilio Constantiensi, anno 1414, *præsens interfuit, inibique magna prudentiæ, pietatis, & misericordiæ laude est versatus; nam singulis diebus ad domus suæ fores large refecit pane, adjecta carne elixa, & portione vini pauperes; jejunii autem diebus pulte & leguminibus. Qua autem fortuna, quove vario successu Eberhardus in hoc Constantiensi Concilio tutatus sit jura sua Metropolitica contra Georgium, Pataviensem Episcopum, & sibi prætendentem, & suis successoribus insignia Metropolitica, uberius supra in Præfatione est expositum. Exinde domum reversus anno* 1418. *disciplinæ ecclesiasticæ, turbarumque sedandarum causa & ipse animum appulit ad Concilium sua in Archidiœcesi convocandum. Itaque*

CONCILIUM

Anno 1418. SALISBURGENSE XXXIV.

Anno Christi MCCCCXVIII, Martini V. Papæ anno I. Sigismundi Imperatoris anno IX. convocatum ab Eberhardo III. Archiepiscopo.

Rationes, quæ Archiepiscopum ad celebrandum hoc Provinciale Concilium permoverint, affert Van der Hardt Tomo I. Concilii Constantiensis Parte V. pag. 161.

Vidit hic Princeps religiosus (*Eberhardus III. Archiepiscopus*) in Constantiensi concilio quæ essent reformationis fata, quæ impedimenta injecta, quæ decreta facta, quæ spes concepta, & quousque falsa. Quamobrem soluto præter opinionem per Martinum V. concilio, ac dilato communi reformationis voto in Synodum Italicam Papiensem, cum sensisset, parum sic iri effectum publica auctoritate, suum facturus officium, Constantiensis Concilii, aliorumque bonorum ac doctorum virorum consilium observans, frequentia nationalia, ac provincialia concilia esse instituenda, in suis hoc absque mora orsus est ditionibus, & Ecclesiis.

Nempe post editum a Martino V. Confirmationis Decretum anno 1418, *die* 22 *Aprilis, postque solutum Constantiense concilium Eberhardus ad suam Ecclesiam reversus, mox mense Novembris ejusdem anni, die octava post festum S. Martini, hoc concilium indixit.*

Quod Harduini & Harzheimii & aliorum errorem retegit, qui hoc concilium in annum 1420. *rejecerunt, decepti fortassis ab instrumento fœderis, Archiepiscopum inter & suos Suffraganeos anno* 1419. *initi, pro immunitate ecclesiastica contra laicos, non tantum censuris, sed & armis propugnanda; de quo mox infra agetur, ceu appendice hujus concilii. Admirationem autem præprimis movet Harzheimius,*

qui

Anno 1418. *qui illam pro immunitate defendenda confœderationem pro provinciali concilio habuit, Tomo V.* Conciliorum Germ. pag. 161; *cum tamen eo in ipso confœderationis instrumento, quod adfert, diserte dicatur, post celebratum Provinciale Concilium, hoc nimirum, anno* 1418. *habitum, Præsules hoc inter sese pepigisse fœdus.*

Præter Episcopos Suffraganeos, Abbates & Prælatos ad hoc concilium invitavit Archiepiscopus etiam Doctores Academiæ Viennensis, rogavitque, ut sibi adessent consilio, formamque præceptionum conficerent, qua Ecclesiarum pastores edocerentur, modum, sacra mysteria e ritu catholico pie sancteque administrandi. Non defuit Universitas votis Archiepiscopi, delegitque pro conficiendo libello Magistrum Nicolaum de Dinkelspihl, & M. Joannem Sindrami: pro Synodo vero deputavit e gremio suo doctores quatuor, quos Archidux suo & Academiæ nomine Salisburgum legavit. Ut habent Acta ad annum, ante dictum 1418. *Hansizius Germaniæ Sacræ Tomo II. pag.* 468.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Eberhardus, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Archiepiscopus Salzburgensis, Apostolicæ Sedis Legatus, ad perpetuam rei memoriam.

Deus omnium creaturarum fabricator, post infinita sæcula creaturas ad extra suæ caritatis volens esse participes, ad ipsius imaginem & similitudinem humanam condidit creaturam, perfectam, in naturalibus illustratam, & cunctis adornatam virtutibus, & ratione rectissima regulatam; quibus felicitatem poterat possidere perpetuam, si in originali justitia perstitisset. Sed hostis antiquus, tantæ, quam amiserat, felicitati invideus, hominem tot donis, & virtutibus præfulgentem sua calliditate traxit ad vetita. Cui homo primus assentiens, cum tota sui ipsius posteritate, in singulis suis virtutibus vulneratus, mortalis effectus, cœpit infinitis, nedum corporis, sed etiam animi incommodis & miseriis laborare. Hinc & homicidia, hinc & mala innumerabilia per appetitum noxium, proclivem ad malum, orbem replevere terrarum. Sed in horum remedium miserationum Dominus regulas ad honeste vivendum, quibus homo felicitatem recuperaret perditam, nedum per ora Prophetarum, & Principum, & ipsorum Legatorum, sed etiam sacratorum Præsulum Provinciæ Salzburgensis, in solicitudinis partem vocatorum Prædecessorum nostrorum, pro directione gregis ipsis crediti Divinitus promulgavit. Quæ licet saluberrima exstitissent, temporum tamen exigente malitia, qua universalis Dei Ecclesia monstruoso & Pestifero schismate fere sex lustris miserabiliter lacerata, a memoria hominum ex quadam diffuetudine exsularunt. Hinc delinquentium impunitas, præbens veniam delinquendi, effecit, ut effrenata cupiditas, & facilitas veniæ, tam in clero, quam in populo, nostræ provinciæ decorem pristinum in moribus per difformitatem vitæ denigrarent. Sed quia dies sanctificationis illuxit, qua Romana & universalis Ecclesia jam unico & indubitato gubernatur Pastore, tempus est, ut ex debito Pastoralis officii, quod dudum in votis gessimus, ad reprimendum tot conatus noxios, ad sanandum infirmos, ad alligandum confractos, ad corrigendum excessus, ad reformandum mores, providis statutorum remediis assurgamus.

Hinc est, quod Nos Eberhardus præfatus, Albertus Ratisponensis, Hermannus Frisingensis, Engelmarus Chiemensis, Ulricus Seccoviensis, Wolffhardus Lavantinensis, cum venerabilium fratrum nostrorum absentium Pataviensis, Brixinensis, Gurzensis, Ecclesiarum Episcoporum, Procuratorum, & venerabilium Abbatum, & aliorum Prælatorum, & totius sacri Concilii Salzburgensis approbatione,

tione, consilio, & consensu, omnia & singula statuta Reverendissimi Patris & Domini, Domini Guidonis, tunc Sancti Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis, & Reverendi Patris & Domini, Domini Joannis Episcopi Tusculani, Apostolicæ Sedis Legatorum, dum in nostra provincia legationis officio fungerentur, & Reverendissimorum Patrum ac Dominorum divæ memoriæ Friderici, Chunradi, Pilgrini, Sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archi Episcoporum ac Legatorum Sedis Apostolicæ, Prædecessorum nostrorum, edita in ipsorum provinciis, seu conciliis provincialibus, innovamus, & observari præcipimus. Quibus novis morbis emergentibus nova remedia adhibentes, statuta subscripta, de venerabilium fratrum nostrorum prædictorum, & totius provinciæ approbatione, ordinamus, & statuimus, volentes & præcipientes, easdem nostras constitutiones ab omnibus & singulis nostris Suffraganeis, & eorum subditis firmiter observari & publicari in ipsorum Synodis, copiasque illarum petentibus decernimus sub petentium sumptibus & expensis. Anno 1418.

INDEX CAPITULORUM.

I.

De Summa Trinitate & fide Catholica, ex Concilio Domini Eberhardi.

De summa Trinitate, quæ propter sui exquisitissimam & probatissimam perfectionem, ac clarissimam & lucidissimam veritatem, adjectione vel declaratione ulla non indiget: ad quam inprimis, tamquam principium, medium & finem salutis omnium, corda nostra, manus & oculos elevemus devoti: nihil aliud est credendum, tenendum, & docendum, nisi quod Romana credit, tenet, & docet Ecclesia, piissima, sanctissima & prudentissima Mater nostra, ita tamen, ut omnes Prælati articulos fidei principales fideliter suos subditos laicos doceant, simpliciter credere, sicut Ecclesia: clericos vero expliciter & distincte.

Item statuimus, ut si aliquis clericus vel laicus utriusque sexus, cujuscumque dignitatis, religionis vel status existat, ausus sit præsumptione damnabili publice prædicare, aut occulte docere, credere vel tenere, quod sacerdos in mortali peccato existens non possit

Anno 1418. possit conficere corpus Christi, seu sic ligatus non possit solvere vel ligare suos subditos a peccatis; pro hæretico & incredulo habeatur. Quem errorem hujus sacri Concilii aapprobatione damnamus, anathematizamus, & penitus reprobamus; cum sacræ scripturæ dicat authoritas, quod sive bonus sive malus sit minister, per utrumque Deus effectum gratiæ confert. Non enim, quæ sancta, coinquinari possunt: nec ipsa Sacramenta propter hominum malitiam profanari. Unde sacerdos, quantumcumque pollutus existat, Divina non potest polluere Sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagiorum existant. Licite ergo a quocumque Sacerdote ab Ecclesia tolerato Divina Mysteria audiantur, & alia recipiantur Ecclesiastica Sacramenta.

II.

De Constitutionibus.

Frustra Sanctorum decreta Canonum antiquis fuissent ordinata temporibus, si illorum executio negligatur. Hinc est, quod Nos Eberhardus, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Salzburgensis Ecclesiæ Archi Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, statuta Romanorum Pontificum de celebrandis Provincialibus Conciliis & Episcopalibus Synodis diligenter cupientes observari, ordinamus, quod nostrum Provinciale proximum Concilium a festo Sancti Augustini proxime futuro ad annum, indicimus publice, & intimamus in hac civitate Metropolitana nostra Salzburgensi, per Nos, Deo concedente, aut nostros Procuratores solemniter celebrandum; nisi ex emergente causa, ut puta, guerræ, pestilentiæ, aut alia duxerimus locum immutandum. Quam mutationem loci etiam congruo tempore nostris literis intendimus publicare. Ad quod conveniendum ex nunc sub pœnis infra scriptis evocamus, citamus, & requirimus omnes & singulos nostræ provinciæ, qui per annum per se ipsos, vel alium in casu Suffraganeos, & alios quoscumque, qui de Jure vel consuetudine ad provinciale Concilium ire tenentur. Statuentes denique pro ulteriori canonum executione, sacro approbante concilio, ut singuli suffraganei nostræ provinciæ, qui per annum per se ipsos, vel alium in casu, quo legitime non fuerint impediti, omiserint celebrare Synodos Episcopales, a Pontificio officio, nec non ab omni exercitio Jurisdictionis Ecclesiasticæ per se vel per alium sint ipso Jure suspensi; eorum Jurisdictio Ecclesiastica, & illius liberum exercitium ad Capitulum, seu Ecclesiam devolvatur, & devoluta persistat; omniaque & singula emolumenta Jurisdictionis ad Capitulum pertineant, in publicam ipsius Ecclesiæ, non singularium personarum, vel officiorum utilitatem, donec hujusmodi Synodos aggregaverint, convertenda. Adjicientes, quod sub pœna præmissa, omnes & singuli nostræ provinciæ Suffraganei infra hinc & festum Sancti Jacobi proxime venturum, suas Synodos in suis Diœcesibus studeant celebrare. In quibus de corrigendis excessibus, & reformandis moribus, præsertim in clero, cum Dei timore agatur, visitationes faciant, vel fieri procurent, maxime Monasteriorum ordinis Sancti Augustini canonicorum Regularium, & Sancti Benedicti in certis partibus, heu, nimium collapsorum, juxtas canonicas sanctiones: quod & Nos in nostra Diœcesi Salzburgensi fieri procurabimus; ut exhibeamus Nos nostris fratribus in exemplum. Si vero dicto tempore suspensionis durante, Suffraganei nostri, vel alter eorumdem exercitio dictæ Jurisdictionis Ecclesiasticæ per se vel per alium se immiscuerit, aut Capitulum circa præmissa impediverit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Quod si per annum alium integrum Suffra-

ganei

ganei nostræ provinciæ Concilium Synodale convocare seu celebrare neglexerint (quia crescente contumacia crescere debet & pœna) contra tales contumaces violatores canonum & nostrarum constitutionum sequenti provinciali concilio, aut concilio generali, si illud celebrari contigerit, de remedio provideatur opportuno juxta canonicas sanctiones. Suffraganei vero nostri, & alii qui de jure, vel consuetudine ad provinciale concilium ire tenentur, nisi congruo se tempore personaliter præsentaverint, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto, nisi tali necessitate & impedimento legitime præpediti fuerint, ex tunc per procuratores suos legitimos comparere teneantur sub pœna prædicta. Durentque concilia provincialia per duodecim: & Episcopales Synodi per tres dies, nisi agendorum exigentia prolixius aut præcisius tempus exposcat. Anno 1418.

Insuper sacro approbante Concilio ordinamus, ut omnes & singuli nostri Suffraganei in proximis ipsorum Synodis per singulas Diœceses, prout & Nos in nostra proxima Synodo Salzburgensi ordinabimus sub pœna suspensionis a Pontificali officio, studeant personas idoneas, probas videlicet & honestas, in testes publicos sive synodales ordinare, qui per totum annum simpliciter & de plano absque ulla Jurisdictione sollicite investigent, quæ correctione & reformatione sint digna, & ea fideliter referant ad provinciale Concilium, aut Synodum Episcopalem, ut correctione animadversione congrua puniantur.

Ad reformationem quoque ordinum Sancti Augustini Canonicorum Regularium, & Sancti Benedicti nostræ provinciæ, cura officii pastoralis attendentes, sacro approbante concilio ordinamus Præsidentes Capitulis antedictis, videlicet de ordine Sancti Augustini Canonicorum Regularium Dominum Præpositum Metropolitanæ Ecclesiæ Salzburgensis, Monasterii Beatæ Mariæ Virginis Nuiburgæ Pataviensis Diœcesis Præpositos; de ordine vero Sancti Benedicti Religiosos Monasterii Sancti Petri civitatis Salzburgensis & in Niedernaltach Pataviensis Diœcesis Abbates: quibus plenam concedimus potestatem citandi & evocandi, per censuras etiam Ecclesiasticas omnes & singulos Abbates, Præpositos, Priores, & quoscumque alios ordinum prædictorum, qui ad capitula ipsorum provincialia consueverunt convocari, aut de Jure vocari debebunt. Super quibus ipsis decernimus per Cancellariam nostram fieri literas opportunas, qui in eventum negligentiæ Episcoporum Suffraganeorum nostrorum, si suas Synodos non celebraverint in termino superius expresso; & emendanda & corrigenda in omnibus & singulis Monasteriis ordinum prædictorum nostræ provinciæ non correxerint, & emendaverint diligenter, teneantur singuli suum Capitulum provinciale in loco apto suorum Monasteriorum, in festo Sancti Michaelis proxime futuro, convocare & celebrare: ibique agere de reformatione ordinum & monasteriorum juxta constitutiones dictorum ordinum, & canonicas sanctiones: Jure tamen ordinariorum in omnibus semper salvo. Dictaque Capitula provincialia prædictorum ordinum de triennio in triennium per prædictos ordines districte præcipimus in nostra provincia celebrari. In casu etiam diligentiæ, quo nostri Suffraganei etiam suas Synodos celebraverint, fecerintque diligentiam suam pro reformatione ordinum præfatorum; nihilominus tamen volumus & ordinamus, ac districte præcipimus, ut Præsidentes superius nominati, debeant & teneantur de triennio in triennium incipiendo a fine præsentis Concilii, sua Capitula celebrare; liberumque sit Præsidentibus sæpe dictis terminum præfatum pro suis celebrandis Capitulis prævenire.

Ann. 1418. Ordinamus denique, sacro approbante Concilio & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, & mandamus omnibus & singulis Abbatibus, Abbatissis, Præpositis, Prioribus, Priorissis, & aliis, quibus cura & administratio Monasteriorum utriusque sexus dictorum ordinum nostræ provinciæ est commissa; quatenus infra hinc & festum Pentecostes proxime futurum, debitum pastoralis officii sui diligenter impendant: ipsos præcipue ad tria substantialia ordinis, videlicet, proprietatis abdicationem, obedientiæ exhibitionem, & castitatis observationem reducendo: prohibendo egressus sine causa rationabili, & ingressum personarum suspectarum: ac observent, & a suis subditis faciant observari, ut Divinum officium diurnum pariter & nocturnum devote juxta regulas dictorum ordinum celebretur. In aliis vero, quæ reformationem Monasteriorum & ordinum præfatorum respiciunt, se tales ostendant, quod Nobis & Suffraganeis nostris ipsos visitantibus, de diligentia, quam inveniemus, debebunt merito commendari: sciturі, quod si in præmissis aut eorum aliquo negligentes exstiterint, aut aliqui ex subditis præmissorum rebelles & inobedientes inventi fuerint; contra tales per Nos, & nostros Suffraganeos ad pœnas graviores procedemus juxta canonicas sanctiones.

III.

De Consuetudine.

Consuetudines, quæ gravamen Ecclesiis inducere dignoscuntur, invalidas publicamus: locorum ordinariis, ut in omnem eventum eis resistant, firmiter injungentes.

IV.

De Renuntiationibus.

Nullus Ecclesiam vel beneficium Ecclesiasticum dimittere, vel recipere præsumat sine sui Superioris authoritate; quod sub pœna excommunicationis, vel suspensionis omnibus firmiter inhibemus.

V.

De Scrutinio.

Statuimus, quod nullus ad examen per sacrorum ordinum susceptionem aliquatenus admittatur, nisi recenter confessus fuerit omnia sua delicta idoneo sacerdoti. Et quia pauci sunt, qui sua delicta cum sequelis eorum intelligant, per districtum informatorem debet instrui ordinandus, an expediat sibi ordinari, an vero irregularitatis alicujus prætextu ei potius sit abstinendum.

Item quod nullus admittatur ordinandus vel promovendus ad ordinem super vicaria, a qua non possit ad inordinatum placitum amoveri.

Statuimus insuper ad terrorem malefactorum, ut omnes Episcopi Provinciæ Salzburgensis, ac eorum Vicarii, quando volunt & debent suis temporibus ordines celebrare, committant expresse examinatoribus clericorum ordinandorum sub Anathematis interminatione, ut inter cætera perquirenda fideli diligentia perquirant, sub obtentu honoris percipiendi a singulis ordinandis, ut si patres, avi, aut progenitores eorum usque ad lineam ascendentem, captivaverint, captivatum detinuerint, accederint aut mutilaverint temere clericum aliquem in sacris ordinibus constitutum, & pro clerico se gerentem.

Eum

Eum vero, quem in aliquo præmissorum affectum per aliquem ipso- *Anno 1418.*
rum progenitorum usque ad lineam memoratam invenerint, si hujusmodi factum sit notorium, non admittant. Prælati quoque vel eorum vices gerentes, quorum interest investire, vel instituere præsentatos, ante investituram vel institutionem cum summa diligentia de his quærant: & quos tales invenerint, nullo modo instituant ad aliquod officium, vel beneficium Ecclesiasticum. Examinatores insuper & Prælati, ac eorum vices gerentes, qui secus in præmissis agere præsumpserint, in futurum suspensionis sententia percellantur: alias per locorum Ordinarios graviter puniendi, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum, & ab hujusmodi reatibus appareant absolvi.

VI.

De Filiis Presbyterorum.

Nullus illegitime natus ad aliquem sacrum ordinem vel beneficium, aut officium curam habens animarum, sine dispensatione Sedis Apostolicæ admittatur in aliqua Ecclesia sæculari. Et tales, qui hactenus sunt admissi, si de his constiterit, per eorum ordinarios repellantur. Alioquin scienter contrarium facientes per unum mensem ab ingressu Ecclesiæ noverint se suspensos.

VII.

De Officio Archidiaconi.

Inhibemus Episcopis, Archidiaconis, Prælatis, ac eorum officialibus universis sub pœna suspensionis, quam in omnes facientes contrarium promulgamus, ne subditis suis, aut eis, qui litigant, seu litigaverint coram eis, aliquam eis faciant inhibitionem, seu impedimentum quod præstent, sub quocumque colore vel modo, publice vel occulte, quo minus causas suas appellationum, seu quascumque alias ad examen superiorum spectantes, libere possint deferre.

VIII.

De Officio Vicarii.

Et quia Ecclesiarum Rectores vicariis suis adeo relinquunt exiguam portionem, quod ex ea nequeant sustentari, Generali Concilio inhærentes statuimus, ut ipsis vicariis suis sufficiens, & honesta portio de proventibus Ecclesiæ assignetur. Alioquin ipsi Rectores, si moniti non assignaverint, suis poterunt beneficiis spoliari. Nullusque sub pœna suspensionis ab officio, intitulatus ad curam animarum, vicariam perpetuam, vel temporalem, vel similis beneficii assumere præsumat.

IX.

De Officio Delegati.

Ad hæc plerumque contingit, quod Judices delegati, seu subdelegati, ad quos simplices commissiones sub forma communi diriguntur, ultra quam patiantur vires rescripti præcedentis, terras, civitates, oppida, & villas Ecclesiastico subjiciunt interdicto, invocantes etiam super hoc brachium sæculare. Nos igitur volentes iniquis processibus hujusmodi obviare, præsenti scripto declaramus de fratrum nostrorum Consilio, & assensu, quod sacerdotes nostræ civitatis, Diœcesis & provinciæ, ad observationem seu publicationem sententiarum hujusmodi interdicti minime teneantur; nec invocationi brachii sæcularis, quam sic faciunt, aliquatenus est parendum, super inter-

Anno 1418. interdicto vero ponendo, recurrant ad decretalem extravagantem, quae incipit: Provide attendendum. Et est Bonifacii VIII. cujus tenor sequitur in haec verba: „Provide attendendum, quod, ut frequentius, quamvis non sine causa, sine culpa tamen multorum, interdicti sententiae proferuntur: quodque sunt nonnulli Judices nimis prompti ad proferendas easdem, etiam in negotiis sive causis, quae interdum plus ex cupiditatis, quam caritatis radice perspicuis indiciis procedere arguuntur: quodque interdicti tempore Divina organa suspenduntur, & laudes: nec Ecclesiastica Sacramenta ministrantur, ut solent; tolluntur mortuis, seu minuuntur suffragia; praesertim per oblationem frequentem hostiae salutaris: adolescentes & parvuli participantes rarius Sacramenta, minus inflammantur, & solidantur in fide: fidelium tepescit devotio, haeresis pullulat, & multiplicantur pericula animarum: praesentis constitutionis providemus edicto, ut nulla provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus authoritate ordinaria, vel delegata supponatur Ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cujusvis monetae, vel pecuniae quantitate, quacumque occasione, vel causa, seu quovis colore: pro eo maxime, quod ipsorum domini, Rectores seu officiales, quocumque nomine censeantur, aut incolae, seu habitatores, aut singulares personae, ipsorum statutis vel statuendis, ordinatis vel ordinandis terminis hujusmodi debitum seu quantitatem non solverunt hactenus, aut in antea non persolvent. Nos enim ex nunc decernimus irritum, & inane, si secus hactenus exstitit attentatum, vel contigerit attentari; illudque revocamus omnino. Non obstantibus quibuscumque contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compositionibus, submissionibus, fideijussionibus, consensibus, processibus & sententiis super hoc habitis vel habendis, juramentorum, poenarum spiritualium & temporalium, seu multarum appositione, vel quacumque alia firmitate vallatis: nisi talis suppositio interdicti hactenus foret facta, vel in antea fieret de Apostolicae Sedis licentia speciali expressa, per ipsius Sedis patentes literas apparente."

X.

De Officio Ordinarii.

Sacerdos vero quilibet plebem suam doceat diligenter, ut, cum in celebratione Missarum levatur hostia salutaris, quilibet Deo devote flectat genua sua, vel saltem se reverenter inclinet: idem faciens, cum eam portet Presbyter ad infirmum, quam in decenti habitu, superposito mundo velamine, ferat manifeste & honorifice ante pectus cum omni reverentia, & timore, semper nola parvula & lumine, nisi locorum repugnet distantia vel temporis qualitas, praecedentibus, ut ex hoc fides & devotio apud homines augeantur.

Cum mos unicuique gerendus sit, & in diversis Dioecesibus nostrae provinciae clerus & populus inveniatur variis vitiis, & defectibus laborare, quae omnia non possunt una quasi medela curari: Nos cunctorum saluti nostri gregis, quantum possumus, providere volentes, aliqua duximus generaliter committenda; omnesque & singulos nostros Suffraganeos, qui una nobiscum super populum nobis creditum in partem solicitudinis sunt vocati, & de contingentibus apud ipsos in clero & populo, quae reformatione & emendatione indigent, habent notitiam certiorem; paterna exhortatione requirimus & monemus in visceribus Jesu Christi, ut gregi sibi commisso praesint verbo doctrinae pariter & exemplo ac secundum qualitatem tempo-

temporum, & locorum, ea, quæ correctione & emendatione indigent, reformare & corrigere, dum ipsos suas Synodos celebrare, & suas Diœceses visitare contingit per seipsos, vel alios Deum timentes non omittant; in ipsorum pastorali officio taliter procedentes, ut tollantur scandala, evellantur vitia, & populus eis creditus numero & merito augeatur; ne subditorum sanguis in die districti Judicii de ipsorum manibus requiratur: attendant, ut sint Jurium præsertim contra Ecclesiastica crimina promulgatorum & nostrarum constitutionum exsecutores. usuras prohibeant, quantum possunt; clericorum concubinatum cohibeant nimium scandalosum; provideant, ut Divinum officium in Ecclesiis cum solemnitatibus debitis, canonice, & debite persolvatur: ut mendicantes præsentati cum litteris ordinariorum in ipsorum mendicitate non graventur. ut mendicantes fratres suis limitibus contenti, parochiales Ecclesias & ipsarum Jura non offendant; festivitates Sanctorum nimis multiplicatas restringant. Item, quia Divinum officium in Ecclesiis cum solemnitatibus debitis persolvatur: habeantque Archidiaconos, Decanos & officiales in Jure peritos, habentes peritiam causarum; quod tales Justitiam in scientia celeriter faciant præcipue pauperibus: abstineant se, & abstinere faciant tales ab immoderatis exactionibus circa lites: quod de monasteriis ordinum Sancti Augustini Canonicorum Regularium, & Sancti Benedicti, suarum Diœcesium juvenes habiles mittantur ad studium generale: quod beneficiorum permutationes duntaxat ex causis a Jure permissis admittantur. Anno 1418.

XI.

De Majoritate & Obedientia.

Sacro approbante etiam Concilio statuimus, ut nulli clerici Nobilium, Capellani in capellis castrorum Dominorum suorum celebrare præsumant, nisi ante Episcopo, vel loci Archidiacono obedientiam faciant manualem, ut ad Synodos veniant, & Capitula, certis temporibus, & statutis mandata Ecclesiastica recepturi, & suis Dominis, ac eorum Castrensibus, secundum quod fuerit opportunum, relaturi; cum plebani, in quorum terminis castra consistunt, hoc facere frequenter non audeant propter tyrannidem suorum dominorum. Quod si secus quispiam facere præsumpserit, per loci Ordinarium vel Archidiaconum condigne puniatur. Statuentes etiam sub pœna excommunicationis jam latæ sententiæ, districte mandantes, ut si quando prædam vel spolium rerum Ecclesiasticarum ad Divinum cultum deputatarum, seu etiam Ecclesiasticam personam captivam ad aliquam civitatem, villam, oppidum, seu castrum adduci contigerit, Sacerdotes & Capellani civitatum, villarum, castrorum, postquam sciverint, non exspectato super eo superiorum mandato, abstineant a Divinis interim, quoad persona captiva, aut res Ecclesiasticæ prædictæ in præfatis locis detinentur.

XII.

De his, quæ vi, aut metus causa fiunt, vel absolvuntur.

Hos qui absolutionem, vel quamcumque revocationem ab excommunicatione, suspensione, vel interdicti sententiis, per vim, vel per metum extorserint, eum hoc, quod hujusmodi absolutiones, revocationes sunt irritæ, statuimus, & publicamus, excommunicationis sententiæ subjacere.

XIII.

Anno 1418.

XIII.

Quia Clerici & Religiosi nonnulli, non attendentes, quantum sit obedientiæ bonum, quod victimis antefertur, & quod peccatum est ariolandi, nolle acquiescere; & scelus idololatriæ, obedire non velle; amissionem rerum suarum, & corporis, & vanum metum allegant frequenter, ne cogantur mandatum exequi Prælatorum. Qui cum prosperitatis tempore multa bona receperint, laute vixerint de patrimonio Crucifixi, imminente necessitatis articulo, pro honore illius adversitates sustinere detrectant, qui cum foret summe dives, ad obediendum Deo Patri pro salute nostra subiit onus voluntariæ paupertatis: ex quo propter contemptum clavium Ecclesiæ, nervus Ecclesiasticæ disciplinæ dissolvitur, & animas miserabiliter periclitari contingit: sacra hujus Concilii necessaria deliberatione statuimus, ut nulla rerum perditio, aut metus corporis, nec legitime probatus, subditi inobedientiam, mandatum Prælati exsequi non curantis, valeant excusare: adeo, quod si metus corporis duntaxat sentienti, proprio juramento & non legitimis coram eo, a quo mandatum subditus receperit ostensus fuerit documentis, nihilominus loco cedat, ne notam transgressionis incurrere videatur. In his autem, quæ in non faciendo consistunt, ut puta, cum mandatur, non communicare excommunicatis, non celebrare in locis interdictis, & aliis hujusmodi, omnino nullum, nec rerum, nec corporum, quantumcumque probatus metus excusat; cum pro nullo metu debeat peccatum mortale committere; quod ex inobedientia surgere, sanctorum Authoritatibus comprobatur.

XIV.

De Alienatione.

Quia plerumque cessiones actionum in fraudem fiunt; aliquando tamen pure & simpliciter ex causa legitima: statuimus, ut cessiones actionum, quæ ex justis causis vel causa procedunt, in præsentia Episcoporum, Judicum, seu officialium suorum, de licentia eorumdem, si subsint legitimæ causæ, fiant: jurent etiam cedentes, quod non simulate, sed vere cedant. Alioquin secus factas, determinamus non tenere.

XV.

De Judiciis.

Et quia quidam propter potentiam, quidam propter crudelitatem magnam personaliter citari non possunt: quidam etiam, quia in castris habitant, ita quod nulla potest ad eos citatio pervenire: idcirco provida & necessaria deliberatione statuimus, ut contra tales citationes edictum apud Parochialem Ecclesiam ipsorum publice & legitime proponatur. Quia si Parochialis Sacerdos tales citare non posset metus causa, faciant juramentum hujusmodi coram aliquo Presbytero honesto, qui ipsi Judici de hoc faciat literatoriam fidem. Ex tunc in Cathedrali Ecclesia tribus Dominicis continuis publice in ambone citentur, dummodo citandi infra unam diætam sint a Cathedrali Ecclesia constituti. Alioquin ad tres quindenas solemniter evocentur. Et ex tunc contra hujusmodi, ac si personaliter citati fuerint, procedatur, ne ex malitia valeant commodum reportare: propterea quod crudeles homines & perversi, dum ad forum Ecclesiasticum in causis, etiam de quibus Ecclesia merito habet agnoscere,

ſcere, a Judicibus evocantur, illius authoritatis, qua dicitur: qui honorat miſſum, honorat mittentem, immemores exiſtentes; Nuncios Eccleſiaſticorum Judicum citatione excommunicationis, vel alias Judiciales, & Juris literas defendentes, verbis probroſis, & quandoque duris verberibus quosdam captivantes, alios interdum ſuis rebus temere, publice ſpoliantes, multipliciter afficiunt, & perturbant, & impediunt citationes, & litterarum exſecutiones, in non modicam Eccleſiaſticæ libertatis contumeliam & jacturam. Conſiderantes igitur malitiis hominum non eſſe aliquatenus indulgendum, hoc ſacro approbante Concilio duximus ſtatuendum, ut reus Nuncios acta judicialia deferentes, per ſe, vel per alium verberans, ſpolians, vel captivans, lite etiam non conteſtata, authoritate etiam hujus ſacri Concilii habeatur penitus pro convicto. Actor vero in cauſa reconventionis ſimilia perpetrare per ſe vel per alium non formidans, ſuper inſtituta contra reum actione amplius nullatenus audiatur. Et inſuper uterque ac omnes alii, qui nomine & actione eorum talia facere præſumpſerint, usque ad condignam ſatisfactionem læſo, & Judicibus ſummaria cognitione ſuper hujus ſero facto præhabita, percellantur. Anno 1418.

XVI.

De foro competenti.

Dudum felicis recordationis Pilgrinus, Prædeceſſor noſter, provide duxerat ſtatuendum, ne Prælatus, vel quivis alius clericus, alium Prælatum, vel clericum, aut etiam laicus quamcumque perſonam Eccleſiaſticam coram ſæculari Judice trahere, vel convenire, aut tractus ſeu conventus ſponte & Judicialiter præſumeret reſpondere: alioqui tam trahentes quam tracti ultra pœnas contra tales a Jure promulgatas excommunicationis ſententiam incurrerent ipſo facto. Verum nonnulli laici ſalutis ſuæ immemores, contra pœnas prædictas, perſonas Eccleſiaſticas, etiam ſi Pontificali præfulgeant dignitate, ad hujusmodi Judicia forenſia & ſæcularia indiſtincte trahere non verentur.

Qui quidem Judices ſæculares ne compareant propria in perſona ſic citati, res & bona ſua atque beneficiorum ſuorum, decernunt in contumaciam invadenda, ſic quod ipſi laici exinde, occaſione recepta, bona Eccleſiaſtica invadere, & occupare præſumunt in Eccleſiaſticæ libertatis detrimentum. Nos hujusmodi temeritatis audaciam reprimere cupientes, datam conſtitutionem Prædeceſſoris noſtri authoritate hujus Concilii de fratrum noſtrorum conſilio innovamus, & extendi volumus ad Judices ſæculares antedictos. Adjicientes, quod ſi quando laicus clericum, ſeu Eccleſiaſticam perſonam, cujuscumque dignitatis vel conditionis exiſtat, noſtræ Salzburgenſis, Brixinenſis, Chiemenſis, Seccovienſis, & Lavantinenſis Diœceſium, ad Judicium ſæculare trahere vel judicare præſumpſerit, tamdiu in territorio trahentis & judicantis ceſſetur a Divinis, donec de hujusmodi injuria ſatisfecerint parti tractæ & abſolutionis beneficium meruerint obtinere.

XVII.

De vita, & honeſtate Clericorum.

Etſi per ſacros canones & noſtrorum Anteceſſorum conſtitutiones indecentia in vita & habitu clericorum ſtrictiſſime prohibeatur, noſtri tamen ſubjecti temporibus præſentibus hoc minime attendentes, tam in habitu, quam reliquis ad honeſtatem in ſortem Domini

Anno 1418. electorum ſpectantibus habenas ſuas dimiſerunt. Nos igitur huic inhoneſtati clericorum occurrere volentes, noſtrorum nihilominus Anteceſſorum conſtitutionibus in ſuo robore duraturis, ſtatuimus, ut quicumque clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, vel in minoribus & beneficiatus tantum portaverit habitum a ſacris canonibus, vel a noſtris Anteceſſoribus prohibitum, ſi monitus fuerit, eo ipſo amiſſionem illius habitus incurrat ipſo jure, in aliquod opus pium convertendum. Et ut hæc conſtitutio noſtris temporibus effectu non careat, noſtris Suffraganeis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicii præcipimus, quod per ſuas Diœceſes aliquos diſcretos & honeſtos Eccleſiaſticos viros deputent, qui prædictis clericis unica monitione tantum præmiſſa, præcipiant, nt infra decennium (*) talem habitum deponant, & nullo amplius tempore reaſſumant. Alioquin ipſum habitum eis publice auferant, etiam violenter, & eum in opus pium convertant; cum conſenſu tamen ipſorum Diœceſanorum, ſi habitus ipſe notabilis fuerit æſtimationis. Alioquin præter talem conſenſum exſequantur, quod in exemplum prædictorum noſtrorum Suffraganeorum intendimus obſervari.

Cum plerique fratres ordinum mendicantium, ac religioſi ordinum aliorum intitulati &c. ad Eccleſias Cathedrales ſuæ religionis habitum abſque rationabili cauſa manifeſte non deferentes, ad excuſationem in peccatis exemptionis allegando privilegium, de quo minime oporteret, in animæ ſuæ periculum & plurimorum ſcandalum allegando, ſicque excommunicationis ſententia immodantur, qua ligati damnabiliter exercere ea, quæ ſunt Epiſcopalis ordinis, non verentur. Nos tantæ temeritati providere volentes, ſacro approbante Concilio, ordinamus, ut ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, nullus Suffraganeorum noſtræ provinciæ in ſua Diœceſi ad exercendum ea, quæ Epiſcopalis ordinis exiſtant, tales titulares Epiſcopos admittat, niſi habitum ſuæ religionis manifeſte deferant, & ſint converſationis laudabilis, & bonæ famæ; omneſque tales, cum excommunicati ſint, arctius evitent, & faciant eosdem ab aliis arctius evitari. Nullusque clericus vel ſcholaris noſtræ provinciæ ſub pœna ſuſpenſionis ab ordine, quem ſuſceperit ab eodem, quam contravenientes incurrere volumus ipſo facto, ſacros aut minores ordines; nec etiam laici utriusque ſexus confirmationis Sacramentum quoquo modo recipere præſumant. Nec invitentur tales, nec venientes ſponte admittantur ad conſecrandum Baſilicas, Altaria, aut ad benedicendum quaſcumque res ſacras, niſi de abſolutione eorum conſtiterit manifeſte.

XVIII.

De Cohabitatione clericorum, & mulierum.

Ad arcendum concubinatus crimen, ut de clero penitus evellatur, ſummo ſtudio per ſacros canones eſt proviſum, quia tamen tempore, quo univerſalis Eccleſia monſtruoſe diviſa perſtitit, modo diligentia adhibita fuit in exſequendo eiſdem proviſionibus, crimen prætatum in multis locis etiam provinciæ noſtræ, cum maximo Catholicorum ſcandalo, totius clericalis ordinis contemptu frequentatur. Cui

(*) Decennium *eſt mendum, cujus recta lectio eſt* decendium; *nempe ne ſit hujus ejusdem canonis cum ſe ipſo conflictatio, qui paulo ante edixit: clericum, qui ob ejuscemodi veſtem monitus fuerit, & non depoſuerit, veſte illa mulctandum. Solebant quippe tum intervallo decem dierum actiones diſcriminari; quod indicat Fridericus Imperator Lib. I. Conſtit. Sicul. Tit. XXXIX. Ca. I.*

Cui morbo volentes occurrere, ut debemus, ſacro approbante Concilio decernimus, ut deinceps omnes in ſacris ordinibus conſiſtentes, vel etiam in minoribus beneficiati, vel ad religionem aliquam Deo ſponte oblati, & obligati, qui concubinatus fœditate caſtitatis votum notorie ſeu publice violarunt, tenendo notorie concubinas, pœnis infraſcriptis ipſo facto ſubjaceant: ut videlicet, ſi habuerint beneficia ſæcularia, vel regularia officia, aut adminiſtrationes vel dignitates, niſi infra duos menſes prorſus a ſe removerint, ipſo Jure intelligantur ſuis beneficiis, officiis, adminiſtrationibus, & dignitatibus Eccleſiaſticis per hanc conſtitutionem privati. Et poſſunt ipſa beneficia, officia, adminiſtrationes, & dignitates prædictæ libere per habentes poteſtatem aliis conferri, impetrari, vel de iisdem aliis modis Eccleſiaſticis provideri. Si vero beneficiati non fuerint, & concubinas notorie & publice detinuerint, & infra duos menſes a ſe non ſeparaverint, ſint ipſo Jure inhabiles ad quæcumque beneficia Eccleſiaſtica aſſequenda, pœnis aliis a ſacris canonibus contra tales editis in ſuo robore duraturis. Anno 1418.

XIX.

De inſtitutionibus.

Statuimus, ut nullus clericus ad curam animarum ab Epiſcopo, vel Archidiacono admittatur, niſi prius juraverit, quod nullam in adeptione beneficii, ad cujus curam præſentatus eſt, commiſerit Simoniam. Cum decor Eccleſiæ, exaltatio fidei, & errorum extirpatio per viros in utroque Jure Divino peritos & humano inſtructos, ut plurimum procurari noſcatur; illi, quoniam in proviſione congrua, quæ ad ſtatus ipſorum decentiam expediret, ſtipendiis Eccleſiaſticis carentes, talentum eis creditum diſpenſare Dei populo non valentes, lucerna ſub modio abſconſa non effundit in domo Domini luminis claritatem. Unde plerumque contingit, ut beneficia & officia Eccleſiaſtica, præſertim, quibus onus curæ animarum, in Eccleſiaſticæ Jurisdictionis incumbit, minus idoneis provideantur Rectoribus, ex quibus paſtoribus deſunt pabula, & ovibus deficiunt alimenta. Ad quorum ſalutare remedium Sacroſancta Generalis Conſtantienſis Synodus; ſaluti nationi germanicæ providere intendens, decretum promulgavit inferius annotatum: Nos ſpiritualem animarum profectum noſtræ provinciæ, quem Paſtorali cura dudum concepimus, exſequi cupientes, præfatam conſtitutionem Conſtantienſis Concilii Sacro approbante Concilio publicantes, præcipimus, & mandamus, ut inſtitutio prædicta ab omnibus noſtris Suffraganeis in ſuis Synodis proxime celebrandis intimetur & obſervetur.

Quam ex nunc cum ſingulis in ipſa contentis volumus ſub pœna ſuſpenſionis a collatione & electione beneficiorum per ſingulos beneficiorum Collatores & Patronos firmiter obſervari. Tenor vero conſtitutionis ſequitur & eſt talis: Sanctiſſimus Dominus noſter Papa Martinus V. ad exaltationem fidei catholicæ &c. vide informationem ex Concilio Conſtantienſi de qualitate beneficiandorum &c. invenies &c.

Quoniam nonnunquam contingit, quod ad vacantem Epiſcopatum, vel aliam Prælaturam, vel quodcumque beneficium aut officium Eccleſiaſticum regulare vel ſæculare, duo in diſcordia eliguntur, ſeu inſtituuntur; & alter, qui minore Jure utitur, ut eum, cui majus eſt acquiſitum, per potentiam, vel per tædium fatigare & haurire poſſit, attrahit favorem potentium laicorum, quibus, ut ei mutuent, & aſſiſtant, promiſſiones facit de beneficiis eorum filiis con-

Anno 1418. ferendis, & de Juribus, & libertatibus Ecclesiasticis remittendis: nos huic morbo occurrere volentes remedio salutaris præsentis statuti, hujusmodi promissores, & potentum laicorum attractores volumus ipso Jure sententia excommunicationis esse innodatos, & nihilominus eos fore ineligibiles ad hujusmodi dignitates: mutuatores etiam pecuniarum taliter in hoc casu volumus carere actionibus pro mutuo hujusmodi repetendo.

XX.

Ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Quoniam in quibusdam Alemanniæ locis laici fundatores Ecclesiarum, vel hæredes ipsorum; potestate, in qua hucusque Ecclesia sustinuit, abutuntur, partem decimarum, vel aliarum obventionum Ecclesiasticarum in beneficiis, in quibus Jus Patronatus, sibi retinent ex pacto, cum præsentant clericos; adeo huic vulneri canceroso, & simoniaco censuræ ferrum apponimus, decernentes, ut ex quo aliquid constiterit, pluries eos hujusmodi perpetrasse flagitium, anathemate feriatur, & ejus terra ponatur sub Ecclesiastico interdicto, donec Ecclesiam sub suo Jure dimittat; salvo Jure Patronatus, quod eis de Jure reservamus, cum possint per Juris ignorantiam excusari. Qui vero cæca cupiditate ducti taliter a Patronis beneficia per præsentationem recipere non verentur, officio, beneficioque priventur, nec ad beneficium vel actus Ecclesiasticos admittantur, nisi per Sedem Apostolicam cum ipsis fuerit dispensatum. Episcopi vero vel Archidiaconi, qui talibus scienter curam commiserint animarum, ob institutionem hujusmodi beneficiorum collationem, perpetuo sint suspensi &c.

Cum beneficia Ecclesiastica sine diminutione conferri debeant, quidam Ecclesiarum Patroni, personis idoneis prætermissis, tales adeo cum præsentant, qui portionem, quam talibus debeant esse contenti, suis usibus residuum totaliter applicando. Unde ad hujusmodi mali perniciem extirpandam, statuimus, quod si tales clerici se portione debita spoliari videntes, ad Episcopum suum querelam non detulerint, authoritate præsentis Concilii sint ipso Jure suspensi; nihilominus per Episcopum eisdem Ecclesiis spolientur. Si vero ad superiorem super hoc detulerint quæstionem, ipse patronum per censuram Ecclesiasticam ab hujusmodi molestatione & exquisita exactionis malitia compescat: adjicientes nihilominus quod in hac re pertinax Patronus exstiterit, ad præsentationem &c. Ecclesiæ proximo vacaverit, nullatenus admittatur.

Ad nostrum, quod dolenter referimus, pervenit anditum, quod nonnulli Episcopi, Comites, Barones, Nobiles, ac eorum potestates & officiales, dum aliquam vacare contingit in nostra provincia Prælaturam, beneficium vel officium Ecclesiasticum, statim gentes inibi mittunt armorum, quæ graves faciunt in ipsis Prælaturis, vel beneficiis expensas. Et quod deterius est, nonnunquam hi, ad quos electio, vel præsentatio spectat futuri Prælati, compelluntur eligere aut præsentare per abusum potestatis sæcularis vel potentiæ inordinatæ. Quandoquidem nullatenus admittunt ad possessionem, etiam a suo superiore confirmatum, donec de certa pecuniæ quantitate concordent cum laicis antedictis, atque persolvant eamdem. Nos hujusmodi damnandæ ambitionis audaciam reprimere cupientes, authoritate hujus Sacrosancti Concilii statuimus, ut nullus, quacumque Ecclesiastica vel mundana, etiamsi Pontificali vel Ducali præfulgeat dignitate, talia de cætero facere præsumat, per quæ offenditur

tur Ecclesiastica libertas & Ecclesiæ multipliciter aggravantur. Quod si secus actum fuerit, nisi infra mensem a tempore hujusmodi vacationis restituerint, aut remiserint jam promissum, quod indebite extorserunt realiter & cum effectu, ipsos volumus excommunicationis sententiæ eo ipso subjacere; a quo nullatenus absolvantur, donec modo simili restituant extorta: in quibus etiam nulla eorumdem remissio vindicat sibi locum. *Anno 1418.*

XXI.

De Emptione.

Nullus prædam aliquam scienter emere, vel tenere præsumat: alioquin nisi infra mensem prædam ipsam, aut ejus æstimationem, si restitutioni non subjaceant, restituat, excommunicationis sententia percellatur.

XXII.

De Pignoribus.

Ad omnium quoque dubitationem, sive quæstionis materiam amputandam, statuimus, ut si quis prædium suum, cui jus attinet Patronatus, cuique obligaverit indistincte, Jus præsentandi apud ipsum obligantem resideat. Cum tale Jus æstimari non possit, & — — in sortem nequeat computari. Cum semper fructus rei pignoratæ in sortem debeant computari, juxta canonicas & legitimas sanctiones.

XXIII.

De Testamentis.

Ad hæc, quia quædam in quibusdam partibus consuetudo, imo corruptela detestabilis observatur; videlicet, quod tam clericus quam laicus in lecto ægritudinis constitutus, ultra quinque solidos usualis monetæ, vel aliam summam, juxta loci consuetudinem limitatam, nec piis locis, nec personis Ecclesiasticis, pro animæ suæ remedio, aut aliis quibuscumque possit ordinare legata; considerantes prædictam consuetudinem & sacris canonibus & sacris etiam legibus, obviare; cum omnium Jura clament, quod ultima voluntas & ultimum hominis testamentum immobile perseveret: & quod nihil sit, quod magis homines deceat, quam ut supremæ voluntatis liber stylus exsistat: eamdem consuetudinem Deo odibilem, animabus & bonis moribus inimicam, authoritate hujus Concilii sacri penitus reprobamus, firmiter statuentes, ut ubicumque Jura a testamentorum non prohibent factione, vel in lecto ægritudinis constituto, legandi, disponendi & ordinandi de bonis collatis circa pia loca, personas Ecclesiasticas, & alias quascumque, dummodo contra legitimas non veniat sanctiones, libera sit facultas. Volentes, & præcipientes districte, ut per locorum Episcopos, & cæteros Prælatos Jurisdictionem habentes, universi clerici & laici impedientes defunctorum legata, seu ultimas voluntates, per excommunicationem in personas, & interdicti in loca sententias, quindecim tamen dierum canonica monitione præmissa, ferendas ab hujusmodi impedimentis desistere compellantur. Ad quarum executiones & debitas aggravationes procedente tempore faciendas, Episcopi & Prælati, ad quos testamentorum defensio, utroque Jure suadente, dignoscitur pertinere; tam benevolos se exhibeant, & paratos, ne hujusmodi negligentia de eorum manibus in die districti Judicii requiratur.

XXIV.

Anno 1418.

XXIV.

De Sepulturis.

Insuper statuimus, & sub poena suspensionis praecipimus firmiter & monemus, ut quilibet sacerdos provinciae Salzburgensis, cujuscumque dignitatis, seu Eminentiae, status vel religionis fuerit, infra octo dies causa legitima cessante, postquam ei de morte Archi Episcopi vel proprii Episcopi praedictae provinciae constiterit, per se vel per alium Missam pro defunctis dicat, in remedium Archi Episcopi, aut Episcopi memorati.

XXV.

De Parochiis.

Nos Sanctorum Patrum, qui Ecclesiae Sanctae Dei, & personis Ecclesiasticis terminos, quos non licet transgredi, posuerunt, statuta considerantes, hujus sancti approbatione Concilii, universis sacerdotibus tam religiosis quam saecularibus, cujuscumque ordinis, conditionis sive status exsistant, in civitate, Dioecesis, vel provinciae Salzburgensis degentibus sub debito juramenti, quod Episcopo in receptione sacerdotii praestiterunt, sub interminatione Divini Judicii firmiter inhibemus, ne quis alienum parochianum, cujus cura per Episcopum, vel loci Archidiaconum, seu ejus Vicarium, alii est concessa (excepta necessitatis causa, quae legem non habet) ad confessionem recipere, aut ei aliquod Ecclesiae Sacramentum porrigere praesumat, non petita desuper, & obtenta licentia proprii sacerdotis: cum minime incerti & indubitati Juris existat, talem a tali crimine solvi non posse aliquatenus vel ligari: & ex hoc ordinem Ecclesiae per majores & sanctos Patres Divina providentia institutum confundi & perturbari. Et hoc praesens statutum per universos plebanos singulis quatuor temporibus & in praecipuis festivitatibus coram suis Parochianis praecipimus publicari.

XXVI.

De Jure Patronatus.

Ad exstirpandam illam detestabilem corruptelam quorumdam Ecclesiarum Patronorum, qui Rectoribus earum defunctis, spoliant dotem, & Ecclesiam rebus mobilibus, & interdum immobilibus, in salutis propriae dispendium, & scandalum plurimorum, statuimus, ut sive clericus sive laicus hoc facere praesumpserit, cujuscumque dignitatis etiam Pontificalis exsistat, sit a Jure praesentandi ea vice suspensus — — — Ecclesiam conferat: & si ipse negligens fuerit, superior ipsam conferat ipsa vice: uterque autem sit excommunicatus ipsa Juris — — & arctius ab omnibus evitetur, donec cum debita satisfactione restituat sic ablata.

XXVII.

De Celebratione Missarum.

Praedecessorum nostrorum ducti vestigiis statuimus, inhibentes hujus sacri approbatione Concilii, ut nullus sacerdotum novitiorum illa die, qua primam Missam celebrare voluit, in exordio publicationis sanctissimi sui officii oblaturus Deo primitias gratiae ac salutis sibi collatae, aliquos ad convivium invitare, aut invitatos habere, aut procurare per se, vel per alium ullo modo praesumat: sed ad solum Deum, cujus militiae est adscriptus, dirigat aciem sui cordis, maxime

xime illa die devotus, curis & solicitudinibus temporalium, quibus mentes homines distrahuntur, exutus; remotis vanitatibus histrionum, qualibus tumultibus & insolentiis reproborum, qui etiam sæpe venire assolent non vocati. Anno 1418.

XXVIII.

De Baptismo.

Baptismus cum summa reverentia celebretur, maxime in distinctione & prolatione verborum, in quibus Sacramenti virtus exsistit, his scilicet verbis: Ego Baptizo te in Nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Doceant igitur Sacerdotes tam mares quam fœminas, in necessitate debere (illos) parvulos baptizare eadem forma in suo idiomate. Et, quod patres, & matres proprios infantes, si summa necessitas exigat, poterunt baptizare. Et si Sacerdotes super hoc diligenter requirentes debitam formam in baptismo invenerint, quod factum est, approbent, supplentes circa baptizatum, quoad unctionem olei in pectore & in scapulis, & Chrismatis in vertice, quod a laicis est omissum. Si autem in Baptismate debitam formam non invenerint observatam, non differant parvulos baptizare.

Item statuimus, ut in cunctis Ecclesiis baptismus, chrisma, oleum, & Eucharistia sub fideli custodia clavibus adhibitis asserventur, ne possit ad illa manus temeraria extendi. Pallæ quoque Altaris, vasa, corporalia, & vestimenta ministrorum munda & nitida conserventur. Nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecent etiam in profanis.

XXIX.

De Emunitate Ecclesiarum.

Quamquam dudum Ecclesiarum Advocati, ut ab indebitis vexationibus earum abstineant, & consuetis Juribus sint contenti, saluberrimis monitionibus antiquorum Conciliorum sint causati: quia, cum plerique Domini temporales, & laici alii provinciæ Salzburgensis, in Ecclesiis, Monasteriis, seu quibuslibet piis locis, in quibus Jus Advocationis prætendunt, suis Juribus non contenti, inconsuetas, & enormes novitates exercent, attentant in Ecclesiæ libertatem non modicum detrimentum. Nos huic morbo occurrere cupientes, authoritate hujus Concilii statuimus, ne advocati Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum piorum locorum quorumcumque dictæ nostræ provinciæ, quocumque etiam nomine censeantur, de cætero talia præsumant; nec Ecclesias, Monasteria & alia loca pia, ultra consueta & debita onera ullatenus aggravent & infestent, quocumque quæsito colore. Alioquin ipsos & eorum quemlibet, authoritate hujus sacri Concilii excommunicationis volumus sententiæ subjacere ipso facto: a qua, donec de hujusmodi indebite extortis ac illatis violentiis Ecclesiis, Monasteriis, atque locis aliis piis competenter satisfecerint, nullatenus absolvantur.

Abusum quoque seu consuetudinem quorumdam laicorum, imo potius corruptelam sacris canonibus & legibus inimicam, quam quidam Judices & potestates sæculares ad instantiam se præcedentium habere authores contra Prælatos, ac clericos beneficiatos nostræ provinciæ, seu etiam contra tales ex officio procedentes, licet de facto, ipsos Prælatos ac beneficiatos in bonis immobilibus spectantibus ad Ecclesias, Monasteria, & beneficia eorumdem, quasi quodam citationis edicto publico solent ad judicium evocare, licet nulliter & de facto, allegantes, quod non contra clericos, sed ipsorum bona

Anno 1418. bona duntaxat judicent, & procedant: non attendentes, quod clerici & clericorum bona eodem gaudent privilegio, & nulla sit eis de rebus, & personis Ecclesiarum attributa judicandi facultas. Nos hanc consuetudinem, sacro approbante Concilio, penitus reprobantes, decernimus, præfatam consuetudinem fore iniquam, rationi & Juri penitus inimicam: statuentes sub pœnis præmissis, quas contra facientes incurrere volumus ipso facto; ut nullus, cujuscumque status, conditionis, aut ordinis exsistat, etiamsi Pontificali aut Ducali præfulgeat dignitate, præfatam reprobatam consuetudinem observet, aut observari faciat, ne ipsius prætextu personas Ecclesiasticas prædictarum Diœcesium in ipsorum bonis & possessionibus perturbare, inquietare, aut judicare præsumat: decernentes irritum & inane, si secus contra præmissa, a quoquam fuerit attentatum sententiasque latas licet de facto ac — — impossibiles, cum omnibus inde secutis nullius exsistere roboris, vel moniti.

XXX.

De Simonia.

Ut labes pravitatis Simoniacæ in nostra provincia penitus extirpetur, Nos sacro approbante Concilio, ordinamus, ut constitutio Generalis Concilii Constantiensis inferius descripta in singulis Ecclesiis Cathedralibus, & aliis Ecclesiis Collegiatis per ordinarios, aut eorum inferiores ter in anno publice intimetur; ut in pœnarum afflictione nullus valeat crimen prædictum ignorantia excusare: adjicientes, ut ad locum ordinarii & exsecutionem ipsius, & aliorum Jurium pro extirpatione pravitatis præfatæ procedant contra quoslibet transgressores. Alioquin contra negligentes exsecutionem hujusmodi, ac Simoniam active vel passive committentes in futuris provincialibus Conciliis acrius, authore Domino, procedemus. Tenor vero Constitutionis Constantiensis sequitur in hunc modum:

Martinus &c.

„Multæ contra Simoniacam pravitatem ab olim factæ sunt con„stitutiones, quibus morbus ille non potuit competenter extirpari. „Nos volentes de cætero, ut possumus, attentius providere, sacro „approbante Concilio declaramus, quod ordinati Simoniace ab ex„secutione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones au„tem, postulationes, confirmationes, & quævis provisiones Simo„niacæ Ecclesiarum, Monasteriorum, Dignitatum, Personatuum, „officiorum & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque dein„ceps factæ, nullæ sint ipso Jure, nullumque per illos Jus cuiquam „acquiratur: nec promoti, confirmati, aut provisi faciant fructus „suos; sed ad illorum restitutionem, tamquam inique ablatorum, per„cipientes teneantur. Statuentes insuper, quod dantes & recipien„tes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiamsi „Pontificali aut Cardinalatus præfulgeant dignitate.

XXXI.

De sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

Item in quibusdam locis, ut accepimus, in tantum accrevit temeritas & præsumptio laicorum, quod, si quando authoritate Ordinarii seu Delegati, in terram, villam, aut castrum interdictum generale ponatur, iidem laici officium sacerdotum, imo quod ipsis sacerdotibus est prohibitum, usurpant: Curantes ut Ecclesiasticam

per

per hoc magis censuram elidant, apud loca taliter interdicta sepelire *Anno* 1418. præsumunt in cœmiterio corpora defunctorum. Licet autem jam pridem contra præsumptores hujusmodi inter alia sit provisum, ut non prius resumantur Divina, quam, quæ tumulata sunt corpora, fuerint exhumata: quia tamen per illos, contra quos interdictum ponitur, antequam satisfaciant, frequenter in pactum deducitur, ut exhumationis pœna ab Ordinario, vel Delegato ante omnia similiter remittatur: ne forte hujusmodi delinquentium temeritas actione hac impunita remaneat, & per hoc cæteris detur audacia, similia præmendi, sacri approbatione Concilii statuimus & mandamus, ut quicumque amodo intra cœmiterium loci interdicti aliquod corpus, seu corpora defunctorum sepelire præsumpserint, aut qui talia præsumentibus opem vel operam quocumque modo adhibuerint, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto: a qua non nisi per solum Metropolitanum, vel Diœcesanum, aut cui super hoc suas vices specialiter commiserit, absolvantur: Metropolitanus vero vel ejus Diœcesanus, aut eorum in hac parte vicarii, nequaquam ad impendendum talibus absolutionis beneficium procedant, nisi prius sepultis taliter corporibus exhumatis, Ecclesiæ & personis, quibus ex hoc injuria dignoscitur irrogata, satisfactum fuerit competenter: & nisi super facta exhumatione, & satisfactione præstita, Ordinarii, aut si copia ipsius haberi non valeat, officialium suorum litteras absolutionis ipsis pro testimonio exhibeant, & ostendant, ad communionem Ecclesiæ nullatenus admittantur.

XXXII.

De Hæreticis.

Cum nonnulli (quod dolenter referimus) Wicleffistarum, & Hussitarum hæresibus & erroribus infecti, & de eisdem infamati & suspecti, terminos nostræ provinciæ, sub agni specie gerendo lupum, latenter intrantes, & ausu temerario præsumunt prædicare, tenere & docere occulte, & publice prædictorum errores, & hæreses dudum ab universali Ecclesia & generali Constantiensi Concilio tamquam erroneos & hæreticos condemnatos: Nos saluti gregis Dominici nobis commissi, saluti animarum, & huic morbo periculoso pervigili cura providere volenter, ne scintilla modica in principio succrescat in flammam, & fermentum modicum totam massam corrumpat, sacro approbante Concilio sub interminatione maledictionis æternæ, ac sub excommunicationis sententiis in singulares personas, & interdicti in loca, si communitates, aut Domini locorum in infra scriptis negligentes, aut culpabiles fuerint, quas contra facientes ac negligentes incurrere ipso facto, volumus, inhibemus, ut nulla Ecclesiastica, mundanave persona nostræ provinciæ, cujuscumque status, conditionis, aut ordinis existat, etiamsi Pontificiali, aut Ducali præfulgeat dignitate, præfatis erroribus, & hæresibus infectos, infamatos, aut suspectos, in suis Ecclesiis, Monasteriis, Parochiis, Dominiis, terris, civitatibus, oppidis, villis, castris, aut domibus, aut locis aliis quibuscumque, ad prædicandum, docendum, aut dogmatizandum publice vel occulte admittat, seu assumat, quovis quæsito colore: nullusque præfatorum eorumdem prædicationem audire, aut prædicationibus interesse præsumat quoquo modo, ordinamus, ut omnes Christi fideles utriusque sexus memoratæ nostræ provinciæ, postquam audiverint, sciverint, aut eis constiterit, præfatis hæresibus & erroribus infectos, infamatos, aut suspectos, in præfata nostra provincia morari, docere, dogmatizare errores prædictos,

Anno 1418. dictos, ipsos statim suis superioribus, quorum præsentiam commódè adire poterunt, sine omni excusatione, & negligentia, sub pœnis, ut superius exprimitur, denuntiare nullatenus omittant. Omnibus Ducibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Burggraviis, Castellanis, Magistris civium, Consulibus, Judicibus, & officialibus aliis quibuscumque distinctè præcipimus, & mandamus sub pœnis præmissis, ut ad requisitionem Suffraganeorum nostrorum, eorumdem Vicariorum, seu Inquisitorum pravitatis hæreticæ, seu cujuscumque alterius prædictorum, taliter de hæresi infectos, infamatos aut suspectos incarcerare, captivare, aut detinere debeant, & teneantur. Et si tales se prætenderent in sacris ordinibus constitutos, Nobisque ac nostris Suffraganeis, Archidiaconis, Vicariis, & eorumdem officiis, & hæreticæ pravitatis inquisitoribus deputatis, pro nunc autem in nostra provincia postea deputandis, tradant, & assignent taliter denuntiatos, & suspectos, ut pro extirpatione tam periculosi criminis libere procedant, & procedi faciant juxta canonicas sanctiones.

Receptatores quoque, fautores, & defensores eorumdem, pœnis, ut præmittitur, volumus subjacere. Et quia tales infecti, infamati & suspecti de erroribus supradictis, ut plurimum per simulatam conversionem, ad unitatem Ecclesiæ redeunt fraudulenter, sacro approbante Concilio ordinamus, ut ultra pœnas talibus post conversionem ipsorum, & errorum abjurationem, carceribus mancipentur, ne relaxentur ab eisdem, donec de vera, & sincera ipsorum conversione verisimiliter præsumatur.

Adjicientes, ut omnes & singuli nostri Suffraganei ad extirpationem tanti mali viriliter assurgentes, omnia & singula Jura contra hæreticos ac de hæresi suspectos & infamatos contra ipsorum receptatores, fautores, & defensores, ac potestates sæculares, qui requisiti legitime neglexerint sua Dominia a pravitate hæretica extirpare, promulgata provide exsequantur, & observent, & a suis subditis faciant inviolabiliter observari, paterne, ut tenemur, in hoc officium excitantes.

XXXIII.

De Judæis.

Non ambigui Juris est, hebraicam gentem a fidelium crucifixi populo aliquo discretionis extrinsecæ signaculo debere esse separatam. Unde sanctæ memoriæ Guido, titulo Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis, in hanc nostram provinciam a sacrosancta Apostolica Sede Legatus provide decrevit, statuendo ut Judæi in publicum se exhibentes pileum deferre debeant cornutum: non portantes pœna pecuniaria præcipimus mulcta puniri. Nos autem volentes prædicti Legati bonam intentionem, quantum in nobis est, effectui mancipare, omnibus sæcularibus potestatibus, cujuscumque conditionis, & præeminentiæ exsistant, quocumque nomine censeantur, sive communitates, sive singulares reipublicæ Præsidentes exsistant, sub excommunicationis sententia præcipimus & districte injungimus, ut per se, vel per alios suos familiares, quemcumque Judæorum, pileum talem in publico non deferentem pecuniaria pœna, juxta eorum arbitratum taxanda, quacumque conditione, provocatione, vel excusatione frivola non obstante, protinus puniant.

Præcipimus etiam pro meliori hujus providi statuti executionis effectu, ut prædictæ potestates per se vel per alios possint & debeant Judæum sic pileum cornutum non portantem aliqua veste, vel alia re, publice, & statim in itinere, quo visus est, pignorari, ut sic eo citius

tius pœnam exſolvat antedictam. Et quoniam non tantum maſculos Anno 1418. Judaicæ ſuperſtitioni inhærentes a chriſtiano populo convenit ſeparari, ſed etiam ejusdem ſuperſtitionis fœminas atque virgines a catholicorum gente volumus eſſe ſegregatas: unde præcipimus ſub eisdem pœnarum exactionibus, ut mulieres vel virgines dictæ ſuperſtitioni inſudantes, cum ſe in publicum exhibent chriſtianorum noſtræ provinciæ, nolam ſonantem in aliqua ſui corporis deferant parte: alioquin ipſas per dictas poteſtates pœnis & modis præſcriptis in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus affligi.

XXXIV.

De prohibito & illicito veſtitu mulierum.

Cum in partem ſolicitudinis, & Paſtoralis officii ad hoc ſimul aſſumpti — — — gregum Dominicum rite gubernemus, & in eo vitia extirpemus & virtutes inſeramus, debemus non ſolum removere peccata, ſed etiam cujuslibet mali, & peccati ſpeciem, & imaginem, ac etiam ſcandaloſum quodlibet, & exempli continens perniciem, curabimus, quantum poterimus, provincia exſulare. Unde (quod dolenter referimus) multorum querelis ſumus excitati, ac etiam in parte noſtris propriis percepimus oculis, quod in nonnullis noſtræ provinciæ partibus mulieres habitu induuntur ſatis inhoneſto, utputa caudam ad modum aſpidis, ac alias ornatum exquiſitiſſimum, & ſupra modum ſumptuoſum habentes. Faciunt enim quædam mulieres ſuis peplis, crinibus, atque aliis capitis ornamentis, ac ſi ante, & poſt facies habeant monſtruoſe. Conſiderantes ideoque, quod ex his & conſimilibus vanitatibus ſcandala, oblocutiones, detractiones, quæ in cordibus ſimplicium generantur, ac nihilominus per hoc patrimonialia exhauriuntur, furta, rapinæ, & alia innumeroſa peccata, & demum ſpectacula luxuriam provocantia in domibus, plateis, & Eccleſiis, aliisque locis damnabiliter proveniunt. Nos igitur volentes, ſicut tenemur, his periculis occurrere, ſacro approbante Concilio, ſub excommunicationis ſententia, & obteſtatione Divini Judicii, univerſos & ſingulos laicos noſtræ provinciæ per viſcera Jeſu Chriſti obſecramus & rogamus, & nihilominus diſtricte præcipiendo mandamus, ut uxores ſuas, filias & alias mulieres in ſua patria, ſeu familiari poteſtate exſiſtentes faciant honeſte incedere: prohibentes, ne nimiam in veſtibus & aliis mulierum ornamentis ſuperfluitatem habeant. Eisdem etiam mulieribus ſub excommunicationis ſententia præcipimus, ut in hoc maritorum ſuorum obtemperent mandatis. Quod ſi ſecus fecerint, noſtris Suffraganeis, & aliis Eccleſiaſticis viris noſtræ Diœceſis & provinciæ curæ animarum præexſiſtentibus præcipimus, rebelles mulieres communione privare, ac eas aliis Eccleſiaſticis ſupponere cenſuris. Univerſis etiam ſæcularibus poteſtatibus ſub ejusdem diſtrictionis pœna injungimus, ut ad corroborationem & exſecutionem hujus neceſſarii ſtatuti faciant ſtatuta pœnalia, quibus hanc ſanctionem faciant exactiſſime obſervari &c. Deo gratias.

Poſtquam Concilium anno ſequente, nempe 1419. *celebratum fuit, abſolutumque, neceſſarium duxerunt Patres, laborantem ubivis inter ſæcularium incurſus, immunitatem eccleſiaſticam firmioribus communire præſidiis, accitis etiam ad ejus defenſionem armorum mutuis ſuppetiis. Quod quidem fœdus Cl. Harzheimius erronee habuit pro Provinciali concilio, ut ante admonui; fuitque Inſtrumentum hujus Confœderationis Germanica primum lingua conditum, cujus exemplar vetuſtiſſimum, & temporum injuriis adeo ſatiſcens ut legi jam non potuerit, vidiſſe ſe teſtatur in Tabulario Friſingenſi Cl. Meichelbek,* Hiſtor. Friſingenſis Tomo II. pag. 193; *idoque ſe coactum fuiſſe*

fuisse ait, illius ut Teutonici jacturam, versione latina, e Salisburgensi Historia deprompta suppleret; quæ talis est:

Anno 1419. *Instrumentum Confœderationis.* Nos Eberhardus, Dei gratia Archiepiscopus Salisburgensis, S. Sedis Apostolicæ Legatus.

Nos ejusdem gratia Hermanus Frisingensis, Albertus Ratisbonensis, Georgius Passaviensis, Bertholdus Brixinensis, Ernestus Gurcensis, Engelmanus Chiemensis, Ulricus Seccoviensis, & Wolffgangus Lavantinus Episcopi, & Provinciæ Salisburgensis Suffraganei, hisce patentibus attestamur pro nobis & successoribus nostris. Postquam pro bono publico prætactæ Provinciæ ad recuperandam immunitatem Ecclesiasticam, & bonum Regimen *Concilium Provinciale* octava post Festum S. Martini die, in Urbe Salisburgensi per Nos Archiepiscopum Eberhardum convocatum, & rite celebratum fuit, ubi inter cætera ad dictum Concilium diversi defectus, gravamina & importunitates delata fuerant, quæ nobis, nostris Prælatis, & Clero a quibusdam Sæcularibus Principibus, Dominis, & Equitibus, Vasallis, eorumque Officialibus, & subditis, in dicta Provincia commorantibus contra Pontificia, & Cæsarea jura, Clerique immunitatem attentantur. Quapropter etiam Nos, & illud Concilium, Serenissimum Principem nostrum, clementissimum Dominum, Dominum Sigismundum, Romanorum Regem pro assistentia contra dicta gravamina humiliter invocavimus, & cum Nos ipse noster Clementissimus Dominus Romanorum Rex suis Regiis literis desuper assecuraverit, quod Nos matura deliberatione, & Capitulorum nostrorum consilio consœderaverimus, nosque etiam vigore præsentium confœderamus sequenti modo, & promittimus etiam hoc fœdus servare, nobisque invicem succurrere sub fide principali fideliter & candide.

Primo itaque, si aliquis ex sæcularibus cujuscunque status & conditionis contra unum, aut plures nostrum, vel Prælatos, Clerique immunitatem inique egerit, tunc gravatus, vel gravati secundum jura, aut statuta hujus Provinciæ contra talem interdictis & excommunicatione procedat, vel procedant, donec resipuerit, & parti gravatæ satisfecerit; & si ejusmodi sæcularis persona reniteretur, nec satisfacere vellet, & sic in sua temeritate permaneret, post sex septimanas incepti processus Nos invicem invocabimus, nostri, nostrorum Prælatorum, & Cleri causa pro assistentia contra talem sæcularem personam, & qui ita inter Nos invocatus fuerit, is sine mora processum, & excommunicationem patentibus literis in sua Diœcesi contra talem sæcularem publicare teneatur, juxta tenorem processus fideliter & candide continuando usque ad reorum resipiscentiam. Si autem, quod Deus avertat, tales personæ in contumacia perseverarent, & gladium spiritualem censurarum spernerent, deberetque invocari gladius temporalis, præsertim nostri prænominati Clementissimi Domini Romanorum Regis, id fieri debeat nostrorum omnium, aut potiorum e nobis consensu & consilio; ita tamen, ut Nos, & nostrum quilibet, qui ita invocatus fuerit, ut præmittitur, assistentiam, consilium, aut consensum sine mora impertiri teneamur & teneatur, præclusa omni omnino tergiversatioue. In quorum omnium fidem, & perpetuam rerum scriptarum memoriam hasce literas fieri, & nostris, ac nostrorum Capitulorum dependentibus sigillis roborari curavimus. Datum post Nativitatem Christi Anno 1419. Dominica immediate ante Festum S. Antonii.

Verum quoniam in Archivo secretiore Aulico Salisburgensi adservatur Instrumentum archetypum in lingua Teutonica, ad dispiciendam alterius transsumpti sinceritatem, visum est & illud Teutonicum hoc loco apte deponi.

Wir Eberhart von Gotes Gnaden Erczbischof ze Salczburg Legat des Stuls ze Rom. Wir von denselben gnaden Herman ze Freysing, Albrecht ze Regenspurg, Georg zu Passaw. Berchtold ze Brixen. Ernst zu Gurkg. Engelmar zu Kyemsee. Ulrich zu Seccaw. vnd Wolfhart ze Lavent, Bischoue der Prouincien ze Salzburg Suffraganien Bekennen offenlich mit disem brief, für vns vud vnser Nachkömen. Als yeßund vmb ain gemain nuße der vorgenanten prouinrien ze widerbringung pfäfflicher Freyhait vnd guter ordnung. ain concilium prouinriale auf den achtenden tag nach sand Marteins tag nachstuerganngen, in der Stat ze Salzburg, durch vns Erzbischof Eberharten, berufft vnd löblich gehalten vnd volbracht ist. darJnn auch vnter andern sachen für dasselb Concilium pracht sind, manigerlay gebrechen, beswärnusse vnd vnzymlich gedranng, die vns, vnsern Prälaten vnd Pfaffhait von ettlichen weltlichen Fürsten, Herren, Rittern, vnd Knechten vnd iren Amptleuten vnd andern vndertanen in der vorgenanten prouincien gesessen, geschehen, wider Päbstlich vnd Kayserlich recht, vnd pfäfflich Freyhait, darumb wir vnd dasselb Conrilium, auch den allerdurchleuchtigsten Fürsten vnsern gnädigen Herren Herrn Sigmunden Römischen Kunig vns wider solhen vnrech-

ten

ten gewält vnd drانg zeschermen, diemütiklich angeruffet haben, vnd als vns derselb vnser gnädiger Herr der Römisch Kunig darInn gnädichlich fürgesehen, vnd vns mit seinen kunigklichen briefen solhes gewaltes vnd gedrannges vor zesein gen vns verschriben hat. daz wir vns mit wolbedachten mut vnd mit Rat vnserr Capitel mit einander veraynet haben, vnd verannen vns auch in kraft dits briefes In solher masse, als hernach verschriben stet. Vnd geloben auch solh aynung ze halten, vnd an einander beygestenndig ze sein, bey vnsern fürstlichen wirden vnd ereh, treulich an all geuer. Zum ersten ob das wär, daz ettlich weltlich Person, wie die genant wären, als vor verschriben stet. vnser ainen oder mer, oder vnser Prelet oder Pfaffhait, in voruerschribner Weyse verkürtzten vnd wider Recht drungen, so sullen der oder die beswärten nach ausweisung des Rechtens. vnd besunder solher Statuten vnd gesaczten diser Prouincien wider dieselben Proceduren mit bännen vnd slagen verslahen, als lanng biz dieselben Person zu gehorsam kömen. vnd solhe vnrecht dranng vnd beswernuss widerkeren vnd abtun, vnd die beswärten vnklaghaft machen. Vnd wär das sölich weltlich Person nicht gehorsam werden, noch genug tun wolden, vnd also in irem freuel beliben, Sechs wochen nach dem, vnd der Processt vnd das Recht wider sey angeuanngen wurd, so mugen wir aneinander anruffen von vnserselbs vnd vnser Prälaten vnd Pfaffhait wegen, vmb beystannd vnd mitleyden wider sölich weltlich Person. Vnd welher also vnder vns angerufft wirdet, der sol zestunden, an alen auffzug, sölb processt vnd Bänn schaffen mit seinen briefen, in seinem Bistumb zu uerkunden. vnd wider dieselben Person ze halden treulich an all geuerd, nach ausweisung derselben Processt, alslanng biz die vngehorsamen zu recht bracht werden, als vorgeschriben stet. Wär auch, da got vor sey, daz ettlich weltlich Person in irem freuel und verharten gemüt beliben, vnd des geistlichen swertes vnd Bänn nicht achten, Also daz man darumb müßt das weltlich swert vnd besunder' vnsern vorgenanten gnädigen Herren den Römischen Kunig anruffen, das sol geschehen mit vnser aller, oder der merern tayl vnder vns Rot vnd wissen. doch also daz wir vnd vnser yedlicher, der also angerufft wirdet, als vor verschriben stet, in solhem beystannd mitleyden vnd rat chainen verzog geuerlich tun sullen, noch wellen in dhaynerlay weg, all argelist gentzlich ausgeschaiden. Vnd des zeurkund vnd zu ewiger gedächtnuss aller voruerschribner sachen Haben wir disen brief lassen machen, vnd mit vnsern vnd vnserr Capitel anhangunden Insigeln versigeln. Der geben ist nach Kristi Geburde in dem viertzehenhunderten vnd Newntzehentem Jare, an dem nächsten Suntag vor Anthonii.

Quæ quidem confœderatio acerbitati illorum temporum, quibus per Imperium passim obtinuit Jus Manuarium Faust-Recht, *convenientissima fuit, ut nempe usitato res singulorum præsidio servarentur illibatæ contra violentos aggressores, & invasores.*

Quoniam vero exulceratis illis temporibus Archiepiscopus Optimus præcipuam esse sensit medelam Disciplinæ laborantis repositam in Conciliis, quæ statutos olim canones revocarent clericis in memoriam, & novorum errorum progressum interciperent; aliud indixit anno 1420. *concilium, in festo S. Augustini, cui præsidere sui loco jussit* Joannem *Præpositum Salisburgensem, maxime ad eliminandum sua in Diœcesi effrænem clericorum concubinatum, atque ad firmanda varia Disciplinæ capita, in prioribus conciliis antehac constituta, præsertim ex recens peracto Concilio Salisburgensi anni* 1418; *itemque ex Concilio Viennensi, quod anno* 1267. *Guido Cardinalis, Sedis Apostolicæ Legatus, celebravit, atque Salisburgensibus observandum submisit, ut in illo concilio superius memoravimus; itemque ex concilio Herbipolensi, anno* 1287. *habito, cui Joannes, Tusculanus Episcopus, Sedis Apostolicæ Legatus præsedit. Quorum omnium, ut examussim servarentur decreta, maximo desiderio Eberhardus III. Archiepiscopus agebatur.*

Anno 1420.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XXXV.

Anno Chriſti MCCCCXX. Martini Papæ V. anno III. Sigismundi, Regis Romanorum anno XI. ab Eberhardo III. Archiepiſcopo convocatum, actumque, præſidente Joanne, Dei Gratia Præpoſito, & Archidiacono Eccleſiæ Salisburgenſis.

ELENCHUS CAPITULORUM.

injiciunt, aut eos captivant, aut captivatos tenent.
XXXII. *De eodem.*
XXXIII. *De eodem.*
XXXIV. *De eodem.*
XXXV. *De eodem.*
XXXVI. *De his, qui verberant, vel capiunt Nuncios Legatorum Apostolicæ Sedis, Archiepiscoporum, Delegatorum, Judicum, & aliorum; aut eos, qui de curiis eorum veniunt; aut eos occidunt.*
XXXVII. *De eodem.*
XXXVIII. *De his, qui bona decedentium clericorum occupare præsumunt.*
XXXIX. *De eodem.*
XL. *De eodem.*
XLI. *De his, qui imponunt tallias, & exactiones ecclesiasticis personis.*
XLII. *De his, qui ecclesiasticas personas compellunt solvere pedagia, vel quidagia de rebus suis.*
XLIII. *De his, qui occupant, invadunt, aut usurpant sibi ecclesiastica bona.*
XLIV. *De eodem.*
XLV. *De eodem.*
XLVI. *De his, qui ad vacantes Ecclesias mittunt armatos, & faciunt ibi expensas.*
XLVII. *De laicis, recipientibus & occupantibus ecclesiastica beneficia.* Anno 1429.
XLVIII. *De advocatis Ecclesiarum, qui ultra jura eis debita ecclesiastica, gravant Ecclesias.*
XLIX. *De eodem.*
L. *De Patronis Ecclesiarum, qui post tempus a jure præfixum occupant Ecclesias, aut impediunt superiores in collatione.*
LI. *De Patronis, qui partem Advocationis, cum præsentant, sibi retinent ex pacto.*
LII. *De eodem.*
LIII. *De laicis, qui sine consensu Prælatorum bona, fabricæ Ecclesiarum deputata, administrant.*
LIV. *De his, qui Ecclesias & earum ædificia violenter, & sine Prælatorum assensu incastellare præsumunt, aut gentes ibi tenere.*
LV. *De his, qui prohibent, ne quis conquiratur coram ecclesiastico judice; aut qui condunt statuta contra Ecclesiarum libertatem.*
LVI. *De his, qui tradunt ecclesiasticas personas coram judice sæculari.*
LVII. *De eodem.*
LVIII. *De eodem.*
LIX. *Provisio contra Hussitas, ne admittantur ad prædicandum, & quod eos scientes suis superioribus denuncient.*

Joannes Dei gratia Præpositus & Archidiaconus Ecclesiæ Salisburgensis. Universis & singulis Dominis, Abbatibus, Præpositis, cæterisque Prælatis, Archidiaconis, Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, Plebanis, & clericis quibuscunque, per diœcesim Salzburgensem constitutis.

Quamvis per sacrorum canonum, & provincialium Conciliorum statuta recte ac honeste vivendi norma adeo sit sufficienter comprehensa, quodsi eorumdem negligeretur exsecutio, quodammodo de cætero aliqua nova conderentur statuta: quia tamen eorumdem tam saluberrimorum statutorum nostris temporibus memoria quasi evanuit, cæcaque ipsa quodammodo obfuscavit oblivio, tamquam prodita nunquam extitissent. Et quia juxta sapientis cujusdam dictum, numquam nimium dicitur, quod nunquam satis dicitur: subscriptæ ordinationes in Episcopali Synodo in civitate Salzburgensi nuper celebrata, cui de mandato Reverendissimi in Christo Patris Domini nostri Eberhardi Sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archi Episcopi, Apostolicæ Sedis Legati, & ex commissione ejus speciali præfedimus, alias emanarunt. Ad quorum humilem ac devotam observantiam, executionemque promptam & debitam, vos omnes & singulos in Domino exhortamur, prout Divinam ex hoc reportare remunerationem, præfatique Reverendi Domini nostri Archi-Episcopi pœnam & ultionem debitas & condignas volueritis evitare.

I.

Declaratio pœnæ statuti provincialis contra notorios concubinarios edicti.

Contra crimen concubinatus clericorum plurimùm scandalosum, & hinc merito detestandum, non aliter nec melius quam dudum in provin-

Anno 1420. provinciali concilio ftatutum fuit, videmus poffe provideri. Innotefcimus tamen, & ad memoriam revocamus ejusdem Concilii —— 'omnes namque, qui a die publicationis ftatutorum provincialium, infra duos menfes concubinas fuas, quas notorie tenuerunt, a fe prorfus non removerint, fi beneficiati fuerint, fciant fe fuis beneficiis ftatim ipfo facto, absque alia privationis fententia, authoritate ejusdem Concilii effe privatos; nec aliquid Juris amplius competere, aut aliquem fe titulum habere in eisdem: teneritque fe idcirco ad reftitutionem omnium fructuum & proventuum, quos levaverunt, feu in futurum levabunt ex eisdem. poffuntque eorum beneficia per habentes poteftatem libere aliis conferri, vel in curia etiam impetrari. Qui vero beneficiati non fuerint, fciant fe authoritate ejusdem Concilii ad habendum quæcumque Ecclefiaftica beneficia perpetuo inhabilitatos.

II.

Quod clerici non debent fecum tenere mulieres juvenes, & de incontinentia fufpectas.

Et quoniam juxta Apoftolum non folum a malo, fed etiam ab omni fpecie mali debemus abftinere; prohibemus, ne clerici in domibus fuis habeant fœminas juvenes, de quibus fufpicio poffit merito fuboriri. Qui autem fœminarum famulatu carere nequiverint, tales fibi affumant, quæ propter ætatem, morumque gravitatem, aut, fi fieri poteft, confanguinitatem, omnem merito fufpicionem excludant.

III.

Quod clerici in domibus fuis tabernas tenere, aut tabernas & laicorum Convivia accedere non debeant.

Inhibemus infuper, prout etiam per facros Canones, & provincialium Conciliorum ftatuta prohibitum exftat, ne clerici officium tabernariorum exercere præfumant; & ne in fuis domibus tabernas teneant, aut vinum more tabernariorum vendant. Tabernas quoque & laicorum convivia (quod valde honeftatem dedecet clericalem, ipforumque clericorum vilefcere facit authoritatem) clerici omnino devitent, nifi neceffitatis caufa in itinere conftituti.

IV.

Quod clerici venationi, & ludo alearum, & taxillorum infiftere non debent.

Venationi quoque cum canibus, nec non aucupationibus cum falconibus, nifis, aut hujusmodi volucribus clerici omnino non infiftant, nec canes tales venaticos, aut aves in domibus teneant, aut fecum per viam ducant. Ad aleas etiam & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis interfint, nec ludos tales in domibus fuis exercere permittant.

V.

Quales Presbyteros debeant fibi affumere Plebani in adjutorium exercitii curæ animarum.

Omnibus infuper Salzburgenfis Diœcefis plebanis prohibemus, ne in adjutorium exercitii curæ animarum, aut Capellanatum affumant presbyteros lufores, potatores, ebriofos, aut laicorum convivia frequentantes, per quos multum plebs fcandalizatur fidelis. Nullum etiam facerdotem alienigenam, & penitus incognitum, fuæ ordi-

ordinationis litteras, seu formatas omni suspicione carentes non habentem, & vero litteras commendatitias proprii Episcopi, aut fide digno testimonio, seu longi temporis conversatione de vita & moribus ipsius fuerit informatus, assumere præsumat. *Anno 1420.*

VI.

Quod Plebani inducere debent sibi subditos Presbyteros ad observantiam statutorum provincialium & synodalium ordinationum, & ad deferendum habitus honestos & clericales, a laicorum habitu discrepantes.

Studeant quoque plebani suorum domesticorum, præsertim clericorum sibi subjectorum, diligentem curam gerere, ipsos ad observantiam constitutionum provincialium, & hujus Sanctæ Synodi ordinationum, morum honestatem, clericalisque habitus decentiam respicientium, inducendo, nec patiantur eos deferre habitus a sacris Canonibus, vel provincialibus Conciliis interdictos: sed faciant ipsos deferre vestes in colore, & scissura honestatem clericalem decentes; nimia longitudine vel brevitate non notandas, circa pectus & scapulas, ut moris est laicis, non strictas, & corpori bene adjacentes, sed bene amplas, & aliquantum plicatas, manicas decentes, usque ad contactum manus protensas, infra vero brachium deorsum ultra unius palmæ longitudinem minime dependentes, cum goleriis licitis saltem unius pollicis collo adjacentibus, scissuras seu aperturas a latere omnino non habentes, nec retro: ab anteriori tamen parte propter majorem ambulandi commoditatem, ad altitudinem unius palmæ cum media, vestes non prohibemus aperiri. Vestes etiam ad equitandum, prout commoditas postulaverit, ante & retro poterunt honeste tamen aperire. In scissuris hujusmodi, in goleriis, seu aliis vestium extremitatibus foderaturas expositas, & notabiliter præeminentes non habentibus.

Abusum quoque istum clericorum, quo se sæcularibus hominibus conformantes pallia deferunt, nudis Joppolis, manicas strictas, ut nunc moris est, multipliciter plicatas seu rigatas, aut alias laicales habentibus, nulla veste manicata coopertis, cum expositis brachiis nequaquam tolerent. Aliasque tam decenter & honeste clericos sibi subditos incedere faciant, ut per decentiam habitus extrinsecam morum valeant ostendere honestatem. Hanc autem habitus honestatem exhortamur præcipue ipsos plebanos, sicut & cæteros clericos, observare, quatenus in omnibus suis subditis se normam, & exemplum præbeant.

VII.

Quod Sacramenta Ecclesiastica, & alia spiritualia libere, sine conventione, & pactione præcedente debent ministrari.

Volumus quoque & præcipimus singulis Salzburgensis Diœcesis presbyteris, quatenus circa Sacramentorum administrationem omnem observent puritatem, libere sine pactione aut conventione prævia, Ecclesiastica Sacramenta & alia spiritualia administrando. Ex post vero antiquas & laudabiles Ecclesiarum consuetudines pia fidelium devotione, per ministrorum sustentationem introductas non intendimus prohibere; ad quas etiam observandas superioris officii laici Ecclesiastica possunt censura compelli.

Anno 1420.

VIII.

Quod non sint toleranda pro aliquo quæstu publice delinquentes & quod potestate absolvendi in casibus reservatis sacerdotes abuti non debent.

Districte quoque prohibemus, ne quis sacerdotum adulteros, concubinarios seu fornicarios, aut alios quoscumque publice delinquentes gratia vel favore, aut pro aliquo temporali emittat. Nec obtentam a superiori in casibus reservatis ad certum personarum numerum licentiam, eam venalem exponant; non nisi ad solvendum aliquid ex pacto, eaque licentia utendo; sed gratis & libere prout expediens fuerit, ad omnes sine personarum acceptione, hujusmodi sibi concessa utantur potestate.

IX.

Quod pro sepeliendis præventis nihil est extorquendum.

Pro sepultura quoque præventorum (*) presbyteri nihil extorquere præsumant.

X.

Qualiter adulteri & Concubinarii publice sint admonendi, & ab ingressu Ecclesiæ excludendi.

Ad extirpandam quoque adulterii & concubinatus publica crimina, quæ in Diœcesi Salzburgensi plurimum sunt frequentata, hunc volumus & præcipimus ordinem per singulas Salzburgensis Diœcesis parochias observari; videlicet, ut infra duorum mensium spatium in qualibet Ecclesia parochiali aliquo die Dominico vel festivo, quando major adfuerit populi multitudo, publice in ambone admoneantur & requirantur in generali omnes & singuli utriusque sexus homines præfatis criminibus publice implicati, quatenus ab hujusmodi adulterio & concubinatu penitus & omnino desistant. Si qui vero generali spreta admonitione non correxerint, sequenti Dominica in specie & nominatim, ut se emendent — — sic illi, quorum domus inhabitant, quatenus eos ultra non hospitent, admoneantur, & requirantur. Quod si nec taliter moniti se correxerint, sequenti Dominica eosdem, ac illos, qui eos hospitare præsumpserint, ab ingressu Ecclesiæ publice excludant, coram quibus ex post presbyteri nullatenus Divina celebrare præsumant. Idem quoque de conjugibus utriusque sexus, qui temere sibi mutuo cohabitare recusant & nolunt, & de hospitantibus eosdem etiamsi non sit notorium eos alibi adulterari, volumus per omnia observari.

Hunc quoque ordinem perpetuis temporibus in posterum præcipimus observari: ita quod generalis ista monitio in Dominica prima quadragesimæ publice proponatur, speciali continenter admonitione, & exclusione sequentibus duabus Dominicis, prout supra dispositum, continuatis.

XI.

Qualiter se debeant habere plebani ad eos, quos ad Authoritatem superiorem remittunt.

Quotiens vero ad superioris authoritatem aliquos remitti contigerit, plebanus eosdem reversos, nisi litteras testimoniales superioris ostenderint, pro absolutis nequaquam teneant nec Sacramenta eis Ecclesiastica, nisi pœnitentia aut saltem pœnitentiæ parte peracta, admi-

(*) Præventores *milites, sub dispositione Ducis Mœsiæ secundæ, in notitia Imperii* apud Du Cange Glossarii Tomo III. pag. 395.

adminiftrent: quod præfertim circa adulteros & alios criminofos notorios volumus exactiffime obfervari. Et ut fraudibus via præcludatur, hujusmodi notorios & manifeftos criminofos ad Authoritatem fuperioris literis fuis claufis, caufæ & facti narrationem plene continentibus, transmittant: eosdemque reverfos non ad fimplices remiffiones fchedulas, fed ad litteras fuperioris intentionem continentes, ad Ecclefiaftica remittant Sacramenta. *Anno 1420.*

XII.

Quod Matrimonia clandeftine non fint contrahenda, & quod fecus aut contrarium facientes ad Epifcopalem Authoritatem fint remittendi.

Et quoniam ex clandeftinis matrimoniorum contractibus plurima fæpe exfurgunt pericula animarum, quibus occurrere cupientes, quod fuper hoc provide a Jure ftatutum exftitit, præcipimus obfervari: ut videlicet cum matrimonia fuerint contrahenda, prius per presbyteros publice in Ecclefia proponantur, bono competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit, & valuerit legitimum impedimentum apponat: & ipfi etiam presbyteri infra illum nihilominus inveftigent, an aliquod impedimentum obfiftat, folicitare. Cum apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreffe, donec quid fieri debeat, manifeftis conftiterit documentis. Qui vero aliter contrahere præfumpferit ad Epifcopalem authoritatem puniendi fecundum Juris difpofitionem remittatur.

XIII.

Quod Matrimonia in Ecclefiis, & mediante Presbytero contrahi debent: & quod non poft, fed ante carnalem copulam nuptiarum folemnia matrimonia fint benedicenda.

In contrahendis quoque matrimoniis hanc volumus honeftatem pro reverentia Sacramenti obfervari, ut videlicet non nifi per presbyteros, & fi commode fieri poteft, in Ecclefia aliquando in alio loco honefto, fine ftrepitu, cum honeftate debita fiant matrimoniorum copulationes. Matrimonia quoque, quæ benedicenda fuerint, non poft, ut moris exftitit, fed ante ipforum carnalem confumationem, ac folemnitatis nuptiarum celebrationem, pro benedictionis ipfius reverentia benedicatur.

XIV.

Quod Patrini baptismales non multiplicentur.

Et quia ex cognatione fpirituali, ficut etiam carnali, impedimentum oritur matrimonii, impediens contrahendum & dirimens etiam contractum. unde ne nimium inter homines ejusdem parochiæ hujusmodi, multiplicentur attinentia, mandamus, quatenus presbyteri parentes baptizandorum puerorum inducere fuadeant, ut non tantum viro, vel una muliere, prout canones difponunt fint contenti. Ad quod fi forte facile induci non poffunt, faltem ultra duos, unum fcilicet virum, vel unam mulierem, nequaquam admittant.

XV.

Quod Presbyteri informare debent populum, qualis & quam lata fpiritualis cognatio in baptismo & confirmationis Sacramento oritur.

Injungimus infuper omnibus plebanis, quatenus populum fibi commiffum publice in ambone informare ftudeant, quod, ficut in-

Anno 1420. ter quemlibet levantem aliquem de facro fonte & ipfum levatum, fic & inter omnes filios & filias levantem & ipfum levatum, & inter conjugem levantis carnaliter prius cognitum, & ipfum levatum, nec non inter parentes levati, & ipfum levantem & ejus conjugem, carnaliter prius cognitum, vel cognitam cognatio oritur fpiritualis impediens matrimonium contrahendum, & dirimens jam contractum, & ea, quæ de levante funt dicta, etiam de baptizante modis expreffis declarent effe intelligenda.

In confirmationis quoque Sacramento ratione prius confirmantis & ad confirmationem aliquam tenentis, non autem ratione ligaturam aut fafciam folummodo fronti alligantis, feu Chrisma duntaxat abluentis, eisdem modis, ut in baptismate hujusmodi propinquitatem provenire populo denuntient & declarent.

XVI.

Forma Juramenti, quam præftare debent teftes Synodales in manibus fuorum Archidiaconorum.

Jurabunt teftes fynodales, vel faltem fidem loco juramenti piabunt in hac forma: Primo quod per totum annum usque ad Synodum proximam diligenter inquirent, fimpliciter tamen de plano & absque ulla Jurisdictione, quæ correctionis, & reformationis tam in clero, quam in populo fint neceffaria: & quod illa fideliter referent in Concilio provinciali, & Synodo Epifcopali proxime celebrandis, poftquam fuerint requifiti, ufurarios, adulteros, concubinarios notorios, feu manifeftos, & quoscumque manifefte, & publice delinquentes tam in clero quam in populo, quos debita ad hæc adhibita diligentia perquifiverint, deferre & denuntiare, quando fuper hoc requifiti fuerint, denuntiare non omittent.

XVII.

Statuta fummatim & ordinate fub certis titulis collocata populo communicanda.

Quoniam multa ftatuta provincialia tam antiqua, quam etiam promulgata, nec non, & quæ fynodales ordinationes laicos concernunt, quorum quæ etiam fatis dignofcuntur effe pœnalia. Unde ne ipfos ignorantes contingat detrimentum incurrere, quod dignum eft eos poftmodum vetitos fuftinere; idcirco ftatuimus & ordinamus quatenus finguli Salzburgenfis Diœcefis plebani eadem ftatuta laicos refpicientia, prout inferius fummatim fubjectis rubricis & titulis ordinate continenter, quam citius poterunt, eorum habita copia, aliquo die Dominico vel feftivo, & deinceps fingulis annis bis: femel fcilicet in Dominica prima Adventus Domini, & femel in Dominica prima quadragefimæ plebi fibi commiffæ publice in ambone vulgari lingua clare & intelligibiliter intiment, publicent, & exponant; ad obfervantiam eorumdem, prout unumquemque concernunt dignofcitur, eamdem plebem fideliter exhortando.

XVIII.

Concil. Salisburg. XXII. Can. IX. Anno 1267. *De ufurariis, & eorum pœnis ex ftatutis Dominis Guidonis Tituli Sancti Laurentii Presbyteri Cardinalis, Apoftolicæ Sedis Legati, quod incipit:* Item dolentes.

Excommunicati funt ipfo facto ufuras exercentes, qui fic excommunicati ter in anno, videlicet in cœna Domini, in Affumptione gloriofæ virginis Mariæ, in Nativitate Domini, per plebanos & majo-

res

res suos debent denuntiari, aliis pœnis contra usurarios editis nihilominus salvis. *Anno 1420.*

XIX.

De eodem ex statuto Domini Joannis Episcopi Tusculani Apostolicæ Sedis Legati, quod incipit: Usurarios actus.

Cap. XXIII. Concil. Herbipol. Anno 1287. Concil. Lugdun. Anno 1274. Can. XXVI.

Usurarii dicuntur etiam, qui sub titulo emptionis usuras exercent, emendo scilicet pignus pro quantitate, quæ mutuo petitur, & revendendo eidem, redemptionis tempore pro quantitate eadem adaucto numero usurarum. Et hæc constitutio una cum constitutione Gregorii X. in Generali Concilio edita, publicari debet singulis annis in quadragesima, lecto Evangelio in singulis Ecclesiis Cathedralibus & collegiatis. Et tunc etiam usuras exercentes contra dicti Concilii tenorem, ac illos, qui eos retinent in domibus propriis, nominatim, & in specie excommunicati debent denuntiari. Et usurarium etiam occultum, dum tamen duorum vel trium fide dignorum testium ipsum constiterit usuras exercuisse, nec pro eo satisfactum fuerit, nullus recipere debet ad Ecclesiasticam sepulturam. Alioqnin Ecclesiastici, in cujus cœmeterio de consensu Prælati sive Capituli tale corpus sepultum fuerit, exhumatum Ecclesiastico subjacet interdicto.

XX.

Intentio Concilii Generalis, de quo supra fit mentio, quod habetur in Capit. Usurarum, De Usuris *Libro Sexto in effectu est talis, ut sequitur.*

Sub Alexandro III. Anno 1273.

Constitutio Lateranensis Concilii contra usurarios edita debet inviolabiliter observari; scilicet, quod manifesti usurarii ad Communionem altaris, & Ecclesiasticam sepulturam, & oblationem faciendam admitti non debent, & qui eorum oblationes receperint, aut ad Ecclesiasticam eos sepulturam admiserint, compelli debent reddere, quod acceperint, & ad arbitrium Episcopi ab officio suspendi. Item secundo præcipitur Dominis terrarum, & universalibus, seu communitatibus, ne permittant alienigenas in terris & locis suis conducere domos, & jam conductas retinere ad exercendum usuras. Contrarium facientes, si sunt Episcopi aut eorum superiores suspensionem; alii vero inferiores excommunicationis; communitates autem interdicti sententias, & pœnas incurrunt ipso facto: quas suspensionis & excommunicationis pœnas, si Episcopi & eorum superiores, aut singulares personæ per mensem sustinuerint animo indurato, eorum terræ, quamdiu hujusmodi usurarii in ipsis permanserint, Ecclesiastico subjaceant interdicto: & nihilominus laici ab hujusmodi excessu per suos debent ordinarios compesci.

XXI.

Ex eodem Concilio Generali, quod habetur de usurariis in Cap. Quamquam, *libro Sexto.*

Manifesto usurario, licet mandaverit usuras restitui, Ecclesiastica sepultura denegari debet, nisi primo, prout facultates patiuntur, satisfaciat, vel de restituendo, idonee caveat illis, quibus restitutio facienda, si præsentes fuerint: vel ipsis absentibus, loci ordinario, aut ejus vices gerenti, sive Rectori parochialis Ecclesiæ, in qua habitat, coram fide dignis de parochia; in cautione hujusmodi exprimendo quantitatem usurarum receptarum, si hujusmodi fuerit quantitas manifesta: alioquin aliam quantitatem ipsius recipientis arbitrio moderandam:

Anno 1420. randam: qui si scienter minorem, quam visibiliter creditur, moderetur, tenebitur ad residui satisfactionem, & eos contra hanc constitutionem sepeliendo, Lateranensis Concilii pœnam incurrunt. Testamenta quoque talium usurariorum alias facta non tenentur: nec debet aliquis interesse, nec eos absolvere, aut etiam admittere ad confessionem.

XXII.

De constitutione Concilii Viennensis, quæ habetur in Clementina (Eos) *de sepulturis.*

Sepelientes scienter usurarios manifestos, etiamsi exempti fuerint, ipso facto excommunicationis sententiam incurrant: a qua nisi satisfactio prius competenter eis, quibus ex hoc injuria est arrogata, facta fuerit, nullatenus absolvi debent.

XXIII.

Concil. Salisburg. XXXII. Can. 13. *Anno* 1386.

Ex statuto Domini Pilgrini Salzburgensis Archi Episcopi, quod incipit: Apud multos.

Usurarii, postquam a suis Rectoribus trina monitione fuerint nominatim moniti, si infra mensem non destiterint, eo ipso excommunicationis sententiam incurrunt. Et Ecclesiarum Rectores & Prælati tenentur suos subditos manifestos usurarios monere & inducere, ut infra mensem ab hujusmodi pravitate desistant, & de perceptis satisfaciant cum effectu. Quod si non fecerint, eos excommunicatos denuntient, certificantes nihilominus eos, quod si in hoc peccato decesserint, Ecclesiastica sepultura carebunt. Quod si Rectores scienter sepeliverint, similiter ipso facto excommunicationis sententia sunt ligati. Et manifesti usurarii dicuntur, de quibus est publica vox & fama, & certa indicia & argumenta, quod pecunias mutuant ad usuras, easque recipiunt; vel fructus rei pignoratæ ex pacto vel alias sibi imburfant, nec computant in sortem pecuniæ mutuatæ.

XXIV.

Cap. XXX. Concil. Herbipol. Anno 1287.

De spoliatoribus & raptoribus stratarum, ex statuto Domini Joannis Tusculani, quod incipit: Spoliatores stratarum.

Excommunicati sunt ipso facto spoliatores stratarum, & raptores transeuntium per vias, & eisdem dantes auxilium vel favorem.

XXV.

Concil. Salisburg. XXXIV. Can. 21. *Anno* 1418.

De his, qui scienter emunt prædam, ex statutis Domini Eberhardi Salzburgensis Archiepiscopi.

Nullus prædam aliquam scienter emere, vel tenere præsumat: alioquin nisi infra mensem prædam ipsam, aut ejus æstimationem, si deprædata, & oblata haberi non possit, restituat, excommunicationis sententia percellatur.

XXVI.

Concil. Salisburg. XXII. Can. 7. *Anno* 1267.

Qualiter decimæ sunt persolvendæ, & qualiter puniri debeant laici decimas usurpantes, ex statuto Domini Guidonis Cardinalis Apostolicæ Sedis Legati.

Decimæ tam antiquæ quam etiam de novalibus majores & minutæ juxta laudabilem consuetudinem patriæ integraliter sunt persolvendæ. Et laici decimas maxime novalium & minutas sibi usurpantes,

pantes, ab ingressu Ecclesiæ usque ad satisfactionem condignam sint suspensi. *Anno* 1420.

XXVII.

Cap. XL. Concil. Herbipol. Anno 1287.

De his, qui imponunt aut exigunt nova passagia vel antiqua augmentant, ex statuto Domini Joannis Tusculani Episcopi quod incipit: imponentes.

Nova passagia imponentes & exigentes vel antiqua augmentantes, singulis annis summus Pontifex in cœna Domini denuntiat excommunicationi subjacere: quos etiam sive fuerint Ecclesiasticæ sive sæculares personæ, quocumque nomine censeantur, locorum ordinarii per se vel per suos vicarios omni anno eadem die cœnæ Domini, pulsatis campanis & accensis candelis, excommunicatos & ab omnibus evitandos usque ad restitutionem integram debent denuntiare.

XXVIII.

Concil. Salisburg. XXXIV. Can. 23. *Anno* 1418.

Quod etiam in lecto ægritudinis potest quis testari, contraria consuetudine non obstante, ex statuto Domini Eberhardi Archiepiscopi Salzburgensis quod incipit: Ad hæc.

Non obstante consuetudine, quæ potius est corruptela ubi Jura testamentorum factionem non prohibent, quilibet etiam in lecto ægritudinis constitutus, legare, disponere & ordinare potest de bonis sibi collatis a Deo piis locis, aut alias. Et impedimentum præstantes per Prælatos compesci debent Ecclesiastica censura.

XXIX.

Can. 31. *Ibidem.*

De his, qui tempore interdicti sepeliunt corpora defunctorum aut sepelientibus opem præstant, ex statuto Domini Eberhardi Archiepiscopi Salzburgensis quod incipit: Item in quibusdam.

Excommunicati sunt laici sepelientes intra cœmeteria locorum interdictorum corpora defunctorum, aut qui sepelientibus opem vel operam præstant: a qua non absolvantur, nec per ordinarium loci, vel per eum, cui super hoc specialiter commiserit suas vices. hujusmodi tamen absolutio non est impendenda, nisi prius exhumentur, sic tumulata & satisfactum fuerit Ecclesiæ & personis, quibus exinde injuria dignoscitur irrogata.

Nec etiam tales ad communionem Ecclesiæ admittantur, nisi habeant super exhumatione & absolutione prædicta litteras ordinarii vel sui officialis.

XXX.

Can. 34. *Ibidem.*

Quod Mulieres per exclusionem a communione prohibendæ sunt ab illicito vestitu, ex statuto Domini Eberhardi Salzburgensis Archi-Episcopi quod incipit: Cum in partem.

Mandatur sub pœna excommunicationis omnibus laicis & sub obtestatione Divini Judicii, ut uxores suas & filias & alias mulieres in præsentia vel familiari potestate constitutas, faciant honeste incedere, prohibeantque, ne nimiam in vestibus longitudinem, & aliis mulierum ornamentis exquisitam superfluitatem habeant. Quibus etiam mandatur sub pœna excommunicationis, ut in his pareant maritis: alias Evcharistiæ communione priventur, & per censuram Ecclesiasticam arceantur. Et in fine mandatur sæcularibus potestatibus sub pœna præfata, ut ad corroborationem hujusmodi statuti faciant hanc constitutionem exacte observari.

Anno 1420.

XXXI.

Concil. Salisburg. XXII. Can. 4. *Anno* 1267.

De his, qui occidunt, verberant, aut qualitercumque manus violentas in clericos injiciunt, aut eos captivant, seu captivatos tenent, ex statuto Domini Guidonis Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legati, quod incipit: Item cum in plerisque.

Occidens, verberans, aut qualitercumque manus violentas in clericos injiciens, seu eos capiens, singulis annis in Synodis Episcopalibus excommunicati denuntiari debent, & nominatim illi, de quibus constiterit manifeste.

XXXII.

Canon. 5. *Ibidem.*

De eodem, ex statuto ejusdem Domini Guidonis, quod incipit: Quicumque vero.

Vulnerans enormiter Ecclesiasticam personam, occidens vel captivans, non nisi per Sedem Apostolicam debet absolvi. Et si quid tenebat ab Ecclesia, illud ipso facto perdit, quod in utilitatem Ecclesiæ debet converti. Et generaliter in Diœcesi, in qua aliquem canonicum Cathedralis Ecclesiæ vel in dignitate Ecclesiastica constitutum capi contigerit, aut captivum detineri, usque ad liberationem ipsius, & debitæ satisfactionis exhibitionem, similiter & in parochia, in qua res clerici violenter ablatas detineri contigerit, usque ad satisfactionem & restitutionem congruam cessari debet a Divinis.

XXXIII.

Concil. Salisburg. XXIII. Can. 22. *Anno* 1274.

De Eodem, ex statuto Domini Friderici Salzburgensis Archi Episcopi, quod incipit: Statutum.

Captivato Domino Archi Episcopo Salzburgensi, aut aliquo ipsius Suffraganeo, seu invasa Ecclesia Salzburgensi, aut quacumque alia Ecclesia Cathedrali provinciæ Salzburgensis, hostiliter & injuriose, ut de subversione status ejus verisimiliter timeatur; statim postquam hoc innotuerit, per totam provinciam Salzburgensem cessari debet a Divinis. In terris autem Principum cessari non præcipitur, nisi ab offensis hujusmodi cessare, & emendam præstare infra mensem admoniti contempserint.

XXXIV.

Concil. Salisburg. XXIV. Can. 13. *Anno* 1281.

De eodem, ex statuto Ejusdem Friderici, quod incipit: Item cum hi.

Qui violentas manus in clericos injiciunt, debent in parochia, in qua delictum commissum fuerit, aut in qua injiciens domicilium habuerit, per Rectores Ecclesiarum singulis dominicis & festivis diebus excommunicati denuntiari: & qui tales violentos injectores scienter ad Divina, vel Ecclesiasticam sepulturam receperint, sunt ab officio suspensi. Qui vero in prædicta denuntiatione, postquam sibi per ordinarium fuerit specialiter demandata, negligens fuerit, aut remissus per viginti dies ab ingressu Ecclesiæ & ab officio est ipso facto suspensus.

XXXV.

Cap. XXIV. Concil. Herbipol. Anno 1287.

De Eodem, ex statuto Domini Joannis Tusculani Episcopi, Apostolicæ Sedis Legati, quod incipit: Eos, qui.

Captivantes, vel captivos detinentes clericos & personas Ecclesiasticas, si infra octo dies, postquam requisiti fuerint, eos non relaxaverint, omnibus Dominicis & festivis diebus per Prælatos & Rectores Ecclesiarum, in quarum limitibus hujusmodi captivantes aut

aut detinentes commorantur, & personæ hujusmodi Ecclesiasticæ fuerint captivatæ, aut in quibus captivæ detinentur, excommunicati publice denuntientur. Et nihilominus, ubi hujusmodi personæ Ecclesiasticæ captæ detinentur, quamdiu taliter detinentur, clerici hoc scientes cessare debent a Divinis: contrarium facientes excommunicati sunt ipso facto. *Anno 1420.*

XXXVI.

Cap. XXV. Ibidem. *De his, qui verberant, vel capiunt Nuntios Legatorum Apostolicæ Sedis, Archiepiscoporum, Delegatorum, Judicum, & aliorum, aut eos, qui de Curiis eorum veniunt; aut eos occidunt: ex statuto Domini Joannis Tusculani, quod incipit:* Si quis in tanti.

Capientes, verberantes Nuntios Legatorum Apostolicæ Sedis de latere missorum, seu Archi Episcoporum, vel Delegatorum, & eisdem litteras auferentes, vel dilaniantes, seu ipsos in Jurisdictionem (aut) eis commissa quomodolibet, manifeste vel occulte impedientes: similiter & illi qui ad Curiam eorum Legatorum, Archiepiscoporum, Episcoporum vel Delegatorum venientes, aut abinde recedentes offendunt in personis, aut bonis, quæ secum habent, spoliant, excommunicati sunt ipso facto.

XXXVII.

De eodem, ex statuto Domini Eberhardi Archiepiscopi Salzburgensis, quod incipit: Præterea.

Reus verberans, spolians, & captivans nuntium Judicis litteras judiciales deferentem, pro convicto debet haberi: & idem in actore in causa reconventionis.

XXXVIII.

Concil. Salisburg. XXII. Can. 10. Anno 1267. *De his, qui bona decedentium clericorum occupare præsumunt: ex statuto Domini Guidonis Cardinalis Apostolicæ Sedis Legati, quod incipit:* Item ad aures.

Patroni Ecclesiarum tam clerici quam laici, Advocati, Judices, & præcones, bona decedentium clericorum occupantes & usurpantes, excommunicationis vinculo, quousque ablata restituant, debent innodari.

XXXIX.

Concil. Salisburg. XXIV. Can. 14. Anno 1281. *De eodem ex statuto Domini Friderici Salzburgensis Archiepiscopi, quod incipit:* Item statuimus. *Et ex statuto Domini Joannis Tusculani Apostolicæ Sedis Legati, quod incipit:* Nonnulli.

Raptores, invasores & occupatores bonorum clericalium decedentium ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt. Et in locis, ubi talia bona violenter ablata conservantur, tamdiu cessari debet a Divinis, postquam hoc Rectoribus Ecclesiarum innotuerit, donec ablata hujusmodi successori defuncti reddantur, in pristino loco reponantur, ac alia satisfactio competens subsequatur.

XL.

Concil. Salisburg. XXXIV. Can. 26. Anno 1418. *De eodem, ex statuto Domini Eberhardi Archiepiscopi Salzburgensis, quod incipit:* Ad exstirpandam.

Ecclesiarum Patroni, sive clerici aut laici, qui Rectore Ecclesiæ mortuo, dotem & Ecclesiam rebus mobilibus spoliant, cujuscumque dignitatis fuerint, sunt a Jure putandi illa vice suspensi & col-

Anno 1420. latio ad immediatum Superiorem devolvitur. Insuper etiam ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

XLI.

Concil. Salisburg. XXXIII. Can. 9. Anno 1386. *De his, qui imponunt tallias & exactiones Ecclesiasticis personis: ex statuto Domini Pilgrini Archiepiscopi Salzburgensis, quod incipit:* Cum Ecclesiæ.

Imponentes clericis & Ecclesiasticis personis & recipientes ab eisdem exactiones, tallias, & collectas; si infra mensem, postquam per Ecclesiarum Prælatos moniti fuerint, non destiterint vel de damnis illatis competenter satisfecerint; excommunicati sunt ipso facto, & terræ ipsorum Ecclesiastico subjacent interdicto.

XLII.

Concil. Salisburg. XXXIII. Can. 11. Anno 1386. *De his, qui Ecclesiasticas personas compellunt solvere pedagia, vel quidagia de rebus suis: ex statuto ejusdem Domini Pilgrini, quod incipit:* Constitutiones: & in Cap. de censibus L. 6.

Bonifacius VIII. statuit, quod si universitas, seu communitas, vel singularis quæcumque persona, cujuscumque dignitatis fuerit, per se vel per alium, suo vel alieno nomine Ecclesias vel Ecclesiasticas personas compulerit solvere pedagia, vel quidagia, seu exactiones pro rebus suis, quas causa negotiationis non deferunt, universitas talis est interdicta & personæ singulares excommunicatæ. Nec valet contraria consuetudo. Et hæc constitutio per prælatos, Archidiaconos & plebanos debet solemniter publicari.

XLIII.

Cap. XX. Concil. Herbipol. Anno 1287. *De his, qui occupant, invadunt, aut usurpant sibi Ecclesiastica bona: ex statuto Domini Joannis Tusculani, quod incipit:* Dignum — — —

Sæculares, Ecclesiasticæve personæ, quacumque dignitate præfulgeant (Romanorum duntaxat Rege, & ejus Conjuge & filiis exceptis) quæ Ecclesias & Ecclesiastica bona, Jura & Jurisdictiones seu Ecclesiarum vasallos publice occupare, aut invadere vel scienter usurpare; seu occupatoribus, invasoribus aut usurpatoribus hujusmodi potestatem quomodolibet auxilium vel favorem præstare præsumpserint: nec non qui bona Ecclesiarum titulo pignorum detinent obligata, a quibus receperint ultra sortem: nisi requisiti infra mensem satisfecerint, ipso facto excommunicati & terræ ipsorum Ecclesiastico subjacent interdicto; quod clerici terræ offensorum ad solam denuntiationem Prælati offensi observare tenentur: alioquin ante satisfactionem coram celebrante a Divinis sunt ipso facto suspensi.

XLIV.

Cap. XXXIII. Concil. Herbipol. Anno 1287. *De eodem, ex statuto ejusdem Domini Joannis Tusculani, quod incipit:* Nullus de cætero.

Qui prætextu guerrarum, quas habent cum Advocatis Ecclesiarum, earumdem Ecclesiarum bona subripuerint, aut Ecclesias ipsas, aut earum villas & incendio, & hostilitate devastant, aut homines earum suis bonis spoliant, excommunicati sunt ipso facto; nec possunt, nisi sufficienter emendaverint, absolvi.

XLV.

XLV. *Anno 1420.*

Cap. XXXI. Ibidem. *De eodem, ex statuto ejusdem Domini Joannis, quod incipit:* Prohibemus.

Qui propter debitum, aut fidejussoriam obligationem alicujus personæ singularis, bona Ecclesiastica ad ipsam Ecclesiam, & Capitulum communiter pertinentia ceperit, seu spoliaverit, nisi requisitus infra quindecim dies, a die requisitionis numerandos, restituerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrit.

XLVI.

Concil. Salisburg. XXXIV. Can. 20. Anno 1418. *De his, qui ad vacantes Ecclesias mittunt armatos, & faciunt ibi expensas. ex statuto Domini Eberhardi Salzburgensis Archi Episcopi, quod incipit:* Quoniam — — —

Prælati, Principes aut alii Nobiles, atque officiales eorumdem, qui ad vacantes Prælaturas, beneficia sive officia, mittunt genus armorum, & inibi expensas faciunt graves, aut compellentes eligere per abusum potestatis sæcularis, aut potentiæ inordinatæ, seu qui electum & confirmatum non admittunt ad possessionem, nisi pro certa pecuniæ quantitate; nisi infra mensem emendaverint, quod fecerint, excommunicati sunt ipso facto, a qua sententia non absolvantur, donec satisfaciant, & extorta restituant, in quibus etiam non prodest eis remissio.

XLVII.

Cap. XXI. Concil. Herbipol. Anno 1287. *De laicis recipientibus & occupantibus Ecclesiastica beneficia, ex statuto Domini Joannis Tusculani, quod incipit:* Laicos.

Laici recipientes & occupantes Ecclesiastica beneficia, nisi infra mensem a tempore occupationis computando ipsa dimiserint, ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

XLVIII.

Cap. XXII. Ibidem. *De Advocatis Ecclesiarum, qui ultra Jura eis debita Ecclesiastica, gravant Ecclesias, ex statuto ejusdem Domini Joannis, quod incipit:* Nonnulli.

Mortuo Ecclesiæ Advocato, non omnes ejus filii, sed ille solus, in quem omnes, vel major pars ipsorum consentit, habeatur pro Patrono. Et Advocati Ecclesiarum qui defendendo & manutenendo personas & bona Ecclesiarum, quarum sunt advocati, negligentes fuerint, aut remissi, hujusmodi Advocationis officio privati sunt ipso facto. Qui vero ab hujusmodi Ecclesiis ultra debitum aliquid auferre præsumpserint, nisi infra mensem ablata restituerint, singulis mensibus debent excommunicati denuntiari.

XLIX.

Concil. Salisburg. XXXIV. Can. 29. Anno 1418. *De eodem, ex statuto Domini Eberhardi Salzburgensis Archiepiscopi, quod incipit:* Quamquam.

Excommunicati sunt laici Advocati Ecclesiarum qui suis juribus non contenti, inconsuetas & enormes novitates in ipsas Ecclesias exercent & attentant, & ultra debita onera aggravare non formidant.

Anno 1420. L.

Cap. XII. Concil. Herbipol. Anno 1287. *De Patronis Ecclesiarum qui post tempus a Jure præfixum occupant Ecclesias, aut impediunt superiores in collatione, ex statuto Domini Joannis Tusculani: quod incipit:* Ecclesiarum.

Patroni Ecclesiarum ad Ecclesias vacantes præsentare debent personas idoneas infra tempus a Jure statutum. Qui vero post lapsum ejusmodi temporis per mensem Ecclesias ipsas retinere, & occupare præsumpserint, ipso facto sunt excommunicati, & ea vice præsentatione hujusmodi Ecclesiarum privati; quas, superiores infra tempus eis a Jure præfixum conferre tenentur: alioquin a collatione beneficiorum sunt ipso facto suspensi. Laici vero impedientes ordinarium providere volentem, ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

LI.

Concil. Salsburg. XXXIV. Can. 20. *Anno* 1418. *Ex statuto Domini Eberhardi, Salzburgensis Archiepiscopi, quod incipit:* Quoniam. *De Patronis qui partem Advocationis, cum præsentant, sibi retinent ex pacto.*

Laici Patroni ex pacto sibi retinentes partem decimarum vel aliarum obventionum Ecclesiasticarum in beneficiis, cum præsentant clericos ad ea, excommunicari debent, & terra eorum Ecclesiastico interdicto supponi; donec Ecclesiam liberam dimittant sub suo Jure, salvo tamen eis Jure Patronatus. Clerici autem taliter ab ipsis recipientes beneficia, officio & beneficio priventur; nec ad beneficium vel actus Ecclesiasticos admittantur, nisi per Sedem Apostolicam cum eis fuerit dispensatum. Episcopi vero & Archidiaconi, qui talibus scienter curam commiserint animarum, sub institutione hujusmodi beneficiorum & collatione perpetuo sint suspensi.

LII.

Ibidem. §. Beneficia. *De eodem, ex statuto ejusdem Domini Eberhardi Archiepiscopi Salzburgensis quod incipit:* Beneficia.

Clerici, qui præsentantur ad Ecclesias per Patronos cum assignatione alicujus portionis, ut residuum usibus Patronorum applicetur, si de hoc non deferunt querelam ad Episcopum suum, sunt ipso Jure suspensi, & per Episcopum hujusmodi beneficiis spoliandi. Patroni vero per Episcopum cum hoc ad ipsum deductum fuerit ab hujusmodi exactione compescantur. Et si in hoc pertinaces fuerint reperti, ad præsentationem hujusmodi Ecclesiarum, cum proxime vacaverint, nullatenus admittantur.

LIII.

Cap. XXXV. Concil. Herbipol. Anno 1287. *De Laicis, qui sine consensu Prælatorum, bona fabricæ Ecclesiarum deputata administrant, ex statuto Domini Joannis Tusculani, quod incipit:* Laicos.

Laici sine assensu Prælatorum & Capitulorum bona fabricæ Ecclesiæ deputata administrare non possunt, & qui contrarium fecerint, si infra mensem, postquam per ordinarium loci moniti fuerint, non desistunt, excommunicati sunt ipso facto.

LIV.

LIV.

Anno 1420.

Cap. XXVIII. Ibidem.

De his, qui Ecclesias & earum ædificia violenter, & sine Prælatorum assensu incastellare præsumunt, aut gentes ibi tenere, ex statuto ejusdem Domini Joannis Tusculani, quod incipit: Nonnullos.

Qui Ecclesias, Campanilia, seu alia Ecclesiarum ædificia violenter, & sine Prælatorum assensu incastellare, aut personis armatis munire præsumpserint, & eorum hæredes hujusmodi violentiæ participes, per suos superiores excommunicationis pœna percellantur.

LV.

Cap. XXXVI. Ibidem.

De his, qui prohibent, ne quis conquiratur coram Ecclesiastico Judice; aut qui condunt statuta contra Ecclesiasticam libertatem, ex statuto ejusdem Joannis Tusculani, quod incipit: Personas.

Universitates civitatum, & locorum prohibentes, ut nullus conquiratur coram Ecclesiastico Judice, ac statuta condentes contra clerum & Ecclesiasticam libertatem, interdicti: singulares vero personæ talia committentes, quacumque dignitate præfulgeant, excommunicationis sententias ipso facto incurrunt.

LVI.

Concil. Salisburg. XXXIII. Can. 14. Anno 1368.

De his, qui tradunt Ecclesiasticas personas coram Judice sæculari, ex statuto Domini Pilgrini Salzburgensis Archiepiscopi, quod incipit: Sæpe.

Trahentes clericos & Ecclesiasticas personas coram Judice sæculari; nec non Ecclesiasticæ personæ conventæ sponte coram talibus Judicibus sæcularibus judicialiter respondentes, excommunicati sunt ipso facto.

LVII.

Concil. Salisburg. XXXIV. Can. 26. Anno 1418.

De eodem, ex statuto Domini Eberhardi Salzburgensis Archiepiscopi, quod incipit: Dudum.

Judices sæculares, qui personas Ecclesiasticas ad Judicia sæcularia evocare, aut trahere in ipsorum contumaciam, ipsis non comparentibus, Ecclesiastica bona invadenda decernere præsumpserint, excommunicati sint ipso facto. Et quotiens laicus cujuscumque dignitatis existat, Ecclesiasticam personam ad judicium sæculare trahere aut judicare præsumpserit, tamdiu in territorio trahentis & judicantis cessetur a Divinis, donec satisfecerint parti tractæ & absolutionis beneficium meruerint obtinere.

LVIII.

Concil. Salisburg. XXXIV. Can. 29. Anno 1418.

De eodem, ex statuto ejusdem Domini Eberhardi, quod incipit: — Quamquam. *In Paragrapho:* — Abusum.

Invalida & iniqua est consuetudo, qua Judices sæculares trahere conantur personas Ecclesiasticas ad Judicium sæculare, etiam super bonis Ecclesiasticis: & contra facientes excommunicati sunt ipso facto; & eorum processus, ac omnia inde secuta nullius momenti.

LIX.

Concil. Salisburg. XXXIV. Can. 32. Anno 1418.

Provisio contra Hussitas, ne admittantur ad prædicandum; & quod eos scientes suis superioribus denuntient, ex statuto Domini Eberhardi Salzburgensis Archiepiscopi, quod incipit: Cum nonnulli.

Mandatur sub interminatione maledictionis æternæ, & sub excommunicationis pœna latæ sententiæ in singulares personas & inter-

Anno 1420. terdicti in loca, ne quispiam cujuscumque status existat, etiamsi Pontificali vel Ducali præfulgeat dignitate, Wicleffistas, & Hussitas; & de eorum hæresibus & erroribus infamatos, aut suspectos in quibus cumque locis ad prædicandum, docendum, & dogmatizandum admittat, seu assumat, publice vel occulte, & omnes utriusque sexus Christi fideles dictæ provinciæ, postquam audierint, sciverint, aut eis constiterit, hujusmodi hæreticos & suspectos in provincia morari vel docere &c. sub pœnis prædictis denuntiare tenentur suis superioribus si eorum præsentiam commode adire possunt. Principes quoque & Comites, & eorum judices & officiales ad requisitionem Episcoporum, vel suorum vicariorum, tales incarcerare, captivare & detinere debent, & tenentur sub pœnis prædictis, etiamsi se prætendant in sacris constitutos, quos tamen suis superioribus præsentare tenentur. Et contra eos procedatur juxta canonicas sanctiones. Receptatores quoque, fautores & defensores eorumdem pœnis subjaceant præfatis. Insuper ordinatur, ut ultra pœnas Juris, non abjurantes hujusmodi errores per annum carceribus mancipentur; nec relaxentur, donec de vera constat ipsorum, & non simulata conversione. Hortantur demum Suffraganei, ut contra tales viriliter insurgant & Jura exsequantur, & observent, & a suis faciant subditis inviolabiliter observari.

Mortuus est Eberhardus III. Archiepiscopus, rebus gestis clarissimus Anno 1427.

Admonitio ad Caput XXIX.

De Sepulchris & Cœmeteriis.

De Sepulchris & Cœmeteriis. In civitate Salisburgensi, quemadmodum & in aliis, plurium defunctorum corpora humabantur in ipsa Ecclesia, aliorom aotem omnium in communi cœmeterio, Metropolitanæ Ecclesiæ circomquaque adjacente. Temporis progressu alio translatum fuit cœmeterium, & area, ut hodie cernitur, libera permansit. In aliis urbibus etiam extra muros in suburbanum spatium cœmeteria abierunt. Quod ne cuiquam offendiculo sit, ceu injuria, religiosis locis illata, juvat quæpiam de sepulturis, non modo variarum gentium, sed & Christiaoorum usu olim ·eceptis, attexere.

Ab ultima, qnoad pertingere licet, hominum memoria, mos erat mortuos extra civitatem, & cœtum viventium sepelire. *Hebræi sepeliunt extra civitatem.* Veteres Hebræi, nisi locum ejusmodi suburbanum haberent, patria hæreditate sibi relictum, ære sibi suisque posteris mercati sunt. Abraham alienigena hunc in finem emit agrum ab Ephrone Hethæo, ibique *sepelivit Saram uxorem suam in spelunca agri duplicitatis* (a) Genes. XXIII. vers. 19. Quam pietatem & Josephus Discipulus Christo, Legis & Prophetarum termino, impendisse legitur apud Matthæum Cap. XXVII. vers. 59: *Et accipiens corpus Joseph involvit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra* (b). Romanis lege XII Tabularum præceptum fuit: *Hominem mortuum in urbe ne sepelito.* *Romani quoque.* Apud Simonem Van Leuwen ex fragmentis XII Tabularum pag. 65. Nimirum, ne inqoilinos, qui prodesse Reipublicæ jam non possit, fœtore & aëris infectione noceat. Pleræqne aliæ gentes hunc sepeliendi usum tenuerunt præter Ægyptios, qui mortuos suos, pollinctos & præparatos, suis in ædibus juxta familiæ ordinem adservarunt. Legem illam XII Tabularum Hadrianus Augustus denuo innovavit, pœnamque statuit quadraginta aureorum, in eos, qui in civitate sepeliunt; ut habet Ulpianus *Lib. XLVII. Digest. Tit. XII. leg.* 3. Deinde iterum Antoninus Pius Aug. apud Julium Capitolinum in *vita Antonini*, ac tandem Theodosius Aug. *Lib. IX. Cod. Theodosiani Tit. XVII. leg.* 6.

Uti & primi Christiani. Publicis his legibus & Christiani examussim obsecuti sunt, mortuosque suos sepulturæ mandarunt in locis suburbanis; noo enim a gentilibus, in omnes eorum culpas intentis, unquam postulati fuerunt de transgressione legis hujus generalis. At

(a) קבר אברהם את־שרה אשתו אל־מערת שדה המכפלה:

(b) Καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ.

At vero quarto ineunte sæculo, postquam defervescente persecutione summi Principes Christiana fuere sacra amplexati, etiam Christiani liberioribus officiis vacare cœperunt, & exuvias quorundam sanctorum martyrum, pietatis exercendæ causa transtulerunt intra urbium ambitum, atque ad has martyrum sedes, seu memorias, extruxerunt ædiculas, seu ecclesias. Illi quippe Christiani cum jam inde a sua origine, agentes in catacumbis persecutionis tempore, familiariter assuevissent corporibus, eodem suo in latibulo sepeliendis, ac præsertim cum religiose inhærerent colendis sanctorum martyrum reliquiis, longe abfuerunt ab illa aversione cadaverum, quæ altissime insedit non tantum gentilibus, sed etiam Judæis; neque etiam aut sese, aut ædes suas sepulchrorum contaminari afflatu censuerunt. De Judæis quidem id asseverat Moyses Levit. Cap. XXI. vers. 1: *Non contaminetur sacerdos in mortibus civium suorum*; aut, ut est in hebræo: *Super anima non palluet se quisquam in populis suis* (*c*). De gentilibus autem Paulus Jureconsultus in suis sententiis: *Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis.* Et Theodosius Aug. utut Christianus, in lege 6 superius nominata: *Corpora extra urbem delata ponantur, ut & humanitatis instar exhibeant, & relinquant incolarum domicilio sanctitatem.* Ex hac igitur profanationis, & contaminationis persuasione crepti Christiani, non tantum piorum hominum sepulturis gavisi sunt, sed etiam ipsi penes eos sepeliri, eorundemque potiri felici requie desiderarunt. Viris, præcipua quadam inter suos conditione conspicuis, itemque Episcopis, ea sors obtigit, ut sepelirentur non quidem in Ecclesiis, sed in earum atriis, aut vestibulis. De Constantio Imperatore refert Zonaras *Lib. III. Annalium* ad initium, quod Patri Constantino Aug. defuncto magnifice in urbe parentarit, *atque in sacra S. S. Apostolorum aede, peculiari tamen porticu, ad id ædificata, eum sepelierit* (*d*). Quod privilegium, christianis desideriis valde accommodatum, ne traduceretur ab aliis in abusum, sanxit Concilium Braccarense II, anno 563. habitum, canone XVIII: *Ut corpora defunctorum nullo modo in Basilica Sanctorum sepeliantur; sed, si necesse est, deforis circa murum Basilicæ.* Apud Labbeum Tomo V. Conciliorum pag. 842. Itemque Concilium Namnetense, septimo, ut videtur, sæculo habitum, Canone VI: *Prohibendum etiam secundum majorum instituta, ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio, aut in porticu, aut extra Ecclesiam, intra Ecclesiam vero, aut prope altare, ubi corpus Domini, & sanguis conficitur, nullatenus habeat licentiam sepeliendi.* Apud Labbeum Tomo IX. Conciliorum pag. 470. Atque abinde usus invectus est, cœmeteria circa Ecclesiam constituendi, ibidemque mortuorum fidelium indigenarum corpora humandi. Circa annum 789. legem rursum tulit Carolus M: *Ut nullus deinceps in Ecclesia mortuum sepeliat.* In Capitularibus Regum Francorum *Lib. I. Cap.* 153. apud Chiniac *Tomo I. pag.* 731. Verum Concilium Triburiense, anno 895. celebratum, id tantummodo de laicis præcepit Canone XVII: *Deinceps nullus laicus in Ecclesia sepeliatur.* Apud Labbeum Tomo IX. Concil. pag. 450. Quod argumento est, ecclesiasticis viris defunctis eo tempore has sepulturas patuisse. In oriente Leo Sapiens Imperator, ineunte nono sæculo *Novella LIII.* novam legem sanxit, abolitis prioribus: *Quicunque autem sive extra muros, sive intra civitatem sepelire mortuos volet, perficiendæ voluntatis facultatem habeto* (*e*). Plurimum itaque ex eo tempore intra civitates sepulturæ accreverunt, ac præsertim, ut dixi, dedicabantur circa Ecclesiarum muros communia cœmeteria, quamvis & intra Ecclesiam liberalissime fuerint sepulti.

Sepulchra extra ecclesias.

Etiam intra ecclesias.

In hoc conflictu legum, jam vetantium, jam permittentium sepulturas intra civitatem, tanto major censeri debet cujusque vis, atque præstantia, quanto rationes, cui illarum singulæ innituntur, fuerint publico commodo atque utilitati magis accommodatæ; nam religioni sepulchrorum abunde fieri satis etiam in suburbanis locis, & Romanæ leges mox laudatæ, & primorum christianorum usus, liquido ostendunt. Fuere autem omni tempore viri, eruditione præstantes, qui in lege XII Tabularum, & in adjuncta eidem ratione, maximum comprehendi robur censuerunt; Medici certo, & qui publico muneri sanitatis adcurandæ obstringuntur, sæpissime questi sunt, & iniquo animo tulerunt, salutarem illam legem, tanti a præstantissimis populis olim habitam, negligi passim, ac præteriri, non sine gravi humani generis incommodo. Cum enim præcipuum tuendæ valetudinis præsidium sit aëris, quem spiramus, puritas, hujusque causa tot loco-rum sit aut prosper, aut funestissimus incolatus: cadaverum autem, copiose humatorum, putridæ ac deterrimæ exhalationes cum atmosphæram valde inficiant, quid aliud agere poterant homines, publi-

Sepulchra obsunt valetudini.

(*c*) לנפש לא־יטמא בעמיו

(*d*) Καὶ ἐν τῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κατέθετο ἱερῷ, ἐν ἰδιαζούσῃ μέντοι στοᾷ, ἣν ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ πατρὸς αὐτὸς ᾠκοδόμησεν.

(*e*) Πᾶς, ὃς ἂν βούληται, εἴτε τυχὸν ἔξωθεν, εἴτε τῆς πόλεως ἐντὸς τοὺς τελευτῶντας τιμᾶν τῇ ταφῇ, ἄδειαν ἐχέτω περαίνειν τὸ βούλημα.

eæ incolumitatis studiosi, quam urbium incolas, tot alioquin corporum transspiratione gravatos, ab hac maxima putrescentium cadaverum contagione avocare? Quorum quidem sententia, rectæ rationi innixa, si hactenus in cassum recidit, fanaticus sepulchrorum amor incusari debet, & forte etiam pertinax adhæsio ad antiquos mores, sepeliendi mortuos in contubernio viventium; quasi vero ex receptis patrum nostrorum usibus, dum religio stat incolumis, nihil porro supersesset pro civilibus commodis emendandum. Laudantur Galli in *Nota Marginal. Concil. Bracear. II. anno* 563. *habiti, Can.* 18. quod constanter mortuos suos terræ mandaverint extra civitates. Ut proinde & magistratus, qui hodiedum cœmeteria ex civitate in suburbana spatia transfert, ibidemque iisdem eum religionis & pietatis cerimoniis sepeliri jubet mortuos, celebrari debeat, & legibus institisse, & rationi, & præclaris exemplis, ac publicæ comprimis utilitati.

EBERHARDUS IV.

Anno 1427. *Archiepiscopus Salisburgensis XXXVIII.*

JOANNES II.

Anno 1429. *Archiepiscopus Salisburgensis XXXIX.*

In Præsulis hujus tempora incidit Concilii Generalis Basileensis celebratio, anno 1431. *inchoati, sedente Eugenio IV. Pontifice. Mandatum fuit ab hoc concilio omnibus Germaniæ Archiepiscopis & episcopis, idque vi juramenti, in consecratione a singulis præstiti, Basileam ut convenirent, ad Ecclesiam & in membris, & in Capite, qua opus esset, reformandam, intentata refractariis excommunicationis sententia: impediti vero si qui legitimis de causis existerent, legatos illuc sui loco expedirent; quod Mandatum refert* Cl. Mansi in *Supplementa Concil.* Tomo IV. pag. 225. *Joannes Archiepiscopus sui loco ad concilium ablegovit Jacobum Frieshamer Canonicum Ratisbonensem, virum, neque precibus, neque minis commutabilem, ut eum laudat Æneas Sylvius* Hist. Conc. Basileensis. *Exarsit autem paulo post grave dissidium inter Eugenium IV. Pontificem, & Basileense concilium: illa concilium omni conatu dissolvere adnitente: hoc vero contra decreta Pontificis, idque plurium Principum hortatu, instiutum persequente, ea cum auctoritate, ut Eugenium Papam, eeu refractorium, exauctoraverit, novumque Pontificem, anno* 1439, 5 *Novemb. elegerit, dictum Felicem V. Hujus in electorum numerum etiam Jacobus Frieshamer, Legatus Salisburgensis, cooptatus fuit. Reddiderunt illico Basileenses Patres Joannem Archiepiscopum de peracta hac electione certiorem, datis ad eundem literis, quas e MS. Bibliothecæ Cæsareæ Viennensis descripsit Hansizius Germ. Sacræ Tomo II. pag.* 475. *Nosque rebus Salisburgensibus implexas, hoc exhibere loca dignum censemus.*

Sacrosancta Synodus
Venerabili Joanni Archiepiscopo Salzburgensi Salutem.

Epistola Concilii Basileensis. Satis intellexisse credimus devotionem tuam, quanta necessitate impulsa fuerit hæc sancta Synodus pro conservatione authoritatis Conciliorum generalium, & orthodoxæ fidei, atque salute publica, & totius populi Christiani, procedere ad depositionem justissimam Gabrielis, olim dicti Eugenii Papæ quarti, qui ipsius authoritatis Ecclesiæ, & conciliorum accerrimus impugnator erat, declarationes & decreta in fide & moribus per eamdem Ecclesiam factas contemnens, & parvi pendens, atque etiam hanc sanctam Synodum omnino prosternere volens, & variis persecutionibus longo tempore impetens. Nam & facile omnes conspicere poterant, quanta detrimenta, quantaque inconvenientia imminebant universo orbi, si in hoc certamine victa fuisset præfata authoritas Conciliorum, & denique potuisset unus homo pro libito voluntatis agere de tota Ecclesia, & Christianitate absque hoc, quod per ipsa Concilia corrigi potuisset. Quid inde pati potuissent & Prælati & Principes & particulares Ecclesiæ orbis, nemo sapiens ignorat. Audivit etiam Devotio tua, quomodo electus est authoritate hujus sacri Concilii, repræsentantis universalem Ecclesiam, Dominus Felix Papa V. qui prius Dux Sabaudiæ, & Decanus militum in Solitudine Roppalliæ Gebenensis Diœcesis existens in habitu simplici, & humili observatione continentiæ, ac honestæ conservationis Domino famulabatur, prudentia, benignitate, justitia, elementia

mentia & aliis clarissimis virtutibus praeditus, pacis cultor, consolator pauperum, bonorum & studiosorum virorum amator, literatus, & in rebus Ecclesiasticis exercitatus; quo pensatis rerum, & temporum circumstantiis nemo magis idoneus pro defendenda Authoritate Conciliorum & fide catholica, prosequendaque Salute publica omnium Christianorum eligi posse visus est, ad quem legatos & oratores nostros dilectissimum Ecclesiae filium Ludovicum titulo S. Caeciliae Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem, Arelatensem vulgariter nuncupatum, aliosque complures venerabiles Episcopos, & dilectos Ecclesiae filios Abbates, Magistros & Doctores, inter quos etiam fuit Jacobus Frieshamer Procurator devotionis tuae, qui electioni ejusdem summi Pontificis interfuerat, pariterque cum ipsis Joannem Comitem de Tyerstein Locumtenentem Protectoris imperialis, Ludovicum de Lanser Provincialem per Alsatiam ordinis Beatae Mariae Theutonicorum, & Guillermum de Grünenberg milites transmisimus, ut consensum ipsius electionis factae praestandum requirerent. Suscepit autem eos benigne, ac honorifice, exhortationesque & requisitiones eorum audivit; & quamquam sibi non parum grave esset (dum poterat vitam quietam & tranquillam agere, suppetente sibi multorum bonorum habundantia) nunc tantis curis & solicitudinibus se exponere; tamen auditis praefatis legatis & oratoribus nostris, atque rationibus ipsorum, timuit offendere divinam Majestatem, si vocationem Ecclesiae, ejus obsequia in hac necessitate requirentis rejiceret; volensque potius servire Domino Deo suo in defensione fidei & authoritatis Conciliorum, ac prosecutione publicae salutis, quam propriae quieti consulere, suum consensum Electioni factae praestitit, professionem fecit cum omni devotione & genuflexione, juxta formam decretorum hujus sanctae Synodi; & officium summi Apostolatus in se suscepit, desiderans, prout informati sumus, toto & corde & omni potestate sibi a Domino tradita illa agere, quae sunt ad honorem ipsius Altissimi, Ecclesiae salutem ac pacem, & commune bonum omnium christianorum. Hesterna autem die reversus est ad nos praefatus Cardinalis Arelatensis cum Collegis suis, quos pariter ad ipsum Dominum Felicem Papam miseramus; quibus advenientibus desiderium nobis erat, solemnem legationem mittere ad devotionem tuam & congregationem tuae provinciae, quam die conversionis S. Pauli celebrandam esse intelleximus; nec dubitamus etiam eumdem Dominum Felicem Papam illuc suos missurum fuisse Oratores, si congregationis illius notitiam habuisset. Verum dum dies praefixa adeo proxima sit, ut ullatenus utque per ipsum, neque per nos possit in tempore parari legatio, has litteras festinanter tuae devotioni transmittere duximus, & ipsam in Domino exhortari, ut velut fortis Athleta veritatis & defensor Authoritatis Conciliorum Generalium, ac Zelator hujus sanctae Synodi, & publicae salutis, ac justitiae, omnes suffraganeos, & alios ibidem congregandos, efficaciter inducat, ut debitam obedientiam eidem S. Synodo, & praefato Domino Felici Papae V. semper exhibeant, nec illam viam periculosissimam ingredi velint, ut per modum cujusdam neutralitatis, obedientiam suam ab omnibus subtrahant; quae plurimum cederet in praejudicium Ecclesiae, & Authoritatis ejus, ac etiam periculum animarum. Oportet enim Christianos semper esse obedientes Deo, & Ecclesiae ejus, & ipse Deus, & Salvator noster Christus ad Ecclesiam suam dixit: qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit; nec ullatenus permittendum est, fidem orthodoxam, & facta Ecclesiae in hanc fluctuationem adduci, ut post judicium Generalis Concilii, universalem Ecclesiam repraesentantis, aliud quaeratur Concilium, quod de judicio Concilii praecedentis habeat judicare: quia sic nulla esset firmitas in judiciis Ecclesiae, semperque omnia fluctuarent in incerto, posset que homo quisquam, perverse agere volens, semper judicium Concilii generalis effugere, sub praestolatione alterius Concilii: ex qua re inferretur plaga gravissima Ecclesiae Dei; enervaretur Conciliorum Authoritas; periret obedientia, quae illis debetur ab universis Christi fidelibus; & fidei catholicae irreparabile afferretur detrimentum. In his autem plurimum de probitate tua confidimus, quae suo exemplo, suaque doctrina, & exhortatione plurimum hoc tempore proficiet Ecclesiae Dei; nec minorem de eadem probitate confidentism gerit praefatus Dominus Felix Papa, qui propter merita Devotionis tuae, de quibus informatus est, plurimum tibi afficitur, magnumque meritum serviendi eidem Ecclesiae, in conservatione authoritatis & firmitatis ejus, ad salutem praesentem & futurorum Christianorum sibi acquiret eadem devotio tua: quam in cunctis feliciter dirigere & conservare dignetur Altissimus.

Interea perdurante hoc schismate varia fuit Praelatorum & Principum Germaniae propensio, quibusdam ad Eugenii IV; aliis ad Felicis V. partes adhaerentibus: aliis ex mente Eugenii Pontificis aliud, alioque in loco cogi flagitantibus: aliis Concilii Generalis Basileensis auctoritatem prono quidem suspicientibus; exauctorationi tamen Pontificis Eugenii IV. atque dejectioni mi-

nime assentientibus; sed magis eam reverentiæ causa prætereuntibus; e quorum numero fuit & Albertus II. Imperator, cujus interventu plurimi Germaniæ Proceres hac in sententia persliterunt, etiam postquam Eugenius IV. Concilium Basileense suis de causis solutum edixit, atque ad Ferrariensem civitatem avocavit. Nam & aliarum gentium Reges, Principes & Legatos orasse Basileense Concilium, ut ab omni processu contra Eugenium Pontificem supersedeatur, testatur Augustinus Patritius Canonicus Senonensis apud Labbeum Tomo XIII. Conciliorum pag. 1556. *Electores vero Imperii, ut turbarum vim quadantenus emollirent, & diseaverent lapsum graviorem, conventum egerunt Francofurti, die S. Martini anno* 1439, *in eoque permansuros sese equidem in unione catholica; neutram tamen partem, neque Pontificiam, neque conciliarem sese sectaturos, sunt professi, publico Instrumenta edito, quod germanico idiomate consignatum ex Autographo refert Gudenus* Codicis Diplomatici Tomo IV. pag. 249.

Electorum Imperii determinatio. Von Gottes gnaden wir Dietrich Erzbischove zu Meinz, des H. R. R. in Germanien Erzkanzler. Dietrich Erzbischove zu Colne des H. R. R. in Italien Erzkanzier, Heezog zu Westvalen, und von Engern. Jacob Erzbischove zu Triere, des H. R. R. durch Welische Landt, und daß Konigkreich von Arelate Erzkanzler. Otte Psaizgrave bey Reine, und Herzog in Beyern, Formunder des Hochgeboren Fursten Herren Ludwigs Psaizgraven bei Reyne, des H. R. R. Erztruchsessen, und Herzogen in Beyern. Friderich H. zu Sachsen, des H. R. R. Erzmarschalk, Lantgrave in Doringen, und Marggrave zu Meissen, und Friderich Marggrave zu Brandeburg, des H. R. R. Ertzkammerer, u Burggeave zu Nurmberg, alle des vorgenanten Reichs Kursursten. Bekennen --- mit diesem Brief sur uns, unsere Stiffte, Erben und nachkomen; Als wir vor Zeiten von sulcher Zwitracht wegen, die zwischen unserm Heiligen Vater dem Babst Eugenio, und dem Heil. Concilio zu Basel ufferstanden ist, uns fruntlichen zusammen verbunden haben beyeinander zu bleiben, wie sulche Eynung, dabei wir auch genzlichen bleiben wollen, u sullen, inheldet. Haben wir gemercket, und zu herzen genommen, daß sulche Zwitracht syder des tieffer eingerissen ist, und fueder einbrechen moge, darauf ein grosser unrate der H. Kirchen, dem H. Cristen glauben, und dem H. Reiche auffersteen, wie die vorgenante H. Kirchen nicht schire in Fride gesazt wurde; Darum wollen wir nach innhalte sulcher unser eynung darzu noch getrewlichen ratten, helffen, u arbeiten, daß in der H. Kirchen fride gemacht werde; und uns, wie es sich furder mit sulchem scisma, daß dann itzund vor augen ist, machen wurde, daß Gott wende, es were zwischen einem Babste, u einem Concilio, zweien Babsten, oder zweien Concilien, oder wie sich daß sunst machen wurde, von einander nicht scheiden, oder scheiden lassen. One alle geverde.

Vnd wann gereite mancherlaye gebote, processe, u brieve von beider Parteien ausgegangen, u verkundet sind, und furder ausgeen, u verkundet werden mugen; haben wir in einer andern unser Eynung, protestacien u appellacien geordnet, und gesaßt, wie es damit gehalten, und bei sulcher pene, die darinnen geschriben stet, von nymands übersaren werden sullen &c. &c.

Hanc Germanica Natia neutralitatem propasito diutius secuta est, ac per sex prope annos, propriis freta usibus, neque Pontifici morem gessit, neque Concilio, & sæpe repudiata fuit ab utroque hoc, inter se pugnante magistratu, pluribusque censuris impetita. Oratores Germani nihilominus constanter concilio intersuerunt, illiusque studio adnisi sunt alienare nationem a Pontifice, atque dissuadere consensum ad transferendum concilium in Ferrariensem civitatem; hanc quippe translationem, *ajebant illi*, fore pacis, unitatis & reformationis nimium destructivam, ordinariæ auctoritatis turbativam, & quod severius commemorabant, hujusmodi translationem fore tanti dissidii, quod spes totius reformationis jam factæ, & faciendæ cessaret, abusus Romanæ curiæ exuberanter succresceret, & consequenter plurima pericula, maximamque ignominiam in Germaniæ partibus germinarent; *ut habetur in Admonitione, ab Oratoribus Basilea ad Theodaricum Archiepiscopum, & Electarem Moguntinum perscripta, apud Gudenum* in Cod. Diplomatico Tomo IV. pag. 232.

Anno 1439. actus est Conventus Imperii Moguntiæ, in quo Imperii Ordines, ipseque Imperator, etsi neutrius Magistratus, seu Pontificis, seu Concilii auctoritate tenerentur, Decreta quæpiam Basileensis Concilii solemni pacto amplexati sunt, aut ipsi præsentes, aut per legatos, eaque Decreta tanquam Hierarchiæ Germanicæ admodum salutaria, vim legis in posterum habitura statuerunt (*). Ipse Joannes Archiepiscopus eo allegavit oratorem suum Joannem *Anno 1439.* *Acceptantur Decreta Concilii Basileensis.*

(*) *Hujus Basileensis Concilii Sessiones priores, XVI duntaxat adprobavit Eugenius IV. Papa: Galli harum Sessionum XXVI acceptarunt: Germani plures &c. prout nempe Provinciæ quæque usibus suis & libertatibus magis expedire censuerunt; nam in re disciplinæ nec Concilii Tridentini Decreta generalem in omnibus ecclesiis usum obtinuerunt.*

Joannem Duster, qui inde redux publicæ acceptionis & Legislationis Instrumentum attulit ad Archiepiscopum Salisburgum; quod Instrumentum, ceu documentum magni nominis, ex Tabulario secretiori aulico Salisburgensi desumptum, opportune censui hoc loco deponere.

Instrumentum acceptationis decretorum Basil. In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Ejusdem milesimo quadringentesimo tricesimo nono, Indictione secunda, die vero Jovis, vicesima sexta mensis Marcii, hora vesperorum vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Eugenii divina providentia Papæ quarti anno nono, in nostrum Notariorum publicorum & testium infra scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum presentia personaliter constituti Reverendissimi in Christo Patres, nec non venerabiles, & circumspecti viri Domini Domini Leonhardus Pataviensis, & Petrus Augustensis Episcopi, Johannes Abbas Beate Marie Scotorum in Wienna S. Benedicti, Georgius Prepositus beate Marie Virginis in Nuwenburg Sancti Augustini Monasteriorum ordinis Canonicorum Regularium Pataviensis Diocesis, Georgius Fischlin Miles, & Joannes de Eych utriusque juris Doctores, & Theodericus Ebbracht canonicus Aschaffenburgensis gloriosissimi & invictissimi Principis, & Domini nostri Domini Alberti Romanorum regis semper Augusti, & Hungarie Bohemie Dalmacie & Croacie &c. Regis, & Ducis Austrie Luxemburge &c. Ambasiatores & oratores, Reverendissimi in Christo Patres, & illustrissimi Principes, & Domini Domini Theodericus Sancte Moguntine Sedis, & Theodericus Sancte Coloniensis ecclesie Archiepiscopi, Sacri Romani Imperii per Germaniam & Italiam Archicancellarii, & principes Electores, nec non venerabiles & egregii Domini Andreas de lapide, Rudgerus de Luxemburgo in sacra pagina majoris, & Hugo Dorre utriusque juris Doctores Sancti Germani extra muros Spirensis ecclesiarum canonici, Reverendissimi in Christo Patris, illustrissimique principis & Domini Domini Rabani sancte Treverensis ecclesie Archiepiscopi, dicti Imperii per Galliam & regnum Arelatense Archicancellarii & principis Electoris, Venerandi Domini Caspar de Schonemberg Decanus Misnensis, Otto de Lapide canonicus Wormaciensis Decretorum Doctores, & Strenicus Wedekindus de Lo Miles illustrissimorum principum & Dominorum Dominorum Ludowici Comitis Palatini Reni, Bavarie Ducis Dapiferi, & Frederici Saxonie Ducis Archimarschalli &c. Sacri Imperii principum Electorum, Johannes Duster Licentiatus in Decretis Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Johannis Salzeburgensis, sancte Sedis Apostolice Legati, & Heinricus Docke sacre Theologie professor Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Guntheri Magdeburgensis Archiepiscoporum Ambasiatores, oratores & procuratores asserentes se & quemlibet ipsorum ad infra scripta habere specialiter in mandatis quandam papiri cedulam capitulorum circa acceptationem Decretorum sacrosancti generalis Basiliensis jam stantis concilii, venerabilem Ecclesiam repræsentantium ipsi per Reverendissimum ac Reverendos in Christo Patres & Dominos Dominos Ludovicum Patriarcham Aquilejensem, Georgium Vicensem, & Johannem Argensem Episcopos, ceterosque alios venerandos Doctores & Magistros dicti sacri Basiliensis concilii oratores sub ejusdem sacri concilii bulla plumbea impendente in hoc loco dicti concilii parte pridem, ut asserunt, publice & solemniter exhibita, oblata & presentata per certos suos ad hoc deputatos conceptam, & in medium productam, per prefatum Dominum Theododericum Ebbracht Aule Romane regie prothonotarium de verbo ad verbum publice legi mandarunt, & fecerunt, cujus quidem cedule lecte tenor sequitur in hunc modum. Nos Oratores Romani regii, principes Electores hic presentes, aliorumque Electorum sacri Imperii & Almanie Metropolitanorum absentium oratores, Decreta sacri Basiliensis concilii acceptamus cum omni honore, reverentia & devocione, qua decet, salvis tamen in quibusdam ex eis declarationibus, modificationibus, & limitationibus nostre Germanice Nationi, ac cuilibet nostrorum singulariter in suis provinciis Dyocesibus, territoriis, congruentibus & accomodis, factis & fiendis, suis loco & tempore oportunis exprimendis, ac per sacrum concilium decretandis. Decretum tamen suspensionis sanctissimi Domini nostri Papæ, & aliorum, que illam suspensionem concernunt, vel quomodolibet respiciunt, pro presenti non acceptamus, sed & circa illud, & alia certa dicti sacri concilii Decreta stare volumus in prioribus nostris, & Nationis nostre Germanice protestationibus pridem factis, nec ab illis recedere, donec aliter duxerimus deliberandum, de quo solemniter protestamur. Et *primo* Decretum per Sacrum Constanciense concilium factum, & per Sacrum Basiliense concilium renovatum de auctoritate & potestate sacrorum conciliorum generalium, temporibusque & modis eadem convocandi & celebrandi, quod est prime Sessionis, & incipit *frequens generalium conciliorum celebratio agri Dominici precipua cultura est* &c. Item decretum de electionibus duodecime Sessionis, quod inci-

Anno 1439.

Anno 1439. incipit *ficut in construenda domo precipua est architectoris cura* &c. Sed quia lex sic clare non condi potest, quin aliquam possit recipere dubitacionem, petimus, quateous sacrum concilium declarare dignetur, quod electiones Pontificum & Abbatum fiant servata forma in hoc decreto tradita, quodque in ceteris inferioribus dignitatibus electivis quibuscunque sufficiat modus & forma juramenti in eodem decreto expressi. Ceterum statuere dignetur sacrum concilium, quod promovendus per Papam secundum quandam clausulam hujus decreti, que incipit *Nisi ex magna* &c. remittatur consecrandus aut benedicendus ad suum superiorem immediatum, nisi forsan talis promovendus fuerit presens in Romana curia, quo tamen nihilominus remittatur, ut hujusmodi suo immediato superiori prestet debitum juramentum, quodque etiam confirmatio Electionum fiat per immediatum superiorem, ad quem spectat jus confirmandi; & si ipse sine causa racionabili confirmare distulerit, seu recusaverit, mediatus superior adiri poterit. Insuper quod etiamsi contingat provisionem per sacrum concilium Domino Papæ nou fieri, nihilominus electiones secundum formam hujus decreti & supra declaratam valeant fieri, & robur obtineant, neque propterea, quod sibi per sacrum concilium provisum noo fuerit, quovis modo valeant impediri. Item Decretum decime quinte Sessionis *de conciliis Synodalibus & provincialibus observandis*, quod incipit, *Pridem hec sancta synodus quoddam* &c. Item decretum decime none Sessionis de Judeis & Neophidis quod incipit *Salvatoris nostri Jesu Christi sequens vestigia* &c. Item omnia saluberrima decreta vicesime Sessionis, quorum primum disponit de publicis concubinariis & incipit *Quicunque clericus cujuscunque* &c. Secundum de modo communicandi hiis qui dicuntur excommunicati, suspensi vel interdicti, & incipit *Ad vitanda scandala* &c. Tertium de modo & forma ponendi interdictum in loco, & divina resumendi, & incipit *Quoniam ex discreto* &c. Quartum de modo appellandi vel non appellandi ante sententiam & incipit *ut lites citius terminentur* &c. Similiter omnia decreta vicesime prime Sessionis, quorum primum tollit annatas, circa hoc tamen dignetur sacrum concilium declarare quod non intendit per hoc decretum prohibere, quin licite exigatur & solvatur, si quid tempore receptionis beneficiati solitum sit solvi fabrice, vel pro ornamentis ecclesie, vel simili casu, ad usum tamen divini cultus, & non ad privatum commodum personarum convertendum. Secundum Decretum vicesime prime Sessionis disponit de pacificis possessionibus non molestandis, & incipit *quicunque non violentus &c.* Tertium docet, quomodo divinum officium sit in ecclesia celebrandom, & incipit *Si quis principem seculi* &c. Quartom ostendit quo tempore debet quis esse in choro, & incipit *qui in matutinis* &c. Quintum qualiter extra chorum hore canonice sunt dicende & incipit *quoscunque etiam* &c. Sextum de hiis qui tempore divinorum vagantur per ecclesiam, & incipit *Quicunque in Ecclesia* &c. Septimum qood Tabula pendeat in choro, & incipit *Ut cuncta in domo Dei ordinata* &c. Octavum quod in Missa compleatur Credo, & quod non basse legatur Missa, & incipit *Abusum aliquarum ecclesiarum.* Nonom de pignorantibus cultum divinum & incipit *Abusum etiam illum cultui divino* &c. Decimum de capitulis tempore misse non tenendis, & incipit *Prohibet hec sancta synodus* &c. Undecimum de spectaculis in Ecclesia non faciendis, & incipit *Turpem etiam illum* &c. Similiter decretum de numero & qualitate Cardinalium, de quo in vicesima tertia Sessione & incipit *Cum Summo Pontifici* &c. Item Decretom ejusdem vicesime tercie Sessionis de Electione cassanda, ex qua turbari possit Ecclesia, & incipit *Licet dudum hec sancta synodus* &c. Item Decretum ejusdem Sessionis, per quod reservationes tolluntur, & incipit *Et quia multiplices* &c. Circa hoc tamen dignetur sacrum concilium jus commune renovare, qood Papa hujusmodi beneficia, in dicto decreto sibi reservata, conferat infra spacium uoius Mensis, alioquin Ordinarii conferre valeant, quodque provisi a Papa infra quatuor menses Ordinariis soam provisionem sub pena amissionis juris insinuare debeant. Item Decretum ejusdem Sessionis tollens Clementinam litteris de probationibus, & incipit *Licet in Apostolicis* &c. Insuper Decretum tricesime Sessionis de communione Sacramenti Eucharistiæ, & incipit *Ut lucidius videatur pro declaratione* &c. Item decretum de collacionibus beneficiorum in tricesima prima Sessione, & incipit *Placuit divine pietati* &c. cum aliis decretis de qualificacionibus & ordine promovendorum loquentibus. Supplicatur tamen sacro concilio, ut declarare dignetur, quod vigore horum decretorum non intendit tollere inferioribus ordinariis tempus Lateranensis concilii, quodque ante ipsius lapsum non habeat locum preventio. Ceterum quod in natione nostra in graciis, quas Dominus Papa adhuc facere habet, preferatur Theutonicus non Theutonico in ecclesia Theutonicali presertim parochiali. Similiter ultimum decretum tricesime prime Sessionis disponens de causis & de appellationibus, quod incipit *Ecclesiastice sollicitudinis studium*

dium &c. Ceterum decreta quę simpliciter sunt acceptanda, simplieiter acceptamus, alia cum suis modificationibus, & declarationibus sub spe, quod per sacrum concilium approbentur, & decretentur acceptamus sic modificata & declarata. Verum quia sunt nonnolla in quibusdam nostre Germanice nationis ecclesiis statuta & consuetudines, abusus & diversa alia incommoda, non ex caritate sed ambitione, avaricia & cupiditate, omnium malorum radicibus introducta, que per decreta sacri Basiliensis concilii nondum sont reformata, inter alia videlicet, quod gravantor nostre nacionis fideles in quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu conjuncti, matrimonium contrahere volentes, dum ad hoc dispensandum, ubi leviter dispensatur, Sedem Apostolicam consolere sunt adstricti, multa denique exhorbitantia per exemptos commissa transeunt impunita in grave scandalum multorum, eo quod contra dispositionem Capituli *Volentes de privilegiis libro sexto*, per Sedem Apostolicam cottidie privilegia eis conceduntur. Conservatorie etiam per Sedem Apostolicam nimis multiplicantur, & ad loca distantia contra formam Juris communis passim concedontur, in Curia Romana frequenter extraneis & advenis indignis ordines sacri conferontur, super quibus dignetur sacrum Concilium providere. Qua quidem Cedula, sic ut premittitur per prefatum Dominum Theodericum Ebbracht alta & intelligibili voce publice lecta, Inclitissimi & excellentissimi Domini Romanorum Regis Oratores prefati, nomine ipsius Domini Regis, ac pro eo & tota Alamania, cunctisque suis principibus & subditis ecclesiasticis & secularibus cujuscunque status, gradus, conditionis seu pręminentie fuerint. Deinde Dominus Archiepiscopus Moguntinos pro se, ecclesia, & cunctis comprovincialibus & clero suis, ac illostrissimo Principe & Domino Domino Frederico Marchione Brandenburgensi Sacri Imperii Archicamerario Principe Electore, & Burggravio Nurembergensi, cujus ad hoc se speciale habere maodatum asseruit. Dominus Archiepiscopus Coloniensis pro se ac Ecclesia sua, Domini vero Archiepiscopi Treverensis pro ipso ac Ecclesia Treverensi, & clero suis, De hinc Dominorum Salzburgensis & Magdeburgensis Archiepiscoporum oratores, Ambasiatores & procuratores supranominati pro eisdem Dominis ac ecclesiis, provinciis & clero sois, juxta preinserte Cedule Capitulorum continentiam & tenorem prefati sacri Basiliensis concilii decreta solemniter acceptarunt, & qoilibet eorum sigillatim expresse acceptavit. Salvis tamen in quibusdam ex eis modificationibus, declaracionibus, & limitationibus ipsis & Germanice nacioni, & cuilibet eorum singulariter in suis provinciis diocesibus seu territoriis congruentibus & accomodis, factis & fiendis suis loco tempore oportunis exprimendis & per dictum sacrum Basiliense concilium prout sperant decretandis, demum vero Georgius Fischlin, & Theodericus Ebbracht, oratores ante dicti dixerunt se fuisse rogatos per Reverendum patrem Dominum Johannem Episcopum Lubicensem predicti invictissimi Romanorum Regis etiam Oratorem, cum ipse hac vice propter persone sue distemperantiam hic personaliter adesse nequiret, quatenus ipsi ex parte Reverendissimi Patris & Domini Domini Baldwini Archiepiscopi Bremensis Metropolitani sui, cujus ad hoc speciale mandatum se habere asseruit, hujusmodi decreta nomine ejusdem Domini Archiepiscopi, & Suffraganeorum soorum cum aliis principibus & prelatis acceptare, & de ratihabendo caucionem prestare deberent, Et sic mox iidem Domini Georgius Fischlin, & Theodericus Ebbracht hujusmodi decreta nomine quo supra juxta dicte Cedule Capitulorum formam & tenorem superius recitatorum acceptarunt, & quilibet eorum acceptavit, addicientes quod prefatus Reverendos Pater Dominus Episcopus Lubicensis actum hujusmodi acceptationis coram nobis aut aliqoibus ex Nobis Notariis infra scriptis paratus esset reiterare, & ad cautelam renovare, super quibus omnibus & singulis premissis sepesati Reverendissimi Reverendique patres, Illostrissimi principes, ac Venerabiles Magistri, doctores & oratores sibi & ipsorum cuilibet, a Nobis Notariis infra scriptis, & quolibet nostrum petierunt, & quilibet eorum petiit, unum vel plura publicum seu publica fieri & confici tot quot fuerint necessaria instrumentum & instrumenta, Acta fuerunt hec Moguncie in Stuba capitulari majoris Ecclesie Moguntine sub anno indictione die mense hora & pontificatu quibus supra, prefato Domino nostro invictissimo Domino Romanorum rege feliciter regnante. Presentibus ibidem Reverendis patribus ac venerabilibus & egregiis viris Dominis & Magistris Petro Echter Decano, Petro de Udenheim Scolastico, & Conrado Ruw Seniore, & Richardo de Cleen Canonicis Moguntine, Wernhero de Seyne, Comite in Wittichenstein Sancti Gereonis, Christiano de Erpel B. Marie ad grados, Heinrico de Erpel Sancti Severini, Johanne de Creyfelt Sanctorum Apostolorum Coloniensis Prepositis, & Lamberto von dem langen Hofe Sancti Andree Coloniensis, & Johanne Christiani sancte Crucis Hildeshemensis Decanis ecclesiarum, Johanne de Spall, Johanne de Lynss, & Heinrico Leubnig, Alberto Schenk de Lymburg, Heinrico de Xanctis, Tilmanno Ziegler & Hermanno de Rosemberg

Anno 1439.

Anno 1439. berg Decretorum & Legum utriusque Juris doctoribus & licentiatis, pluribusque aliis venerabilibus viris tam religiosis quam secularibus, clericis & personis testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis, deinde eisdem anno Indiccione mense & Pontificatu, quibus supra, die vero Sabbati vicesima octava mensis Marcii predicti, hora vesperorum vel quasi prelibatus Reverendus in Christo Pater & Dominus Dominus Johannes Episcopus Lubicensis ante dictique gloriosissimi & invictissimi Romanorum regis Ambasiator in nostrum Notariorum publicorum testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum presencia personaliter constitutus supra memoratum actum acceptationis Decretorum, sic ut premittitur insertorum, per prelibatos Dominos Georgium Fischlin & Theodericum Ebbracht oratores nomine ejus pro prenominato gloriosissimo & Serenissimo Romanorum Rege Domino suo, ac prenarrato Reverendissimo patre & Domino Domino Baldwino Archiepiscopo Bremensi Metropolitano suo, cujus ad hoc speciale mandatum se habere asseruit, factum reiteravit, ratificavit, & ad cautelam renovavit. Super quibus premissis idem Reverendus Pater Dominus Episcopus Lubicensis unum vel plura, publicum seu publica sibi a Nobis Notariis infrascriptis, & quolibet nostrum fieri atque confici petiit instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hec Moguncie in domo habitacionis dicti Reverendi Patris Domini Episcopi Lubicensis, presentibus ibidem honorabilibus & discretis viris Johanne Kogenstiger Canonico ecclesie Utinensis, Johanne Genfterndorffer Notario Reverendi Patris Domini Episcopi Pataviensis antedicti, Theodorico Pikare, & Heinrico Vereg Clericis Myndensis & Verdensis Diocesium testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Ego Hermanus Butenweg Clericus Paderburnensis diocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius, Quia supradicte Cedule lectioni, publicacioni, & decretorum acceptationi, omnibusque aliis & singulis premissis dum sic ut premittitur per Reverendissimos Reverendosque patres Dominos Archiepiscopos & Episcopos, ac circumspectos ac venerabiles Viros, Prelatos, Doctores, Ambasiatores, oratores & Procuratores prenominatos fierent & agerentur, unacum prefatis testibus presens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, Ideo presens publicum Instrumentum per alium, me aliis occupato negociis, fideliter scriptum unacum Connotariis meis subscriptis exinde confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum.

Et ego Johannes Bracht Clericus Monasteriensis publicus Imperiali auctoritate Notarius, dictique Reverendi Patris Domini Johannis Episcopi Lubicensis scriba juratus. Quia supradicte Cedule &c. ut supra.

Et ego Johannes Rumelfels de Vorheim Clericus Bambergensis Diocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius, sanctæque Moguntine Sedis causarum scriba juratus. Quia supradicte Cedule &c. ut supra.

Hoc quoque Instrumentum celeberrimus Suffraganeus Würdtwein, rara, ut in omnibus solet, perspicientia ac solicitudine, ex Chartario Ecclesiæ B. M. V. Moguntiæ eruit, & evulgavit *Tomo VII. Subsidiorum Diplom. pag.* 330. Refert autem idem illustrissimus scriptor, fuisse nuper fidem hujus Instrumenti, atque auctoritatem vehementer impugnatam, sed irrito conatu; nam extat illud in Archivo Imperii Moguntiæ, Salisburgi, in aliis Archivis Principum Imperii, qui illud in Conventu Moguntiæ ediderunt: extat & Romæ in Vallicella, ut testatur Raynaldus in *Annal. Eccl. ad annum* 1439. *Num.* 19. &c. Præterea Eugenius IV. in Bulla, quam anno 1446. dedit ad Theodoricum Archiepiscopum Moguntinum, dilucide asserit, acceptata fuisse Decreta Basileensis Concilii in Conventu Imperii Moguntiæ habito, anno 1439, datque Archiepiscopo illi facultatem, suisque Successoribus, eadem Decreta Concilii, si forte luce indigeant, declarandi; etsi, quod toti Nationi in re disciplinæ statuere visum est, Romanus Pontifex vix queat decernere, ut solius Archiepiscopi Moguntini subjiciatur interpretationi. Hanc Eugenii Bullam adducit Würdtwein *Tomo II. Subsid. Diplomat. pag.* 332. In hoc itaque Acceptationis Instrumento Decreta Basileensis Concilii ceperunt vim novæ legis, a Natione Germanica in Conventu Imperii latæ, continuumque usum obtinentis in pluribus Moguntinis conciliis, quorum seriem adfert laudatus Suffraganeus Würdtwein loco mox laudato.

Opportune etiam nuper usus est hoc Instrumento Publicista Germanus, ut exsibilaret retractationem Febronii factam anno 1778; cum enim Febronius in suo opere *de statu Ecclesiæ* ediderit sententias *de Hierarchia Papali*, *de Appellationibus*, *dispensationibus* &c. ad Basileensis Concilii Decreta omnino exactas, repudiari utique oportuit Palinodiam Febronii, ceu temerariam, & insul-

insultantem Basileensis Concilii Decretis, a tota Germanica Natione acceptatis. Galli profecto, qui & ipsi Decreta Basileensis Concilii pro suo regno adoptarunt, iisdemqne ceu fundamento, inædificarunt suam Pragmaticam Sanctionem, ut primum percrebuit Febroniana Retractatio, gravium comminatione pœnarum vetuerunt librarios aut vendere, aut adservare in suis officinis seu Retractationem illam, seu quidquid demum in Secreto Consistorio Romæ actum est illius causa (*). Quamvis Retractationem suam Febronius longe aliam esse queratur, ac quæ in publicum exierit; ait quippe in Epistola ad amicum suum: gravi se fuisse molimine diu impulsum ad palinodiam sui operis: senio sese tandem, ac metu fractum cessisse molestils, ne graviores persentisceret, & adornasse retractationem, in generalibus terminis latibula adfectantem; Curialistas autem adjecisse, & jactasse in vulgus plurima peculiaria, ab animo suo aliena, veluti amplexum Bullæ *Unigenitus* &c. atque hac demum ratione cantasse triumphum de suo libro, a nulla hactenus refutatione obtentum. Sed quorsum hæc omnia tam sollicite de Febronio? quasi vero ad privati hominis vicissitudines exigere oporteat Decreta Basileensis Concilii, aut essata constantissima totius Germanicæ Nationis.

Retractatio Febronii vi desiituitur.

Verumtamen post hæc omnia Imperii Neutralis Decreta Joannes Archiepiscopus, cum vir esset animi modestia, virtute, ordine, & disciplinæ studio clarissimus, qui jam anno 1420, ceu Præpositus, concilio Salisburgensi magna cum laude præfederit, ut supra vidimus, non leve animi pondus in hac Magistratuum collisione, & exemptione obedientiæ persensit, deditque anno 1440. literas ad Fridericum III. Imperatorem, quibus orat Principem, vellet ad abrumpendos tandem conflictus operam, quam posset, maximam conferre; *Neutralium* quippe, ut dicebautur, perpetua ab utroque Magistratu avulsio ordinatissimo Præsuli nullatenus arrisit. Cohortatus igitur fuit Fridericus Imperator Doctores Universitatis Viennensis per literas, vellent cum Passaviensi & Frisingensi Episcopis agere conventus, conferreque consilia, quid in hoc neutralitatis tollendæ quæsito respondendum esset Joanni Archiepiscopo? Conventus vero ille, postquam diu multumque utrinque disputatum est, infecto negotio est solutus; propterea quod duarum classium magistri, Theologiæ nimirum & Artium Doctores propenderent in partem Concilii contra Eugenium Papam; quin imo inclytus Sacræ Paginæ Doctor Narcissus Herz de Perching palam & cum plurimorum plausu defenderit, *quod unio talis* (Electorum Imperii) *& neutralitas hodie, post electionem S. D. Felicis V. damnatur*, ut habetur in Cod. MS. Bibliothecæ Cæsareæ; etsi Eugenius IV. maxima adhucdum auctoritate potiretur, Concilium Basileense anno 1438. avocaverit Ferrariam, ac deinde anno 1439. Florentiam, a frequentissimis & Latinis & Græcis Patribus actu ibidem celebratum.

Pugna Doctorum.

Itaque Joannes Archiepiscopus cernens nullam sibi spem esse in Doctorum consultationibus repositam, cum nec ille par esset calamitati sopiendæ, proferendoque remedio, videret nihilominus vitæ licentias, ex Magistratuum collisione natas, ubertim in Christiana Republica succrescere, ut interim pastorali suo munere rite fungeretur, & clerum suum præcipue contineret in justis officiis, diœcesanam convocare Synodum decrevit, in qua antiquam Patrum terens semitam, veteres synodales Constitutiones revocare in memoriam, vitia comprimere, & ecclesiasticæ disciplinæ decus, etiam severitatis adhibito adminiculo, stabilire conatus fuit.

(*) *Copie d'une lettre de Paris du 15 Juillet* 1779. Il a eté defense à tous les libraires de Paris de vendre & debiter, soit pour la Capitale, soit pour les Provinces aucun exemplaire de la retractation de Mr. de Hontheim pour Febronius. Même defense de debiter aucun acte du Consistoire du jour de Noel à ce sujet ..... & une punition assez considerable pour celui, qui seroit pris en contrevention.

CON-

CONCILIUM
SALISBURGENSE XXXVI.

Anno 1440.

Anno Christi MCCCCXL. die 25 Januarii, Friderici III. Imperat. anno I. convocatum a Joanne II. Archiepiscopo, ad continendum in officiis clerum populumque in exulcerato Ecclesiæ statu, schismate nimirum inter Eugenium IV. Papam, & Basileense Concilium perdurante.

Qui de rebus, atque conciliis Salisburgensis Ecclesiæ hactenus ediderunt commentarios, queruntur plerique omnes, fuisse per injurias temporum abrepta omnia hujus Synodi documenta, ut ne quidem causa, cur coactum sit concilium, neque rerum in eo gestarum, ulla ad nostram notitiam pervenerit. Sed latebat nihilominus in Archivo Consistorii Archiepiscopalis Decretum, a Joanne Archiepiscopo in hoc concilio editum, quo scopus, & definitiones hujus concilii continentur; quod Decretum synchronum, vetustate prope consumptum, humanissime mihi a R. Domino Mathia Obenholzer, Præfecto Tabularii Consistorialis, communicatum, pro illustrandis Salisburgensis Ecclesiæ rebus, nunc primum in lucem publicam emitto.

Nos Joannes Dei gratia sanctæ Salzeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus.

Decretum Concilii.

In hujus sacræ Synodi celebratione nostrum pastoralis officii debitum solerter cupientes impendere, omnes & singulos prælatos, presbyteros & clericos, regulares & sæculares, nostræ jurisdictioni subjectos, & illos præcipue, quibus animarum & gregis Dominici cura commissa est, monemus, requirimus & hortamur in Domino Jesu Christo, quatenus in vita & conversatione morum honestatem sequentes, a vitiis abstinere curent, & operibus bonis insistant; ut cum a malo declinaverint, & bonum fecerint, possint exemplo salvatoris, qui primum cœpit facere, & post docere, exhortationibus suis in populo extirpare vitia, ac virtutes inserere, criminaque & excessus oportunius & efficacius increpare.

Insuper labem Symoniacæ pravitatis, contractus usurarios, concubinatus, fornicationes, & alia quævis crimina & excessus correctione debita cohibere, alienationes rerum ecclesiasticarum, a jure prohibitas, revocare, abusus clericorum & aliorum subjectorum, qui circa divinum officium & delationem habitus debiti defecerint, in melius reformare, & emendare desiderantes, districte mandamus, & præcipimus Vicario nostro in spiritualibus Generali, & Archidiaconis singulis, per nostram diœcesim constitutis, quorum humeris onus nostræ pastoralis curæ impartiti sumus, quod sacros canones, nec non generalium, præsertim sacri concilii Basileensis, & provincialium conciliorum decreta atque statuta, contra quoscunque, jurisdictionibus eorundem subjectos delinquentes, seu culpabiles in præmissis, aut aliquo præmissorum, effectuali executioni demandent; quos etiam nos talibus, quotiescunque opportunitas aderit, dispositi sumus animadversionibus coercere. Omnes etiam utriusque sexus religiosos, nostræ Jurisdictioni subjectos, modo simili monemus,

requi-

requirimus & hortamur, quatenus regulas & constitutiones suarum religionum, præsertim ut ab eis omnis proprietas abdicetur, inviolabiliter observent, nec etiam in receptione ipsorum ad religionem quantumcunque per Symoniam exigant. Anno 1440.

Dogmatibus quoque hæreticis, erroneis, aut scandalosis, seu piarum aurium offensivis, sortilegiis, divinationibus, Incantationibus, superstitionibus, & quibusvis diabolicis figmentis, ne illorum aliquid nostram Salzburgensem diœcesim inficiat, pro viribus occurrere affectantes, omnibus & singulis, tam ecclesiasticis quam sæcularibus personis, nostræ jurisdictioni subjectis, cujuscunque status, gradus aut conditionis fuerint, in virtute sanctæ obedientiæ, ac per aspersionem pretiosi sanguinis Domini nostri Jesu Christi, præcipimus & mandamus, quatenus quoscumque in præmissis, aut aliquo præmissorum reos, seu culpabiles nunc sciant, aut in futurum scient, eosdem omnes & singulos, præsertim si illorum culpa hujusmodi publica, aut manifesta fuerit, Nobis, aut nostro in Spiritualibus Vicario Generali, sive dictis locorum, in quibus degent, Archidiaconis denunciare curent, puniendos pœnis condignis, & remediis debitis compescendos.

Cæterum Vicario nostro in Spiritualibus Generali, nec non omnibus & singulis Archidiaconis præfatis, qui veluti oculi nostri commissos sibi districtus perlustrare debent, firmiter præcipiendo mandamus, eisque sub animarum suarum periculo seriose injungimus, quatenus eorum quilibet, dum præfatus Vicarius, videlicet per diœcesim nostram ubi libet, Archidiaconi vero dum ad loca quælibet suorum archidiaconatuum diverterint, aut supra scriptis intendere petierint: aut dum clerici nostræ diœcesis ad ipsum Vicarium, aut Archidiaconos ex quacunque causa devenerint, caute, sincere & ingenue, absque coactione qualibet juramenti, inquirere studeant, si quæ ex supra dictis, vel aliis criminibus in clero, seu populo frequententur, aut vigeant? In specie autem de vita & conversatione ministrorum ecclesiæ, & locis aliis, divino cultui deputatis: an sint veri Rectores, vel Vicarii, seu mercenarii conducti, & a quo auctoritatem habeant curam animarum exercendi? & an literas suæ ordinationis, quæ Formatæ dicuntur, habeant, aut æquivalentes testimoniales, & quales sint in eruditione populi christiani? quales etiam redditus habeant, qui curam animarum administrant; etenim ex defectu sufficientis provisionis eorum, qui altari deserviunt, sæpe datur occasio etiam actiones illicitas faciendi. Inquirat etiam quilibet Archidiaconus cujus licentiæ & excusationis causa singuli curati, in Archidiaconatuum suorum districtibus a suis parochialibus ecclesiis absentes, circa illas non resideant; & si quos absque licentia nostra ab hujusmodi ecclesiis suis abesse repererint, de hoc infra sex menses immediate sequentes, ad cancellariam nostram, informationem certam in scriptis transmittant. Videant etiam dicti Archidiaconi in ecclesiis singulis suorum districtuum de custodia Eucharistiæ, conservatione reliquiarum sacrarum & sacrorum vasorum, & ornatuum munditia, librorum reformatione, provisionibus luminarium, & reparatione ecclesiarum necessaria, ut hæc omnia de bonis fabricæ, aut aliis, quæ ad hoc deputata sunt, expediantur fideliter, cum effectu, per illos, quibus collectio & distributio, sive dispensatio bonorum hujusmodi est commissa. Similiter iidem Vicarii & Archidiaconi sint intenti, ut defectus ædificiorum in domibus singularum ecclesiarum suorum districtuum, quæ dotes appellantur, de fructibus earundem ecclesiarum, qui deductis omnibus necessariis superesse poterint, etiam cum effectu fideliter reformentur, per certas proba-

Anno 1440. tæ fidei perſonas, ad id aptas, eccleſiaſticas, aut ſæculares, quas ipſi Archidiaconi ad hoc duxerint eligendas.

Et quoniam deformatio in clericorum habitu & tonſura intuentium mentes & oculos offendit non etiam modice, & perturbat, proſpiciant dicti Vicarii & Archidiaconi, & per ſe, vel alios, ad hoc depntandos, diligenter intendant, ne clerici in ſacris vel minoribus conſtituti, coronas ſuas ordinibus congruentes habeant nimis ſtrictas; nec etiam comam, ſive crines ultra aures, aut barbam quomodolibet nutriant, quæ epiſcoporum clericorum tonſura manifeſte apparere poſſit; quod tales exiſtant, qui ex * (ad) hoc de jure debeant gaudere privilegio clericali. Et quamvis habitus clericalis decentia in ſacris canonibus, nec non generalium & provincialium Conciliorum ſtatutis atque decretis ſatis deſignata exiſtat, quia tamen ex mutatione temporum, quæ veſtes honeſtati clericali congruant, non ſemper poteſt uniformiter judicari; idcirco pro iſto tempore tales veſtes clero noſtræ civitatis & diœceſis congruere declaramus, quæ etiam alias, juxta communem morem clericali honeſtati conveniant; In nulla parte ſodraturarum ora ab extra circumplicata, neque in inferiori parte aperturas, ſeu ſciſſuras a lateribus habeant. Sed quidem neque aperturæ, ſeu ſiſſuræ ab ante & retro, propter ambulandi commoditatem permiſſæ, ultra genua in aſcenſum ullatenus protendantur, niſi veſtis fuerit pro equitatura habenda. In hujusmodi aperturæ protenſius fieri poterunt, ita tamen, quod in illis diſcretionis modus ſervetur. Quodque collaria in Joppulis, & aliis interioribus veſtibus, talis ſint moderationis, ut collaria externarum veſtium in altitudine non tranſcendant; & ut in veſtibus præſertim Joppulis, ſeu quovis alio interiori, ſeu exteriori veſtitu, manicæ non habeantur nimis longe a cubito, aut brachiis pendentes; eædem etiam non deferantur in longum protenſæ, ac ad dorſum pendentes, ſed plicaturam habentes, a plicaturis, quibus laici in talibus uti ſolent, patenter diſtinctam. Juxta clericalis qnoque honeſtatis decentiam ſinguli presbyteri capucia ſuper ſcapulam gerant; uſum vero pileorum, ſive capellorum ab extra pilos, ſeu Lottas habentium, quibus clerici cum laicis quaſi conformiter utuntur, prohibemus, & penitus interdicimus; ſtatutis aliis in provincialibus conciliis, hactenus ſuper his, quæ decentiam habitus clericalis conceruunt, & caſibus ſeu negociis aliis quibuscunque editis, eorumque pœnis, inibi contentis, nihilominus in ſuo robore duraturis.

* *videtur eſſe erratum aut omiſſum.*

Ordinamus etiam, & præfatis Vicario & Archidiaconis in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, quatenus Vicarius in civitate Salzeburgenſe, & Archidiaconi ſinguli prædicti ad monaſteria monialium ordinum quorumcunque, in diſtrictibus Archidiaconatuum ſibi commiſſorum ſita accedentes, abbatiſſis & aliis cujuscunque dignitatis nomine cenſeantur, eorundem monaſteriorum prælatis & monialibus, Conſtitutiones *Periculoſo de ſtatu regular. in VI.* Item *Attendentes* eodem Tit. *in Clementinis*, legant publicent & declarent, moneantque & requirant easdem, ipſisque in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiant, ut contenta in conſtitutionibus hujusmodi firmiter obſervent: Nomina vero Prælatorum & Monialium, quæ præmiſſa negligenter & contradicenter obſervant, ad cancellariam noſtram Salzburgenſem, quantocyus fieri poſſit, transmittant, ad eas propterea digna animadverſione puniendas.

Ad ultimum omnes & ſingulos, tam religioſos quam ſæculares presbyteros & clericos, noſtræ Jurisdictioni ſubjectos, cujuscunque ſtatus ordinis, aut conditionis exiſtant, ſpecialiter hortamur, monemus & requirimus, quatenus ſacri Baſileenſis, & Provincialium conci-

conciliorum decreta & ſtatuta, in præſenti Synodo lecta, & publicata, devota veneratione ſuſcepta, diligenter & fideliter obſervent, moresque & vitam taliter reformare, ac emendare ſtudeant, ut per hoc aliis, præſertim illorum curæ, & gubernationi commiſſis, imitabile exemplum præſtantes, digne ac merito commendari valeant, & in futura viſitatione per Nos, dante Domino, per diœceſim noſtram, pro tempore inſtituenda, ſic reformati & emendati reperiantur, ut exinde ad ſpem & gloriam poſſint proficere ſempiternam.

Ordinamus inſuper atque decernimus, quod quilibet Archidiaconus in Archidiaconatu ſibi commiſſo, inſtituat teſtes ſynodales, viros graves, & honeſtos, juxta ipſorum Archidiaconatuum latitudinem in numero competente; qui quidem teſtes in manibus eorundem Archidiaconorum, noſtro nomine recipientium, juramentum præſtent, ſecundum formam canonis *Epiſcopus in ſynodo* Cauſa XXXV. Quæſt. VI. eosque Archidiaconus allatis Sanctorum pignoribus unumquemque illorum tali ſacramento conſtringat: *Amodo in antea quidquid noſti, aut audiſti, aut poſtmodum inquiſiturus es, quod contra Dei voluntatem, & rectam Chriſtianitatem in iſta parochia factum ſit, aut futurum erit, ſi in diebus tuis evenerit, tantum ut ad tuam cognitionem quocunque modo perveniat, ſi ſcis, aut tibi fuerit indicatum, ſynodalem cauſam eſſe, & ad miniſterium Epiſcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pretium, nec propter parentelam ullatenus celes Epiſcopum, aut ejus miſſum, cui hoc inquirere juſſerit; quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adjuvet, & illæ Sanctorum reliquiæ.*

Sic finitur Decretum Archiepiſcopi in MS. Commendantur in eo conſtitutiones ſacri Concilii Baſileenſis; nulla fit mentio nec Eugenii IV. Papæ, nec incepti Ferrarienſis, aut Florentini concilii; e quibus quidem non obſcure intelligitur; in quam partem Joannis Archiepiſcopi inclinaverit animus, quamvis nullo unquam indicio prodiderit, ſe Felicis V. Papæ, a concilio electi, agnoviſſe auctoritatem, aut ſuæ eidem obedientiæ præſtitiſſe homagium. Hinc lapſus Hanſizii detegitur, qui Germaniæ Sacræ Tomo II. pag. 476. *cenſuit, documentorum ductu deſtitutus, hoc fuiſſe fine concilium convocatum ab Archiepiſcopo, ut ſubnixus judicio Patrum ſuorum diœceſanorum, ſecurius quid ſtatueret de factionariis, neutralitatemque valere juberet; cum autem ne horum quidem congruentes haberet ſententias,* negotium remiſiſſe ad ulteriorem indaginem. *Nunquam hæc fuit mens Archiepiſcopi, neque ullum illius veſtigium viſitur in toto hoc decreto conciliari, quod Hanſizius non vidit. Sed neque cognita Archiepiſcopi modeſtia ſumpſiſſet ſibi unquam decidere cauſam, variis Germanorum ſtudiis tantopere agitatam, in qua definienda tot jam doctiſſimorum hominum labor in caſſum reciderit. Sola itaque paſtoralis ſolicitudo, ut clerus diœceſanus in avitæ diſciplinæ cultu attineretur, labente turbarum tempore, perduxit optimum præſulem ad celebrationem concilii, quod & ſuperſtes inſtrumentum confirmat.*

Cautela Joannis Archiepiſcopi.

Denique Joannes Archiepiſcopus hoc judicium bona mente ſecutus oſtendit apud Eugenium Papam, qui propterea in fraudem Archiepiſcopalis faſtigii, & jurisdictionis, varias conceſſiones fecit, teſte Dukero; quas tamen deinde, ſupremo Pontificatus anno refixit & antiquavit. *Scribit idem Hanſizius loco citato.*

De Synodorum Archidiaconalium Privilegio.

Archidiaconi celebrant Synodos.

Unum hoc adhuc rebus, a Joanne II. geſtis, adjeciſſe juverit: Conſtituit Baſileenſe concilium Seſſ. XV. anno 1433. *die* 24 *Novemb. Synodos epiſcopales ſingulis annis ſaltem ſemel per diœceſes fieri oportere, præſente Epiſcopo: & Provincialia concilia ſaltem ſingulis trienniis, ut eſt apud* Labbeum Tomo XII. Concil. pag. 525. *In Salisburgenſi autem vaſtiſſima diœceſi cum ſynodi veteri conſuetudine agerentur etiam ab Archidiaconis diſperſis, quin Epiſcopi accederent; quod ex* Statutis Friſacenſibus, *ſuperius ad Fridericum III. Archiepiſcopum allatis, intelligitur, & multo magis perſpicuum fit ex petitione Joannis II. Archiepiſcopi, itemque ex Decreto Baſileenſis concilii, mox proferendo; ut ne forte Salisburgenſia inſtituta viderentur abludere a Decretis Baſileenſibus, ſupplex adiit Patres concilii Jacobus Frieshamer,*

hamer, nomine Archiepiscopi ad Basileensem Synodum Legatus, vetus ut hæc Archidiaconorum Salisburgensium potestas decreto concilii firmaretur, etiam pro futuris temporibus; quod & factum est. Sic quippe Decretum concilii: Cum autem, ficuti nobis nuper pro parte tua (*Archiepiscopi*) exhibita petitio continebat, tua diœcesis adeo lata fit, & longa, quod illius prælati, & perfonæ ecclesiasticæ, qui hujusmodi Synodo interesse tenentur, & in diversis etiam temporalium Dominorum territoriis, & districtibus longe distantibus, moram trahunt, ad tuam civitatem Salzburgensem, aut alium vicinum, per te ad id in diœcesi ipsa deputandum locum, commode, & nonnunquam etiam propter viarum discrimina, absque rerum & personarum suarum periculo, accedere non possint, propter quod prædecessores tui, Archiepiscopi Salzeburgenses, qui fuerunt pro tempore, in nonnullis ex prædictis territoriis, sive districtibus singulos Archidiaconos deputare, & habere consueverunt, qui pro eis in singulis eisdem districtibus, pro singulis ipsorum Archidiaconatibus discretis, & distinctis, ordinariam jurisdictionem exercentes memoratam. Quare pro parte tua Nobis fuit humiliter supplicatum, ut tuis, & dicti cleri statui, & indemnitatibus in præmissis opportune providere dignaremur. Nos igitur præfatorum cleri periculis hujusmodi in hac parte obviare cupientes prædictis supplicationibus inclinati, ut tu & successores tui Archiepiscopi Salzeburgenses, qui erunt pro tempore, dummodo in civitate prædicta, vel alio illi vicino loco, ad hoc idoneo, quo ad prælatos & personas, illic circummorantes, tu & Successores ipsi, per vos ipsos, aut vobis, ut præfertur, impeditis, per hujusmodi vicarium, præfatam synodum consuetis temporibus pro tempore celebraveritis, illis eisdem, vel aliis similibus, statutis sive consuetis temporibus, in singulis Archidiaconatibus præfatis per singulos hujusmodi Archidiaconos, pro tempore existentes, in locis ad hoc congruis & accommodis, ad id indicendis, cum singulis illorum Prælatis & personis ecclesiasticis, etiam ad id legitime evocatis, hujusmodi synodum pariter celebrare, & quævis ibidem salutaria & ædificativa juxta prædicti nostri decreti tenorem peragi facere, libere & licite valeatis, & valeant, etiam absque hoc, quod tu, aut successores prædicti itidem vos personaliter conferre debeatis, aut aliquam hujusmodi pœnam incurratis, tibi & dictis successoribus auctoritate Universalis Ecclesiæ tenore præsentium de speciali gratia indulgemus. Datum Basileæ 5 Kal. Maji Anno 1439. (Ex Tabulario secretiore aulico Salisburgensi.) *Ex quo quidem Concilii Decreto, quod Joannes II. Archiepiscopus gratanter anno 1439. accepit, atque in suum Archivum deposuit, palam fit, eundem Archiepiscopum, etiam hoc tempore, non omnino fuisse alienum a partibus Basileensis concilii; etsi jam anno 1438. Ferrariense Generale Concilium illius loca, & Florentinum demum anno 1439. ceperit initium. Intelligitur item, quæ ac quanta inesse vis censeri debeat huic Privilegio, Archidiaconorum Salisburgensium jura firmanti, quod datum est eo ipso anno 1439, quo Felix V. Antipapa electus fuit, & confirmatus in eodem Concilio. Cum enim duo generalia concilia simul in Ecclesia celebrari nequeant, ut unanimis est Catholicorum sententia, Ferrariense autem, ac deinde Florentinum jam anno 1438. & 1439. incepta fuerint, utique consequitur, Basileense concilium jam tum pro Auctoritatis experte, & abolito haberi oportere; quamvis privatis functionibus perduraverit usque ad annum 1443, & XLV Sessiones absolverit; e quibus priores XVI duntaxat communiter recipiuntur pro habitis a Generali concilio; ceteræ vero post annum 1433. habitæ passim rejiciuntur. Quoniam vero Marcus Sitticus Archiepiscopus diu post, nempe anno 1616. in suis* Decretis generalibus visitationis, *quæ inferius exhibentur*, Tit. I. de Personis Cap. I. *distincte asseverat, suo adhuc tempore viguisse morem, imo praeceptum fuisse apud Salisburgenses, archidiaconales cogere Synodos; palam exinde fit, quod mox allati Basileensis concilii Decretum adhuc longissime vim suam auctoritatemque obtinuerit ad archidiaconales Synodos, uti fiebat ante concilium, etiam post concilium celebrandas.*

Mortuus est Joannes II. Archiepiscopus anno 1441. die 30 Septemb.

FRIDERICUS IV.

Anno 1441. *Archiepiscopus Salisburgensis XL.*

Refert Chronographus Salisburgensis, anno 1441. a Capitulo, duas in partes scisso, duos electos fuisse Archiepiscopos, ab altera earum Præpositum de Volkerstorff: ab altera Decanum Fridericum Truchsess. Quoniam vero post mortem Joannis Archiepiscopi utraque partium conjuncta Vestes, & bona defuncti inter se divisit,

visit, atque ita suspensionem incurrit, a Bonifacio VIII. latam Cap. Quia sæpe. *Tit.* De Elect. in VI. *Fridericus, ut adversariorum studiis præverteret, clam misit ad Basileense concilium pro sui, suorumque electorum absolutione, qua impetrata, pro legitime electo habitus fuit, electione Præpositi prætermissa. Hæc tamen Bonifacii constitutio deinde mitigata fuit, & spolia usum in pluribus capitulis obtinuerunt.*

Fuisse itaque Fridericum hunc concilio Basileensi addictum, intelligitur ex epistola Doctorum Viennensium, ad Fridericum, eodem in proposito firmandum, data, quæ manuscripta in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi adservatur. Rebus tandem compositis Fridericus in gratiam Pontificis rediit, ab eoque plurimis est privilegiis donatus. Secutum est

CONCILIUM SALISBURGENSE XXXVII.

Anno 1451.

Anno Christi MCCCCLI. Nicolai V. Papæ anno IV. Friderici III. Cæsaris anno XII. convocatum a Friderico IV. Archiepiscopo ad innovandam firmandamque cum Pontifice Nicolao V. communionem; ac præcipue ad reformandos Monachorum mores.

Cusanus Card. adest Concilio.

Habita est Synodus a Friderico IV. Archiepiscopo, cui & Nicolaus Cusanus Cardinalis interfuit, vir ea ætate tum literis, tum prudentia clarissimus. Eversa pene erat in monasteriis ipsis Ecclesiastica disciplina, ut instituti legibus neglectis, summa licentia viverent monachi, maximaque cum populorum offensione, in omne vitiorum genus præcipites ferrentur. Cusanus Pontificis nomine decretum de instaurandis monasteriis in Synodo edi curavit. *Ita Joannes Gasperius, Historicus Archiepiscopalis in MS. Lutherianismi pag. 22. Ex Archivo secretiore aulico Salisburgensi.*

Pleraque, hoc in concilio pertractata, conservata fuere a Duellio in suis Miscellaneis.

I. Decretum hoc in Concilio a Cardinali editum, ut in Missæ collectas & nomen Pontificis & Archiepiscopi inferretur.

„Nicolaus miseratione divina Titulo S. Petri ad Vincula Sanct. Rom. Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Apostolicæ Sedis per Alemanniam Legatus, universis & singulis, ad quorum notitiam præsentes litteræ pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Quoniam dignum esse dinoscitur, ut qui in S. S. Patrum vestigiis quoad fidem ambulamus, eorum etiam, quantum ex alto conceditur, sacras observantias imitemur: Apostolus autem Paulus sciens subditorum salutem in Domino accepto Præsule plurimum conservari præcepit, pro Rectoribus & sublimibus indesinenter preces effundi, sic etiam legimus in Apostolorum actibus Ecclesiam sine intermissione pro Beatissimo Apostolorum Principe Petro orasse; unde extat constitutum Romani Pontificis nomen inter sacra debere recitari, hoc enim S. S. Patres universalis Ecclesiæ unitati perutile arbitrati sunt. Verum sicut Romanus Pontifex universalis Ecclesiæ curam habet, ita in sollicitudinis partem singuli Episcopi vocati noscuntur, quare etiam convenit, in singulorum Diœcesibus pro Pontificibus singulis orationes effundi. Hoc quidem pro unitate Ecclesiæ universalis & Diœcesis cujuscumque conservatione judicamus convenire. Idcirco sacro Salzburgensi provinciali Concilio, cui authoritate Sanctissimi Domini nostri, Domini Nicolai Divina providentia Papæ V. præsidens,

Anno 1451. demus, concorditer approbante ordinamus, quod ex nunc in antea sacerdos quilibet singulis diebus Dominicis, dum celebrarit ad finem collectarum, tam in principio, quam in ultimo Missæ adjicere debeat orationem, quæ sequitur: & famulos tuos N. Papam, ac N. Antistitem nostrum una cum universali Ecclesia catholica ab omni adversitate custodi, per Dominum nostrum &c. Et, ut in Salzburgensi Diœcesi dictus Sanctissimus Dominus noster, Dominus Nicolaus Divina providentia Papa V. & Fridericus nunc Antistes ipsorumque Successores in præscripta oratione nominandi sunt, sic & in singulis Diœcesibus provinciæ præfatæ nomen Episcopi Diœcesis cujuscumque cum Romani Pontificis nomine modo præmisso debet recitari. ut autem omnis sacerdos ordinationem nostram hujusmodi observans, spiritualis thesauri se gaudeat munere refectum, cuilibet tali sacerdoti pro qualibet die Dominica, qua dictam orationem collectis ipsis adjunxerit, ut profertur, quinquaginta dies de injunctis sibi pœnitentiis, Authoritate Legationis nostræ, qua fungimur, misericorditer in Domino relaxamus. Volumus etiam & præcipimus, ordinationem & concessionem nostras hujusmodi per singulos officiales & in spiritualibus vicarios Salzburgensis provinciæ infra unius mensis spatium post receptionem præsentis computandum, per totam ipsam provinciam, & per singulas suas Diœceses, tam regularibus quam sæcularibus, Exemptis & non Exemptis Presbyteris publicari. Datum Salzburgæ die octava mensis februarii, Anno a Nativitate Domini, Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo primo, Pontificatus Præfati Sanctissimi Domini Nicolai Divina providentia Papæ V. anno quarto." *Duellius Libro II. Miscellaneorum pag.* 108.

II. Editum est & alterum decretum a Cardinali Cusano de religiosorum per Salisburgensem Provinciam instauranda disciplina, *ut sequitur.*

Pro disciplinæ reformatione. „Nicolaus miseratione divina Tit. S. Petri ad Vincula sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, Apostolicæ Sedis per Alemanniam Legatus (*), Reverendissimo in Christo Patri, Domino Friderico Archiepiscopo Ecclesiæ Salzburgensis, ac universis Episcopis per Salzburgensem Provinciam constitutis, salutem in Domino sempiternam."

„Quoniam Sanctissimus Dominus noster, Dominus Nicolaus Divina providentia Papa quintus, curam habens, ut universalis Ecclesia, sibi commissa, in suis membris per orbem diffusis salubriter gubernetur, nos ad hanc Salzburgensem, quemadmodum & ad alias Alemanicæ Nationis provincias pro communi animarum salute procuranda transmisit, plurimas ad id opportunas nobis tribuens facultates. Nos considerantes, ad honorem Dei, animarum ipsarum salutem, ac populi christiani gratam consolationem tendere, si omni studio & diligentia procuraverimus, quod personæ religiosæ quamcumque regulam per Sedem Apostolicam approbatam tacite vel expresse professæ, secundum regulam, hujusmodi religionis suæ vivant, & Deo Altissimo reddant vota sua; considerantes etiam quomodo ob hanc causam eisdem religiosis personis, ut in observantia regulari omnipotenti Deo eo liberius & quietius servire possint, & debeant, ab Apostolica Sede privilegia & indulta multa, pluresque parochiales Ecclesiæ cum fructibus, redditibus, & proventibus illis unitæ, &

(*) *Nicolaus Cusanus Cardinalis, & Episcopus Brixinensis, a Nicolao V. in Germaniam ablegatus fuit, ut veteres omnes hujus Nationis simultates, contra hunc Pontificem olim susceptas, amicissimis officiis & constitutionibus expurgaret.*

& incorporatæ existunt. Quarum quidem religiosarum personarum *Anno* 1451. nonnullæ, tantis ingratæ beneficiis, salutem suam miserabiliter negligentes, dictarum religionum suarum regulas & statuta observare non curant, quin imo nonnumquam contradicunt in grave animarum suarum periculum & scandalum religionum. Quapropter nisi illi mores pravos, & dissolutam vitam abjecerint, ac ad cor redierint, opera priorum Patrum, in quorum locum & statutum successerunt, devote adimplendo, privilegia, indulta atque Ecclesias prædictas juste merentur amittere; quorum si in pertinacia incorrigibiles perservare præsumpserint, nequaquam poterunt esse digni. Hinc est, quod nos authoritate Apostolica, qua in hac parte fungimur, omnibus & singulis personis religiosis monasteriorum, quorumcumque tam virorum quam mulierum in prædicta provincia Salzburgensi ubilibet constitutis, exemptis & non exemptis, sub pœna amissionis, & revocationis omnium & singulorum privilegiorum, indultorum, & unionum prædictarum eis, & eorum monasteriis, atque locis quibuscumque, etiam Apostolica authoritate factarum & concessarum, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra unum annum a die datarum præsentium computandum, regularem vitam juxta regulas, & statuta ordinis, quem, ut præmittitur, professæ sunt, effectualiter observare incipiant, & sic inceptam fideliter continuare studeant, & teneantur. Eademque authoritate declaramus, decernimus, & ordinamus, omnes & singulas personas religiosas prædictas per Salzburgensem provinciam ubilibet constitutas, quæ infra annum prædictum hujusmodi observantiam regularem non inceperint, post elapsum ejusdem anni in antea ad quamcumque dignitatem fore inhabiles ac ineligibiles: quodque post lapsum duorum annorum a datis præsentium numerandum, nulla talium personarum religiosarum, nisi prius saltem per annum integrum immediate præcedentem regularem tenuerit observantiam, ad quamcumque dignitatem eligibilis existat: Mandantes insuper Archiepiscopo, & Episcopis prædictis, ac omnibus aliis & singulis, ad quos de jure vel consuetudine vel privilegio electio personarum & monasteriorum præfatorum confirmatio pertinet, ne contra Declarationem, Decretum, ac ordinationem nostras hujusmodi veniendo ullam electionem de persona, ut præfertur, inhabili pro tempore factam quovis modo confirmare attemptent sive præsumant. Quod si secus fecerint, confirmationes easdem simili Authoritate Apostolica ex nunc prout ex tunc, ex tunc prout ex nunc decernimus irritas, & inanes, nulliusque existere roboris, vel momenti. Quod si forsitan infra ipsum primum annum a data præsentium computandum casus vacationis alicujus dignitatis occurrerit, ad quam persona eligeretur, quæ in observantia regulari sui ordinis non stetisset antea per annum ac vitam regularem hujusmodi nondum incepisset servare, circa illam confirmator agere poterit, prout de juris communis dispositione fuerit faciendum. Ut ergo hæc nostra facta ordinatio, & charitativa admonitio ad omnium, ad quorum interest, intererit, vel in futurum interesse poterit, publicam deducatur notitiam vobis Reverendissimo & Reverendis Patribus Archi Episcopo, & Episcopis provinciæ Salzburgensis supradictæ firmiter præcipimus, & mandamus, quatenus has nostras literas, ac omnia & singula in eis contenta per vestras Diœceses, & ubicumque opus esse judicaveritis, infra unius mensis spatium a tempore receptionis præsentium insinuare ac publicare curetis, & ea, quantum ad vos spectat, observetis, ac ab aliis omnibus, quorum interest, faciatis inviolabiliter observari. Datum & actum Salzpurge die octava februarii, anno a Nativitate Domini MCCCCLI. Pontificatus præfati Sanctis-

Anno 1451. Sanctissimi Domini nostri Nicolai Divina providentia Papæ quinti anno IV."

Soluto demum concilio, antequam Cardinalis loco moveret, reddita Friderico Archiepiscopo decreta fuere & constitutiones, quas hic deinde Leonardo Pataviensi episcopo transmisit, sua in diœcesi observandas, hasque literas adjunxit:

Fridericus Dei gratia sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabili fratri, amico nostro charissimo D. Leonardo, Episcopo Pataviensi, fraternam in Domino charitatem.

Recepimus pridie literas a Reverendissimo in Christo Patre, Domino nostro generoso, Domino Nicolao, tituli S. Petri ad Vincula Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero Cardinali, Apostolicæ Sedis per Alemanniam Legato, sub eo tenore, quem intelligetis ex copia collationata, quam cum præsentibus, signeto nostro consignatam Vobis transmittimus. Et quemadmodum contenta in eadem copia alias, dum sua P. R. hic Salzburgæ sacro Provinciali Salzburgensi præsideret concilio, unanimi sunt voto conclusa; Fraternitatem vestram sincero exhortamur affectu, vobisque committimus, quatenus per diœcesim vestram ea, quæ continentur in dicta Copia, tam regularibus, quam sæcularibus, exemptis & non exemptis presbyteris publicetis, & publicari faciatis, pia monendo adhortatione, ut sua devotione hujusmodi se studeant mandato conformare, in eo grata nostra, & verius præfati Domini nostri, reverendissimi Domini Legati beneplacita prosequendo. Datum Salzburgæ, quarta decima mensis Aprilis, anno Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo primo. *Apud Raymundum Duellium in Miscellaneis Libro II. pag.* 110.

Porro ut delineata hoc in concilio monasticæ disciplinæ emendatio felicius daretur executioni, censuit Cardinalis Viennam appulsus, edito hunc in finem decreto, Visitatores constituere, qui per Salzburgensem Provinciam, per Austriam, Styriam, Carinthiam, Bavariam, quinquaginta duo monasteria obirent, eaque ad meliorem normam revocarent. Decretum est hoc:

Nicolaus miseratione divina Tit. S. Petri ad Vincula Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus per Almanniam, Venerabilibus in Christo nobis dilectis patribus, & religiosis personis, Abbatibus, Abbatissis, atque conventibus Ordinis S. Benedicti per Provinciam Salzborgensem ubilibet constitutis, salutem in Domino.

Divina pietate Ecclesiam suam misericorditer respiciente actum est (quis poterit dubitare?) quod hoc in tempore Sanctissimus Dominus noster, Domious Nicolaus Papa quintus, Pastor vigilantissimus, eidem Ecclesiæ Præfectus existit, cujus diligeotissima cura ad hoc indesinenter attendit, ut oves sibi creditas in salutis viam dirigere possit, & in Dei caritate unumquemque pro suo debito ardere se procuret. Idcirco sua Sanctitas ad sacerrimam vestram religiooem oculos attollens, nobis districte præcepit, atque singulariter dedit in mandatis, ot per similia commissæ nobis legatioois loca eam solicitudinem, quantum ex alto datur, adhiberemus, qua omnis, si qua exorta reperitur deformitas a vestra religione devia Apostolica visitatiooe amoveatur, sacraque religio in sanctis observantiis reviviscat. Sed quia nos permultis negociis aliis occupati ad singula loca vestra personaliter accedere noo valemus, per alios nostros Commissarios idipsum explere cnmpellimur, qood nostra in persona facere oequimus. Hinc venerandos in Christo patres vestri ordinis: Martinum ad Scotos, & Laurentium Cellæ Mariæ Abbates, nec non Stephanum in Medlico priorem, Monasteriorum Pataviensis Diœcesis, de quorum trium fidei integritate, ac optimo zelo ad Dei cultum, & religiosam observantiam plurimum in Domino speramus, Apostolica auctoritate Visitatores deputavimus, & per præsentes deputamus, eosque ad vos, & singula vestra monasteria ad visitationis officium plenarie exercendum cum omni facultate, ad hoc necessaria, transmittimus. Quibus præcipue dedimus, atque etiam harum serie damus in mandatis, ut ipsi solum Deum præ oculis habentes, omni sinistra affectiooe postposita, dispositionem statuum, & conditiones omnium & singulorum Monasteriorum, Priorum, ac personarum in ipsis, & ipsorum quolibet degentium, primo ab Abbate incipiendo, demum ad alias personas descendendo usque ad ultimam, sollicite & diligenter inquirant, & inquisita debite cooscribant, seu conscribi faciant; omnia qooque & singula, quæ a statutis & regula dicti ordinis devia esse conspexerint, aut compererint, emendari procurent. Ubi vero in visitatione hujusmodi graves excessus, & incorrigibiles personas eos reperire contingeret, quod tunc advocato ad hoc brachio sæculari ad extirpationem crimi-

Pro monachorum reformatione.

criminum & difformitatum omni diligentia adhibita procedant, & nihilominus nobis excessus hujusmodi, & facti qualitatem cum suis circumstantiis quantocius suis literis referre studeant; ut nos omni opportuno remedio, si opus fuerit, occurramus. Volumus autem, quod omni diligentia invigilent, quod tria substantialia omnis religionis, scilicet paupertas, castitas & obedientia & exactissime observentur; & esus carnium nequaquam, nec Abbati, nec Abbatissæ, nec monachis, seu monialibus indulgeatur, nisi eo modo, quo regula S. Benedicti per eos professa ipsis permittit eumdem; omnibus dispensationibus in contrarium per quemcumque visitatorem concessis non obstantibus; quas omnes, cum sint contra regulam, præsentium tenore irritas esse decernimus. Insuper volumus, quod prædicti nostri Commissarii & Visitatores nonnulla nostra ordinationes & statuta, quæ ad Dei honorem, animarum vestrarum salutem, pro reformationis introductione servari mandavimus, vobis omnibus & singulis supra dictis insinuent, ac publicent; & ubi vos per observantiam regularem gratia Dei capaces esse viderint, plenariæ indulgentiæ cum certa pœnitentia facili participes faciant, ac omnia alia & singula, quæ ipsos agere, & in hujusmodi visitatione exercere contigerit, primo in scriptis diligenter redacta, nobis examinanda, & Apostolicæ Sedi deferenda citius transmittere non postponant. Quocirca omnibus Abbatibus, Abbatissis, singulisque personis ordinis S. Benedicti antedictis per Salzburgensem provinciam ubilibet constitutis dicta auctoritate Apostolica in virtute S. obedientiæ, ac sub pœnis excommunicationis, quam in singulares personas; & interdicti, quam in loca & monasteria vestra latis sententiis ferimus in his scriptis, districte præcipiendo mandamus, quatenus prænominatos Abbates & Priorem a nobis visitatores deputatos, uti Apostolicos visitatores & Nuntios eum omni reverentia, & obedientia, quibus Apostolicæ Sedi afficimini. suscipiatis, & ad ipsorum visitationis officium in omnibus exequendum libere admittatis, omnem illis vestrorum monasteriorum, & personarum quarumcomque a capite usque ad ultimam dispositionem & conditionem plenius manifestando, ac omnia, & singula, quæ visitatores ipsi secundum regulam, & statuta ordinis vestri fieri, & observari mandaverint, seu ordinaverint, reverenter acceptetis, & studeatis diligenter ut tenemini, etiam observare. Et si secus feceritis, quod absit, ex tunc sæpe dictis visitatoribus per præsentes committimus & etiam districte præcipimus, ut vos, & quemlibet vestrum in præmissis inobedientem cujuscumque conditionis seu status fuerit, post trium dierum canonicam monitionem ultra pœnas ordinis præmissam excommunicationem, ac monasteria inobedientium interdicti Ecclesiastici per nos, ut præfertur in scriptis literis, sententias incidisse declarent. Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatas nostras sententias incurrerint, nobis & Apostolicæ Sedi tantummodo reservamus. Dat. Wiennæ Patav. Diœcef. die tertia mensis Marcii anno a Nativitate Domini MCCCCLI. nostro sub sigillo. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Nicolai Divina providentia Papæ quinti anno IV. *Anno 1451.*

Martinus Scotorum Abbas, hos inter Visitatores primo loco nominatus descripsit pleraque, hac in visitatione acta, in dialogo, a semet exorato, quem refert Hieronymus Pezius Tomo II. Scriptorum Austriacorum pag. 637. *Capite IV. hujus dialogi officia singulis trium Visitatorum collata describit:* Officium meum, *ait,* fuit facere collationem, sive sermones post submissionem visitandorum. De hoc invenies sermonem laboriose collectum, cujus thema: *Fratres tuos visitabis, si recte agant. I. Reg. XVII.* alterius officium scil. Domini Abbatis Cellæ Mariæ, fuit dirigere processum visitationis per divisionem in tres partes: in examen, proclamationem, & finalem decisionem per cartam, aut aliunde. Officium prænominati tertii fuit scribere deducta ad nos, & ea recitare coram Prælato, & conventu locorum.

SIGISMUNDUS I.

Archiepiscopus Salisburgensis XLI.

Anno 1452.

Hæserunt tempore hujus Archiepiscopi, omnium celebratione clarissimi, acerbæ adhucdum quædam veteris perturbationis radices in Germania, ac præsertim clericalis ordo non levem persensit immunitatis suæ prioris jacturam. Anonymus in prolixa Epistola, ad Carthusianum Gemnicensem scripta, eam calamitatem amare queritur, ac dicit: Clerus in Diœcesi Salzburgensi ad Steuras pro stipendiariis, & armata militia Cæsaris exactionatus est: gentes has, ubi non sunt soluta stipendia, Ecclesiarum dotibus intrusit; prædandi usque ad solutionem non solum summæ capitalis, sed & damnorum eorundem in præliis, aut extra per-

Exiguntur Steuræ a Cæsare.

perceptorum, dedit licentiam &c. *Apud Pezium in Anecdotis Tomo II. Parte III. pag.* 343. *Quæ quidem depressio Sigismundi animum eo vehementius loncinavit, quod sciret, hanc sæcularium in clericos violentiam per plura superiorum Conciliorum Salisburgensium, veluti anno* 1386. *Can. XIV. anno* 1418. *Can. XVI. &c. protritam fuisse atque inhibitam: quodque, nisi his plagis eriperentur clerici, vix esse revocandos ad canonum normam præsentiret. Calistus III. Papa abusum grossantem repressurus, transmisso ad Sigismundum Archiepiscopum decreto, etiam excommunicationis intentavit sententiam in omnes quosque sæculares judices, qui clericos suis porro tributalibus subjicere ausi fuerint; quod decretum refert* Hanssiz Germaniæ Sacræ Tomo II. pag. 492. *Sed & aliam idem Pontifex paulo post, anno nimirum* 1456. *ad Sigismundum Archiepiscopum dedit epistolam, qua decimam sibi partem proventuum ecclesiasticorum persolvi pro bello in Turcas prosequendo postulavit. His aliisque disciplinæ vertentis capitibus remedium paraturus Sigismundus opportunum censuit, communi Patrum Provinciæ suffragio difficultates illas difflare. Igitur*

CONCILIUM SALISBURGENSE XXXVIII.

Anno 1456.

Anno Christi MCCCCLVI. Calisti III. Papæ anno II. Friderici III. Imperatoris anno XVII. convocatum a Sigismundo I. Archiepiscopo, ad deliberandum de subsidio decimæ, atque ad emendandum corruptos sæculi, clericorumque mores, & disciplinæ depurationem.

In ipso ingressu in concilium habita est ab ononymo oratio ad Sigismundum Archiepiscopum, cæterosque congregatos Patres; quam orationem ex synchrono vetusto codice manuscripto Bibliothecæ Archiepiscopalis Salisburgensis, inter MS. Lit. D. Cod. 43. *descriptam in præsens damus, eo quidem opportunius, quod ex ea sciatur, quæ capita fuerint in hoc concilio pertractanda: tum quod ex ea pateat, quam omnem pene ecclesiasticam eruditionem tum clerici posuerint in Gratiani Decreto, quod frequentissime adducitur, prætermissis fontibus.*

Collatio facta in Concilio Provinciali MCCCCLVI.

Obsecro vos per Dei Misericordiam tanquam advenas & Peregrinos. *I. Pet. Cap.* 2.

Reverendissime Princeps, Pater ac Domine metuendissime! hujus Sanctæ Ecclesiæ Salzburgensis Archi Præsul excellentissime, Apostolicæ Sedis Legate! Cæteri quoque reverendissimi, reverendi, venerabiles, & venerandi viri, Patres ac Domini præstantissimi, in Christo Jesu, Domino nostro sancte hic conciliariter congregati!

Can. si Paulus Caus. XXXII. Q. 5. *Can. si Rector distin. XLIII. Job. XV. v.* 16. *Proverb. XVI.*

Si Apostolus Vas electionis, qui fuit Doctor gentium, prædicator egregius, & Spiritu Sancto repletus, dixit: *factus sum veluti æs sonans, & cymbalum tinniens*; quanto magis ego, qui sum abhominabilis, & homo inutilis, qui bibo quasi aquam iniquitatem, invocare Dominum debeo, ut mihi dignetur coram tanto cœtu loquendi gratiam instillare? Solius enim Domini est linguam gubernare; qui enim sine Salvatore salutem vult habere, & sine vera Sapientia æstimat se prudentem, non sanus, sed æger; non prudens, sed stultus est. Ideo docet Apostolus, quod sufficientia nostra ex Deo est, in quo sunt omnes Thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi; paratus est enim petenti infundere gratiam, juxta illud Psalmi: *dilata os tuum, & implebo illud.* Ista enim, quæ Sancti orando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut non nisi precibus obtineantur. Quomodo dicitur Jacobi I: *Si quis indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter.* Quocirca etsi invocatio ejusmodi omnibus necessaria sit, mihi tamen summe opportuna, cum pulvis sim, & cinis, loqui præsumens coram tanto maximorum Patrum cœtu. Invoco igitur Deum, ex quo est sufficientia nostra, juxta illud Hebr. IV: *Adeamus cum fiducia ad Thronum gloriæ, ut inveniamus gratiam Dei.* Et illud Sapient. IX: *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam.* Et illud Esther XIV. *Tribue Domine sermonem rectum & compositum in os meum, & adjuva me, nullum aliud habentem auxilium, nisi te, qui habes*

Can. Qui fus C. XXVI. Q. 2. *II. Cor.* 3. *Can. Obtineri Caus. XXIII. Q.* 4.

habes omnem scientiam, & scis infirmitatem & necessitatem meam. Adeamus atque pro honestissima consuetudine, matrem Ejus, illibatam Virginem, pudicissimam Mariam, fontem Gratiarum, quæ sanctissimo suo utero Redemptorem, Mundique Dominum gestavit, ut Spiritus Sanctus Nobis illius intercessione adsit, dicentes mente serena: *Ave gratia plena.*

Reverendissime Princeps, Paterque clementissime, Domine Sigismunde, Sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archi Præsul dignissime, Apostolicæ Sedis Legate! Vosque reverendissimi Patres, & Domini episcopi Ecclesiarum, huic Sanctæ Ecclesiæ, ut Metropoli, subditarum! Vosque Patres reverendi, viri præstantissimi, Domini Abbates, Præpositi, Priores ac Domini Canonici, Plebani, clerici, cæterique Domini, quibuscunque meritorum titulis insigniti, in Dei nomine, & pro Reipublicæ salute procuranda hic synodaliter congregati! *Obsecro Vos tanquam advenas & peregrinos per Dei misericordiam.* Levate nunc in circuitu oculos vestros, & videte cœtum illum sacratum, hodie hic nobis præsentem. Omnes isti congregati, venerunt obedientes, & non sunt oves errantes, quia conversi sunt ad Te Reverendissimum Patrem, Dominum Archiepiscopum, tanquam eorum Metropolitanum, pastorem & episcopum animarum suarum. Nos autem populus Tuus Reverendissime Pater! & oves pascuæ tuæ. Miretur igitur, & affluat, ac dilatetur cor tuum, cum videas coadjutores tuos, consodales, duces gregum Provinciæ Tuæ Salzburgensis arietes. Miretur in hoc die, & affluat, & dilatetur cor tuum, cum promiserit Summos Pastor, dicens: *Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum.* Certissimo grandis illa promissio; sed quis inter vos nesciat, quis dubitet, quam hæc Tua celeberrima congregatio, hæc tua convocatio sit sanctissima? Nunquid non in Nomine Jesu facta vere esse putanda est? putanda est profecto. Fit enim

Primum super eo, ut Sanctæ Apostolicæ Sedis mandata, ut Sanctissimi Domini nostri intentionem audiant, & prosequantur remedia, quibus regale sacerdotium, genus electum, suo adjutorio contra sævum & spurcissimum surgat Tyrannum Mahometum.

Secundo autem ad alia deliberanda, quæ ad Dei laudem, morum reformationem, extirpationem vitiorum, virtutum plantationem; &

Denique ad fortem custodiam Dominici gregis, tam diu læsi, oppressi, & vagabundi proficiant, & quæ statui conveniant Provinciæ Salzburgensis. Inter quæ ut dicam

Primum Optimi Patres! Quid viro bono, aut animarum Pastori, Ecclesiæ Episcopo, aut cuicunque sacerdoti ac Prælato magis convenit, quid amplius congruit, quam, ut cum adversitas incubuerit, curam gerere fidei Christianæ, favere religioni, & Christi nomen Salvatoris pro suis viribus magni facere, & extollere? Sed amissa diebus prioribus, ut audire potuistis, Constantinopoli, tanta urbe, in potestatem hostium miserabiliter redacta, tantoque sanguine effuso, cum tot animabus, in servitutem abducta, vulnerata est miserabiliter Catholica fides, confusa turpiter nostra religio, Christi nomen damnificatum nimis & oppressum; neque, si verum fateri volumus, multis ante sæculis majorem ignominiam passa est, quam modo Christiana societas, & quid dicam, ordo rerum perversus est. Vidit quondam Joannes in Apocalypsi Michaëlem Principem cœlestis militiæ cum Dracone pugnasse, atque obtinuisse victoriam; ex quo factum est gaudium magnum in cœlo; hoc est, in tota Ecclesia triumphante. Nunc autem Draco ille & satanas solutus a vinculis, & excusus de puteo Babylonis pugnavit cum Michaële militantis Ecclesiæ, atque prævaluit, ex quo factus est ploratus, & ululatus multus, qui neque hodie cessat in toto populo Christiano. Quis enim tam efferati animi, quis tam barbarica subactus sævitia, quis tauto tygridum lacte nutritus, qui non defluat in lacrymas, qui non dimittat in terram oculos, qui non complicet manus, qui non contundat pectus, qui non laceret sua vestimenta, qui non emittat humanam vocem, & veluti bellua rugiat, lugubremque sonum eructet? Si videat altissimo Deo sacratas Basilicas, Sanctorum suorum Ecclesias, in quibus sanctissimorum Martyrum reliquiæ servabantur, & in quibus Christianus relucebat decor, & honor etiam Provinciarum, effectas fornices scortantium, coquinas castrimargorum, idolorum fana, & stabula jumentorum: contra instituta orthodoxi Principis Constantinopolitani (*L. si qui orthodoxæ Lib. I. Cod. de Hæret. & Saracenis*) Sed Patres reverendissimi! satis de hoc est: dio nunc defleta clades illa: sufficiant, quæ fusæ sunt lacrymæ: non jam illo, ut creditur, sed alio opus est remedio: vix lacrymis, si non aliis utemur remediis, a sævissimo illo Crucis inimico protegemur. Certi sitis, Madian & Amalec, & orientales populi congregati sunt simul contra filios Israël *Jud. VI.* Obsecro vos per Dei misericordiam, quotquot de hoc estis reverendissimo senatu, ita simul in hac re jungi, tantoque nexu consilii congregatos conspici, ut unusquisque bonum alterius bonum suum putet, & alterius malum quilibet æstimet suum. Attendite considerantes, quod id, quod in divinam religionem committitur,

Anno 1456.

Anno 1456. tur, in omnium fertur injuriam, *L. Manichæos Cod. eod. lib. & tit.* & longe gravius est æternam, quam temporalem offendere majestatem. Principes estis ecclesiastici, quid hic terminus *Princeps* signat, nisi primum incipiens, primumque de his rebus per vos tractare convenit. Principum enim est, primum resolvere difficilia, ut sint aliis in exemplum. Provideas ergo Cœtus revereodissime! in his calamitatibus de remediis necessariis contra imminentia nocumenta. Juxta illud Deut. XXXII. *Utinam saperent, & intelligerent, ac novissima providerent.* Si enim animalia irrationalia imminentia sibi pericula temporum, & locorum præsentire solent, & contra illa de optimis providere remediis; quemadmodum grues & hirundines, antequam veniat hyems, de locis & regionibus sibi provident calidis: & formicæ & alii contra futuram hyemis tempestatem de cibo contra famem cogitant. Juxta illud Proverb. *VI. Vade ad formicam, & considera vias ejus, quæ parat æstate cibum sibi, & congregat in messe, quæ comedat;* Quanto magis decet Te Cœtus celeberrime! & quæ futuris temporibus imminere possint pericula, prospicere; ne fortassis furor & rabies infidelium nos improvisos inveniant, & occidant. Hinc dicit Imperator Justinianus: *Nostræ serenitatis sollicitudo remediis invigilat subjectorum; ideo namque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus.* Auth. ut divinæ Coll. VIII. ut dicere valeamus illud Josue IX. *Providimus animabus nostris*, & ad Rom. XII. *Providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus*, & Genes. XXX. *Justum est, ut aliquando provideam domui meæ*, hoc est, toti Provinciæ meæ. Et tantum de primo. Quantum autem ad

Secundum, quæ opportuna sunt & pro Dei laude, reformationeque morum, atque vitiorum extirpatione. Reverendissime cœtus! ad Te pertinet de salute & utilitate communi cogitare plus, quam de propria; attento, quod Caput in corpore non ad unum, vel duo membra, sed generaliter ad omnia, vel multa pertinet, ut illis concordem compagem, & salutem provideat. *Omnibus enim omnia factus sum*, inquit Apostolus, *ut omnia lucrifacerem.* 1. Corynth. Cap. IX.; *Non quærens*, inquit, *quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.* 1. Corynth. X. Te igitur Cœtum istum præclarissimum totus clerus respicit, velut ad Caput, vel montem, in quo bonorum exemplorum flores colligat: & tanquam ad communem legem, quæ metas suscipiat mandatorum: tanquam ad lucem communem, per quam videat lucem secretorum: & veluti ad communem regulam, ad quam motus componat animarum; & demum quasi ad communem formulam, in qua mores capiat antiquorum. Sicut enim caput membra præcellit: sol stellas in splendoribus: aquila aves in claris visibus; ita clero communi præponeris, & ipsum in dignitate præcellis; ita se Tibi clerus subjectum fatetur, ut a Te semper paratus sit omnem vivendi suscipere legem. Nec immerito; a Te enim exigitur tota justitiæ norma. Arbores enim, quæ altiores sunt, communiter sunt rectiores: Radii etiam, qui ab altiori loco veniunt, a sole vel stellis, rectissimi sunt, & semper ad objectum corpus directius veniunt, ac descendunt: Membra etiam inferiora infirma sunt, & imbecilla; non præstantia membra, cor, hepar & cerebrum, quæ virtutem infundunt incorruptam. *A capite igitur edenda est ratio.* L. Argentarius ff de edendo: *& capite languescente cætera corporis membra inficiuntur* Can. ex merito Caus. VI. Q. 1. Decet enim Te cœtum celeberrimum! gregem præcellere virtute eminente; Quanta enim est differentia inter vitam pastorum & gregis; tanta esse debet differentia inter populum & Prælatum. Unde Gregorius ait: tantum debet actionem populi præcedere actio præsulis, quantum distare solet a grege vita pastoris. Quis nescit, quod caput alia membra in spirituum vivacitate excellit? quia ipsum solum videt: alia membra cæca sunt; caput audit; alia membra surda sunt; caput loquitur: alia membra muta sunt. Sollicite igitur cavendum est, ne dici valeat: *Arietes non præcedunt, & ideo oves oberrant.* Duces cæci sunt, & ideo subditi in foveas delabuntur. Advocati prævaricati sunt, ideo causa periit. Radix desiccata est, & ideo folia pallida, & fructus marcidus; quia qualis arbor, talis fructus *Math. VII.* Moveat ad hoc Te celeberrime Cœtus! honor & tua dignitas, quæ nullis poterit comparationibus adæquari. Si enim regum fulgori Te comparavero, impar es, veluti si plumbi metallum ad auri comparem valorem; cum videamus principum & regum colla genibus submitti sacerdotum, & deosculata dextera, orationibus eorum se credunt communiri, ut in suo Pastorali ait Ambrosius. Quare obsecro Vos per Dei misericordiam! quid dicam? Magna sublimitas Vestra magnam certe debet habere cautelam: honor grandis grandiore debet sollicitudine circumvallari. Cui plus creditur, plus ab eo exigitur; sicut scriptum est: *Scienti legem, & non facienti, peccatum est grande.* Et: Servus sciens voluntatem Domini sui, si non fecerit eam, vapulabit multum. Et: nisi fiat, quod bonum est, a malo abstinere non sufficit. Scienti enim bonum facere, & non facienti peccatum est illi *Jacob IV.* Quapropter etsi nihil tanto cœtu sit excellentius

Can. Sissitaris Cauſ. VII. Q. 1.

In Clement. Cap. Cupientes. De Pœnis.

Anno 1456.

ctus, nihil tamen est in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, & periculosius Episcopi officio; sed apud Deum nihil beatius est, si eo modo militetur, quo noster jubet Imperator Christus Jesus, ut scribit S. Augustinus ad Valerium, & habetur *Can. Ante omnia Dist. XL.* Non est enim facile stare in loco Petri & Pauli; scilicet tenere cathedram regnantium cum Christo; quia non sunt Sanctorum filii, qui tenent loca Sanctorum, sed qui exercent Opera eorum. Tanta enim debet esse conversatio & eruditio Pontificis, prout ait Hieronymus, ut omnis motus & gressus, & universa ejus opera notabilia, & quidquid agit, & quidquid agit, & quidquid loquitur, doctrina sit populorum; Cum autem majores voluptati deserviunt, minoribus lasciviæ frœna laxantur: & tanto licentius hostis ad feriendum occupat, quanto hi, qui pro culpis intercedere poterant, voluptati vacant, ut ait Gregorius *Libro II. Moralium.* Quod enim agitur a Prælatis, facile trahitur a subditis in exemplum. Item: componitur orbis regis ad exemplum. Et id, quod Dominus inquit ad Mosen: Si sacerdos, qui est inunctus, peccaverit, faciet delinquere populum *Levit. VIII.* Prælati namque positi sunt tanquam signum ad sagittam, ad quorum vitam inferiores respiciunt. Et, ut ait B. Gregorius, habeturque *Can. Præcipue Causa XI. Q. 3.:* Scire Prælati debent, quia si perversa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Unde necesse est, ut tanto se cautius a culpa custodiant, quanto per prava, quæ faciunt, non soli moriuntur. Nam ut scribit Apostolus *I. ad Timotheum III:* Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Bonum dicit, non malum. Ubi exponere voluit secundum B. Augustinum: quid sit Episcopatus; quia nomen est operis, non honoris, scilicet tantum. Inde est, quod qui præficitur, illis, quibus præficitur, superintendit, curam eorum scilicet gerens. Non est ergo habendus Prælatus, qui præesse dilexerit, non autem prodesse. *Ibid.*

Can. Non est. Dist. XL.

Can. Qui Episcopatum. Caus. VIII. Q. 1.

Tui ergo erit Cœtus sacratissime! dirigere clerum Tibi subjectum per prudentiam, nunc ad pascua legum, nunc ad pascua morum, quo grex seipsum vehere nescit. *Luc. II.* Commendantur pastores, qui in regione illa vigilantes, & custodientes erant, & qui habebant vigilias noctis super gregem suum; quemadmodum Christianissimus Imperator ait: Noctes persæpe ducimus insomnes, & noctibus non in vacuum sub æqualitate dierum utimur, ut subjecti nobis in omni quiete consistant. *Authent. ut judices Coll. 2.* Corrige subjectos per justitiam: Pastoris est, ovem errantem primum verbo, si potest, reducere, & ne a grege deviet, pericula amovere; Quod si vocem non audierit, solet istum & virgam adhibere. *Proverb. XIX.* dicitur: Virga atque correctio tribuit sapientiam; puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. Certum est, correctio vivificat etiam jacentes mortuos, cujus simile in natura videmus: Apes enim mortificantur oleo; sed superfuso aceto vivificantur. Sic acetum correctionis vivificat, quos oleum mortificat deliciarum. Ad Te igitur spectat, per correctionem subditos pungere, corripere & arcere, ut *Proverb. III.* dicitur: Quem Deus diligit, corripit, & quasi Pater in filio complacet sibi. Dulcior est enim religiosa castigatio, quam blanda remissio. Unde & Propheta Salomon: dulciora sunt vulnera amici, quam fraudulenta oscula inimici. *Proverb. XXVII.* Moveat ad hoc Te Cœtus colendissime! quod negligentia cleri tantam deordinationem, ut B. Bernardus ait in Expositione Regulæ B. Benedicti, induxit; quomodo in eis terra est sursum, & cœlum deorsum: pedes super caput, & facies est retro: interiora effusa sunt extra: Deus ibi conculcatur, & terra deificatur: diabolus honorifice recipitur, Deus vero contumeliose repellitur. Terra sursum est, & cœlum deorsum: ubi terrena cœlestibus praeponuntur. Pedes sunt supra caput: ubi viri spirituales despiciuntur, homines vero, terrena sapientes, ad regnum temporalium utiles, in honore habentur. Facies est retro: cum in operibus, quæ videntur bona, potius utilitas terrena intenditur, quam merces æterna. Interiora effusa sunt extra: cum bona interna negliguntur, exteriora diliguntur. Deus vero conculcatur, & terra deificatur: ubi deficit charitas, & regnat cupiditas. Diabolus honorifice recipitur, Deus vero contumeliose repellitur: ubi raptores & usurarii, & cæteri mali cum honore recipiuntur, & expensis magnis procurantur nonnunquam, boni vero pauperes vel repulsam patiuntur, vel male pertractantur. Sed de hoc satis. Quod

Can. Non offendatur. Caus. V. Q. V.

Tertium Convertam me ad vos modo Communes Patres charissimos, ut ruminemus verbum Beati Gregorii in *Homilia XVII. super illud: dignus est operarius* &c. ubi dicit: Quid nos o Pastores! agimus, qui & mercedem consequimur, & tamen operarii nequaquam sumus; fructus quippe Ecclesiarum nostrarum in quotidiano stipendio percipimus, sed tamen pro nostris Ecclesiis parum laboramus. Pensemus, cujus damnationis sit, sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce! ex oblationibus fidelium vivimus, sed pro animabus fidelium quantum laboramus? Illa in nostrum stipendium sumimus, quæ pro suis redimendia

Anno 1456.

Can. Ipſi ſacerdotes. Cauſ. I. Q. 1.

dis peccatis fideles obtulerunt, & ſic peccata eorum devoramus, nec tamen contra peccata eadem vel orationis ſtudio, vel prædicationis officio, ut dignum eſſet, in noſtris Eccleſiis inſudamus. Beneficium autem datur propter officium: non debet ergo tenere beneficium, qui

Can. Si quis ſacerd. Diſt. LXXXI.

non vult facere officium. Nos quidem clerici laicorum exemplaria ſumus, & libri, in quibus ipſi legere habent, & videre humilitatem, caſtitatem, & omnia genera virtutum, Salvatore dicente: Vos eſtis lux Mundi *Matth. V.* Lux, inquam, non ſolum ut videatis, ſed etiam ut videamini; quemadmodum ſubdit: ſic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona; qui enim in conſpectu populi, & eorum, quibus præpoſitus eſt, male vivit, ipſum, qui in

Can. Viliſſimus. Cauſ. I. Q. 1.

eum attendit, occidit. Viliſſimus denique computandus eſt, niſi præcellat ſcientia & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior. Vehementer ergo Eccleſiam Dei deſtruit, meliores eſſe laicos, quam cle-

Can. Qualis Cauſ. VIII. Q. 1.

ricos, ubi dicitur: Qualis erit ædificatio diſcipuli, ſi intelligat, magiſtro ſe eſſe majorem. Et B. Ambroſius in increpatione ad populum ſic inquit: Quid autem ego vos arguo, cum poſſitis me uno ſermone convincere? convincor autem, cum in hac parte clericos vobis magis

Can. Quid autem Cauſ. VIII. Q. 1.

video negligentes. Et nemo amplius in Eccleſia nocet, quam qui perverſe agens, nomen vel ordinem ſanctitatis habet; delinquentem namque hunc redarguere nullus præſumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur, ut ait

Can. Nemo Diſt. LXXXIII.

Gregorius *in Paſtorali.* Epiſcopus itaque, qui talium crimina non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quam Epiſcopus. Propterea B. Bernardus in quodam ſermone ait: Non enim videtur Chriſtum graviorem ſuſtinere poſſe perſecutionem, quam ab eo, qui ſuggeſtione maligna, exemplo pernicioſo, & malæ vitæ ſcandalo, ab eo animas pervertit, quas redemit. Et certe nullus dubitat, quin validiora exempla ſint, quam verba. Et plenius opere docetur, quam voce, ut ait *S. Leo Serm. I. de Jejunio.* Sermo enim vivus & efficax exemplum operis eſt, ſaluberrimusque ordo, ut onus, quod portandum imponis, tu portes ipſe prior; & ex Te diſcas, qua-

Can. Sicut excell. Cauſa XXIII. Q. IV.

liter oporteat aliis moderari; quomodo apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. Nec in ſublimitate gradoum, ſed in amplitudine charitatis aquiritur regnum Dei.

Cap. ad aures. De Temp. Ordinat.

Et quia exempla vitæ defecerunt, ideo ſubditi corruerunt. Ad idem dicit B. Gregorius: Exempla plus movent, quam verba; unde Jacob poſuit virgas decorticatas ante oves potaturas, ut ſimiliter fœtus conciperent *Geneſ. III.* Non ergo Patres Reverendiſſimi! tantum curemus habere bonam conſcientiam, ſed quantum poteſt noſtra infirmitas, quantum vigilantia fragilitatis humanæ admittit, curemus nihil facere, quod veniat in malam ſuſpicionem. Pleriſque enim juſti aſpectus, admonitio eſt correptionis. Ita ergo exemplo vitæ ſtudeamus docere ſubditos, ut eis conſulamus, non verbo, neque lingua, ſed opere & veritate. Et ut ait Senecca Epiſt. V. Ita agamus, ut meliorem vitam ſequamur, quam vulgus; alioquin quos emendare volumus, a nobis avertendo fugamus. Hinc pravi & ſcandaloſi conſtringi, puniri & corrigi debent, tanquam mala exemplaria, falſas ſcripturas habentia, in quibus legitur avaritia, luxuria, ſuperbia, & omnia malitia. Unde merito tales libri, ut dixi corrigendi ſunt, & acrius puniendi; nam, ut Gregorius ait: Sicut lectio viva eſt vita juſtorum, ſic ſcandaloſa vita cleri depravatio ſubditorum; Domino per Prophetam conquerente: grex perditus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos, fecerunt eos vagari in montibus, de monte in collem tranſierunt, obliti ſunt cubiculi ſui *Jerem. L.* Et iterum: Væ paſtoribus, qui diſpergunt, & lacerant gregem paſcuæ meæ. *Jerem. XXIII.*

Obſecro ergo vos per Dei miſericordiam, deponite negligentiam & torporem, ſoporem excutite; quia ſcriptum eſt: non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël. Sanguis enim ſubditorum requiretur de manibus Prælatorum, ut in *Cap. irrefragabili de Off. Jud.* Et: Judicium duriſſimum in his, qui præſunt, fiet *Sap. VI.* Et: Attendite hodie vobis, & univerſo Gregi; nam ſi maledictus eſt, qui facit opus Dei fraudulenter *Jerem. XLVIII:* quanto gravioris maledictionis reus erit, qui bonæ religionis inſtitutionem dum facere poteſt, omittit. Ut enim Symachus Papa ait: Non eſt grandis differentia, utrum letum inferas, vel admittas; mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum poſſit, non excludit. Error etiam, cui

In Prologo Diſtinct. LXXXIII.

non reſiſtitur, approbatur, ut dicit Innocentius Papa, & veritas cum minime defenſatur, opprimitur; negligere quippe, cum poſſit arguere perverſos, nihil aliud eſt, quam fovere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſiit obviare. Quid enim prodeſt illi ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat erranti. Et: conſentire videtur er-

Can. Error Diſt. LXXXIII.

ranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi debent, non occurrit. Culpam inſuper procul dubio facientis habet, qui, quod poteſt corrigere, negligit emendare. Scriptum eſt quippe: Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt, judicantur. Et: probat odiſſe ſe vitia, qui condemnat errantes.

rantes. Nec reliquit sibi locum deviandi, qui non pepercit excedenti. Et: nihil prodest alicui, non puniri de proprio, qui puniendus est de alieno peccato. Inferiorum quippe culpæ ordinum ad nullum magis referendæ sunt, quam ad desides, negligentesque rectores, qui multam sæpe nutrientes pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

Can. Inferiores Dist. LXXXVI. Diligite ergo per Dei misericordiam decorem Domus Dei, & locum habitationis gloriæ suæ, quam decet sanctitudo in longitudinem dierum, ut in Psalmo. O Sanctissime cœtus! si ad hæc in hoc sacro Concilio laudabiliter profeceris, adscribentur Tibi laudes virorum illustrium, quæ narrantur *Eccles. XLIV.* Sapientiam Tuam narrabunt populi, & laudem tuam annunciabit omnis Ecclesia, & dum in pace sepultus fueris, nomen tuum vivet in æternum. Quod præstare nobis dignetur Jesus Christus, in sæcula benedictus. Amen. *Cap. Decet. De Immunit. Eccl. in VI.*

Tria igitur præcipue hoc in Concilio pertractanda orator ouuneiat. I. De decimis, pro sacra Expeditione Papæ persolvendis. II. De iis proscrendis remediis, quæ ad virtutum plantationem, & vitiorum extirpationem pertinent. III. De ministrorum Ecclesiæ reformatione, utque debita scientia imbuti, ritus eosdem & cerimonias observent.

Verumtamen primum Caput, de decimis, Papæ persolvendis, quod spectat, quod non tam ex Salzburgensi Provinciæ, quam Germaniæ totius arbitrio id penderet, Patres censuerunt, suis non esse inferendum sanctionibus; sed ante omnia alia posita edita palam edixerunt, se, quidquid Germanica Natio de his decreverit, summa fide executuros. Chronicon MS. Bibliothecæ Cæsareæ id adnotavit ad hunc annum:

Calistus III. vexavit clerum Diœcesis Salzburgensis ad dandam decimam contra Turcas. Synodus Salzburgæ decrevit, standum esse determinationi Nationis Germanicæ.

Dura quippe, ne dicam, impossibilis fuit rebus exulceratis cleri Salisburgensis præstatio ejusmodi onerum. Erat tum Germania commune perfugium rebus, præsertim in oriente male gestis: Joanni regi Cypri Papa facultatem tum impertitus est colligendi apud Germanos subsidio, quibus calamitates, a Turcis sibi illatas, quadantenus deliniret. Literas regis hujus Joannis profert Gudenus in Codice Diplomatico Tomo IV. pag. 309. *Nihilominus hæc inter omnia ut Germaniæ Proceres obsequerentur precibus Romani Pontifices, de conferendis contra Turcam subsidiis, sæpius conventus egerunt: Anno* 1454. *Ratisbonæ & Francofurti: Anno* 1455. *Neostadii &c. in quibus tamen conventibus, quod ipse Imperator non adesset, nihil actum, nihil conclusum fuit, ut notat Köhlerus* in der Reichs Historie *pag.* 363. *Tandem anno* 1467. *in diæta Normbergensi, consentientibus ordinibus comitiali senatus consulto fuit conclusum:* 32. *millia peditum, &* 10. *millia equitum a Germanis esse ad sacram illam expeditionem conferendo; ad quem complendum numerum & Archiepiscopus Salisburgensis jussus est* 130. *pedites, &* 20. *equites sua pro parte contribuere, ut habet Lünig* im Reichs Archiv continuat. Partis General. pag. 83. *Verum hic belli apparatus in vanum recidit, quin magis barbaros, prosperis rebus efferatos, ad risum, atque ad atrociores ousus promovit. Jam quippe Constantinopolim anno* 1453, 29. *Maji in suam potestatem redegerunt, & Orientali Imperio finem imposuerunt.* Anno 1456.

Alia duo proposita capita, Religio *nimirum* & Disciplina, *ut majori, quo licet, eum fructu pertractarentur in hoc concilio, jussit studiosissimus Præsul Sigismundus quosque suorum Suffraganeorum* & *Prælatorum adferre ad Concilium, si quos persentiscerent peculiores obices in cura animarum, aut morum corruptelas, aut etiam ancipites consuetudines, ut causæ illæ omnes, communi Patrum deliberatione perquisitæ, sublatis nævis, claritati suæ & perfectioni redderentur. Farraginem ejusmodi argumentorum attulerunt undequoque Episcopi, quæ* Avisamentorum *nomine comprehensa, ex Hanssizio hoc loco proferemus.*

Avisa-

Anno 1456.

AVISAMENTA

in

facro Concilio Provinciali Salzburgenfi porrecta.

De anno a Nativitate Domini MCCCCLVI. Dominica *Jubilate*, quae fuit XVIII Aprilis, recto ordine fubfequuntur.

Advifamenta Domini Epifcopi Seccovienfis.

Contra FF. Minores.

„Reverendus in Chrifto Pater, & Dominus Dominus Georgius Epifcopus Seccovienfis facro concilio exponit gravi cum querela; quomodo quidam fratres ordinis Minorum Beati Francifci de obfervantia nuncupati, nuper ad dioecefim fuam venientes, quendam fundum a laicali poteftate recipiendo, quoddam clauftrum fui ordinis ibidem de novo, propria temeritate in contemptum fuae poteftatis ordinariae, ipfius confenfu ad id non accedente, ac in graviffimum praejudicium, & jacturam parochialis Ecclefiae, fub cujus limitibus dictus fundus fitus eft; aliarum quoque Ecclefiarum Parochialium circumjacentium detrimentum non modicum, conftruere nituntur velut hodie aedificare non ceffant. Eftque ipfe in folicitudine pofitus, ubi ipfi fratres neque officium praedicationis, fuper quo idem ordo originaliter inftitutus eft, nec victus neceffitatem, malitia vagationis devitata, habere poffunt. Quare petit praefatus Reverend. Pater humillima cum inftantia, per facram Synodum fibi, & clero fuae dioecefis provideri opportune, ut dicti fratres ita coerceantur, quod ab opere hujusmodi ftructurae ceffantes, in antea talia attentare non praefumant; talis quoque refiftentia adhibeatur fratribus eisdem, qua ordo beati Petri in honore, & quiete priftina confervetur."

„Fertur namque contra dictos fratres etiam in aliis locis & civitatibus Provinciae Salzburgenfis fundos & loca, ipfis pro clauftris fui ordinis placentia, non requifitis Ordinariis locorum eorumdem, contra Canonica inftituta occupando recepiffe. Et fi forte praefati fratres quocunque occulto Apoftolico feudos recipiendi, & clauftra fui ordinis, ut praemiffum eft, propria auctoritate ubicunque erigendi, fe praetenderent munitos (velut praefatus Epifcopus ex quadam miffiva fuperiorum fratrum praedictorum fibi transmiffa, ipfos ad ipfum habere accepit; quamvis fuam paratus eft facrae fynodo ad legendum exhibere) & fi fit, quod tunc ipfa facra fynodus apud Apoftolicam Sedem vel revocationem hujusmodi indulti procuret, aut alio modo provideat, ne Ecclefiae Parochiales Provinciae Salzburgenfis ita enormiter laedantur. Timor namque vehemens eft, per tolerantiam talium novarum religionum in longum extinctionem cleri faecularis fequi poffe."

Literae parochorum circa Krems commorantium ad Epifcopum Pataxienfem.

Contra eosdem.

„Reverendiffime Pater & Domine gratiofiffime! humillimis fubjectionibus ac omni reverentia & obedientia praemiffis. Nos fubfequentes plebani Andreas in lewbs, Conradus in Gobolzburg, Servatius in Hadersdorff, Thomas in Czebing, Paulus in Schaimberg, Joannes in lengenveld, Petrus in Schiltarn, Grabriel in Stretznig, Thomas in Geresdorff, & Joannes plebanus in Gozdorff, caeterique Ecclefiarum provincialium Rectores vicegerentes, & Altariftae per diftrictum circumferentialiter circa Krems commorantes, veftre R. P. notum facimus, quomodo ifti Capiftrani, fcilicet fratres Minores de obfervantia ad noftras Ecclefias vicini in foro lewbs ligneum conftruxerunt oratorium, defacto praedicant, &, ut timetur, confeffionibus fuis plebifanos noftros a nobis averfuri; quod noftris Ecclefiis & nobis in maximum cedet praejudicium; quoniam nec de grano, neque de guttula vini in decimis gaudemus; fed folum fructibus cottidianis & culturis, de quibus quafi quilibet fuo collatori cenfualis exiftit. Et unde V. R. P. ac Principi Jura Epifcopalia, & Steuras praeftare tenemur. Immo fabricae Ecclefiae Pataviení. & omnes pauperes & ftructure notabiliter fentient detrimentum. Quare omnes praedicti R. P. V. Capellani ad vos tamquam gratiofiffimum

mum nostrum &c. revertentes eamdem humillime in Domino deprecantes, ut istis novis institutionibus maxime prejudicialibus nostris Ecclesiis, & nobis obstare dignentur gratiosissime cum effectu, in eo salutem populo & provisionem nobis & commodum paterne ostendetis &c. harum omnium nostrorum secretis subinpressis testimonio literarum. Datum in leubs, septima Maji MCCCCLVI." *Anno 1456.*

Avisamenta ex parte Reverendissimi in Christo Patris, & Domini Domini Tyboldi Episcopi laventin. totiusque cleri sibi commissi.

Praepositi S. Andreae contra Episcop. „Reverendissime Pater! Praepositus S. Andreae Ecclesiae laventin. Archidiaconus nimis gravatum se fore credit per suum ordinarium, sibi in latere constitutum, in cura animarum plebanis ac vicariis compensenda, qui sibi ex jure Archidiaconatus sui hujus modi curam animarum dare ascribit."

„*Item* declaretur, qui casus sint ipsi Archidiacono a jure vel consuetudine reservati."

„*Item* quid agendum sit de plebe in laveamund laventin. Dioecef. quae se alias in proxima ,visitatione commissariorum Domini Episcopi laventin. reddidit contumacem ad juramenta praestanda super inquisitionem viciorum ac aliorum extirpandorum."

„*Item* ex parte Ecclesiae parochialis S. Joannis in Gorgig Salzeburgenf. Dioecef. que est de presentatione V. R. P. & de collatione Rev. Patris Domini Episcopi laventin. Dioecef. an dicta Ecclesia S. Joannis in Gorgig subjaceat Dioecesano, & quis ejusdem Ecclesiae vicariis habeat dare curam animarum & cognoscere de causis."

„*Item* quid agendum sit cum plebano in Muta prope Mürenberg laventin. Dioecef. qui contumaciter se absentare praesumpsit? &c."

„*Item* de publicis remittendis quantum quis pro Archidiacono solvere debeat? & qualiter immitti debeant ceteris causis! & an ad suum plebanum seu ipsius locumtenentem pro injungenda pecunia sint iterum remittendi?"

De festo S. Mathiae. „*Item* de festo S. Mathie Ap. quando in anno bis sextili sit celebrandum?"

„*Item* laicalis potestas usurpare conatur jurisdictionem spiritualem, omnino suppeditandam, contra jus commune, praesertim de decimis, quae debentur de jure communi, & Divino Ecclesie, se intromittunt, judicando de eis: cum tamen incapaces hujusmodi jurisdictionum existant."

Contra laicos contemptores. „*Item* causas dotis, donationis propter nuptias & similes, non permittunt tractari in foro Ecclesiastico, & omnino judicem Ecclesiasticum excludere conantur: cum tamen in hujusmodi causis locus sit preventioni; causam subjungentes, quod majori modo contrahitur sub specie dotis & donationis propter nuptias sub obligatione jurium forensium, vulgariter landgericht, & propter non solutionem in termino promisso dotis vel donationis propter nuptias, ut prefertur, praetendunt solum stare arbitrio judicum forensium."

„*Item* de peculio clericorum & de rebus relictis per Rectores Presbyteros & clericos post eorum mortem, laici se intromittunt, & de illis disponunt, non obstantibus privilegiis & libertatibus Ecclesiasticis, & per haec privilegia & libertates Ecclesiastice suppeditantur."

„*Item* excommunicati & denunciati non verentur intrare Ecclesias, stantes scienter ultra annum in eorum protervitate & excommunicatione, tamquam suspecti de haeresi. Et postquam ordinarii loci juxta juris exigentiam contra eos processum juris instaurare volunt, imponunt minas multum formidabiles, que in constantem virum metu concurrente cadere possunt. Per hoc vilipenduntur privilegia & Ecclesiasticae libertates, & magna pericula & gravamina Ecclesiis proveniunt ex istis."

„*Item* laicalis potestas in civitatibus majoribus decernit statuta, quod nullus clericorum predium cujuscunque conditionis onerare, & in remedium animae suae disponere potest. Insuper & redditus legitime possessos contra juris dispositionem, quo cavetur quod nullus clericorum, cujuscumque conditionis existat, res Ecclesiarum laicali potestate submittere debet sub penis maximis, & merito formidabilibus, de quo in capitulo hoc consuetissimo: De rebus Ecclesiae non alienandis lib. VI."

„*Item* manifestos usurarios absque satisfactione condigna, per ipsos vel eorum heredes facta, Religiosi ordinum mendicantium Ecclesiastice sepulture tradere non verentur. Ex quo oritur contra clerum maxima suspicio. Quia laici dicunt: tales Religiosi sunt tantae devotionis & intelligentie, qui si hujusmodi usurarii non essent sepeliendi, nunquam eos sepelirent."

„Hinc Patres hujus sacri Concilii accusati sunt de correctione Breviarii Salzburgenf. & Patavienf. Ecclesiarum, maxi- *De Correctione Breviarii.*

Anno 1456. maxime de Sabato Sancto Pasche, ubi cavetur, quod pueri post baptismum non lactentur, quousque procurentur in corpore, & sanguine Christi."

„*Item* sunt nonnulli Episcopi, Abbates, Præpositi, Monasteria, Collegia, Nobiles, & aliæ personæ Ecclesiasticæ & sæculares habentes infra limites parochialium Ecclesiarum decimas unam, duas, vel tertiam partes, vel etiam omnem decimam eis incorporatam, vel aliis debitam. Hi, postquam Novales decime in eisdem Ecclesiis de jure Rectoribus Ecclesiarum debite fieri contingunt, Novales decimas hujusmodi contra juris dispositionem in animarum suarum periculum & damnationem contra voluntatem Rectoris violenter rapiunt & accipiunt."

De decimis Novalium.

„Dignetur igitur hec sacra provincialis synodus super his de opportuno remedio salubriter providere. Nam plures etiam sententie diffinitivæ contra recipientes & rapientes decimas novales hujusmodi in Consistorio Salzburgensi facte sunt, quibus tamen aliqui Nobiles, & Prælati nunquam parere curaverunt, prout non curant de presenti &c."

„*Item* sunt nonnulli laici accipientes decimas, & omnia Novalia etiam appropriantes, & manu violenta detinentes."

Contra indulgentias indiscretas.

„*Item* accusatur Synodus ex parte quorumdam laicorum, qui absque scitu & consensu suorum accedunt Curiam Romanam, & ibidem a Cardinalibus impetrant indulgentias ad filiales Ecclesias in dampnum maximum jurium parochialium, & Matricum Ecclesiarum, & eedem indulgentie ita exorbitantes sunt, quod non solum concessa sunt in diebus festivis, sed etiam in diebus feriatis. Postquam vero laici prædicti litteras hujusmodi ad partes istas attulerint, petunt ab ordinariis easdem confirmari; qui Domini ordinarii etiam absque scitu, & consensu plebanorum in gravamen & jacturam Ecclesiarum parochialium confirmant."

Provideatur igitur, quid plebanis in his sit faciendum, qui quodammodo perplexi sunt inter duo adversa, tum quia tenentur Ecclesias suas indemnes servare, tum etiam quia tenentur ordinariæ Authoritati obedire."

„*Item* provideatur, quomodo mendicantes debeant audire Confessiones. Et an quilibet fidelis teneatur quolibet anno ad minimum semel confiteri suo Plebano juxta tit. *omnis utriusque* &c. & plura alia, quæ conclusa sunt in Synodo provinciali Maguntin. petuntur hic concludi."

„*Item* plebani gravantur per mendicantes, quia sine licentia communicant populum; imo dicunt, quod non sint oves plebanis commissæ, sed sunt oves Episcopi."

„*Item* clerici gravantur, quod violenter trahantur ad forum vetitum; imo prohibentur, ne aliquem citent ad judicium spirituale pro rebus Ecclesiasticis, ut super decimis, testamentis, & in causis rationalibus. Imo aliqui clerici sponte se submittunt jurisdictioni sæculari absque licentia suorum superiorum."

„*Item* de agris, & pratis de novo excultis laici propriis motibus & violenter privant plebanos decimis contra jus commune."

„*Item* Judices, & Præfecti, Præcones & cæteri laici violenter auferunt bona relicta per Presbyteros & clericos beneficiatos; imo consanguinei eorum prætendunt & volunt talium esse hæredes & sic impediunt testamenta & ultimam eorum voluntatem: quamvis de Elemosina & beneficiis sint acquisita."

Contra invadentes bona clericorum.

„*Item* quando clericus beneficiatus moritur, statim laici intromittunt se de possessione beneficii & bonis per talem relictis, a quibus oportet postea emere possessionem. Et contingit pluries, quod possessio tradatur non habenti justum titulum &c."

„*Item* sæculares Advocati gravant Ecclesias augendo Advocatias diversis modis, puta venaticis canibus, vecturis & laboribus variis: & idem faciunt alii Nobiles, Principes & eorum locum tenentes."

„*Item* Nobiles compellunt Ecclesiarum colonos ad labores suos vulgariter *Scharwercke*, ut in messe, in feno, & in fossis."

„*Item* volunt habere a plebanis & eorum colonis."

„*Item* laici proprio motu se intromittunt de rebus temporalibus Ecclesiarum, facientes de illis rationem; cum sæpius non vocantes ad hoc suum plebanum, vendunt ad placitum res Ecclesiarum: construunt & destruunt Ecclesias."

„*Item* absque scitu plebani auferunt cistas, ad quas etiam soli habent claves. Instituunt & destituunt ad voluntatem suam Campanatores & Magistros Scholarum; placeat vel displiceat plebanis. *Item* acceptant anniversariam defunctorum, & soli deputant plebano & suis sacerdotibus stipendia, sicut ipsis laicis placet: & si non vult plebanus consentire, remittunt ad alias Ecclesias, puta Monasteria vel hospitalia, quæ ipsi regunt. Etiam instituunt prædia Ecclesiarum

&

& destituunt. Et si plebanus aliquem instituit, ipsi eumdem non admittunt nisi placeat eis."

Contra violentiam nobilium. „*Item* Principes gravant clericos per venatores."

„*Item* Nobiles quoque inhibent plebanis oe prædiceot nisi ad eorum voluntatem, & faciunt eos exspectare, quousque furgant de fomno."

„*Item* volunt, quod Presbyteri eorum tabernas intrent, quod si non fecerint, damna & gravamina eis inferunt."

„*Item* de certis prædiis non volunt dare decimam."

„*Item* laici usurpant sibi prædia, super quibus Ecclesiæ sunt fundatæ."

„*Item* provideatur contra collectores, ne amplius admittantur per ordinarios locorum: quia nimium gravant plebanum. Et quidam ipsorum ascendunt ambonem, & decipiunt populum in suis prædicationibus & indulgentiis. *Anno 1456.* Etiam portant secum reliquias, cum quibus stant publice in Ecclesiis, quando populus dicit offertorium."

„*Item* fiat executio Karoline."

Contra abusus cum Eucharistia. „*Item* provideatur, quod Sacramentum Eucharistiæ non fiat oitnis commune, quia feriis quintis per ccrtos defertur publice euin processione per Ecclesias & circuitus in Ecclesiis, absque licentia Superiorum. Et hoc idem fit a religiosis feriis quintis, per hoc attrahentes populum & impedientes jura parochialia."

„*Item* provideatur de laicis contra clericos authoritate sua arrestaotibus bona, fructus, redditus, & proventus clericorum, & clericos, militantibus vulgariter *Wandelut.*"

„*Item* de laicis qui authoritate sua capiunt clericos, & Presbyteros præsentant Episcopo."

Advisamenta Ratisbonensia.

Contra diffidantes clerum. „*Item* provideatur contra laicos diffidantes clericos, ducentes eosdem in Bohemiam, cremantes corpora & bona eorum.

„*Item* tales cogunt clericos, ad dandam pecuniam pro securitate eorum."

„*Item* quomodo cum ditiooibus laicis post reconciliationem ad terram reversis agendum sit?"

„*Item* provideatur specialiter in Diœcesi Ratisponensi contra hoc, quod clerici coguntur ad damnatiooem pecuniæ, vulgariter Abting, ad Bohemiam, quod cottidiaoum est propter inimicos diffidantes generaliter omnem clerum.

„*Item* clerici, qui provocaot consanguineos suos, & alios laicos ad diffitandum clero; & quomodo agendum sit cum clericis, qui per se faciunt, tales diffidaciones, & intrant Bohemiam; cum fueriot reversi."

„*Item* an concepta in concilio provinciali Moguntino sint accipienda."

„*Item* de jurisdictione Reverendissimi Domini Salzeburg: quod plures ad eamdem Curiam & etiam Romam trahuntur solum pro hoc, ut propter distantiam fatigeot collitigantes ad concordandum cum eisdem: & arrestacionibus a Sede Salzburgensi emanentibus."

De nuptiis vetitis. „*Item* fiat provisio, ut matrimonium possit licite contrahi, & consummari, & nuptiæ solemniter celebrari temporibus a jure interdictis, puta in LXXma &c. ut sit alio tempore Domini."

„*Item* quidam Religiosi præsertim Cisterciensis ordinis in capellis sibi subjectis extra septa Monasteriorum sitis prædicant, festa indicunt, solemnes benedictiones in Mitris faciunt, publicas Missas decantant tempore, quo publica Missa diebus Dominicis & festivis in Ecclesiis parochialibus peragitur. Per hoc parochianos a suo Pastore & Ecclesia matrice retrahendo, prætendendo prædicta sibi vigore exemptionis, consuetudinis, & privilegiorum licere, cum tamen curam animarum minime habeant."

„*Item* mortuos sepeliunt; parochianos alienos in casibus Episcopis reservatis absolvunt, Sacramentum Eucharistiæ & alia contra Clem. Religiosi administrant omnia, prætendeotes sibi ex privilegiis licere; quæ tamen ostendere recusant, Novas Capellas absque licentia Ordinariorum erigunt in locis non exemptis, & offertoria ibidem obvenientia usurpant."

De pœna tabernariorum. „*Item* petitur moderari statutum de tabernariis, quoad pœnam suspensionis ab officio: cum ex hoc plures incurrant irregularitatem, tempore hujus suspensionis se Divinis ut prius ingerentes."

„*Item* petitur declarari quoties criminarii debeant in anno admitti a plebanis; cum multum præjudicent curatis, & eorum sociis & cum prætendant se exemptos, qualiter prohiberi debeant ab eorum excessibus, cum nimis difficile foret semper ad Sed. Ap. recurri."

Anno 1456. *Advisamenta quae respiciunt Dioecesim Salzburgensem.*

De horis canonicis. „Sacerdos saecularis omissis trina oratione & quindecim gradibus, incipiat Matutinas, continuando omnes horas Canonicas secundum Rubricam Salzburgens. paucis mutatis I^mo^ ad summum festum, ad Primam, ad Completorium, immediate post Symbolum dicatur versus, cum collecta ad binas partes usque ibi: *Sacerdotes.* De sanctis trium lectionum oret sine precibus. Capitulum post Primam secundum Chorum demptis quinque Psalmis, scilicet *Verba mea* &c. In Adventu & quadragesima suffragia de Patronis sub una Antiphona, scilicet ad vesperas: *fulgebunt justi.* Et ad Matutinum: *Corpora Sanctorum,* & una collecta, in qua nominentur Patroni scilicet *Rudbertus, Virgilius, Martinus,* una cum aliis suffragiis consuetis. Infra Pascha & Pentecosten diebus Dominicis in Matutinis ad quemlibet Nocturnum tres psalmos cum una antiphona. Ad primam: *Deus in nomine* &c. cum reliquis, quod hoc tempus in omnibus dioecesibus privilegiatum est prae aliis temporibus."

„Quocumque etiam die dicuntur VII. psalmi ad horas; eodem die dicatur letania, aliis vero diebus neque VII. psalmi, neque letania."

„Orare cottidie cursum & vigilias Mortuorum stet in arbitrio cujuslibet volentis orare ex devotione; sed nullus ad hujusmodi sit ex debito astrictus."

„*Item* semel in septimana, quando commode fieri poterit, horae de Patronis teneantur ut in aliis Dioecef. fit."

De Festis Sanctorum. „*Item* praecipitur in quodam statuto provinciali festa SS. *Rudberti, Virgilii,* & *Augustini* celebrari. petitur relaxatio de festo translationis S. Virgilii; quod non potest commode celebrari propter occupationes vindemiarum, propter quod plures scandalizantur."

„*Item* fiat provisio de remediis mortuorum, ne plebisani nimium graventur."

Avisamenta Cleri Stiriae inferioris.

De laesa immunitate. „Primo Serenissimus Dominus noster Imperator nos communem clerum beneficum in suis terris & Dominiis constitutum variis & continuis exactionibus suarum Steurarum solet aggravare, conando nos redigere in continuam servitutem, contra Ecclesiasticam libertatem, qua minime uti valemus. Petit clerus humillime, ut provideatur contra futura similia sive per scripta Reverendissimi Domini Archiepiscopi vel alio modo; aut per convocationem cleri prout proxime factum est. Paratus igitur esset idem clerus potius sustinere spolia, vel alia mala, quam ita redigi in continuam servitutem, attento, quod si in Ecclesiis spolia committentur, cessaretur a Divinis tamdiu, quousque spolia restituerentur vel alia fierent."

„Gravatur etiam clerus curatus in variis & plurimis articulis per monachos mendicantes ut sequitur."

Contra Monachos mendicantes. „Primo solent nobis Ecclesiarum parochialium Rectoribus populum nobis commissum abstrahere, praecipue in propitiationibus, recipiendo de eisdem propitiationibus vigiliarum, Exequiarum, Missarum & diversorum officiorum minus, quam solito recipi solet in parochiis nostris contra laudabilem Ecclesiarum nostrarum consuetudinem hactenus observatam; puta vix tertiam partem, & sic populus propter minorem solutionem ad ipsos affluit nobis in grave praejudicium."

„*Item* solent plerique mendicantium, Priores, & Quardiani in suis claustris benedictiones facere solemnes, videlicet in diebus festivis Purificat. gloriosae virginis, candelarum: In die Palmarum, ipsarum palmarum, in die resurrectionisDominicae, carnium etiam in domibus plebisanorum. Item in die S. Stephani Protomartyris salis & aquae benedictiones celebrare solemnes."

„*Item* in die Parasceves ornare sepulchrum Domini, imponentes ibi Sacramentum Evcharistiae, candelis plurimis accensis, canentes quoque Psalterium usque ad diem Paschae: quae omnia insignia sunt parochialia, & solummodo ad Ecclesias parochiales videntur pertinere."

„*Item* in diebus festivis & Dominicis solent de mane hora consueta praedicare, & alios actus exercere, ita quod populus in diebus Dominicis & maximis festivitatibus praecipue sermonem audire, & ad officia, quae in suis peraguntur parochiis, frequenter venire negligitur in animarum suarum dispendium, & nobis Rectoribus maximum praejudicium."

„*Item* praedicti monachi gaudentes privilegio audiendi confessionem, populum inducunt, ut apud eos confessores

fores suos eligant, etsi in loco habeantur, sufficientes, & bene docti presbyteri sæculares, ad quos pertinent, imo peritiores, quam sint ipsi monachi. Et etsi ibi non est multitudo populi, ita quod plebanus cum suis optime sufficiunt plebi suæ. Præsumitur enim, ut verum est, quod monachi in audiendis confessionibus plebem ad se alliciant, & ipsis Missas & alia apud eos peragenda in pœnam injungunt; Absolventes etiam quoscumque casuales publicos & occultos, qui ex hoc in suis sceleribus eo temerarius persistunt in maximam damnationem animarum plebis." *Anno* 1456.

„*Item* sunt certa claustra mendicantium habentia in Ecclesiis suis, non tantum unam sed duas aut plures campanas, quod cottidie ad officium compulsant, sicut in Ecclesiis parochialibus fieri solet; nec a talibus volunt abstincre. Dixit enim quidam Prior ordinis heremitarum S. Augustini in Ragkersburg: si plebanus in duabus campanis suis displicentiam habet, ipse vellet addere tertiam."

Avisamenta Archidiaconi & Cleri Archidiaconatus Karinthiæ, inferioris Salzburgensis Diœcesis.

Pro immunitate Eccl. „Primo quidem provideatur per sacrum Concilium, quod clerus & Ecclesiasticæ personæ juxta lateran. & generalis Conciliorum ac Imperialium Sanctionum statuta ab omni iteurarum sæcularium impositione immunes existant, & debita potiantur libertate. Inhibendum quoque esset ipsis clericis & Ecclesiasticis personis sub pœuis & censuris formidabilibus, ne steuras, & exactiones hujusmodi sub cujuscumque contractus colore sine expresso Romani Pontificis assensu potestati temporali largiantur."

„*Item* quod statuta venerandæ memoriæ Domini Piligrini sub titulo: ne clerici in foro vetito conveniantur, & fel. recordat. Domini Eberhardi, sub titulo: de foro competenti situata olim & Salzeb. Ecclesiæ Archiepiscoporum, in suis provincialibus Conciliis edita districtius observari mandentur."

„*Item* quod declaretur per sacram Synodum, qua die post festum cathedræ S. Petri, festum S. Mathiæ Apostoli anno bissextili sit celebrandum, ne ex diversa ejus celebratione, veluti sepius contigit, scandalum generetur in populo."

De Patrino baptis. „*Item* quod unus tantum patrinus juxta canonica instituta, ad levandum de sacro fonte puerum admittatur, inhibeatur quoque Archidiaconibus, Decanis & cæteris presbyteris curatis, ne contra hujusmodi statutum dispensent secundum favorem & suæ libitum voluntatis."

„*Item* quod hi, qui ad authoritatem superiorum mittendi sunt, litteras sui curati presbyteri, qualitatem & circumstantias culpæ, propter quam superiorem requirere tenentur, contineutes requirant, & superiori præsentent. Ipse quoque superior literas absolutionis eidem curato transmittat; quod &, si is, qui superioris authoritatem adiit, publice delinquendo plebem scandalisavit, superior eumdem suo curato remittat publice puniendum, modum pœnæ sibi injungendæ scriptotenus declarando."

„*Item* quod fratres ordinum mendicantium in oppidis & civitatibus provinciæ Salzburgensis degentes in suis prædicationibus, parochialium Ecclesiarum Rectoribus non derogent, aut detrahant; eaque hora, & maxime diebus Dominicis & festivis, qua in Ecclesiis parochialibus Divina peraguntur missarum solemnia, & populo Dei verbum prædicatur, prædicationibus suis & prolongatione officiorum Divinorum populum a frequentatione & visitatione suæ Parochialis Ecclesiæ non detrahant ac retardent."

„*Item* quod Archi Diaconi, Decani & provincialium Ecclesiarum Rectores, cæterique Presbyteri curati ab eis, qui pro delictis suis corum Authoritatem requirere tenentur, pecuniam non exigant; sed beneficium absolutionis pro Deo, uti justum est, gratis impartiatur, presbyterosque delinquentes condigna pœna castigent, cum ex præmissis interdum grandia scandala visa sunt exoriri."

„*Item* quod ab Ecclesiis pro crismate pecunia non exigatur, sive oblata requiratur."

„*Item* quod de baptismo basthardis & spuriis ac aliis illegitime natis conferendo pecunia non exigatur."

„*Item* quod testamenta observentur."

Avisa-

Anno 1456.

Avisamentum de Archi-Diaconatu Stirie Marchie Superioris.

Contra Privilegia regularium.

„Exponitur pro parte cleri Archidiaconatus Stirie Marchie Superioris, qualiter quædam monasteria ejusdem Archidiaconatus longe post eorum fundationem quasdam Ecclesias tunc rectas per presbyteros sæculares, suis monasteriis incorporaverunt, quorum Prælati, quamquam de hujusmodi Ecclesiis maximum habeant emolumentum, nolunt tamen obligari ad hujusmodi onera Ecclesiarum, nec compati clero dicti Archidiaconatus in steura & contributionibus ipso clero impositis, secundum quod Rectores olim earumdem Ecclesiarum contribuere consueverunt, afferentes se alias contribuere oportere occasione suorum Monasteriorum de singulis redditibus eorumdem. Supplicat clerus prædictus, quatenus attento, quod præfati Prælati ab hujusmodi Ecclesiis habeant emolumentum, merito subeunt onus; ipsis providere de remedio opportuno: quod nisi fiat, continget propter nonnullas Ecclesias noviter in nova civitate, & alibi incorporatas, dictum clerum multipliciter aggravari, & quod tandem decem aut modico plures plebani intolerabilem Steuram persolvent, quæ in dies & annos non minorantur, imo potius augmentantur."

Avisamenta Generalia totam Provinciam respicientia.

De casibus reservatis.

„Primo a Sancto Concilio petitur declarari, de quibus Episcopalibus casibus, & quomodo, curatus se debeat intromittere; maxime autem de damnabili divinatione, superstitionis, & incantationis usu."

„*Item* provideatur, ut fiat liber agendorum pro administratione Sacrorum, & omni benedictione in Ecclesiis parochialibus fienda; secundum cujus modum & formam, omnes per totam provinciam operari debent."

„*Item* fiat provisio de minutis decimis, de quibus parochiani duntaxat tertiam partem suis curatis porrigunt, imo non semper tertiam, sed plerumque eamdem dare omnino recusant, contra provincialia alias edita statuta, & juris communis dispositionem."

„*Item* hoc ipsum fiat de decimis Novalibus, ut & iste secundum juris communis & statutorum provincialium ordinationem curatis tribuantur. Habentes enim duas partes decimarum, duas etiam partes novalium in gravamen suarum animarum sibi imbursare non verentur."

„*Item* provideatur, ut curatis de collectis suarum Ecclesiarum tertia pars cedat, hujusmodi tamen collectæ ut plurimum in detrimentum vergunt curatis; quia in summis festivitatibus ad offerendum obligati, si ad tabulam vitricorum quidquam porrexerint, se æstimant etiam offertorium explevisse."

„*Item* petitur declarari, in quibus curatus a parochianis suis habeat ex posteris decimam personalem juxta consuetudinem civitatis Salzburgensis."

De præventis.

„*Item* si secundum Constitutionem S. Matris Ecclesiæ ad festa paschalia rite & legitime confessum & communicatum infra ejusdem anni spatium casu, ruina, vel quovis alio modo, absque tamen finali confessione & Sacramentorum provisione mori contingat, an tali inrequisito superiore concedenda sit Ecclesiastica sepultura? an pro ea remittendum sit ad superiorem? & an talis vel quis alter, & quo casu dici debeat præventus."

„*Item* petitur secundum priorum decreta Conciliorum provincialium & Episcopalium dari mandata contra debitores Ecclesiarum, ut ipsi earumdem debita ab eis mutuata sub alicujus pœnæ incursu pro certo termino exsolvere compellantur."

„*Item* concedatur mandatum curatis ad reddendum, alienandum & tollendum vaccas a fabrica locatas, sive vaccas perpetuas vulgariter ewiche Kue ut pecuniæ exinde collectæ usui Ecclesiæ applicentur."

„*Item* quid agendum sit in provincia de vectoribus currium, Dominicis & aliis festivis diebus, cum vecturis suis propria domicilia eorum exeuntibus, & molitoribus eisdem diebus molentibus, cæterisque publice laborantibus in illis diebus, de quibus suis plebanis indubitanter constat."

„*Item* idem petitur, quid de institoribus & carnificibus, præfatis festivitatum diebus tempore Divini cultus sua mercimonia venundantibus in parochia, cujus plebei existunt, & extra nundinarum & dedicationum; quia secus in his, & institoribus advenis foret, qui forte sumptuum necessitate coguntur."

„*Item* petitur etiam decerni seu declarari, qua pœna plectendi sint Dominicis diebus & cæteris festivitatibus ad fores Ecclesiarum & in cimiteriis tempore sermonum, & Divinorum cultuum stantes sibi mutuo confabulando,

&

& quibus modis & ordine de hac abusione sint reducendi."

De circumferendo Venerabili. „*Item* dignetur Sacra Synodus istam mirabilem, imo revera insanam consuetudinem immutare, & delere, qua in quibusdam parochiis die Resurrectionis Dominicæ mane venerabile Sacramentum manibus presbyteri euntis, vel equitantis, adjuncta sibi plebe, sine reverentia & devotione, modo quodam ridiculo clamoribus & cantibus insolitis per circuitum parochiæ defertur. In quibusdam vero locis hæc peracto prandio non majori reverentia solita sunt."

„*Item* hoc ipsum petitur de plerumque mirabili consuetudine, qua istud pretiosissimum Sacramentum singulis Dominicis diebus a festo Ascensionis seu Pentecostes usque ad festum S. Laurentii vel Jacobi in cimiteriis Ecclesiarum sæpissime modica vel pene nulla devotione circumducitur, lectis ibidem cum certis collectis, versus quatuor partes mundi, quatuor initiis Evangeliorum non sub una sed diversa forma."

„Cæterum instantius petitur inhiberi istam præ cæteris periculosiorem consuetudinem, potius autem abusionem, seu coruptelam, per quam presbyteri quantumcumque ab Ecclesiis longi, quotiescumque in die, vel septimana tonitrua, fulmina, corruscationes, vel venti insurgunt, unde tempestatem vel grandinem timent imminere, illud salutare Sacramentum foras ad cimiterium irreverenter efferunt, quamquam etiam vix Edituus vel Juvenis campanam bajolans adest, & vulgus advertere non curans instat labori. unde certe pericula gravia sunt exorta. Compertum namque est, quod ex hujusmodi tempestatum & ventorum invalescentia, tecta Ecclesiarum, & turrium confracta ciderunt, & presbyteri casu horum tacti semimortui inventi sunt, venerabili Sacramento cum vase in terram prostrato."

„Quibus tempestatibus cautius & melius creditur provideri, si per idem præfatum anni tempus continuum expletis Divinorum Mysteriis cottidie omnium Ecclesiarum campanæ taugerentur, & unusquisque hominum bonæ rationis, ubicumque constitutus his auditis pro pace, & tranquillitate, ac Republica secundum sibi datam gratiam oraret; pro quo etiam tempore & sacerdos loci legeret dicta Evangeliorum quatuor vel unum cum collectis aptis, secundum Decreta & determinationem istius Sacratissimi Concilii."

„Eapropter hoc Sanctissimum Concilium statuat, & exponat, quibus tempore & casu, extra tamen casum morte laborantium, istud venerabilissimum Sacramentum a loco suo sacro communis ipsius repositionis debeat, & licite possit amoveri, utputa in articulo mortis, inundatione aquarum, Gwerrarum, ignis, Pestis conginnarie seu alterius mali communis vel reipublicæ." *Anno* 1456.

Contra festa ignotorum Sanctorum. „*Item* deinde hoc Sacratissimum Concilium compescat plurima festa incognitorum Sanctorum, ut quintas ferias Paschæ, Pentecostes, Nativitatis proximas, & sextam feriam immediatam post festum Ascensionis Domini, festa Beatorum Ottonis, Colomanni, & plerumque aliorum, quæ quidem festa multi laici, & vetulæ amplius, quam Dominicas & alios dies festos ab Ecclesia inductos plurimum superstitiose colunt, & festivant. Unde simplices festa S. Matris Ecclesiæ minus curant festivare."

„*Item* fiat declaratio, quomodo colligentium ad Ecclesias, Capellas, Monasteria & hospitalia, indulgentiæ vulgo interpretandæ sint, & insinuandæ; cum literis indulgentiarum communi stilo inferatur: *quicumque causa devotionis illuc confluxerint, & pias manus porrexerint adjutrices &c. indulgentiam, & gratiam consequantur.* Certum est autem, quod multi Eleemosynam dant, qui Ecclesias seu loca nunquam videbunt."

Contra abusus collectorum. „*Item* tales collectores emunt & mercantur collecturas ab Ecclesiis, quamque per X. vel XIII. libras Denn. & per annum XL. sive L. accumulant, dantque unam libram Denn. pro littera per Diœcesin exhortatoria, virtute cujus pro suo commodo multo amplius pecunias recolligunt, multaque facinora & scandala committunt, bibunt, noctuque ludunt & blasphemant, in tabernis per noctes integras vane & turpiter consumentes, quod ad Dei cultum & honorem fideles porrexerunt. Ecce qualis fraus!"

„*Item* compellantur omnes curarii gerere sollicitudinem circa plebem suam, examinando in confessione, & informando diebus festivis Dominicalem orationem. Multi enim in hac oratione errant, imo penitus ignorant."

„*Item* provideat Sancta Synodus, ut pauperes peregrini continuo de loco in locum discurrentes, & similiter vagi scholares cum retibus vel sine discurrentes & quodammodo discredere facientes, multique alii truffatores, & terrarum exploratores foris ejiciantur, & in provincia ista nullatenus, ita discurrere & mendicare permittantur."

De sacro oleo asservando. „*Item* inhibeatur curatis, ne sanctum oleum infirmorum seu cathecumenorum extra locum sacrum in non sacro, utpu-

Anno 1456. utputa camera vel coquina, faciant conservari, neque ipsum potestati tradant laicali ad custodiendum, vel rursus ad Ecclesias deferendum, quod tamen in nonnullis parochiis consuevit observari."

Et hæc quidem avisamenta, quæ de celebri hoc concilio Salisburgensi superfuerunt.

ADMONITIO I.

De Constitutionibus hujus Concilii.

De Constitutionibus hujus Concilii. R. P. Heuricus Benedictinus, Monasterii ad S. Petrum Salisburgi Bibliothecarius, pro sua humanitate mihi nuper suppeditavit codicem MS. perantiquum, &, ut videtur, synchronum, in quo præter recensita mox Avisamenta etiam descriptæ sunt Constitntiones Provinciales antiquæ, ex præteritis conciliis Salisburgensibus excerptæ, atque ad Titulorum quinque Librorum Decretalium ordinem digestæ, quin ulla fiat mentio aut anni aut Concilii, aut Archiepiscopi, a quo hæ olim constitotiones sancitæ fuerint. Solius Herbipolensis concilii, anno 1287. præsidente Joanne Tusculano, Apostolicæ Sedis Legato, habiti, intexuntur constitutiones Salisburgensibus; quod nempe Joannes Tusculanus, cum Legatus esset per Alamanniam, Bohemiam, Daniam, Sueciam, Moraviam, Poloniam, Borussiam, Russiam ac Septentrionem, eas etiam per has nationes voluerit promulgari. *Dubiæ Constitutiones.* Verom constitutiones illas fuisse rursum ab hoc concilio editas, atque in memoriam ad observandum revocatas, cum nullo vestigio notetur; non ausim eas vindicare huic Synodo, a Sigismundo I. Archiepiscopo coactæ: quin imo si a concilio iterum fuissent editæ, servassent utique Patres titulos illarum antiquarum constitutionum, cum anni & Archiepiscopi expressione, neque eas ad alios titulos decretalium ablegassent; cum præsules semper reverentissime suspexerint canooicas leges, o fois antecessoribus latas, atque certum hunc esse fontem senserint disciplioæ ruentis, morumque depravatorum, si, quæ præclare olim suis in diœcesibus fuerunt constituta, non legantur a posteris, nec relegantur certis temporibus, nec observentur, imo ne sciantur quidem. Archiepiscopi certo ultimorum temporum cum laudarent statuta Prædecessorum suorum, semper nomen Præsulis, & constitutionis pro re nata argumentum, attulerunt: Eberhardus II. id egit anno 1160. in Concilio XIV. Act. 1. Adalbertus II. anno 1195. in Concilio XVIII. Piligrinus II. anno 1368. in Concilio XXXIII. Cap. XVII. jussit Antecessorum suorum Sanctiones Synodales, cum nominis & rei expressione descriptas, apud quemque in Provincia Prælatum sollicite attineri. Quin & post hoc Concilium, a Sigismundo I. Archiepiscopo, anno 1456. coactum, Joannes Jacobus Archiepiscopus anno 1569. in Concilio XLVI. Const. II. Cap. V. idem fieri præcepit de Antecessorum suorum Decretis. Neque etiam ulla unquam particularis Ecclesia memoratur auctoritatem sibi, fastumque sumpsisse imitandi apparatum Canonicarum legum Universalis Ecclesiæ, seu Decretalium, a Gregorio IX. certo Librorum & Titulorum ordine editarum; præsertim cum ipse Gregorius IX. in Rescripto, ad Academiam Bononiensem dato, & Decretalibus præmisso, aperte prohibeat: *ne quis præsumat aliam ejusmodi facere compilationem, absque Sedis Apostolicæ auctoritate speciali.* Quod si nihilominus in hoc concilio contra generalem usum id contigisset, fuisset utique hoc peculiare Corpus Coostitutionum Salisburgensium in posterioribus Salisburgensium monumentis sæpius memoratum; quoniam vero oullus unquam aut scriptorum, aut Archiepiscoporum vel uno apice illius meminit, quis Collectiooi contra generalem usum a solo Petrensi Codice obtrusæ, ausit locum, dignitatemque Synodalis Operis inauspicato vindicare? Maxime quod in eodem Petrensi codice alia quæpiam adducuntur, quæ notas & σφαλματα clare exhibent privati cujusdam monachi, aut alterius literati collectoris, ut mox indicabitur. Conjicere itaque licet, hoc idem a Sigismundo Archiepiscopo, hoc in Coocilio præsidente, præceptum fuisse, ut nempe canones priorum conciliorum Salisburgensium, quos in hac collectione dedimus, sedulo in cujusque memoriam revocentur, atque observentur: usque dum longiori cum deliberatione tandem peculiariter deciderentur ab Archiepiscopo prolixa illa Avisamenta, a variis episcopis proposita. Quod deinde privato cuidam Theologo occasionem præbuit, eas præteritas constitutiones ad Titulos quinque librorum Decretalium dispescendi, & ceu privatam industriam in illum codicem deponendi. Ut proinde minime opus sit, hac nova veterum canonum partitione hanc nostram farcire collectionem Conciliorum Salisburgensium.

ADMO-

ADMONITIO II.

De Commentariis hoc in Concilio, ut fertur, editis.

De commentariis hujus concilii.

Post avisamenta hujus concilii referuntur in laudato Codice Petrensi duo Tractatus; alter de Sacramentis, *alter* de Missæ Sacrificio, *quos duos Tractatus aliqui hac de causa putant Actis concilii adnumerari oportere; in quorum tamen sententiam adduci minime possum: tum quod hoc adstruendi nulla nota adsit: tum quod locus in eo recurrat, non sat ad orthodoxiam exactus; in Sacramento quippe Baptismi sic ait:* Erit etiam baptisatus (infans) quoad Deum, si dixerit baptisans: baptiso te in nomine Christi. Hæc tamen laicis innotescenda non sunt, ne facile a forma, per Ecclesiam statuta, recedant. *Quod certo Patres, in Synodo congregati non decreverunt; iis quippe nota erat perpetua Ecclesiæ traditio, quod baptismi forma in enunciatione trium personarum Sanctissimæ Trinitatis consistat, juxta præceptum Christi, a primis temporibus custoditum; ita vetus auctor* Constitutionum Apostolicarum *Libro III. Cap. 16. ait, ut qui baptisat, proferat* ἐπονομάσας ἐπίκλησιν πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος nominatim invocationem Patris & Filii & Spiritus Sancti. *Cujus perpetuæ traditionis testimonia, e Conciliis & Patribus delecta, adducuntur a Polemicis. Quod si vera hæc de Baptismi forma traditio est universalis Ecclesiæ; igitur in locis scripturæ, velut* Actor II. vers. 38, *ubi baptismus collatus fuisse dicitur ab Apostolis* ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ in nomine Jesu Christi, *nunquam censuit Ecclesia doceri formam baptismi, sed significari historice duntaxat ab hagiographo, fuisse ibi Ecclesiæ adnumeratos, qui in nomine, doctrina, virtute, & efficacia Christi baptisarentur, id est, initiarentur baptismo, quem Christus ipse in Sanctissimæ Trinitatis enunciatione instituerit: quemadmodum &* I. Corinth. Cap. XII. vers. 13. *dicuntur omnes & Judæi & gentiles in Spiritu Sancto baptisati; ibi namque intelligitur Spiritus, quem cum Patre & Filio in baptismo enunciandum Christus præcepit, & qui sine horum conjunctione adesse non potest. Hac eadem ratione intelligere oportet Nicolaum I. Papam, qui in Epistola ad Bulgaros dicebat ab Apostolis baptisatos fuisse in nomine Christi. Magister sententiarum, & Cajetanus, qui baptismum in nomine Christi ratum habuerunt, rejiciuntur ab omnibus, errorem tamen effugerunt in fide, quod senserint in nomine unius personæ totam comprehendi Trinitatem.*

BURCHARDUS II.

Anno 1462. *Archiepiscopus Salisburgensis XLII.*

BERNARDUS,

Anno 1466. *Archiepiscopus Salisburgensis XLIII.*

Ab Archiepiscopatu Salisburgensi ad Ecclesiæ Viennensis administrationem detrusus moritur anno 1487.

JOANNES III.

Anno 1487. *Archiepiscopus Salisburgensis XLIV.*

Hic Archiepiscopus, quod spolium rerum, a defuncto Archiepiscopo relictarum, Canonicis indulgere nollet, gravissimam sibi, suæque sedi tempestatem excitavit, eoque deventum est, ut cum Joannes, Bernardo antecessore adhucdum vivente, fuisset consecutus ratam firmatamque Ecclesiæ Salisburgensis administrationem; mortuo demum Bernardo Canonici quidam secedentes Muldorffium elegerint Præpositum Ebran in suum Archiepiscopum, consentiente Georgio, Bavariæ Duce, Joannis administratoris inimico, nempe ne Joannes Bernardo succederet. Agebatur tum plane conventus Principum Imperii Norimbergæ; qui principes, præeunte Bertoldo Archiepiscopo Moguntino, dedere epistolam ad Papam Innocentium VIII, aperueruntque illi malenatum Canonicorum illorum consilium contra integerrimum administratorem Joannem, orantes, ne forte sparsæ a Canonicis refractariis calumniæ legitimam Joannis successionem frustarentur, in dedecus Salzburgensis Ecclesiæ, quæ inter insigniores totius Nationis *computatur. Extat hæc Epistola apud* Lünig in Reichs Archiv. spici-

spicileg. Ecclesiastici. I Theils Fortsetzung pag. 1025. *Pontifex igitur Joannis successionem confirmavit; Præpositum vero, & Canonicos eidem addictos, excommunicatione perculit.*

FRIDERICUS V.

Anno 1490. *Archiepiscopus Salisburgensis XLV.*

Hic Archiepiscopus ut erigeret Salisburgensem Ecclesiam, pluribus calamitatibus attritam, Suffraganeorum Provinciæ suæ, & Prælatorum subsidio id effectum dare decrevit. Itaque

CONCILIUM

Anno 1490. SALISBURGENSE XXXVIIII.

Anno Christi MCCCCXC, Innocentii VIII. Papæ anno VI, Imperatoris Friderici III. anno LI, convocatum a Friderico V. Archiepiscopo, actumque in Ecclesia parochiali S. Nicolai in oppido Müldorff, die 19 Octobris, ad conservandam, & qua deficiebat, reformandam Ecclesiæ disciplinam.

Ubi adfuerunt præter Archiepiscopum Episcopi, Sixtus Frisingensis, Georgius Chiemensis, Mathias Seccoviensis: præterea Oratores & Procuratores Episcoporum Ratisbonensis, Pataviensis, Brixinensis, Laventinensis; nec non Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum Sæcularium & Regularium mandato suffulti Prælati, & eorum oratores ac procuratores, quorum consilio XLVIII saluberrimæ Constitutiones sunt editæ. *Hansiz Germ. Sacra Tomo II. pag* 541.

Avisamenta,
in Concilio Provinciali prosequenda.

„Primo ratione decimæ imponendæ legantur bullæ."

„*Item* ratione Schrange (*) quoad bullam impetratam, quoad Carolinam (**) demandatam, & Conservatorii, & quod aliquotiens promulgentur in cancellis (***).

„*Item* de missis, se incultantibus, si provideri aliter possit (****)."

„*Item* de constitutionibus, ut istæ sub certo ordine reciperentur."

„*Item* ut unus ritus celebrandi missam per provinciam induceretur."

„*Item* ut etiam unitas agendorum per provinciam cum parochialibus haberetur ecclesiis."

„*Item* ut uniformitas haberetur, qui casus essent episcopales, & reservati episcopis per provinciam, & qui specialiter reservati."

„*Item* ut provideretur de Corpore Dominico, ne ad alios deferatur usus, quam ad eos, ad quos est institutum, & ne publice, seu aperte ad aspectum teneatur."

„*Item* de cantu Gloria in excelsis, ut illud in organis non cantetur."

„*Item* ut Episcopi per provinciam habeant unum consecrandi modum, ritum & cerimonias in consecrandis presbyteris, Ecclesiis, crisma, altaribus & cœmeteriis."

„*Item* ut acceptantes ecclesias parochiales etiam jure Apostolico, infra mensem Episcopum Ordinarium adeant, ad recipiendam ab eis curam, aut

(*) *Vox* Schrange *ignotæ significationis, aut erroris scribentis.*

(**) Carolina, *id est Caroli IV. Constitutio, immunitatem clericalem concernens, de qua mox inferius agetur.*

(***) in Cancellis *a Germanico* Kanzel.

(****) Missi, *nempe ad prædicandum. de quibus infra in Constitut. XXXIII.*

aut salutem, promissionem faciant obedientiæ."

„*Item* de concubinariis beneficiatis, & etiam vicariis non beneficiatis quomodo ultra provideatur."

„*Item* de non residentibus in beneficiis curatis quacunque sine legitima causa. Qui bona & jura ecclesiarum, a laicis injuste occupata, negligunt excutere; quique dotes, & fundos collabi, deperdi, & ruinis deformari permittunt."

„*Item* ut Archidiaconi beneficia vacantia per mortem intiment Ordinariis infra decem dies; ut sic scire possent, an Patroni præsentaverint statuto a Jure tempore, & Ecclesiis providere."

„*Item* provideatur de pensionibus Ecclesiarum, sine auctoritate ordinaria, aut Apostolica factis."

„*Item* provideatur de incorporationibus Ecclesiarum, & vicariis, ut robur non habeant, nisi Ordinarii consensus interveniat."

„*Item* ut testamenta valeant præsertim ad pias causas, quæ fiunt in præsentia sacerdotis, & cæterorum parochianorum, etiam notario non præsente, aut scriptura non confecta."

„*Item* ut testamenta infra quadraginta dies aperta, vel aperienda, Episcopo, vel ejus officiali præsententur, ut sic executionem habere valeant, quæ piis locis sunt ordinata."

„*Item* quod causæ testamentorum in foro tractentur Ecclesiæ."

„*Item* ut fratres mendicantes non audiant confessiones, nisi licentia obtenta ab Ordinariis, quam exhibere teneantur ecclesiarum parochialium rectoribus."

„*Item* ut mendicantes nullam novam domum erigant, sine consensu Apostolicæ Sedis, de quo ante omnia & primum teneantur Ordinarios sufficienter informare."

„*Item* de quæstoribus Ordinis S. Antonii, petentibus admitti ad quæstus, quid super his sit respondendum? Similiter de aliis quæstoribus provideatur, ne per provinciam multiplicentur."

„*Item* de Judæis, Neophytis mendicantibus."

„*Item* ut nullus recipiatur frater ordinis mendicantium, nisi cum literis ordinarii. Nec iidem religiosi permittantur indiscrete pronunciare indulgentias, sicut jus prohibet."

„*Item* ut monachi ad studium generale habiles transmittantur."

„*Item* ut Abbates ejusdem ordinis, & Præpositi Canonicorum regularium conformibus ritibus prosequantur suas cerimonias."

„*Item* ut monachi se retrahant a capellis annexis, quantum fieri potest." *Anno* 1490.

„*Item* ne religioso monacho, vel moniali, duo officia committantur."

„*Item* ut religiosi mantella de vario (*), aut aliis exquisitis pellibus non ferant."

„*Item* nullus presbyter filio suo illegitimo ministrante celebret; neque eum habeat in domo suæ habitationis commorantem."

„*Item* de illis, qui denegant Sacramenta propter debita Ecclesiarum, aut sacerdotum."

„*Item* quilibet rector Ecclesiæ parochialis habeat statuta provincialia secundum formam, in isto concilio ordinandam; & quod eadem certis temporibus anni per sacerdotes parochiarum legantur. Similiter agendam correctam, canones pœnitentiales, & Sacramentale."

„*Item* de Zechis, quæ alio vocabulo Zunfft appellantur."

„*Item* de peccatoribus publicis, qui post actam pœnitentiam recidunt statim in eadem publica delicta; & ita quolibet anno faciunt, quod provideatur; & an quolibet anno debeant communicari."

„*Item* quod diligenter audiant verbum Dei."

„*Item* de confessoribus ultimo supplicio damnandorum, quod sint liberi, quin revocent confessata."

„*Item* de prælatis, in collectas & exactiones laicorum consentientibus fine requisitione suorum superiorum."

„*Item* de clericis excedentibus, qui dum corriguntur pro suis excessibus, ad laicos confugiunt."

„*Item* de joculatoribus, lutinistis, & fingentibus se Fatuos, quod a Prælatis nihil eis detur, præter tubicinatores principum,"

„*Item* de bonis beneficiatorum, ab intestato decedentium, quibus debeantur hæredibus; Ecclesiæ, & successori atque pauperibus."

„*Item* de clero Provinciæ Salzburgensis, ad eos, qui Legati Apostolicæ Sedis dicuntur pro absolutionis auctoritate, formatis, & dispensationibus confluente, ut de licentia etiam quando de facultatibus talibus legatis factis minime constat."

„*Item* quod ecclesiasticæ censuræ & a clero, & a laicis magis timeantur, & arctius observentur."

„*Item* quod aliquæ constitutionum, quæ in cancellis venirent, publice vulgarizentur, propter non intelligentes latinum."

„*Item*

(*) Vario *a Vares, quod murem Ponticum significat, e quo pulcherrimum pellicii genus habetur.*

Anno 1490. „*Item* ut non erigantur de novo altaria, capellæ, five hospitalia fine consensu Ordinariorum, aut scitu.“

„*Item* quod provideatur contra laicos, qui compellere interdum nituntur clericos coram se litigare.“

„*Item* si executor damnum pertulit, sententia non relaxetur, nisi pro damno sit satisfactum.“

„*Item* de ecclesiis matricibus, ut ad minus Dominicis adeantur, & de contrario pacta non fiant.“

„*Item* de pulsu mane beatissimæ Virginis.“

„*Item* de exhibentibus lumina dum de nocte corpus Christi deportatur.“

„*Item* de titulis altarium, & tabulis dedicationum.“

„*Item* de tabulis orationum certorum dierum, & picturis certis.“

„*Item* super una forma absolutionis per Provinciam.“

„*Item* deliberetur de anno, & die Provincialis concilii, proxime celebrandi. Deo gratias.“

Hæc Avisamenta non comparuere hactenus in ulla editione hujus concilii; detecta illa a me fuerunt, & descripta e vetusto synchrono Manuscripto Codice Monasterii S. Petri Salisburgi, quem superius in antecedente Concilio insinuavi. Pertinere autem hæc Avisamenta ad hoc Concilium Salisburgense XXXVIIII, a Friderico V. Archiepiscopo celebratum, his inducor rationibus: quod post præcedens concilium XXXVIII, a Sigismundo Archiepiscopo habitum, in illo manuscripto Codice Petrensi notentur hæc avisamenta: tum. quod quædam, in concilii hujus constitutionibus sancita, verbatim consentiant cum his avisamentis, ad definiendum allatis, veluti de Carolinæ observatione, de casibus, Episcopo reservatis &c. *quæ liquido ostendunt, avisamenta hæc ad hoc concilium referri, si non ut copiam rerum, ab ipsis hujus concilii Patribus ad definiendum propositam; saltem ut superstitem notam cujusdam Notarii, præsentibus Ecclesiæ necessitatibus opportunam.*

Statuta Provincialia XLVIII Concilii hujus Salisburgensis.

TITULI STATUTORUM.

XL.

Anno 1490.

Ad honorem, laudem & gloriam omnipotentis Dei, gloriosæ virginis Mariæ, totiusque cœlestis curiæ triumphantis, & incrementum fidei christianæ, Nos Fridericus, Dei gratia, Sanctæ Salzeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus, Sixtus Frisingensis, Georgius Chimensis, Mathias Seccoviensis Ecclesiarum Episcopi, oratores, & Procuratores Ratisbonens. Pataviens. Brixinens. Laventin. Episcoporum, ac Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, pleno mandato suffulti Prælati, & eorum oratores & Procuratores, in Sancto Concilio provinciali in Ecclesia parochiali Sancti Nicolai, oppidi Mulldorff, Salzeburgensis Diœcesis, decima nona Mensis octobris, anno Domini Millesimo, quadringentesimo, nonagesimo celebrato congregati, de consilio omnium huic sacro Concilio interessentium constitutiones, & statuta provinciæ Salzeburgensis salubriter condita, & edita sunt in hunc, qui sequitur, modum.

I.

De vita & honestate clericorum.

Quia clericorum est, in se ipsis implere Domini voluntatem, & lucere per bonam conversationem, qualiter oportet alios in Domo Domini conversari; sacro provinciali Concilio approbante, statuimus, volumus, & mandamus, universos clericos provinciæ nostræ præsertim beneficiatos & in sacris constitutos, honeste, clericaliter & devote se exhibere, a crapula & ebrietate abstinere, indumentaque scissa in oris, seu extremitatibus ab extra superducta non deferre, mitras caudatas penitus dimittere, cingulos & monilia, auro, argento, vel alio metallo excessive splendentia, ad modum laicorum abjicere penitus & vitare. Vestimenta rubei & viridis coloris deferre clericos omnino prohibemus, æqualibus colliriis in joppulis tunicis, sive mantellis, ne alterum respectu alterius circumferentiis eminentius appareat, utantur: mitram seu pirreta, capiti suppositum Capucium humeris clerici reverenter deferant, ipsis in publico deambulantibus. Contrafacientes vero ultra pœnas juris communis per suspensionem proventuum beneficiorum Ecclesiasticorum, fabricæ applicandorum, secundum quod protervia demeruit, & excessus, arctius per Nos, officialem, Archidiaconos nostros, aut ordinarios loci, seu eorumdem vicarios & officiales puniantur.

Item inhibemus omnibus clericis supradictis in publico, vel alibi præsentibus laicis tabernas intrare, præterquam in itinere constitutis, vel ex alia causa rationabili, & omnes ludos inhonestos, maxime taxillorum exercere. Contrafacientes pœna juris communis, & ad arbitrium nostrum, seu Superiorum suorum, in ipsos jurisdictionem habentium, puniri volumus & mandamus. Item statuimus & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, ut nullus clericorum cauponem, vel tabernarium hospitem sibi constituat continuum in domo habitationis suæ, aut potum venalem negotiationis causa publice exponat vel vendat, nisi ex antiqua consuetudine hactenus observata jus publice vendendi vinum habuisset. Permittimus tamen domos Prælatis & monasteriis, pro hospitalita-

te

Anno 1490. te rationabiliter introductas, & secundum permissum regulæ & juris communis, contrafacientes vero arbitrio nostro, & suorum Superiorum, in eos jurisdictionem habentium, puniri volumus & mandamus. Ut etiam clerus, qui in Domini sortem assumptus est, Divinis officiis intendat ministeriis, districte inhibemus, & sub obedientiæ pœna mandamus; ne quivis clericus cujuscumque dignitatis, religionis, aut status existat, venationes, & silvaticas vagationes cum canibus exerceat, pœnis nihilominus juris contra tales promulgatis in suo robore permansuris.

II.

De Continentia clericorum.

Volumus concubinatum evitari sub pœnis & juxta Decretum Sacri Generalis Basil. Concilii, quas pœnas una cum pœnis juris contra inobedientes exequi præcipimus & mandamus. Cujus Decreti tenor sequitur per omnia in hæc verba:

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Quicumque clericus cujuscumque status, conditionis, religionis, dignitatis, si etiam Pontificalis vel alterius præeminentiæ existat, qui post hujus constitutionis notitiam, quam habere præsumatur, per duos menses post publicationem ejusdem in Ecclesiis Cathedralibus, quam ipsi Diœcesani omnino facere teneantur, postquam eadem constitutio ad eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus concubinarius, a perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiantur, convertet: nec non & hujusmodi publicum concubinarium cum primum talem esse innotuerit, mox suus superior monere teneatur, ut infra brevissimum terminum concubinam dimittat, quam si non dimiserit, vel dimissam vel aliam publice reassumpserit, vult hæc Sancta Synodus, ut ipsum omnibus suis beneficiis omnino privet, & nihilominus hi publici concubinarii usque cum eis per suos Superiores post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum & officiorum sint inhabiles: qui si post dispensationem recidivo vomitu ad hujusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alterius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quod si hi, ad quos talium correctio pertinet, eos, ut prædictum est, punire neglexerint, eorum Superiores tam in ipsos de neglectu, quam in alios de concubinatu modis omnibus digna punitione adnimadvertant: in conciliis etiam provincialibus adversus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem, privationem collationum beneficiorum, vel aliam condignam pœnam severiter procedatur. Et si hi, quorum destitutio ad summum Pontificem spectat, per concilia provincialia, aut suos Superiores propter publicum concubinatum reperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitionis ipsi summo Pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquisitio in quibuscumque Capitulis Generalibus, & provincialibus quoad suos servetur, pœnis aliis contra prædictos, & alios publicos concubinarios statutis in suo robore permansuris. Publici autem intelligendi sunt non solum hi, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in jure factam, seu per rei evidentiam,

quæ

quæ nulla poteſt tergiverſatione celari, notorius eſt, ſed qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & infamatam tenet, per ſuum Superiorem admonitus, ipſam cum effectu non dimittit. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli jurisdictionem Eccleſiaſticam habentes, pecuniarios quæſtus a concubinariis percipere non erubeſcunt patientes eos in ſua fœditate ſordere; ſub pœna maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps ſub pacto compoſitionis, aut ſpe alicujus quæſtus talia quovis modo tolerent, aut diſſimulent, alioqùin ultra præmiſſam pœnam negligentiæ duplum ejus, quod propterea acceperint, reſtituere ad pios uſus omnino teneantur, & compellantur; ipſas autem concubinas ſeu mulieres ſuſpectas Prælati modis omnibus curent a ſuis ſubditis, etiam per brachii ſæcularis auxilium, ſi opus fuerit, penitus arcere: quarum concubinarum res, quæ de bonis præſumantur habere Eccleſiæ, in fabricam, vel in aliam ipſius Eccleſiæ utilitatem per ipſos Prælatos convertantur, qui etiam ex tali concubinatu procuratos filios apud parentes ſuos cohabitare non patiantur. Jubet inſuper hæc Sancta Synodus, ut etiam in prædictis Capitulis hæc conſtitutio publicetur, & quilibet ſuos ſubditos ad ipſarum concubinarum dimiſſionem moneat diligenter, injungit præterea omnibus ſæcularibus viris, etiam ſi Regali præfulgent dignitate, ne ullum qualecumque inferant impedimentum quocumque quæſito colore Prælatis, qui robore officii ſui adverſus ſuos ſubditos pro hujusmodi concubinatu procedunt, & cum omne fornicationis crimen lege Divina prohibitum ſit, & ſub pœna peccati mortalis neceſſario evitandum, monet omnes laicos tam uxoratos, quam ſolutos, ut ſimiliter a concubinatu abſtineant: nimis enim reprehenſibilis eſt, qui uxorem habet, & aliam mulierem accedit, qui vero ſolutus, ſi continere noluerit, juxta Apoſtoli conſilium uxorem ducat. *Anno 1490.*

Pro hujusmodi autem Divini obſervatione præcepti, hi, ad quos pertinet, tam ſalutaribus monitis, quam aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent.

III.

De Clericis ignotis & peregrinis.

Quia Paſtorali ſollicitudini incumbit, ſubditis providere, ne ab ignotis ſeducantur; quos nonnumquam percepimus, retroactis temporibus reprobos, abjectos, & quod deteſtabilius eſt, facinoroſos, & inhabiles circa Divina, ſe ingeſſiſſe in animarum pericula, & ſcandalum plurimorum; hoc ſacro approbante Concilio diſtricte ſub excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus univerſis provinciæ noſtræ Prælatis, Archidiaconis, Decanis, & Eccleſiarum Rectoribus, ne de cætero aliquem alienæ Diœceſis, ſeu peregrinum, ſe pro Presbytero gerentem, apud ipſos in conſortium Sacramentorum, & Sacramentalium adminiſtrationes vel alias regiminis curas quoquomodo admittant, niſi deſuper noſtris, aut loci illius ordinarii ſeu ejus vicarii vel officialis patentibus litteris aut alias legitimis documentis certificati fuerint.

IV.

Ne clerici joculatoribus, vagis ſcholaribus, & ſimilibus Goliardis largiantur.

Ne Redemptoris noſtri Crucifixi patrimonium inutiliter expendatur, & in uſus turpes exquiſitis diabolicis ſuaſionibus convertatur, de quo pauperum neceſſitatibus eſt ſuccurrendum; ſtatuimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ inhibemus, ne Prælati, religioſi, aut ſæcula-

Anno 1490. culares & clerici, quocumque nomine censeantur, mimis, joculatoribus, histrionibus, buffonibus, seu hominibus artis lubricæ, prætextu nuptiarum, militiæ vel alterius similis causæ, quicquam sub quocumque modo, specie, aut forma, nec etiam in pecunia numerata largiantur.

V.

Ut Clerici personaliter resideant, nec plura beneficia habeant.

Animarum periculis, quæ cunctis opibus præferuntur, desiderantes occurrere, statuimus, volumus & sub pœna privationis beneficii mandamus, ut omnes habentes Ecclesias, quibus cura animarum dignoscitur annexa, personaliter in eisdem resideant, absentes vero infra hinc, & tres menses proximum futuros, a die publicationis præsentis computandos, se ad residentiam personalem recipiant: aut eorum quilibet suum Diœcesanum, aut ejus in spiritualibus vicarium, aut officialem, legitime informet, quare in eisdem residere non debeat nec teneatur.

Omnes quoque & singuli incompatibilia de jure beneficia retinentes, eorumdem ordinariis, aut vicariis, vel officialibus ipsorum, infra eumdem terminum dispensationes super hoc obtentas indicent, & ostendant.

Inhibemus quoque sub eadem pœna, ne quisquam vicariam teneat præter unam, nisi necessitatis evidentis causa aliud per Diœcesanum aut ejus Vicarium vel officialem permissum fuerit & concessum.

VI.

De pœnitentia.

Quoniam nonnulli Sacerdotes regulares, & sæculares in pœnitentia fræna laxare, & extra terminos sibi positos authoritatem in casibus, superioribus reservatis, præsumere ausu temerario referuntur; sub excommunicationis pœna hoc approbante sacro Concilio provinciali inhibemus, ne quisquam Sacerdotum religiosus vel sæcularis totius nostræ Salzburg. provinciæ, quemcumque sibi confitentem in casibus, Sedi Apostolicæ de jure vel consuetudine reservatis, absolvere præsumat: nisi habito ejusdem Sedis desuper indulgentia & mandato speciali. Nec etiam in casibus similiter de jure aut consuetudine Episcopo reservatis aliquem absolvere attemptet, præsertim excommunicationis majoris vinculo innodatum, hæreticum, Judæum, fautores eorumdem, laicum prædicatorem, aut andientes ejus, spoliatorem alicujus dotis, aut Sacerdotis maxime in agone, aut temerarium occupatorem bonorum Ecclesiæ, depopulatorum agrorum, vinearum aut hortorum, incestuosum, fornicatorem cum sanctimoniali, homicidam etiam casualem, publicantem confessionem, peccantem contra naturam, aut cum brutis, sacrilegum, incantatorem, aut incantatricem, præcipue cum Sacramentis, sacramentalibus, vel ossibus mortuorum, prolis oppressorem etiam in casu, incendiarium, commercia habentem cum Judæis maxime in usuris, præparantem, propinantem, ementem aut vendentem venenum, præsertim in machinationem mortis proximi, dæmonem invocantem, cudentem falsam monetam, utentem scienter argento & auro falso, cogentem christianum dare usuram, blasphemum Christi nominis, vel Sanctorum, falsum testem, coëuntem cum Judæa, obligatum ad vagas restitutiones, nec quemquam alium enormibus criminibus irretitum, non habita desuper a Nobis, Metropolitano, vel suo Diœcesano aut eorum in hac parte vicario commissione speciali,

li, & expressa. Vagarum etenim rerum distribntionem eorum ordinariis reservent, ad ipsosque legitime deducant. Quodsi secus factum per eosdem fuerit, tantundem fabricæ Ecclesiæ cathedralis, sub qua degunt, quantum distribuere contra hujusmodi prohibitionem præsumpserint, sub excommunicationis pœna infra duos menses immediate sequentes persolvant. Anno 1490.

Inhibemus insuper sub dicta excommunicationis pœna districte præcipiendo, ne quisquam Sacerdotum sæcularis, vel religiosus nostræ Salzburgensis provinciæ, non habita desuper Sedis Apostolicæ, aut ordinarii sui, vel ejus in hac parte vicarii aut officialis licentia speciali, se intromittat de distributione rerum male acquisitarum, incertarum seu vagarum.

forma absolutionis.

Item volumus sub eadem pœna omnes confessores absolvendo uti ad minus illis verbis: Ego absolvo te a peccatis tuis, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti.

VII.

De Benedictione salis & aspersorii Dominicis diebus.

Cupientes affectum devotionis augmentari, mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, & volumus, omnes Sacerdotes, qui parochiis præsunt, singulis diebus Dominicis aquam & sal benedicere, ac eosdem una cum toto clero ad ipsas Ecclesias spectantes horis consuetis ante Missarum solemnia Ecclesiam personaliter circuire. ut autem populus ad hujusmodi processiones invitetur, omnibus vere pœnitentibus, confessis, & contritis, ipsam processionem devote sequentibus, sub fiducia Divinæ pietatis de thesauro Ecclesiæ quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis in Domino misericorditer relaxamus. quas quidem indulgentias per Rectores supra dictos ex tunc volumus publicari.

VIII.

De Simonia & ne aliquid pro Sacramentis & sacramentalibus exigatur.

Districte præcipiendo interdicimus, ne quisquam Sacerdotum pro reconciliatione pœnitentium, aut pro administratione alicujus Sacramenti, vel aliquorum sacramentalium paciscatur de sibi danda pecunia, vel aliquo alio æquivalenti pro eodem; sed volumus dispositis absque dilatione pro tempore, & loco congruis, eadem administrari & exhiberi secundum ritum Ecclesiæ. Verum quia rationis & juris exploratis existit, quod socii passionum sint pariter & socii consolationum; permittimus ex post exigi, & cum imploratione officii judicis, quantitatem in talibus ex consuetudine debitam, ad quam laicos hortamur, & quantum de jure est, astringi, & compelli volumus.

Item volumus statutum sive Decretum generalis Concilii Constant. de Simonia, editum publicari, ut in fine quoniam contra transgressores ejusdem districtius Deo dante procedemus, cujus tenor per omnia sequitur in hæc verba:

„Martinus &c. multæ contra Simoniacam pravitatem ab olim „factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit extirpari. „Nos volumus de cætero, ut possumus, attentius providere, sacro „approbante Concilio declaramus, quod ordinati Simoniace ab exe„cutione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones, aut po„stulationes, confirmationes, aut quævis provisiones Simoniace Ec-

Anno 1490. „clesiarum, Monasteriorum, Dignitatum, Personatuum, officiorum, „& beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, deinceps factæ, „nullæ sint ipso jure, nullumque per illas jus cuiquam acquiratur: „nec promoti, confirmati, aut provisi faciant fructus suos, sed ad il„lorum restitutionem tamquam inique ablatorum percipientes tenean„tur. Statuimus insuper, quod dantes, & recipientes, ipso facto „sententiam excommunicationis incurrant, etiamsi Pontificali aut „Cardinalatus præfulgeant dignitate."

Item interdicimus, & districte inhibemus, ne quisquam clericorum, cujuscumque status fuerit, censum de aliquo beneficio, aut pecuniam, vel emolumentum aliud ex pacto, quoquomodo, nomine anticipandæ absentiæ, seu pensionis, vel alio quocumque quæsito colore augeat, vel aliquem augere compellat. Contrafacientes tam dantes quam recipientes, duplum quod dederint, vel receperint, Nobis, aut loci ordinario, vel vicariis nostris irremissibiliter solvere teneantur, & nihilominus juxta arbitrium nostrum arctius puniantur.

Item inhibemus sub pœna privationis officii, ne aliquis Sacerdotum quemquam notorie delinquentem accepta pecunia, vel alio commodo temporali, pœna condigna corrigere prætermittat.

IX.

De usurariis, & eorum pœnis, nec non præemptionibus.

Usurarum voraginem detestantes, hoc sacro approbante Concilio inhibemus omnibus Christi fidelibus nostræ Salzburg. provinciæ tam clericis quam laicis, ne pecunias ad usuras mutuent, aut in pignorationem ultra sortem aliquid ex pacto recipiant, nec præemptiones detestabiles faciant, aut alios quoslibet actus usurarios exerceant.

Quod si quis contrafecerit, ultra pœnas juris communis, & conciliorum provincialium Salzburgensium, per Prædecessores nostros bonæ memoriæ celebratorum, subjaceat solutioni decem librarum denariorum usualium irremissibiliter ad fabricam Ecclesiæ, sub qua degunt, aut in usus pauperum juxta superioris in hac parte judicantis arbitrium convertendas.

Inhibemus insuper sub excommunicationis pœna universis Prælatis, Archidiaconis, Decanis, Plebanis & cæteris quibuscumque religiosis & sæcularibus, ne aliquem dictis criminibus manifeste reum, satisfactione non promissa, ad quam tamen eosdem induci volumus modis possibilibus, Ecclesiasticæ tradant sepulturæ.

X.

Ne præventi, & in enormibus peccatis decedentes, aut occisi, Ecclesiasticæ tradantur sepulturæ.

Insuper præsenti constitutione duximus inhibendum universis clericis totius Salzeburgensis provinciæ, ne suspensos patibulo, decollatos, vel alias qualitercumque per sententiam morti traditos, in torneamentis, ludis publicis, spectaculis, aut alias occisos, vel subito defunctos, qui non eodem anno confessi, vel alias in peccatis mortalibus morte præventi fuerint, vel non receperunt Eucharistiæ Sacramentum, nisi de consilio sacerdotis duxerit abstinendum, tradere præsumant Ecclesiasticæ sepulturæ, nisi de licentia ordinarii, aut ejus in hac parte vicarii, vel officialis super hoc diligentius petita & obtenta, nihilque pro concessione hujusmodi præter consuetudinem exigatur, seu recipiatur.

XI. *De*

Anno 1490.

XI.

De Eleemosinariis & quæstoribus admittendis, vel non.

Abusionibus quæstorum viam præcludere cupientes, statuimus, volumus, & mandamus, quod hi, qui præsunt Ecclesiis, nullum, quarumcumque occasione literarum, etiam potestatum sæcularium, petere aut colligere eleemosinam permittant, nisi literis eorumdem prius diligenter perspectis, & ordinarii, quibus appareat, quod suæ literæ sint veræ, ac earumdem Authoritas adhuc duret, seu non exspiraverit; quo comperto, nulla portione recepta, exacta, vel requisita ab eisdem, pro Eleemosina petenda admittantur. Quod si qui contrafecerint, triplum restituere teneantur ad usus, quibus Eleemosinæ sunt deputatæ, remissione colligentium minime profutura: nec quæstores seu collectores propria in persona quicquam proponere populo permittantur, sed per Plebanos, seu Rectores Ecclesiarum promoveantur: hortantes propterea universos & singulos nostræ Salzburgens. provinciæ laicos, ne questores & collectores hujusmodi in Eleemosinis colligendis quoquo modo perturbent, aut impedire præsumant. Præcipimus insuper, & mandamus omnibus Prælatis, Rectoribus, & vicariis Ecclesiarum sub excommunicationis pœna, quod omnes falsos questores, qui non exhibent per omnia sanas literas detineant captivos, ipsosque Nobis, aut loci ordinario, seu Vicariis nostris transmittant, seu denuntient, quantocius poterint, pro demeritis puniendos taliter quod exemplis eorum cæteri similia facere pertimescant.

XII.

Ne mendicantes sine testimonio litterarum suorum superiorum, & Episcopi admittantur.

Volumus, statuimus, & mandamus, quod Rectores Ecclesiarum nostræ Salzeburgensis provinciæ, fratres mendicantes nequaquam invitent, vel admittant; nisi de proponendo verbum Dei, & audiendis confessionibus a suis superioribus licentiam, & ab ordinario authoritatem canonicæ præsentationis, examinationis, & admissionis litteris authenticis, & patentibus habeant. Volumus quoque Rectores laicis sub excommunicationis pœna inhibere. ne alios fratres mendicantes, quam taliter præsentatos, & admissos, in confessionibus adeant. Ipsi etiam fratres in decedentium sive recedentium talium præsentatorum & admissorum locum nullum surrogare, aut substituere quoquomodo debeant, nisi prius sit ordinario præsentatus & per eumdem ut præfertur, admissus. Insuper volumus & sub excommunicationis pœna mandamus, ne quivis, administrationem & curam animarum exercens, religiosos quoscumque etiamsi litteras suorum superiorum ut extra monasteria sua morari valeant, eisdem ostendant, admittant.

XIII.

De bonis fabricæ Ecclesiæ & ratione de eisdem reddenda.

Statuimus, & hoc sacro approbante Concilio irrefragabiliter diffinimus, quod in qualibet parochia Plebanus, assumptis sibi vitricis Ecclesiæ, & duobus honestioribus ex parochianis suis, quos communitas ibidem ad hoc duxerit eligendos, quorum vitricorum quilibet habeat clavem unam, & ipse tertiam, omnia, quæ devotione fidelium ad fabricam Ecclesiæ, luminaria, vel ad alias utilitates fuerint deputata, diligenter colligat, & conservet, & his usibus impendat, ad quos sunt deputata. Volumus etiam, quod nec vitrici, ne

Anno 1490. tales ſibi adjuncti, nec alii procuratores Eccleſiarum qualeſcumque, de rebus Eccleſiæ præter ſcitum plebani quicquam diſponant. Ut autem res ipſa ſuſpicione careat, & non detur occaſio ſubtrahendi res Eccleſiarum, volumus & ſub excommunicationis pœna præcipimus, quod plebanus, vitrici, & aſſumpti ſibi ad hoc officium, ſeu miniſterium exequendum, loci Archidiacono, aut Decano ſeu communitati ejusdem parochiæ ſemel in anno plenam teneantur facere rationem: quam & quas hujusmodi rationes ſub pœna eadem tam ſollicite, quam attente, ſub bonis teſtimoniis exigere volumus, & recipere, atque authoritate ordinaria, ſub memorata pœna, inhibere plebanis, vitricis, & Eccleſiarum procuratoribus, ne res Eccleſiarum quovis quæſito colore mutuent, ſeu locent.

XIV.

Ne vacantes Eccleſiæ ſpolientur, & quod ablata eisdem reſtituantur.

Statuimus, ut nullus Eccleſiaſticus, vel ſæcularis, cujuscumque ſtatus vel conditionis fuerit, Eccleſiarum vacantium, aut clericorum decedentium bona rapiat, diſſipet, aut invadat, quocumque quæſito colore: contrafacientes, decedens Eccleſiaſtica careat ſepultura, vivens autem cum tota familia ſua ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donec ablata reſtituerit univerſa: creſcente vero temeritate & contumacia eorumdem, majori & arctiori pœna conſtringantur.

Item ſimili pœna carentiæ ſepulturæ decedentium, & ingreſſus Eccleſiæ vivorum, prohibemus laicis, ne de ſepulturis dandis ſe intromittant, nec campanas, aut alia ad Divinum cultum deputata contra voluntatem plebanorum quocumque modo præſertim ad profana & religioni Eccleſiæ adverſa, contrectent, aut per manſionarios Eccleſiarum pertractari mandent authorizabiliter contra ſacros Canones: nec in Eccleſia & rebus earumdem quicquam ſtatuant, aut quæcumque ordinare præſumant.

XV.

Ne clerici exactiones perſolvant.

Quamvis res Eccleſiaſticæ non ad alium, quam pium uſum, in quem ordinata ſunt, expendi debeant, ſalva Sedis Apoſtolicæ authoritate; quidam tamen Prælati, & alii clerici, plus timentes terrenam, quam Divinam offendere Majeſtatem, non verentur laicis Eccleſias, quantum in eis eſt, facere tributarias: & infra ſub excommunicationis pœna inhibemus univerſis Prælatis, & clericis noſtræ Salzburg. provinciæ, ne tallias, ſteuras, ſeu quasvis alias exactiones, laicis ſolvere præſumant, non habita ſuper hoc licentia ſuperiorum ſpeciali & expreſſa.

Item inhibemus omnibus clericis ejusdem noſtræ provinciæ ſub pœna jam dicta, ne aliquis eorum Decano, vel Archidiacono, ſine mandato ſui ordinarii ſeu ejus Vicarii, collectam aut exactionem ſolvere præſumat.

XVI.

De Patronis & Advocatis Eccleſiarum.

Quamvis Patroni & Advocati ſunt in ſubſidium Eccleſiarum admiſſi; ſæpe tamen hoc tendit ad noxam & oppreſſionem, ut inde ſentiant detrimentum, quod ad defenſionem noſcitur inſtitutum: & infra conſtitutione præſenti ſancimus, & volumus, quod tam Patroni quam Advocati Eccleſiarum cujuscumque præeminentiæ, aut ſtatus fuerint, gratia præmiſſa, aut antiquis juribus ipſis, & eorum pro-

progenitoribus in institutione prima, seu, cum ipsi ad advocatias a principio per eos, ad quos pertinuit, suscipiebantur, deputatis, penitus & omnino stent contenti, & pro posse suo statum, honorem, & res Ecclesiarum requisiti fideliter tueantur & defendant. *Anno 1490.*

Item si Patronus plures filios, aut hæredes reliquerit, omnes illi succedant in stirpem, & in locum defuncti, & nihil plus exigant, extorqueant, vel recipiant, quam ei debebatur, in cujus locum & jus successerunt, & nihilominus, sicut defunctus, Ecclesiam defendere teneantur. Si quis vero in extorsione, aut receptione juris Advocatiæ modum excesserit memoratum occasione juris Patronatus; jure suo privetur, & nihilominus sicut raptor, & spoliator Ecclesiæ puniatur.

XVII.

Contra violatores Ecclesiasticarum Personarum.

Volumus & mandamus, statutum Divinæ memoriæ Guidonis, Legati de latere per provinciam nostram Salzburgens. publicari, quo cavetur, quod quicumque personam Ecclesiasticam vulneraverit, captivaverit, vel occiderit; ipso facto ea, quæ ab Ecclesia nomine feudi jure censuali, aut in Emphiteusim aut alias quocumque nomine tenuit, perdat penitus, & amittat, in utilitatem Ecclesiæ convertenda.

Adjicimus quoque, quod in illa parochia, in qua canonicum Ecclesiæ Cathedralis capi contigerit, vel detineri, vel alium in dignitate vel personatu, seu clericatu constitutum; donec liberetur, & absolvatur, cessetur generaliter a Divinis, salva satisfactione eidem debita impendenda.

XVIII.

Ne clerici citentur ad judicium forense.

Qui privilegium fori Ecclesiæ est immediate a jure Divino, contra quod nec consensus, nec tolerantia excusare potest; animarum periculis providere volentes, statuimus, & universis Christi fidelibus per provinciam nostram Salzburgensem ubilibet constitutis, districte præcipiendo mandamus, ne quemquam clericum, aut personam Ecclesiasticam, Capitulum aut Collegium quodcumque ad judicium forense trahant: judicibus quoque forensibus, ne quemquam eorumdem coram se experiri cogant: alioquin tam actor, quam judex, sententiam excommunicationis ipso facto incurrant: in quo ipsos & eorum quemlibet, per ipsorum Plebanos, dum in scriptis legitime requisiti fuerint, sub eadem excommunicationis pœna volumus illico excommunicatos publice denuntiari, nunquam ad absolutionis beneficium admittendos, donec parti læsæ super expensis & injuriis, taliter irrogatis, caveant, vel satisfaciant competenter, secundum æstimationem, & declarationem legitimas coram ordinario, aut ejus Vicario, rite faciendas: salvis nihilominus aliis pœnarum constitutionibus a jure communi, & per Sedem Apostolicam ac in Concilio provinciali promulgatis.

XIX.

Ne clerici citent laicos causa non expressa.

Ne qnisquam laicus vexetur per inanem citationem laboribus & expensis; statuimus, præcipimus & mandamus nniversis judicibus Ecclesiasticis per provinciam nostram Salzburgensem ubilibet constitutis, ne laicos quoslibet ad audientiam sui citent vel evocent, cau-

fa

Anno 1290. ſa vocationis nominatim non expreſſa, & quæ talis ſit, quæ de jure vel conſuetudine ad forum pertineat Eccleſiaſticum, ne citatum ſuper aliis cauſis, quam in citatorio expreſſis, reſpondere compellant.

XX.

Ne judices Eccleſiaſtici noſtræ provinciæ excommunicent ſine ſcriptis.

Præcipimus, ac in virtute ſanctæ obedientiæ inhibemus omnibus per provinciam Salzeburgenſem Jurisdictionem præſident. ne quemquam clericum vel laicum pro culpa vel contumacia excommunicent ſine ſcriptis, & monitione canonica non præmiſſa.

XXI.

Ut de cauſis matrimonialibus nemo, quam judex Eccleſiaſticus diffiniat.

Inhibemus, & ſub pœna excommunicationis interdicimus omnibus Chriſti fidelibus, clericis & laicis per provinciam noſtram Salzeburgenſ. ubilibet conſtitutis, ut nullus ipſorum contra dictum Salvatoris, & ſacros canones de cauſis matrimonialibus cognoſcere, concordare, ſeu diffinire qualitercumque præſumat, absque licentia ordinarii, ſeu ejus vicarii, vel officialis juſſu, & mandato ſpeciali.

XXII.

Contra clandeſtinas deſponſationes.

Statuimus, & præcipimus univerſis Chriſti fidelibus, per provinciam noſtram Salzeburgenſem conſtitutis, ne quisquam eorum clandeſtinis deſponſationibus, aut occultis matrimoniis interſit. præcipimus inſuper in virtute ſanctæ obedientiæ univerſis Eccleſiarum Plebanis, quod poſtquam ipſis conſtiterit pro certo, vel probabili fama, aliquos clandeſtine contraxiſſe; ipſos ſtatim ad publicandum in facie Eccleſiæ, aut jura ſua perſequendum, coram Eccleſiaſtico judice per ſubtractionem Sacramentorum, extra tamen neceſſitatis articulum, cogere non poſtponant.

XXIII.

Ut mandata judicum exequantur.

Quoniam fruſtra forent judiciorum ſtrepitus, & diffinitiones, ſi non fierent eorumdem executiones; ſtatuimus, & ſub excommunicationis pœna mandamus omnibus & ſingulis, per provinciam noſtram Salzeburgenſem conſtitutis, quod tam noſtra quam aliorum noſtrorum judicum juſſa, præcepta, citationes, mandata, ſententias & proceſſus cujuscumque continentiæ, aut tenoris fuerint, ſibi deſtinata devote recipiant, & fideliter exequantur: Nuntios eorumdem benevole acceptent, ad vindictam vel offenſionem nullatenus procedant, & per proprium ſigillum, ſi habuerint, in ſignum executionis celebratæ, vel cum ſubſcriptione manus propriæ muniant & conſignent. Si quis autem contemptor vel neglector fuerit præmiſſorum; ad præfatam pœnam nihilominus parti læſæ teneatur ad reſarciendum expenſas, damna, pariter & intereſſe, præmiſſa ordinarii taxatione, vel judicum eorumdem, a quibus prædicta mandata emanarunt, & hoc, quantum fuerit, in litem juratum.

XXIV.

De Interdicto obſervando.

Quoniam juris apices non omnibus innoteſcunt; ad uberiorem Sacerdotum inſtructionem & ſalubrem informationem, qualiter Sacerdo-

cerdotes interdicti tempore se gerere debeant & habere, præsenti declaramus statuto, quod interdicti tempore tam ab homine quam a jure prolati, tam sani, quam infirmi sunt ad remedium pœnitentiæ admittendi, nisi fuerint interdicti, vel excommunicati, vel quorum dolo, culpa, consilio, favore aut auxilio latum extitit interdictum: quibus tantum viaticum & baptisma parvulorum concedantur: nullus inungatur, vel tradatur Ecclesiasticæ sepulturæ, præter clericos, qui servaverint interdictum, nisi tales sint, qui nominatim excommunicati, vel suspensi fuerint. Qui vero clerici non fuerint hujusmodi sententiis innodati, sine pulsatione campanarum, cessantibus quibuslibet solemnitatibus cum silentio tumulentur. Insuper, Sacerdotes, populum habentes sine scrupulo conscientiæ, semel in hebdomada viros & mulieres possunt ad Ecclesias convocare, nec non ipsis exponere verbum Dei. Mulieres post partum non intronizentur cum solemnitate Psalmi & orationum: nuptiæ sic non benedicantur: nec aqua benedicta populus solenniter aspergatur. Anno 1490.

Singulis diebus Missæ in Ecclesiis celebrentur, & alia quævis Divina officia, sicut prius, submissa tamen voce, januis clausis, omnino quibuslibet excommunicatis, & interdictis exclusis, ministris altaris duntaxat exceptis, & omnibus aliis, nisi super hoc privilegium exhibeant speciale. Campanis non pulsatis, bini vel insimul legere possunt, ita tamen quod foris, seu extra Ecclesiam nullatenus audiantur. In festivitatibus Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis a vesperis vigiliarum earumdem usque ad vesperam prædictorum dierum inclusive, campanæ pulsentur, aperiantur Ecclesiarum januæ, Divina quoque officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis, qui si causam dederint interdicto, altari nullatenus appropinquent. Nec in illis festivitatibus sepeliantur corpora mortuorum, neque vivis & sanis illis diebus Sacramentum Evchariftiæ ministretur. Præterea inhibemus, ne in Ecclesia non consecrata, vel a jure, aut ab homine interdicta vel execrata per humanum injuriosum sanguinem, aut semine polluta, nullatenus Divina celebrentur.

Item Decreta sacri generalis Basiliens. Concilii de interdictis non leviter pouendis, de excommunicatis certo modo non vitandis per provinciam nostram Salzeburgensem publicari cupientes, tenores eorumdem præsentibus nostris statuimus, & constitutionibus inserendos duximus, qui sequuntur per omnia in hunc modum:

Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione scandala multa consueverunt evenire, statuit hæc sancta Synodus, quod nulla civitas, oppidum, castrum, villa aut locus, Ecclesiastico supponi possunt interdicto, nisi ex causa, seu culpa ipsorum locorum, aut Dominii, seu Rectorum, vel officialium. Propter culpam autem seu causam alterius cujuscumque privatæ personæ, hujusmodi loca interdici nequaquam Authoritate possint quacumque ordinata, vel delegata, nisi talis persona prius fuerit excommunicata ac denuntiata, seu in Ecclesia publicata, ac Domini seu Rectores vel officiales ipsorum locorum authoritate judicis requisiti, hujusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non ejecerint, aut ad satisfactionem non compulerint: qua etiam post biduum ejecta, recedente vel satisfaciente, mox Divina resumi possint; quod etiam in causis pendentibus locum habeat.

XXV.

Anno 1490.

XXV.

De Excommunicatis certo modo non vitandis.

Ad vitanda scandala, ac multa pericula, subveniendumque conscientiis timoratis, statuit, quod nemo deinceps a communione alicujus in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscumque Divinis, vel extra, prætextu cujuscumque sententiæ, aut censuræ Ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel a jure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum observare, nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura hujusmodi fuerint in vel contra personam, Collegium, aut universitatem, Ecclesiam, vel locum certum a judice publicata vel denuntiata specialiter, & expresse: aut si aliquem ita notorie excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo juris suffragio excusari. Nam a communione illius abstineri vult juxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen hujusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo revelare, nec eis quomodolibet suffragari.

XXVI.

Ut Decimæ cum integritate persolvantur.

Multi sæcularium interdum in detestationem cleri temeritate propria decimas, quas omnium Dominus solvi præcepit, subtrahere non verentur in animarum grande periculum. Cunctis propterea prædicatoribus & confessoribus, Religiosis, & sæcularibus præcipimus, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus in prædicationibus, & confessionibus subditos suos studiosius moneant: & indicent, quod memores salutis animarum, decimas ipsas omnium terræ nascentium sine diminutione, integre, personales vero secundum laudabilem consuetudinem persolvant, si pœnas damnationis æternæ voluerint evitare.

XXVII.

De judicio leprosorum.

Licet illorum, qui occulto Dei judicio afferuntur lepræ morbo percussi, separatio a communione hominum, majoribus gradibus Ecclesiæ duntaxat, secundum expertorum Medicorum examen, sit credita; frequenti tamen quærulantium assertione percipimus, plures innocenter separatos, alios separandos, toleratos. Præsenti statuto sub excommunicationis pœna inhibemus, quod nullus deinceps clericus vel laicus Salzburgens. provinciæ quocumqne modo vel forma, quemquam hominem sua temeritate audeat judicare leprosum, vel ab hominum separare communione. Sed universis & singulis sub præfata provincia nostra degentibus, districte præcipimus, quod suborta fama contra quemquam, quod lepræ morbo percussus sit, talem loci ordinarii transmittat audientiæ, tamquam ad Sacerdotem leviticum, per ipsum amplius examini Medicorum subjiciendum pro experimento, an rumori veritas suffragetur: hoc tamen, nisi sit casus adeo indubitatus, quod tergiversatione nequeat occultari, puta cum infirmus aperte profitetur, se manum Domini tetigisse.

XXVIII.

Anno 1490.

XXVIII.

De observantia regulari.

Quia religiosos, qui per religionem sponte assumptam Deo dicati sint, purioris decet honestatis & vitæ nitore clarere, ut Deo salubrius possunt famulari; quapropter præsenti constitutione irrefragibiliter duximus statuendum, ut universi Abbates, Præpositi, Priores, Decani, cæterique monasteriorum professi in nostra Salzeburg. provincia constituti, monastica regulari vivant disciplina regulamque eis a sanctis Patribus institutam, secundum quod sacrorum Statuta canonum edocent, præsertim tria ordinis substantialia, videlicet abdicationem proprietatis, obedientiam, & continentiam, cæremonialiaque religionis secundum sanctam regulam & diffinitionem sanctorum Patrum, diligentius studeant in omnibus observare. Si quis autem prædictorum suæ salutis immemor præmissorum extiterit violator, seu neglector secundum eamdem regulam & diffinitionem Patrum, pœna condigna puniatur.

XXIX.

De Monialibus Deo devotis.

Quoniam nedum in viris sed etiam in mulieribus Deo devotis vigere debet religio sancta, & vita monastica secundum regulam suæ professionis, & Sanctorum Patrum diffinitiones: imo tanto cautius tenentur Prælati & alii eis præfecti, vigilare, quanto fragilioris sexus esse noscuntur. Statuimus, volumus & mandamus quod omnes Prælati quorumcumque ordinum mendicantium, & non mendicantium, ac alii quicumque monachi & non monachi, nostræ provinciæ Salzburg. quibus cura Deo devotarum mulierum est commissa, easdem paterne, pie & solerter secundum suam regulam & Patrum diffinitiones ad observantiam regulæ & monasticæ vitæ inducant, informent, & compellant juxta officii debitum. Diligenter etiam vigilent, ne in receptione ipsarum ad religionem quicquam per Simoniam exigatur. Negligentes & non reformantes cujuscumque religionis fuerint, maxime de ordine Sancti Francisci, qui triplicem modum sancte vivendi declaraverint, districta animadversione per ordinarium puniantur. Insuper constitutionem Bonifacii Papæ octavi, super clausula monialium editam, quæ incipit: *Periculoso*, cum effectu executioni demandari volumus & mandamus.

XXX.

Contra inventores sectarum.

Quia nonnumquam sub specie religionis surgunt sectæ, nec non conventiones pestiferæ, juribus inimicæ; præcipimus & mandamus cunctis Ecclesiarum Rectoribus dictæ nostræ provinciæ, quod omnes viros & mulieres infra terminos suarum parochiarum degentes, sub specie religionum non approbatarum & communium, in vita accepta a communi vita populorum discrepantes, requirant, quod infra mensem a sua requisitione ipsos informent, cujus religionis sint, & suæ vitæ status approbationem: quod si non fecerint, ipsos teneant in omni obedientia parochiali, sicut alios parochianos, & ordinariis eosdem nihilominus denuntiare non omittant.

Anno 1490.

XXXI.

De rebus Ecclesiarum non alienandis.

Quia non omnibus liquent Canones contra alienationem rerum monasteriorum, jurium prohibitiones publicandum, omnino inhibemus omnibus Abbatibus, Prioribus, Præpositis, ac aliis Prælatis, tam sæcularibus, quam regularibus, sub pœna privationis administrationis ipsorum, ne de rebus Ecclesiarum suarum, vel monasteriorum suorum, alienationes, sine licentia petita, & obtenta faciant perpetuas, quocumque titulo, gratuito vel oneroso. Nec etiam res temporales insignes, aut notabiles præter juris formam & licentiam secundum eamdem obtentam quomodocumque alienare præsumant.

XXXII.

De Baptismo.

Baptismus cum summa reverentia celebretur, maxime in distinctione & prolatione verborum, in quibus Sacramenti virtus existit, his scilicet verbis: ego baptizo te in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Doceant igitur Sacerdotes tam mares, quam fœminas in necessitate debere parvulos baptizare eadem forma in suo idiomate: & quod patres & matres proprios infantes, si summa necessitas exigit, poterunt baptizare. Et si Sacerdotes, super hoc diligenter inquirentes, debitam formam in baptismo invenerint; quod factum est, approbent, supplentes circa baptizatum quoad unctionem olei in pectore, & in scapulis, & chrismatis in vertice, quod a laicis est omissum: si autem in baptizato debitam formam non invenerint observatam, non differant pueros baptizare.

XXXIII.

De Evcharistiæ & aliorum Sacramentorum Ecclesiæ custodia.

Item præcipiendo mandamus, ut secundum constitutionem Lateranensis Concilii Evcharistia, chrisma, & oleum sanctum, sub fideli custodia, & reverentia debita clavibus adhibitis conserventur, ne possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, & nefanda exercenda. Si vero is, ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit, ultra juris communis pœnam in libra ceræ, eidem Ecclesiæ solvenda, & applicanda puniatur. Et si per ejus pigritiam aliquid nefandum inde contigerit; graviori subjaceat ultioni, juxta nostram aut superioris sui ordinationem & delicti quantitatem. Sacramentum etiam Evcharistiæ singulis mensibus ad minus semel renovari præcipimus, aut pluries, secundum locorum exigentiam & opportunitatem. In plerisque etiam Ecclesiis mappæ, pallæ, corporalia, & alia vestimenta, Divino cultui deputata, tam inculta, quam immunda relinquuntur, quod interdum quibusdam sunt horrori, contra statutum Concilii generalis. Universis custodibus, sacristis, & Ecclesiarum Rectoribus districte præcipimus, quatenus omnia vestimenta & ornamenta, ac vasa supradicta per ipsos munda & nitida conserventur, corporaliaque pluries infra annum juxta casus exigentiam per clericos mundentur. Si quis vero in transgressione hujusmodi statuti culpabilis fuerit, usque ad condignam satisfactionem ab officio suspendatur.

Ex Eusebii Papæ Epistola LI.

Constituimus, ut sacrificium altaris non in serico panno, aut intincto, quisquam celebrare præsumat; sed in puro lintheo, ab Episcopo

fcopo confecrato, terreno fcilicet lino procreato, atque contexto, *Anno 1490.*
ficut corpus Domini noftri Jefu Chrifti in findone linea, munda, fepultum fuit. volumus etiam, & in virtute fanctæ obedientiæ mandamus, ut nullus Divina Miffarum folemnia fine luminibus celebrare præfumat, nec hoftiam ante confecrationem, in altum quoquomodo elevare, ne adorando hoftiam non confecratam, populum Idololatriam committere contingat.

Item ftatutum Concilii provincialis Salzeburg. per Prædeceffores noftros editum, præfentibus noftris ftatutis duximus inferendum, cujus tenor fequitur in hæc verba: Item ftatuimus, quod fi aliquis clericus vel laicus utriusque fexus, cujuscumque dignitatis, religionis, vel ftatus exiftat, aufus fit præfumptione damnabili publice prædicare, aut occulte docere, credere vel tenere, quod Sacerdos in mortali exiftens non poffit conficere corpus Chrifti: feu fic legatus, non poffit folvere vel ligare fuos fubditos a peccatis, pro hæretico & incredulo habeatur. Quem errorem hujus facri Concilii approbatione damnamus, anathematizamus, & penitus reprobamus, cum facræ Scripturæ dicat authoritas, quod five bonus five malus fuerit minifter, per utrumque Deus effectum gratiæ confert. Non enim quæ fancta funt, coinquinari poffunt, nec ipfa Sacramenta propter hominum malitiam profanari. Unde Sacerdos, quantumcumque pollutus exiftat, Divina non poteft polluere Sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiftant. Licite ergo a quocumque Sacerdote ab Ecclefia tolerato Divina myfteria audiantur, & alia recipiantur Ecclefiaftica Sacramenta. Damnatione fimili reprobamus quorumdam opinionem erroneam, afferentem, Epifcopum Presbyterum feu Sacerdotem curatum, non poffe folvere Presbyteros fornicarios a fornicationis reatu, propter votum caftitatis: inhibentes, ne quisquam de cætero prædictam opinionem fub pœnis prædictis docere, tenere, aut dogmatizare quoquomodo præfumat publice aut occulte. Adjicimus quoque, ut nullus in provincia noftra ad prædicandum five annuntiandum verbum Dei admittatur, nifi miffus fit, & de miffione fua conftiterit fufficienter.

XXXIV.

Quomodo Divinum officium in Ecclefia fit celebrandum.

Item volumus, quod Divinus cultus rite & laudabiliter per omnia peragatur, prout facrofancta Synodus Bafilienf. in Seffione vigefima prima falubriter ftatuit in hunc, qui fequitur, modum: Si quis Principem fæculi rogaturus, habitu honefto, geftu decenti, prolatione non præcipiti, fed diftincta, attenta quoque mente feipfum, ac verba ftudet componere; quanto diligentius facro loco omnipotentem oraturus Deum hæc omnia facere curabit? Statuit igitur hæc fancta Synodus, ut in cunctis cathedralibus ac collegiatis Ecclefiis, horis debitis, fignis debitis, congrua pulfatione præmiffa, laudes Divinæ per fingulas horas non curfim ac feftinanter, fed affatim & tractim & cum paufa decenti, præfertim in medio cujuslibet verficuli pfalmorum debite faciendo inter folemne & feriale officium differentiam, reverenter ab omnibus perfolvantur. Horas canonicas dicturi cum tunica talari ac fuperpelliciis mundis ultra medias tybias ingrediantur, non capucia, fed almucias, vel pireta tenentes in capite. Qui cum in choro fuerint, gravitatem fervent, quam & locus & officium exigunt, non infimul, aut cum aliis confabulantes, feu colloquentes, aut litteras feu fcripturas alias legentes. Et cum pfallendi gratia ibidem conveniant, muta ac claufa la-

Anno 1490. bia tenere non debent, sed omnes, præsertim qui majori funguntur honore, in psalmis, hymnis, & canticis Deo alacriter modulentur: cum dicitur: gloria Patri, & Filio & Spiritui sancto, omnes consurgant. Cum nominatur gloriosum illud nomen Jesus, in quo omne genu flectitur cœlestium, terrestrium & infernorum, omnes caput inclinent. Nemo ibidem, dum horæ in communi publice cantantur, legat vel dicat privatim officium: nam non solum obsequium, quo obnoxius est, choro subtrahit, sed alios psallentes perturbat. Super his debite observandis, aliisque ad Divini officii prosecutionem, ac chori disciplinam spectantibus, Decanus, vel cui onus incumbit, diligenter invigilet, hinc inde, ne quid inordinate fiat, circumspiciens. Horum autem transgressores illius horæ, in qua circa prædicta excesserint, vel alii majori, prout transgressionis gravitas exigit, plectentur pœna.

XXXV.

Quo tempore in choro quisque debeat esse.

Qui in Matutinis ante finem psalmi: *venite exultemus:* in aliis horis ante finem primi psalmi: in Missa ante ultimum Kyrie eleison, usque in finem Divino officio non interfuerit, nisi forte necessitate cogente ac petita & obtenta a præsidente chori licentia, discedere oporteat, pro illa hora absens censeatur, salvis Ecclesiarum consuetudinibus, si quæ forte circa hoc artiones existant. Idem in his observetur, qui a principio usque ad finem in processionibus non permanserint: pro cujus executione deputetur aliquis, onus habens notandi personas singulas, statuto tempore non convenientes, juramento adstrictus, fideliter agere & nulli parcere.

Jubet etiam hæc sancta Synodus, quod in illis Ecclesiis, in quibus singulis horis certæ distributiones statutæ non sunt, omnino etiam de grossis fructibus, si opus sit, deputentur, ac juxta mensuram laboris plus, minusve capiat emolumenti, tollens prorsus abusum illum, quo in una duntaxat hora præsens totius diei distributionem usurpat, & illum, quo Præpositi, vel Decani, aut alii officiales ex hoc solum, quod officiales sunt, licet actualiter pro utilitate Ecclesiæ non absint; quotidianas distributiones percipiunt.

XXXVI.

Qualiter horæ canonicæ extra chorum dicendæ sunt.

Quoscumque etiam alibi beneficiatos, seu in sacris constitutos, cum ad horas canonicas teneantur, admonet hæc sancta Synodus, si orationes suas Deo acceptas fore cupiunt, ut non in gutture vel inter dentes seu deglutiendo seu sincopando dictiones, nec colloquia vel risus intermiscendo; sed sive soli, sive associati, Divinum diurnum, nocturnumque officium, reverenter verbis distinctis peragant, ac tali in loco, ut a devotione non retrahantur, ad quam se disponere & præparare debent, juxta id, quod scriptum est: ante orationem præparare animam tuam, ne sis, quasi qui temptat Deum.

XXXVII.

De his, qui tempore Divinorum vagantur per Ecclesiam.

Quicumque in Ecclesia beneficiatus, præsertim de majoribus, Divinorum tempore per Ecclesiam, vel foris circa ipsam deambulando, aut cum aliis colloquendo, vagari visus fuerit, non solum illius horæ, sed totius diei præsentiam ipso facto amittat. Qui si semel correctus

rectus non destiterit; per mensem distributionibus careat vel gravio- *Anno 1490.* ri, si pertinacia id exegerit, pœnæ subjaceat, ita ut tandem desistere cogatur. Prohibeatur etiam, ne Divina officia tumultuose quorumcumque per Ecclesiam discursus impediant, aut perturbent regulares. Qui in conventualibus Ecclesiis circa prædicta excesserint, gravi pœna superioris arbitrio castigentur.

XXXVIII.

De tabula pendente in choro.

Ut cuncta in domo Dei ordinate procedant, & quilibet sciat, quod sibi agendum immineat, statuatur tabella aliqua continue pendens in choro, in qua scriptum sit, quid per unumquemque ex canonicis, vel aliis beneficiatis, in singulis horis per hebdomadam aut majus tempus legendum, cantandumve sit. Qui autem secundum quod ibi descriptus fuerit, facere per se vel alium neglexerit; pro qualibet hora distributiones unius diei amittat.

Prædecessorum nostrorum ducti vestigiis, statuimus, inhibentes hujus sacri approbatione Concilii; ut nullus Sacerdotum novitiorum illa die, qua primam Missam celebrare voluerit, in exordio publicationis sanctissimi sui officii oblaturus Deo primitias, gratiæ ac salutis sibi collatæ, aliquos ad convivium invitare, aut invitatos habere, aut procurare per se, vel per alium præsumat ullo modo; sed ad solum Deum, cujus militiæ est adscriptus, dirigat aciem sui cordis, maxime die illa devotus, curis & sollicitudinibus temporalium, quibus mentes hominum distrahuntur, exutus, remotis vanitatibus, histrionum cursibus, tumultibus, & insolentiis reproborum, qui etiam sæpe veniunt, non vocati.

Item volumus & mandamus, in futurum abusum, quo nonnulli presbyteri suos subditos sibi confitentes, etiam in casibus, in quibus non habent potestatem absolvendi, absolutione non obtenta ad communionem admittunt, & post communionem pro absolutione transmittunt, penitus aboleri; & nullum Christi fidelem sine absolutione in forma Ecclesiæ solita, & consueta, admitti.

XXXIX.

De clandestina desponsatione, & publicandis nuptiis.

Quia experientia rerum omnium magistra didicimus, ex eo, quod Decretum Concilii generalis, de clandestina desponsatione in nonnullis Diœcesibus provinciæ nostræ per abusum in oblivionem venit, & observatum non existit, plures in gradibus consanguinitatis, & affinitatis, lege Divina & canonica prohibitis, ac cognatione spirituali conjuncti, matrimonia, verius contubernia, contrahere non sunt veriti in suarum animarum periculum, ac scandalum plurimorum. Nos ex Pastoralis officii debito animarum saluti, quantum in nobis est, prospicere cupientes, sacra Synodo approbante, statuimus & ordinamus, ut de cætero nulli Sacerdotes clandestinis matrimoniis intersint, sed contrahere volentes publice in Ecclesiis, coram plebis suæ multitudine solemniter copulent, ita tamen, quod ante copulationem hujusmodi ad minus una die Dominica vel festiva, de ambone suarum Ecclesiarum infra missarum solemnia personas contrahere volentes nominent, & adhortentur omnes, ut si aliquis sit, qui inter eos, qui matrimonium contrahere proponunt, impedimentum sciat, quod vel contrahendum impediat, vel etiam dirimat matrimonium jam contractum, publicent,

Anno 1490. vel denuntient: & post publicationem in ambone ut præmittitur, factam, per triduum exspectent, an forsan aliquis comparuerit, qui impedimentum legitimum allegaverit. Et si talis legitimus accusator vel denuntiator veniat, curatus caveat, ne partes copulet, priusquam de allegato impedimento cognitum fuerit: quod si secus factum fuerit, condigna pœna se puniendum sciat. Verum, si nullus contradictor apparuerit, post lapsum dicti termini curatus per se, aut suum substitutum, partes ipsas libere conjungat, si aliud canonicum impedimentum illis non obsistat.

XL.

De curatis, gravantibus subditos in exactione jurium parochialium.

Item, quia quidam nomine solo, & non re Sacerdotes curati, & illorum vicarii plus lucris temporalibus, quam animarum saluti intendentes, magisque sua, quam quæ Dei sunt, quærentes, sibi subjectos in remediis & aliis parochialibus juribus gravant, de sepultura & aliis spiritualibus paciscuntur, ac statui suorum in Divinis cooperatorum detrahentes, illos certo pretio minus debito conveniunt, propter quod etiam presbyteros indoctos, & minus habiles recipere coguntur, & recipiunt. Nos huic vitio pestifero succurrere cupientes, sacro provinciali approbante concilio statuimus, volumus & ordinamus, ut præfati curati, eorumque vicecurati a prædictis in futurum desistant realiter & cum effectu, ac ipsi parochialibus juribus secundum antiquam & laudabilem Ecclesiæ consuetudinem sint contenti, ac suis in Divinis cooperatoribus debita & consueta salaria solvant, ac tales in cooperatores recipiant, de quorum vita & moribus valeant & possint respondere, certificantes eos, qui in præmissis culpabiles reperti fuerint, quod canonicam ultionem, & condignam pœnam non evadant.

XLI.

De remittendis ad authoritatem Episcopi, & ad Carrenas.

Avisati sint singuli curati, ut vigore quarumcumque litterarum confessionalium personis privatis concessarum, a Nobis vel ordinario loci emanatarum, non absolvant aliquos in publicis & notoriis criminibus constitutos, sed eosdem cum litteris suis clausis ad Nos, & loci ordinarios, seu Vicarios & officiales nostros, publice in loco, ubi publice deliqnerunt, pro qualitate criminum puniendos transmittant seriem & qualitatem hujusmodi notorii criminis in se continentibus. Præterea iidem curati cauti sint, ne occulta crimina in hujusmodi suis litteris scribant, ne aliquo modo contingat sigillum confessionis aperiri. Præterea omnes notorie criminosos, quorum excessus totam parochiam scandalizat, & qui alias publicas pœnitentias egerunt, nihilominus tamquam canes redierunt ad vomitum, & peccata priora, si non sunt personæ nobiles, aut mulieres, ad solemnem pœnitentiam peragendam (quam vulgus Carrenam appellat) mittantur.

XLII.

De novis Ecclesiis erigendis.

Hoc præsentis Concilii consensu declaramus, ut juxta canonicas sanctiones nullus in parochia sua erigat, vel erigere patiatur novas Ecclesias, vel in campis statuas cum truncis, ad quas pecuniæ reponantur; nisi Episcopus vel alius de licentia sua, primum lapidem ponat: cum populus novitate gaudeat & matrices Ecclesiæ debitis frau-

fraudentur honoribus, & sæpenumero falsa pro veris in his locis publicari dicantur. volentes & mandantes, ut Archidiaconi vel Decani rurales ad Nos vel vicarium nostrum, vel alios Superiores suos deferant, ut similia attemptantur, & cum causæ cognitione, quod justum est, decernemus. *Anno 1490.*

Non tamen per hoc volumus prohibere, quin statuæ vel ex lapide, vel ex ligno in laudem Salvatoris, & Sanctorum ejus erigi possunt: ita tamen, quod illa fiant juxta communem consuetudinem Patriæ, absque ligneis capellis, vel asserum conglutinatione ad instar Capellarum.

Volumus etiam ut Archidiaconi & Decani rurales attenti sint ad informandum Sacerdotes parochiales, & eorum cooperatores formas Sacramentorum juxta libros, obsequiales appellatos, de proximo imprimendos, ita ut officium suum laudabiliter exercere possint.

XLIII.

Ut spirituales citati ad judicium sæculare, non compareant.

Item volumus & ordinamus, ac hoc sacro approbante Concilio provinciali districte in virtute sanctæ obedientiæ mandamus omnibus & singulis Abbatibus, Præpositis, Archi-Diaconis, Decanis, Capitulis & presbyteris, & clericis per provinciam nostram Salzeburgensem ubilibet constitutis, ut vocati ad judicium sæculare in causis criminalibus, aut civilibus, ad judicium sæculare non spectantibus, non compareant, nisi prius se judici suo spirituali, illius causæ ordinario, repræsentent Consilium & auxilium illius imploraturi: contra rebelles ad pœnas juris procedetur justitia mediante. Item ordinamus, ut in causis decimarum, matrimonialium, & aliis de jure vel consuetudine ad forum Ecclesiæ spectantibus, nullus trahatur vel respondeat in judicio sæculari: alioquin contra judicem trahentem, & reum respondentem procedatur, prout de jure per eum, ad quem jurisdictio causarum hujusmodi in provincia nostra Salzburgens. spectat & pertinet.

XLIV.

De Notariis publicis.

Placuit nostro sacro concilio, ut nullus se publicum Notarium asserens, ad officium tabellionatus exercendum aliquatenus admittatur, nisi per litteras testimoniales, nec credatur eis, nisi per ordinarium loci, vel ejus vicarium, seu officialem sint approbati & admissi, cum sæpe a Notariis ignotis, & imperitis gravia soleant provenire pericula.

XLV.

De Prælatis ordinis Sancti Benedicti.

Statuimus etiam Authoritate sacri Concilii provincialis, quod Abbates, Priores, & Prælati ordinis Sancti Benedicti, provinciæ nostræ Salzeburgensis capitula eorum, quæ multo nunc transacto tempore per eos non sunt habita, non absque Divini cultus diminutione, & monasteriorum ejusdem ordinis detrimento, quinta decima die Junii de anno Domini &c. nonagesimo primo, quæ est dies sancti viti, proxime futura, in civitate nostra Salzeburg. Capitulum celebrent, & postea simile proximis tribus annis, singulis annis in loco huic rei accommodo, pro augmento Divini cultus & bona reformatione totius ordinis teneant. Et postea de triennio in triennium

Anno 1490. nium juxta sacri Basiliens. Concilii dispositionem celebrare non omittant, ita tamen, quod in eisdem Capitulis nihil tractent, quod jurisdictionibus ordinariorum locorum quoquomodo præjudicare possit.

SEQUUNTUR VARIA ADJUNCTA EIDEM CONCILIO, JUSSU PATRUM.

I.

Innocentius Papa tertius in Concilio Generali.

De annua Confessione. „Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno, fideliter confiteatur suo proprio sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forsan de proprii sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum. Alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens christiana careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in Ecclesiis publicetur, ne quisquam ex ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit, justa de causa, sua peccata confiteri, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote; cum aliter ipse illum non possit solvere, vel ligare. Sacerdos autem sit discretus, & cautus, ut more periti Medici superfundat vinum, & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circumstantias & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere diversis experimentis utendo, ad sanandum ægrotum. Caveat autem omnino, ne verbo aut signo, aut quovis alio modo prodat aliquatenus peccatorem, sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione personæ, caute requirat. Quoniam, qui peccatum io pœnitentiali foro sibi detectum præsumpserit revelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam io artum monasterium detrudendum.“

Ain iglicher glaubiger mensch, so bald er in den Jaeen seiner Veenunfft kommen ist, soll allain alle seine sünde bevoran einmal im iahr seinem aigen Priester getreülichen peichten, und sich fleissigen, die Pueß ime aufgesezt mit aigen kreften zu vollbringen, und soll würdiglich empfahen zum mynsten zu osteren daß Heilig Sacrament des fronleichnams Jhesu Christi. Es sey dann das er nach rath seines aigen Priesters etlicher gnugsamee ursach halben ain zeit von empfahung desselben Sacraments sich enthalte, sunst soll ihm lebendig eingang der kirchen verbotten werden, und so ee stirbt, soll er christenlicher begrepnus mangelen, und beraupt sein. Demnach zimpt sich das Hailwietig geseze etwe offt in den kirchen zu ofembahren, das nymant aus unwissenheit ursach nemen mug sich desshalben auszueeden, und zu entschuldigen. Ob aber ymandt einen frembden Priester redlich ursach halb sein sund wolt Peichten, der soll vorhin von dem aigen Priester urlaub begehren, und erlangen, nachdem er in sunst nit mocht entlosen, und entbinden. Dee Priester soll auch beschaiden, und fursichtig sein, das ee als ein verstandig arzt ol und wein in die wunden des verserten krancken inglesse, und soll fleisig erfragen die umbstend des sünders und der sünde, daraus er weislich und gruntlich verstee, wie er ihm rath geben, und was er im arznei zufugen solle, domit er mancherlei ersoechung gebrauchen zu hailen den kranken. Doch soll er sich voe allen dingen hueten, das er mit worten, oder zaichen in kain weis mit nichte offenbar den sünder: dann ob er ains weisern eats bedorft, den soll er on alle vermeldung der Person fursichtiglich erfragen: wann wer die sünde, die im in der Peicht entdeckt und geoffendt sind, unterstund zu offenbaren, denselben erkennen wüe nicht allein von dem Priesterlichen ampt zu entsezen, sunder auch zu ewigee buß in ein Closter strengs ordens veestossen zu weeden.

II.

Adjunctum Concilii Salzburg.

Bulla de Conciliis celebrandis.

Sacrosancta Generalis Basiliens. Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata universalem Ecclesiam repræsentans, ad futuram rei memoriam.

„Pridem hæc sancta Synndus quoddam saluberrimum promolgavit Decretum, pro stabilitate & robore generalium Conciliorum, quorum frequens celebratio præcipua est agri Dominici cultura; verum cum ad eamdem culturam non dubium sit pertinere, Episcopales Synodos & concilia provincialia, proot veteres canones decreverunt, frequentare. Ideo eadem sancta Synodus antiqoos & laudabiles mores nostris cupiens temporibus observari, statuit, atque præcipit, Synodum Episcopalem in qualibet Diœcesi *De celebratione Synodorum.* post

post octavas Domioicæ Resurrectioois, vel alia die fecundum consuetudines Diœc. ad minus semel in anno, ubi non est consuetudo bis annuatim, celebrari per Diœcesanum in propria persona, nisi canonico impedimeoto fuerit impeditus, & tunc per vicarium, ad hoc idoneum, quæ Synodus saltem triduo vel biduo duret, vel prout necessarium Episcopo fuerit visum. Primo autem die convenientibus Diœcesano & omnibus aliis, qui in hujusmodi Synodo interesse tenentur, infra Missarum solemnia vel post, Diœcesanus vel alius ejus nomioe verbum Dei proponat, exhortando omnes ad bonos mores sectandum, abstinendum a vitiis, & ad ea, quæ pertinent ad Ecclesiasticam disciplinam, & officia singulorum & præsertim ut hi, quibus animarum cura commissa est, diebus Dominicis, & aliis solemnibus plebem subjectam doctrinis & monitis salutaribus instruant: postea legantur statuta provincialia & synodalia, & inter alia aliquis compendiolus tractatus, docens, quomodo Sacramenta ministrari debeant, & alia utilia pro instructione sacerdotum. Deinde ipse Diœcesanus de vita, & moribus subditorum solerter inquirat, labem simoniacæ pravitatis, contractus usurarios, concubinatum, fornicationem, & alia quævis crimina & excessus debita correctione cohibeat, alienationes rerum Ecclesiasticarum jure prohibitas revocet, abusus clericorum, & aliorum subjectorom, qui circa Divinum officiom delatione debiti habitus defecerint, in melius reformet & emendet. Et quoniam multa scandala sæpius contingunt ex eo, quod Constitutio Bonifacii Papæ VIII. quæ incipit: *Periculoso*, edita super Monialium clausura, non servatur, studeat ipse Diœcesanus, ut omnino juxta ipsius constitutionis tenorem executioni demandetur, nec non ut quicumque religiosi Diœcesano sobjecti regulas & constitutiones suarum religionum, præsertim ut ab eis omnis proprietas abdicetur, inviolabiliter observent, nec etiam in receptione ipsorum ad religionem quidquam per Simoniam exigatur. Præcipue autem in ipsa Syoodo Episcopi cura sit inquirere, ac debitis remediis occurrere, ne aliquod dogma hæreticum, erroneum, ac scandalosum, seu piarum aurium offensivum, sortilegia, Divinationes, incantationes, superstitiones, & quævis diabolica figmenta Diœcesim suam inficiant. Instituantur præterea testes synodales viri graves, providi & honesti, legis Dei zelum habentes, ubi alii ad hoc non sont instituti, qui si Diœcesano minus idonei videantur, eos amovendo, alios, prout videbitur expedire, instituat. Hi autem in manibus ipsius Diœcesani, vel sui vicarii jurare teneantur, ut tradit Canon XXXV. q. 12. Episcopos in Synodo: qui per anni circulum lustrantes ipsam Diœcesim, quæ corrigenda vel reformanda viderint, his ad quos talia corrigere vel reformare pertinet, referant, quæ nisi correcta vel reformata jam fuerint, ad Synodum perferent subsequentem, in qua debitis remediis occurratur. Sed & præter illa, quæ a testibus synodalibus vel aliis eorum officium exercentibus Diœcesanus audierit, inquirat ipse diligenter de cunctis suorum subditorum excessibus, & (contra) taliter delinquentes insurgat correctionis debitæ disciplina, ut aliis malignari volentibus transeat inde in exemplum. Celebretur quoque in singulis provinciis saltem infra biennium a fine Concilii generalis, & deinde ad minus de triennio in triennium provinciale Concilium in loco tuto, in quo tam Archi Episcopus quam Suffraganei omnes, & alii, qui in hujusmodi Conciliis provincialibus interesse tenentur, debite vocati interlint. Quod si Episcopus canonico fuerit impedimento detentus, Procuratorem suum destinet non solum ad excusandum & probandom absentiæ caosas, sed etiam ipsius nomine in concilio interessendum, suscipiendumque, quidquid concilium duxerit statuendum; alioquin ipse Episcopus a perceptione medietatis fructuum unius anni suæ Ecclesiæ, qui per personam in ipso concilio deputandam in ipsius Ecclesiæ suæ fabricam effectualiter convertantur, eo ipso sit suspensus: alii vero venire negligentes, concilii arbitrio puniantur, aliis juris pœnis in suo robore duraturis. Concilio autem generali durante, & per sex menses ante, hujusmodi provincialia concilia non celebrentur. Porro in hujus inchoatione Concilii ipse Metropolitanus, vel alius ejus nomine infra Missarum solemnia vel post, exhortatorium sermonem faciat, ea quæ ad statum Ecclesiasticum, & præcipue ad Pontificale officium pertinent, seriose memorando, comminandoque, singulis quod juxta Prophetæ sententiam, si eorum culpa cujusvis anima peribit, illios sanguis de manibus eorum a Domino exigetur. Præcipue autem tunc fiat monitio exacta, ut dignis & benemeritis, quorum vita sufficienti testimonio nota sit, ordines & beneficia sine ulla simoniaca labe conferantur, & super omnia, ut in animarum cura committenda summa diligentia, & matura inquisitio adhibeatur, & ut bona Ecclesiastica nullatenus ad usus illicitos, quin imo ad honorem Dei, Ecclesiarum conservationem, habendo secundum sacros canones præcipuam curam pauperum, & indigentium, laudabiliter convertantur, scientes, quod de his omnibus apud tribunal æterni judicis usque ad minimum quadrantem ratio-

Anno 1490.

Anno 1490. nem redditituri sunt. In quibus quidem conciliis de corrigendis excessibus, moribusque subditorum reformandis, & præcipue qualiter Episcopi in conferendis beneficiis, confirmandis electionibus, ministrandis ordinibus, deputandis confessoribus, prædicando ad populum, & puniendo excessus subditorum, observationeque eorum in spiritualibus, & temporalibus quomodolibet spectantibus se gesserint, & præsertim, qui simoniaca labe manus innoxias servent, diligens inquisitio secundum juris dispositionem fiat, ut omnes, qui in præmissis deliquisse comperti fuerint, per ipsum concilium puniantur, & corrigantur. Simili modo de ipso Metropolitano diligenter inquirantur excessus, & defectus de eo concilio exprimendis, ipsum admonendo, ut cum aliorum Pater vocetur, & esse debeat, a talibus omnino desistat. Et nihilominus inquisitionem de ipso habitam in scriptis redactam ad Romanom Pontificem, vel ejus Superiorem, si quem habet, sine mora transmittat, ut ab eo punitionem & reformationem suscipiat condecentem. Inter cætera, si quæ discordiæ, contentiones, & inimicitiæ inter quosdam viguerint, quæ quietem, & tranqoillitatem provinciæ possent perturbare, curet omni studio, sacrum concilium illa sedare, & more piorum petrum ad pacem, concordiamque filiorum vigilanter intendat. Et si inter regna Provincias seo Principatus, hujusmodi discordias suscitari contigerit, mox sancti Dei Antistites concilia provinciarum suarum simul congregari procurent, & sibi invicem consilium & auxilium impendentes discordiarum fomenta amputare studeant: oec hoc alicujus amore, vel odio prætermittant, sed ad Deum solum & ad salutem populi mentis oculos erigentes ad sanctum pacis opus (omni tepiditate semota) invigilent. Cogitentur insuper in provinciali Synodo, quæ immediate generale concilium sequens antecedit, omnia, quæ io eodem generali concilio visa fuerint prosequenda ad Dei gloriam, ac provinciæ commodum, salutemque populi christiani: ibidemque eligantur in numero competenti, qui ad proximum geoerale concilium nomine provinciæ debeant proficisci, quibus per subsidium vel alias provideatur prout de jure, & de concilio provinciali visum fuerit expedire: ita tamen, quod illi, qui ultra personas, ut prædictom est, depotatas, ad ipsum concilium generale accedere voluerint, aut eorum clerus nullatenus propterea gravetur. Relegentur in unoquoque provinciali concilio, quæ secundum canonicas sanctiooes in eisdem legi præcipiuntur, ut ea & inviolabiliter observentur, & transgressoribus pœnæ debitæ ioferantur. Quod si Metropolitani vel Diœcesaoi prædictis terminis in celebrandis Provincialibus & Episcopalibus Syoodis cessante legitimo impedimento fuerint negligentes, medietatem omnium fructuum & obventionnm, ratione suarum Ecclesiarum ad eos pertinentium, fabricæ ipsarum Ecclesiarum applicandam, eo ipso amittant: qui si in eadem negligentia per tres proximos menses perseveraverint; ab officiis & beneficiis fiot ipso facto suspensi: quibus transactis temporibus sub ante scriptis pœnis antiquior in provincia ordine Episcopus ipsius Metropolitani Episcopi, aut major in dignitate post Pontificalem in sacris constitutus, nisi ed alios forsan de consoetudine vel privilegio pertineat, negligentiam in celebrandis dictis provincialibus & Episcopalibus Synodis supplere teneantur. Jubet insuper hæc sancta Synodus omnibus Prælatis religionum & ordinum quorumcumque, ad quos celebrare capitula pertinet, quod illa statutis temporibus sob prædictis pœnis servent, & servari faciant: in quibus secundum canonicas sanctiones, & religionum coustitutiones cum omni studio & diligentia ad veram singularum religionum, & ordinum reformationem intendant, ita ut deinceps in singulis monasteriis juxta proprias regulas, & constitutiones debita regularis vigeat observantie, & præcipue tria substantialia professionis vota omnioo serventur. Per præmissa autem hæc sancta Synodus non intendit juribus quorumcumque quomodolibet derogare. Detum Basileæ in sessione publica, sexta Kalendas Decembris, anno Domini Millesimo, quadringentesimo, tricesimo tertio."

III.

Adjunctum Synodi Salisburg. ex Constantiensi Concilio.

Sequitur Confirmatio Carolinæ per Martinum quintum Papam in latiuo & vulgari publicanda, ut infra per statutum anno MCCCCXVIII.

Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Abbati Mooasterii Scotorum in Wieooa, Pataviensis Diœcef. & Augustenf. ac Salzeburg. Ecclesiarum Decanis, Salutem & Apostolicam beoedictionem.

„Ad compescendos conatus nefarios perversorum, qui personas, & loca Ecclesiastica super bonis & juribus suis offendere, ac multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis per Romanum Pontificem decet de opportuno remedio providere, quanto per amplius turbatiooes hujusmodi, molestiæ, & io Divinæ Majestatis offensam, ncc non Ecclesiasticæ libertatis redundare dispendium dinoscuntur. Dudum siquidem cum in *De Immunitate Ecclesiastica.* diver-

diversis mundi partibus Consules civitatum, & Rectores, nec non alii, qui potestatem habere videbantur, tot onera frequenter imponerent Ecclesiis, ut deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videretur, quam sub Pharaone fuisset, qui legis Divinæ notitiam non habebat, quique omnibus aliis servituti subactis, sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministravit. In Concilio Lateranensi Ecclesiæ immunitati providendo sub anathematis districtione prohibitum extitit, ne Consules, Rectores, aut alii prædicti Ecclesias, & viros Ecclesiasticos talliis seu collectis, vel exactionibus aliis aggravare præsumerent, transgressores & fautores eorum præcipiendo anathematis sententiæ subjacere, donec satisfactionem impenderent competentem. Et si deinde in generali concilio editum fuerit, quod si Episcopi forte simul cum clericis, etiam si tantam necessitatem, vel utilitatem inspicerent, ut absque ulla coactione ad relevandas communes utilitates, vel necessitates, ubi laicorum non suppeterent facultates, subsidia per Ecclesias laicis ducerent concedenda, minime super hoc consulto Romano Pontifice; constitutiones & sententiæ, quæ a talibus, vel de ipsorum mandato forent promulgare, essent irritæ & inanes, nullo unquam tempore valituræ: ac etiam in ipso generali concilio decretum extitit, illum, qui infra tempus sui regiminis propter fractionem constitutionum, vel sanctionom hujusmodi sustineret anathema, tamquam post illud non esset ad satisfactionis debitum compellendus: nec non ipsius successorem, qui non satisfaceret infra mensem, manere Ecclesiastica censura conclusum, donec satisfaceret competenter, cum succederet in onere, qui substituetur in honore. Postmodum vero felicis recordationis Honorius Papa tertius, Prædecessor noster, attente considerans, quod quondam Fridericus secundus, olim Romanorum Imperator, tum sub obedientia & devotione sanctæ Romanæ Ecclesiæ persistens, ad laudem ejusdem Ecclesiæ, & sacri decus Romani Imperii cupiens, ut expurgatis quorumdam erroribus & iniquis statutis penitus destitutis, de cætero Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ plena vigerent quiete, & secura libertate gauderent, ac pie & juste attendens, quod quorumdam perversorum iniquitas adeo abundaverat, ut non dubitarent contra Ecclesiasticam disciplinam & sacros canones statuta sua confringere, adversus Ecclesiasticas personas, & Ecclesiasticam libertatem edictali lege hujusmodi statuta iniqua irritaverat, & præceperat irrita nuntiari, & omnia statuta & consuetudines, quæ civitates & loca, Potestates & Consules, aut quæcumque aliæ personæ contra libertatem Ecclesiæ, vel personas Ecclesiasticas hujusmodi edere, aut servare temptarent, contra canonicas vel Imperiales sanctiones, de ipsorum capitularibus infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus abolere facerent, & si de cætero talia attemptarent, illa ipso jure decrevit esse nulla, & eos sua jurisdictione privatos, nec non locum, ubi talia deinceps præsumpta fuissent, banno mille marcharum auri fisco Imperiali præceperat subjacere: Potestates vero, consules, statuarii, & scriptores statutorum prædictorum, nec non consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta & consuetudines memorata judicarent; ex tunc essent ipso jure infames, quorum sententias, & actus legitimos statuerat aliqualiter non tenere: quodque si per annum præfatarum constitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum suum imperium mandavit impune ab omnibus occupari, salvis nihilominus aliis pœnis contra tales in eisdem generalibus conciliis promulgatis. Et insuper voluit idem tunc Imperator, quod nulla communitas, vel persona publica, seu privata, collectas, seu exactiones, angarias vel perangarias Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis personis imponere, seu invadere Ecclesiastica bona præsumeret: quod si secus faceret, & requisita ab Ecclesia vel Imperio hujusmodi emendare contingeret, tripliciter refundetur, & nihilominus banno Imperiali subjaceret, quod sine satisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat insuper, quod quæcunque communitas vel persona per annom in excommunicatione propter libertatem Ecclesiæ violatam persisteret, ipso jure similiter dicto banno Imperiali subjaceret, a quo nullatenus extraheretur, nisi prius ab Ecclesia beneficio absolutionis obtento. Et insoper ordinaverat, ut nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel civili ad judicium sæculare trahere præsumat contra easdem canonicas sanctiones, & constitutiones Imperiales: quod si secus faceret, actor a suo jure caderet, & judicatum non teneret, & judex foret ex tunc judicandi authoritate privatus: quodque judices temporales, qui clericis & personis Ecclesiasticis justitiam denegare præsumerent, tertio requisiti suam jurisdictionem amitterent. Constitutionem ipsam de consilio etiam fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, qui tunc erant aothoritate Apostolica approbans & confirmans, ipsam mandavit inviolabiliter observari, nec non statuarios, & scriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem authoritate nuntiari. Et deinceps ad audientiam Divæ memoriæ Caroli quarti, etiam

Anno 1490.

Anno 1490. etiam Romanorum Imperatoris semper Augusti deducto, quod nonnullæ singulares personæ in potestatibus & officiis publicis constitutæ, videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alii Domini temporales, nec non consules civitatum, oppidorum, villarum & locorum Rectores in diversis provinciis ejusdem Imperii, Dei timore postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes, motu proprio & de facto contra ipsas personas Ecclesiasticas & Ecclesiarum libertates, ac earum privilegia condiderant, illisque de facto, & publice otebantur, contra canonicas & legitimas sanctiones: utpote quod nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferrentur, & ne clerici in sacris ordinibus constituti, ad agendum & restificandum in civilibus, & maxime in piis causis aliqueteous admitterentur, quodque excommunicati laici & publice denuntiari in civili foro minime repellerentur. Et insuper prædicti Domini temporales, Consules, & Rectores per sæcularem potestatem res & bona clericorum occuparent, arrestarent, & oblationes Christi fidelium minuerent atque restringerent, exactiones, & tallias indebitas de bonis, redditibus Ecclesiarum exigerent, & extorquerent, possessiones Ecclesiarum, & personarum earumdem devastarent incendiis & rapinis: contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros civitatum, villarum & locorum prædictorum inscribere, & sigillare recusarent, donatque & legata ad fabricas, & Ecclesiarum structuras contra Prælatorum voluntatem, & aliorum, quorum intererat, temere usurpare præsumerent, ac in fraudem, & odium clericorum, quæ non causa negotiationum, sed pro eorum propriis usibus per eorum terras ducebant, seu duci faciebant, thelonium exigere & recipere non verebantur: & confugientes ad Ecclesias, & earum cimiteria inde extrahere, contra canonicas & Imperiales sanctiones hujusmodi præsumpserant, & præsumebant. Idem Carolus Imperator, tamquam christianissimus Princeps, volens in præmissis providere de remedio salutari, etiam de quorumdam Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumque aliorum sacri Imperii sæpedicti concilio & authoritate Imperiali, quæcumque statuta & consuetudines prædicta, tamquam per canonicas & civiles sanctiones expresse reprobata, cassavit, irritavit, & annullavit, ac cassa & irrita, nulliusque esse voluit roboris vel momenti, præcipiens sub Imperialis Banni pœna universis & singulis Principibus, & Dominis temporalibus, Consulibus, Potestatibus, ac aliis in officiis poblicis in eodem Imperio constitutis, quatenus ex tunc ipsorum statuta, & ordinationes sicut in præjudicium Ecclesiasticæ libertatis edita fuerant omnino revocarent, & de luce tollerent, quodque secundum ea non judicarent amplius, nec sententias dictarent, aut eisdem in judicio, vel extra judicium quomodolibet pro sa contra eamdem Ecclesiasticam libertatem potirentur: pronuntiavit insuper, & eadem decrevit authoritate, quodque quicumque laicus cojuscunque status, aut cooditionis existeret, ausu sacrilego, & propriæ temeritatis audacia sacerdotem, vel clericum sæcularem, vel religiosum diffidaret, proscriberet, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret: vel hujusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret, vel eis favorem præstaret; præter pœnas a sacris canonibus & legalibus sanctionibus in tales inflictas, eo ipso redderetur infamis, ac omni honore privatus, nec ad placita vel consilia nobilium admitteretur quovismodo. Hortans insuper in Domino, & requirens Ecclesiasticos Prælatos in illis partibus, in quibus committerentur talia, constitutos, ut legem Imperialem hujusmodi per eorum Ecclesias & Synodos publicarent, ne transgressores hujusmodi per simulatam ignorantiam suam valerent in hac parte malitiam excusare, prout in constitutionibus & sanctionibus conciliorum, & Honorii prædictorum, ac Imperialibus præfatis plenius cootinetur. Cum autem, sicut lamentabili querela venerabilis fratris nostri N. Episcopi Frisingi, & Dilectorum filiorum N. Præpositi, N. Decani, & Capituli Ecclesiæ Frisingi, ac cleri, & Ecclesiarum ac Ecclesiasticarum personarum civitatis & Diœcesis Frisingi nuper accepimus, nonnulli Principes, Duces, Comites, Barones, & aliæ sæculares Potestates earumdem Constitutionum, & Sanctionum Canonicarum, & legalium forsan ignari, & contra ipsas ab Episcopo, Præposito, Decano, Capitulo, clero, & personis ac Ecclesiis & Ecclesiasticis personis prædictis, forsan tallias, & gabellas, ac alias exactiones illicitas hactenus extorserunt, & adhuc extorquere nituntur, ac etiam bona Episcopi, Præpositi, Decani, Capituli, cleri, Ecclesiarum, & personarum prædictarum invaserint, arrestaverint, occupaverint, detinuerint, & in suis usibus applicaverint, nec non occupare, invadere, arrestare, detinere, & eisdem suis usibus applicare similiter de facto præsumpserint in animarum suarum periculum, nec non Episcopi, Præpositi, Decani, Capituli, cleri, personarum & Ecclesiarum prædictarum non modicum præjudicium atque damnum. Nos in præmissis Episcopo, Præposito, Decano, Capitulo, clero, personis, & Ecclesiis prædictis opportune providere volentes, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo,

Anno 1490.

duo, aut unus vestrum per vos vel alium, seu alios, Episcopo, Præposito, Decano, Capitulo, clero personis & Ecclesiis prædictis contra quoscunque transgressores & violatores Constitutionum, & Sanctionum earumdem, cujuscumque status, dignitatis & excellentiæ fuerint, efficacis defensionis auxilio assistentes, non permittatis eos contra canonicas & legales Constitutiones, & Sanctiones hujusmodi indebite molestari: nec non easdem Constitutiones, ubi & quando expedire videritis, solemniter publicantes, faciatis transgressores & violatores hujusmodi, si & prout justum fuerit, ac ubi & quoties expedierit, tamdiu excommunicatos, aut anathematisatos publice nuntiari; donec ab earumdem talliarum, collectarum, impositionum, & quarumlibet extorsionum, nec non bonorum Episcopi, Præpositi, Decani, Capituli, cleri, personarum, & Ecclesiarum prædictarum invasione, arrestatione, occupatione, detentione, & applicatione omnino desistant, nec non etiam efficaciter restituant eisdem Episcopo, Præposito, Decano, Capitulo, clero, personis, & Ecclesiis prædictis occasione præmissorum per eos læsis, seu gravatis, tallias, gabellas & exactiones ipsas, ac etiam bona Episcopi, Præpositi, Decani, ac Capituli, cleri, personarum & Ecclesiarum earumdem arrestata, occupata, detenta, & applicata ipsis, aut quæ per se, vel alios illo prætextu quomodolibet receperint, imo verius temere & illicite usurparint, a se libere omnino relaxent, ac in manibus vestris juraverint, quod de cætero talia non committant, & ea committentibus non præstent auxilium, consilium, vel favorem: contradictores per censuram Ecclesiasticam, & alia juris opportuna remedia compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Cæterum si forsan hujusmodi transgressorum aut violatorum, vel ea fieri mandantium, ipsisque consentientium, seu dantium illis per se, vel alios, directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium, vel favorem, præsentia promotionibus, & requisitionibus per vos de ipsis faciendis, tute, secure, vel commode haberi nequiret; Nos vobis monitiones, & requisitiones hujusmodi, ac citationes quaslibet per edicta publica locis affigenda publicis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam citatorum, & monitorum hujusmodi pervenire valeant, faciendi plenam & liberam concedimus tenore præsentium potestatem. Volentes quod monitiones, requisitiones & citationes hujusmodi perinde ipsos citatos, requisitos, & monitos, ut præmittitur, artent, ac si eis factæ & insinuatæ præsentialiter & personaliter extitissent. Non obstantibus tam piæ memoriæ Bonifacii Papæ octavi, etiam Prædecessoris nostri, quibus cavetur, ne aliquis extra civitatem suam vel Diœcesin, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur, seu ne judices extra civitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere, seu aliquos ultra unam dietam a fine Diœcesis eorumdem trahere præsumant: dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, ac de personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, quam aliis constitutionibus Apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Constantiæ XVII. Kalend. Januarii, Pontificatus nostri anno primo."

Wellent Babst Martinus der fünft des Namens hat die Bull, Privilegia, und freiheit, so weilent kaiser Karolus der Grof löblicher gedechtnus der gaistlichkait gegeben hat, bestet, darinn die hernachfolgend mainung begriffen ist, zu straffen die unbillig ansuchung der bosen, die gaistlich stet, und person an iren güteren und rechten unterstehen zu belaidigen, und mit mancherlei beschwernus betruben.

Geburet uns so vil mer dasselb mit zeitiger hilff zu fürkommen, so vil mer solche beschwerung zu belaidigung gatlicher Majestat, und gaistlicher freiheit nachthail, und schaden raichet. Nun aber vor langer zeit, als in vil landen die ratheren, und verweser der stett, und auch ander die gewaltig darinn waren, die gatzheüser mit sa manigfaltigen Burden emsiglich beschwerten, alsa das die Priesterschafft in ainen boseren stand gesezt ward, dann die unter Pharaone was, der doch gatlicher gesecz nit wissen het, und wiewal der all ander zu dienstlicher aigenschafft, und unterthänigkeit bezwang; jedoch die Priesterschafft mit iren haben, und gutern bey alter freiheit beleiben lief, und in von dem gemeinen gut ir notdurft und narung raichet. darum ward in dem gemainen Concili zu lateran umb gaistlicher freiheit willen bey strenger verfluchung und Penen gebotten, das die schepfen, Ratheren, oder ander Herrn der Stett, die gatzheüser, und gaistlich persanen mit taczen, und ander gewaltigen beschaczungen in kain weis solten beschweren und ward daselbst erfunden, und erkant, wer dawider thete, der solt mit dem grafpanigen fluch beh·ft sein, als lang vns er darumb nach billichen dingen genug thete. Es war auch in der gemainen

Anno 1490. mainen kristllichen Sammung des Concili geordent und gesaczt, ab villeicht die bischoffen mit sampt der Pfaffhait saiich nucz, und notdurft erkanten, also das sie dadurch verstunden, das der laien guter nicht genug dazu weren, sich unbezwungenlich darzu ergeben, und denselben laien von den gotczheüsern und kirchen ein hilff erlaubten, oder gunten, doch on des Babsts rat: so solle dieselben erlaubnus, und auch die Pen, die dieselbe erlauder wider die Pfaffhaie villeicht darumb theten, ader thun wurden, ganz kraffilos, eitel, und an schaden sein. Auch ward in dem gemainen Concili geseczt, ad einer, der in die obgemelt Pen gefallen wer, umd salich ubergreffen der vorberurten ordnung, der in der zeit, so er in vorgemelten gewalten, und Herschafften was, nicht genug gethan, als oben begriffen ist, sonder die Pen also gelitten het, und so er davon entseezt wurde, mainet er wer nichts mer darumb schuldig, und salt auch zu widerthuung fürdas nimmer bezwungen werden, so sall sein nachkommen ob er darumb nicht genug thet, in ainen monat mit gaistlichen Pan behest sein, als lang er darumb vns genug thu nach billichen dingen, dann wol zimlich ist, das am nachkamm sey der Purde seines ampts. Nachmalen hat unser vorforder Babst Honorius der drit seliger gedechtnus fleisiglich betracht, das weilent fridrich der ander, Romisch kaiser die zeit in gehorsam, und andacht der Romischen kiechen wesend, zu lob derselben, und Eren, und zier des Romischen Reichs begert, das etlich Irsal und ungerechte gesecz ausgereüt wurden, und vernichtet, damit fürbas die Gotczheüser und gaistlich personen sich ganzes gemachs, und sicher freihait gefreüen, und der geniessen mochten. Er bedacht auch gütlich und rechtlich etlicher menschen bosheit, die als vberflussig was, das sie on alle forcht wieder gotliche ordnung geistlichen Personen, und freihaiten zu schaden gesecz erdachten und machten, die er auch mit kaiserlicher Macht vernicht hat, und geschafft als krafftlos zu verkunden, und gepotten, alle soliche ire aufffecz und gewonheit, die Stete, gegent, Patestaten, schepfen, ader ander Person, wie die genant sint, hielten ader Prauchten wider die freihait der gotczheüser, oder gaistlicher Person, die gotlichen und kaiserlichen geseczen wiederwertig weren, aus iren recht, Puchern, und Statbuchern, darin die geschriben weren, abzuthun, und genzlich zu vertiigen, inner zwaier manaten, nach offnung desselben seins kaiserlichen gebots: und ob sie darnach ichts dawider theten, das solt van im selbs niches und kraffelos, und sie gerichts und aller gewalt entseczt, und darzu die Stett, und land, wo das geschech, des Romischen Reichs kamer tausent Marck golts versallen, und die Potestaten, schepsen, solicher gesecz Meister, und schreiber, und auch die ratheren derselben Stett, oder gegent, die nach solichen gestezen, oder gewonheiten recht sprechen, zu stund erlos, und unleumtig sein, und solten auch derselben ir geriche, und was sie alsa handelten, kein kraft haben, und ab geschech, das das sie, oder ir etlich ein Jar darwider theten, und nit ruchten, zu halten, so hat er meniglich geurlaubt, derselben hab und gutter in allen landen seines reichs anzufallen, und an straf zu nemmen, und inzuziehen, unausgehebt ander Pen in dem gemeinen Concili darauf gesaczt.

Auch hat derselb kaiser gebotten und gesaczt, kein kommun, oder person in grossem stand, oder in klainen steüer, ader beschaczung gatzheüser, und ander gaistlichen Stetten, und Personen anschlachen, oder ir hab und guter anfallen, oder zu ungewantlicher arbeit und hilf ir person, ader ir gut noten, und beschweren solten. Wer aber darwieder thet, und das nit zu hand, als er darumb eraischet, und ermont wurd, wiederpracht, der solt das mit der drispild bezalen, und solt darzu in kaiserlicher acht und Pann sein, daraus er in kain weis kommen macht, als lang vns er mit gaistlichen gewalt darvan wurd erlediget. Darnach hat er geordnet, das nymand kain gaistlich Person umd kainerlei sach willen, sie derur leib oder gut, für weltlich gericht solt furwenden, oder laden wieder dieselb gaistlichen, und kaiser gesaezt und freihait: beschech es daruber, so wer der ankiager gefallen von allen seinen rechten, dasselb recht kraffilos, und der richter entseezt seines gewalts und gericht. Und auch ob die weltlichen richter gaistlichen Personen wider weltlich Person nicht recht thun wolten, so heten, so sie zum drittenmal darumb ersucht wurden, keinen gewalt mer zu richten. Die egemelten kaiserlich geserz hat der vorgenant Babst Honorius nach rath seiner brüder der Cardinel, die dan die zeit waren, mit Bebstlichen gewalt, und macht bestet, bekrestigt, und gebatten die also unverrucke zu halten, und sonderlich, welch solich obgemelt gesecz wider gaistlich freihait machen, schreiben, und auch die wieder die abberurten freihait frefellich thun für Pennig afentlich zu verkunden, und zu halten. Und nachdem wurd fürbracht karolo dem vierden seliger gedechtnus, auch des Romischen reichs kaiser, aizeit merer desselben, wie das etlich weltlich Personen in gewalten, und grossen ampten wesend, als Herezogen, Marggraffen, Graffen, freyen, und ander weltlich Heern, und rathgeben der Stett, Merckt, dörffer, und auch etlich gegent verweser in manigen Provinzigen desselben Reichs die forcht Gottes hindan geseczt, besunder statut, und unrecht ordnung von aigen muthwillen gewaltlich wieder gaistlich Persan und freihait der gozheüser gemacht hetten, die doch gaistlichen und kaiserlichen geseczen und gepotten

wiedet-

wiederwertig weren, und die osentlich Prauchten, mit namen, das kein zeitlich gut in gaistlicher Person gewaltsam nit geben solt werden in kain waiß, und das kain Priester oder gewichter mann voe geeicht als ain Clager oder als ain zeüch in weltlichen sachen, und besonderlich in hailwertigen handlen nicht aufgenommen, noch gehort solt weeden, und auch, das mann kainen Pannigen laien, ob er halt in denselbigen Pan osentlich verkundet wer worden, vor weltlichen gericht nit solt verwerffen noch verwideren. In het auch angelangt, wie die egemelten Herrn, schepsen, und amptleüt dee gaistlichen hab und guter mit weltlichen aigen gewalt bekummerten und fresenlich besessen, und unterweilen verhesteten, und veepuiten, und die opser der keistglaubigen menschen minbreten, und engten, auch, wie sie steür und unbillich beschaezung von den kirchen und gotzheüser guteren und zinsen gewaltlich nemen, und abnoteten, und iee guter mit Prant und rauberei wüsteten, und solich handel so zwischen gaistlichen und weltlichen Personen rechtlich gehandeit wurden, in ie gewonlich Pucher nicht schreiben noch versigeien wolten, und was mann zu den kirchen gebe, oder schuff, oder zu dem Paue, in fresenlich inzugen: wider der Prelat und ander, die das dernet, gunst und willen, und auch der Pfaffheit zu unlust, von ieen hab und guteren, die sie nicht duech gewins, oder gewerbs willen, sunder zu ihr selds nuez und notduest durch ir Stett, und gepiet surten, oder schaften zu furen, Maut, und zol von in gewaltiglich aischen und nemen: und die, so in die kirchen oder freithof fliehen, daraus ziehen, und nemen frefelich wiedee gaistliche und kaiserliche fraihait. Darumb hae derseld karolus, als kristlicher furst, das alles zu unterkommen, und zuweren, auch mit rath etlicher seiner fursten, graffen, freyen, und ander des Heiligen reichs getreüen all obgemelt gesaezt, und gewonhait als die da gaistlich und weltlich wissentlich verpotten waren, mit kaiserlichen gewalt und macht vernichtet und vertilget, und schuff die sue unkreftig, und für nit gehaiten zu weeden, also das sie kain krafft und untuchtig sein solten: und gepott bey kaiserlichen Pann und acht allen und iglichen fursten, und weltlichen Herrn, schepsen, Potestaten, und andeeen, die in gewalten, und ampten desselben Reichs waren, das sie zu stund dieselben statut, gesezt und ordnung, als die dan gaistlicher freihait zu schaden erdacht weren, genzlich wiederusten, und sichtiglich aufhebten, und das sie hinsue nit nach solichen statuten richten, noch urtailen, und die auch nit Prauchen solten, weder in noch auser eechten in kain weg fur sie und wieder gaistlich freihait. Auch gepott und saezt Er in krafft desselben kaiserlichen gewalts welicherlei in weltlichen stand und wesen er wer, mit

Anno 1490.

aigner fresenlicher durstigkait, und aigner thorischhait Priesteren oder Pfaffen, sie sein weltlich oder klosterlich, abgesaget, aus dem land versant, odee verpannet, vieng, beraubet, totet, lemet, oder in vencknus neme, odee die, die solich missethat theten, aufhielt, odee in gunstlich nachschub theten, die solten ze stund zu sampt anderen Penen, so in von gaistlich, und weltlich gewalts wegen darumb aufgeseezt sein, unleimtig und erlos sein, und in kainem rat noch teding der Edelen nimmermee genommen werden in kain weis. Und hat derselbig kaiser gaistlich Peelat dee land, da solichs beschech, ernstlich ersuchet und ermonet, das sie dits sein kaiserlich gebott und gesecz in iren kiechen und Pfafflicher sammung verkunten, und wissentlich machen solten in aller maß, und form, als die in des Concili und des Babst Honoei, und in vorberurten kaiseelichen gesaezen begeiffen ist, dadurch das die ubeltheter mit verdachter unwissenheit ie bosheit nit mochten decken. Wann Wüe abee durch eleglich anbringen der gemeiner Priesterschofft vernommen haben, wie etlich fuesten, Herezogen, graffen, Herrn, und ander weltlich herschafften, villeicht der vorgemelten geistlichee, und kaiserlichen gesecz unwissend, sich unterstehend wieder dieselden gesecz von den kiechen Personen teez steüer, und ander unzimlich beschaezung, und sie mit zwang und dranckfal zu haben, und sie daezu noch zu deingen in ubung sein, auch wie sie der kirchen und gaistlicher Personen guter angetast, verhese, verhielten, und zu iren aignen nuz, und gebeauch, auch aigen gewalt zu aigen sich unterstehen, zu veedamnus iree seelen, und der berurten gaistlichen nit wenig nachtheil und schaden, und dannoch haben Wüe Babst Martinus vorgenant furgenommen, gemeine Priesterschafft und gaistlichkeit, und den kirchen daeinn notdurfftiglich furzusehen, darauf gebieten, das dee gemelten gaistlichen und kaiserlichen geseczen ubertretter, in was stand, und wirden sie sein, osenborlich, als esst und so vil recht ist, und geburen wied, fur Pannich verkundet werden, als lang, und so vil von solichen steüer, taczen, deschweeungen, und anderen notzwangen, auch der gaistlichen guter vorhaltung, veebieten oder verhesten, und innhadung und zuzuaignen genzlich abstehen, und wer sie deshald innen, oder empfangen haben, genzlich widergeben, nichz minbee der ganzen Priesterschafft den kirchen und gaistlichen Personen, die also von in deschedigt, und deswert, taez, und steüer, und was irer gutee von in verhest, voegehalten, ingehebt, und in zugeaignet durch sich selbs, oder duech ander von iren wegen genommen fresenlich und unbillicher weis zugeaignet hetten, von in frey gezelt, und dee genzlich absteen, und widergeben, und schweren, das hinfur solichs nimmer von in beschehen

soll,

Anno 1490. soll, und den, die sollchs thun und handlen wurden, kein hilf, rath noch gunst beweisen: die aber strafenlich datwieder reden, durch gaistlichen Penen und censuren und ander hilff der rechten zu strafen; furter ob villeicht der solichen Pebstlichen und kaiserlichen geseczten obertretter, oder die, so denselben hilf, rath, und gunst mittailen gegenwertigkait zu monen, und requiriren sicher und frei nicht wolt stat haben; so geben Wür Babst Martinus den gaistlichen den gewalt, das sie solich Citation und monung der berurten obertretter, wo die an gemeinen und ofenbarlichen enden, und stetten, also das solich verkundnus versehelich inen zu wissen kommen mag, angeschlagen wirt, gleich als vil Pindt und krafft hab, als weren in unter augen, und Persenlich verkundet, on irrung aller gesez, so wieder solichs alles geordent, geseczt und ausgangen ist.

Quibus temporibus Carolina debeat publicari.

Statuimus & districte præcipiendo hoc Sancto approbante Concilio mandamus, quatenus dicta constitutio Bulle Caroline singulis annis perpetuis futuris temporibus in Dominicis quatuor temporom per omnes & singulos Plebanos, aut eorumdem vicegerentes per nostram provinciam nulla excusatione obstante publicetur.

Lünig Reichs *Archiv Continuat. III. Spicilegii Eccl. pag.* 770. *& seq.*

In synchrono Manuscripto Codice San-Pretrensi, superius laudato, adjunguntur ad hoc Concilium Casus reservati, *de quibus in Capitulis hujus Synodi, veluti Capitulo XL, fit mentio. Non ausim hunc syllabum casuum attribuere Patribus ipsius Concilii, sed scribæ fortassis alicui Synodali, aut Doctori, qui hæc in subsidium clericorum, eruditionis inopia laborantium, subito conscripserit. Quos casus, antiquitatis solius memorandæ causa, censui, ut in Manuscripto occurrunt, hoc loco consignare.*

Casus Papæ reservati.

Comburens, vel effringens ecclesiam.
Post denunciationem falsans literas Papæ.
Excommunicatus a Delegato Papæ.
Participans scienter excommunicato a Papa in divinis.
Participans excommunicato cum participibus absolvitur ab excommunicatione.
Presbyter secundas nuptias benedicens mittator ad Sedem Apostolicam, & talis est suspensus ab officio, vel beneficio.
In quolibet alio casu, Sedi Apostolicæ reservato.

Casus reservati Episcopo, enumerati in Gloss. Cap. Si Episcopus *De Pœnitent. & Remissio. in VI.*

Absolvere excommunicatos majori.
Imponere pœnitentias blasphematoribus, aut sortilegis.
Commutatio votorum quorumcunque.
Dispositio male ablatorum certorum, vel incertorum, quando non extant, quibus facienda est restitutio.
Pœnitentia matrimoniorum, clandestine contractorum, vel contra Ecclesiæ interdictum.
Pœnitentia omnium enormium criminum publicorum.
Oppressiones filiorum casu, negligentia, vel proposito.
Pœnitentia cujusque homicidii, & falsi testimonii, falsi instrumenti, perjurii, incestus, cognoscentis monialem, coeuntis cum brutis, & his similia.

Casus Episcopo reservati per Spec. (*) *descripti.*

Coiens cum Moniali consecrata, vel non virgine; vel mulier cum religioso.
Verberans patrem, aut matrem.
Deflorator virginis, vi oppressæ, aut seductæ.
Machinans in mortem conjugis.
Abutens crismate, Eucharistia, seu alia re, sacra.
Furtum faciens in Ecclesia, & clericus, cujus negligentia hoc contingit.
Baptizans proprium filium extra necessitatem; seu ad baptismum, vel confirmationem tenens.
Fractor voti, & qui post votum castitatis contrahit.

Reli-

(*) Speculator *communiter dicitur Guilielmus Durandus, qui* Speculum Juris *edidit.*

Religionem intrans in vita uxoris post copulam subsecutam.
Maledictus.
Confessus se credidisse hæreticani pravitatem.
Simoniacus quocunque genere.
Celebrans excommunicatus.
Per saltum promotus.
Ordinatus ab alieno episcopo, sine licentia proprii.
Homicida verbo, facto aut consensu, nisi repellatur vis inevitabilis.
In ecclesia luxuriantes.
Coiens cum Judæa, vel Saracena, vel econtra.
Concipiens filium a non suo viro, qui filius postea hæres instituitur in præjudicium veri hæredis.
Procurans sterilitatem, aut abortivum in se, vel in alio.
Contrahens matrimonium post sponsalia cum alio, juramento interposito contracta.
Excommunicatus nolens exire ex ecclesia, & divinum officium perturbans.
Scienter celebrans in ecclesiis interdicta.
Sortilegus divinis dæmones invocans pro quacunque causa.
Sepeliens libenter corpus excommunicati in ecclesia.
Excommunicatus quilibet majori; ubi excommunicatio Papæ specialiter non reservata.
Irregulares.
Claudestine contrahens.
Publicus criminosus, & blasphemator.
Oppressores filiorum studiose vel negligenter.
Sacrilegus.
Incendiarius.
Falsarius literarum, aut falsum ferens testimonium.
Violator ecclesiæ, seu Cœmeterii, aut ecclesiasticæ libertatis.
Contra naturam peccans, maxime si cum brutis. *Anno* 1490.
Incestum committens.
Pejerantes.
Coeuntes cum baptizata, vel sibi confessata.
Usurarius.
Celebrans in ara non consecrata, aut sine indumentis.
Celebrans non jejunus.
Pro restitutione ablatorum, aut injuste acquisitorum.
Ubicunque solennis pœnitentia est imponenda, quæ imponitur pro homicidio, sacrilego incestu, & omni gravi & horrendo crimine, seu vulgatissimo, totam urbem, sive villam commovente.
Dicit spec. contra tamen, quod sacerdos in occultis, & in foro animæ omnia potest, quæ jure communi, vel speciali Episcopo reservata non sunt, vel quæ sacerdoti non sunt interdicta; tamen propter enormitatem criminis, & gravitatem delicti, aut imperitiam sacerdotis, & casus novitatem superioris est judicium requirendum, aut ubi consuetudo id habet.
Item spec. dicit, quod in casibus reservatis, ubi Episcopus vicem suam alteri committit, is absolvit de prædictis quinque casibus.
Quando venit imponenda pœnitentia solemnis, nec auctoritatem generalem habens episcopi ab excommunicatione absolvit, nisi id specialiter committatur.
Item auctoritatem habens episcopalem remittit, ubicunque invenit irregularitatem.
Item remittit incendiarios ante denunciationem, secundum aliquos.
Item si sit consuetudo, ut Episcopo quædam crimina referantur.

In Scriptura pro absolutione ad Episcopum remittuntur.

Blasphemi seu maledici Dei, & Sanctorum.
Contrahentes matrimonia clandestine, & contra interdictum Ecclesiæ hujusmodi contractibus interessens.
Contrahens matrimonium sine licentia Episcopi, non certificatus de obitu conjugis, & econtra.
Contrahens matrimonium cum ea, quam polluit per adulterium.
Contrahens matrimonium cum secunda, prima adhuc vivente.
Machinans in mortem conjugis effectualiter.
Contrahens matrimonium post sponsalia jurata, per Ecclesiam non dissoluta.
Cognoscens monialem, etiam non virginem; vel cognita a religioso.
Coeuntes cum brutis, aut alias contra naturam peccantes.
Coeuntes cum Judæa, vel infideli, & econtra.
Concubinarii publici.
Confitens se hæreticam pravitatem tenuisse, hæreticos recepisse, eis favisse, seu participasse.
Celebrans excommunicatus
Concipiens filium a non marito, qui heres constituitur in præjudicium filiorum.
Coiens in Ecclesia notorie, semen aut sanguinem ibi fundens.
Coiens cum ea, quæ sibi attinet cognatione spirituali, vel baptizata, vel Confessa.
Celebrans scienter in loco Interdicto.

Anno 1490. Celebrans in Ecclesia, non consecrata, aut sine indumentis, aut non jejunus.
Dispositio male ablatorum, aut injuste possessorum, certorum, vel incertorum, quando non extant hi, quibus facienda est restitutio.
Deflorantes virgines.
Excommunicatus majori, suspensus, vel interdictus.
Criminosi publici enormium delictorum.
Falsum testimonium ferens.
Falsa instrumenta, aut literas conficiens.
Filios latenter a se removentes.
Furantes crisma, aut alias res sacras, seu eis abutentes.
Filium suum extra necessitatem baptisans, aut ad baptismum, vel confirmationem tenens.
Furtum faciens in Ecclesia.
Furtive ordines suscipiens.
Fidem promissam non servans.
Homicidium qualitercunque extra necessitatem committens.
Incesti, id est cognoscens consanguineam, affinem, cognatam spiritualem, aut consanguineam ejus, cum qua contraxit.
Incendiarii ecclesiarum, non dum denunciati.
Infidelibus, hæreticis, Saracenis vel Judæis cibo, potu, habitatione, vel aliter communicantes.
Irregulares.
Incendiarii messium, & nocturni depopulatores agrorum, famosique latrones.
Iterans Sacramentum aliquod, non iterandum.
Maledici, id est, blasphemi.
Ministri ecclesiarum, sacerdos scilicet, & alii, quorum culpa aut negligentia aliquod inhonestum evenerit circa sacramentum.
Non ordinatus solemniter exercens spectantia ad officium ordinati.
Opprimentes filios casu, negligentia, non proposito.
Ordinatus ab alieno Episcopo, sine dimissoria.
Perjuri, aut pejerantes, & ubicunque dubitatur, an juramentum debeat servari.
Percutiens patrem, matrem, vel sororem, citra enormem læsionem.
Per saltum promotus.
Publice criminosi.
Raptores seu defloratores virginum, vi oppressarum, aut seductarum.
Religionem intrans invita uxore, prius ab eo cognita.
Recipiens ordinem contra juris aut superioris prohibitionem.
Sortilegi, aruspices, augures, divini, & dæmones invocantes pro quocunque.
Sacrilegi.
Stuprum committentes.
Simoniaci quocunque genere.
Sterilitatem vel abortum in se, vel in aliis procurantes.
Sepelientes corpus excommunicati scienter ecclesiastica sepultura, aut non excommunicati in loco interdicto.
Transgressor juramenti &c. si satisfecerit post, propter quod juravit.
Votorum commutationem petens.
Votorum fractores.
Uxores in loco sacro cognoscentes.
Ultra duas commatres recipiens.
Violatores ecclesiæ, aut cœmeterii.
Violantes immunitatem ecclesiasticæ libertatis.
Usurarii.
Ubicunque solemnis pœnitentia debet injungi, & pro crimine vulgatissimo fiat remissio ad episcopum.

Repellendi a Communione.

Usurarii.
Præemptores.
Sacramentarii.
Publici spoliatores.
Incendiarii.
Offensores clerici.
Venditores rerum Ecclesiæ.
Offensores Parentum.
Publice excommunicati.
Adulteri perjuri.
Manifesti fornicatores.
Falsi testes.
Jura parochialia non solventes.
Decimas injuste dantes.
Censualia retinentes.
Remedia non persolventes.
Mercedem detinentes.
Hæretici.
Judæi, & eorum mancipia.
Nugaces.
Ecclesiam non visitantes sine rationabili causa.
Dominicam orationem, & symbolum nescientes, vel non dicentes.
Non confessi.
Suo Plebano, & aliis eorum superioribus non obedientes.
Pœnitentiam extra suam parochiam fugientes.
Necatrices parvulorum.
Suffocatores partus.
Fures, latrones, homicidæ.
Res alienas, cum possunt, non restituentes, vel eas ementes.
Testamenta & legata ad pias causas dolose non exequentes.
Immunitatem Ecclesiarum infringentes.
Falsi judices.
Præcones.
Monetam falsificantes.

Ordi-

Anno 1490.

Ordinationes Ecclesiæ temere confutantes.
Ecclesias vel Cœmeteria execrantes.
Stupratores virginum.
Sortilegi.
Incantatrices.
Facientes sibi colores.
Sacrilegi.
Blasphemi.
Schismatici.
Histriones.
Continue ebriosi.
Sodomitæ.
Meretrices.
Traditores.
Apostatæ.
Non cohabitantes conjugibus.
Adulteros & fornicatores in domibus eorum scienter observantes.
Lusores scilicet assidui, & eis assidentes, vel eos hospitantes.
Negantes proprium Dominum.
Publicos excommunicatos.
Existens in mortali peccato.
Alieni parochiani, sine licentia sui plebani extra necessitatem (*est aliquid omissum*) *forte* communicantes.
Non jejuni extra casum infirmitatis.
Abstinentes ex causis, & consilio confessorum.
Infideles.
Pueri usum rationis non habentes.
Furiosi.
Dæmoniaci, vel alias non habentes usum rationis, nisi laborent per lucida intervalla.
Histriones & Joculatores.
Continuum vomitum patientes.
Non confessi, existentes in mortali, vel non suo proprio sacerdoti confitentes, extra necessitatem, & sine licentia.
Confessionem dividentes, ut peccata certa omittentes, aut ficte conficentes.
Infra annum semel non confitentes.
Pœnitentiam non implentes, nec implere curantes.
In Pascha non communicantes, etiamsi alio tempore anni communicassent, nisi de licentia proprii sacerdotis fiat.
Blasphemantes in Deum, & Sanctos.
Inimicitiam, rancorem, & odium non dimittentes.
Conjugibus propria temeritate non cohabitantes.
Falsantes pondera & mensuras.
Deo gratias.

Atque his acta, statutaque Concilii Salisburgensis XXXIX. concluduntur.

Anno 1494.

SIGISMUNDUS II.
Archiepiscopus Salisburgensis XLVI.

Non nisi 8 menses, & 17 dies præfuit Archiepiscopatui.

Anno 1495.

LEONARDUS,
Archiepiscopus Salisburgensis XLVII.

Bono Salisburgensis Ecclesiæ natus Præsul, cum nihil intermitteret muneris sui pastoralis, inter alia & Provincialem Synodum anno 1512. *indixit. Ratio autem, quæ solertissimum Principem ad id cogendum permoverit, ut rite perspiciatur, juvat quæpiam ex Historia Ecclesiastica illorum temporum præmittere.*

Cardinales Pisani Concilium convocant.

Promisit Julius II. Romanus Pontifex, se infra biennium suæ ordinationis convocaturum Concilium Universale; id vero cum non præstitisset, & alioquin jam esset elapsum decennium, quo universalis concilii fieri convocationem præcepit Constantiense concilium, Cardinalis Carvaial, cum aliis quibusdam, excusso Pontificis lentore, Pisas abscesserunt, ibidemque anno 1511. sua auctoritate indixerunt Generale Concilium, proterve caussantes: *quod cum de gravibus criminibus, notoriis, durantibus, Universalem Ecclesiam scandalizantibus in capite agendum est, ad Summum Pontificem Concilii Congregatio non pertineat, sed ad Cardinales.* Ut queritur Julius II. Papa in Bulla indictionis Concilii Lateranensis. In Archivo Canoniæ Gurcensis reperiuntur literæ supplices, quas Cardinales Pisani ad Maximilianum I. Imperatorem dedere cum variis conditionibus, quibus nempe suis eum partibus devinciant: cupiunt illi Cæsaris in Italiam adventum accelerari, copiasque eo destinari pro opportune firmandis Imperii rebus: velit Imperator agere, ut Bononia, a Gallis nuper occupata, ab aliquo Cardinalium Concilii in posterum teneatur, utque Florentini Pisarum Urbem cedant pro concilio ibidem peragendo: impetretque a Pontifice, cæterisque Cardinalibus, ut huic Pisano concilio sese adjungant, cujus celebrandi maxima sit necessitas: ac demum ut per omnem Germaniam Concilii convocatio publicetur omnibus & Prælatis & studiorum Domiciliis. Laudavit quidem primum Cardina-

dinalium zelum Imperator, ac se, post auditum Langium Gurcensem uberiora perscripturum promisit; sed nihil horum unquam secutum est, neque unquam porro Imperator Pisanis adhæsit.

Simultates inter Papam & Gallicarum Regem.

Præter hoc schisma agebantur tum etiam graves, intestinæque simultates inter Julium II. Papam, & quosdam Christianos Principes, præsertim vero Galliarum Regem, Ludovicum XII, quem bellicosissimus Pontifex sæpius armis lacessivit, & acerbo odio, atque inimicorum, qua potuit, exsuscitatione persecutus est; eoque Ludovicum, Romanæ Sedi cæteroquin devotissimum, permovit, ut hic in civitate Turonensi fieri concilium jusserit omnium Galliæ Episcoporum, & Doctorum, in quo octo præcipua capita, ex Regis & Pontificis conflictu manantia, fuerunt conclusa, quæ eo potissimum collimant: *Quod liceat contra Romanum Pontificem, dum neque de religione agitur, neque de defendendis Eeclesiæ Romanæ juribus, præsertim si cujusdam Principis auctoritas, aut eorum, qui cum illa sunt fœdere juncti, in discrimen vocetur: liceatque unionem cum Apostolico ad tempus deserere; neque etiam censuras Vatieanas, si quas in illa rerum vicissitudine jecerit Papa contra Principem, cordi esse oportere;* prout uberius referuntur apud Labbeum Tomo XIII. Conciliorum pag. 1481.

Convocatio Concilii Lateranensis V.

Sævientem hanc tempestatem ut Papa Julius non tantum armis sedaret, sed & hierarchicis subsidiis, indixit anno 1511. die 18 Julii Concilium Generale Lateranense V, quod cœptum est anno 1512. 3 Maji, perduravitque usque ad annum 1517. Leonardus Archiepiscopus postquam convocationis hujus Bullam accepisset, memor adhuc ingentium calamitatum, ex schismate, & pugna Concilii Basileensis cum Eugenio IV. nuper sparsarum, ne & ipse offenderet, antecessorum suorum fato admonitus, non nisi suspenso pede procedere hoc in negotio secum constituit; ac explorare primum Archiepiscoporum, Electorum Imperii sententias: quidnam Pontifici Julio, scissionem, & adversantium Principum studia exposituro, ex communi Germanorum convento respondendum sit a suis Legatis, ad illud Lateranense concilium. Nam neque de Imperatoris Maximiliani propensione adhucdum palam constabat; neque etiam valde sollicitum fuisse de Pisanls Cardinalibus vel ex eo sat elucet, quod Concilium Generale, a Julio Papa Romæ in Laterano indictum, Imperator magis Veronæ celebrari voluerit; atque hujus causa 1 Augusti anni 1511. Roboreto Epistolam dederit ad Baronem de Wolkenstein, eundemque jusserit ab Archiepiscopo petere decimas clericorum pro coucilio Veronensi; atque anno demum 1512, mense Septemb. post examinatam, probeque perspectam causam ablegavit Mathæum, Gurcensem Episcopum, Romam, ceu Oratorem & Procuratorem suum ad futurum concilium Lateranense, plena cum potestate *ad revocandum, annullandum, irritandum, & penitus delendum omnia, & singula ea, quæ per Ecclesiam Gallicanam, in civitate Turonis, eodem anno superiore fuerunt acta, conclusa & deliberata, & similiter ad revocandum omnia, & singula mandata & pracurataria, si quæ a nobis emanaverunt pra indictione Concilii Pisani, quod nonnulli Cardinales tunc indixerant; & idem concilium Pisanum penitus tollendum, & extinguendum;* ut est apud DuMont Corps Diplomat. Tom.IV. Part. I. pag. 149. item apud Labbeum Tomo XIV. Concil. pag. 80. Quod Imperatoris mandatum Leonardo Archiepiscopo nondum poterat esse notum in anni ejusdem 1512 initio. Adeoque in causa hac ancipite, & odiosis consecutionibus exposita, non tantum Concilium Provinciale cogere constituit anno 1512, in quo præter extera prementia negotia etiam agatur de interiore vineæ suæ custodia in cultus & disciplinæ integritate; sed etiam antehac, anno nempe 1511, cum *Informationem* Cæsaream obtinuisset, de sclusmatis & turbarum sopiendo tumultu, conventum suorum Coepiscoporum Suffraganeorum Salisburgi coegit, ceu præparatorium ad futurum Provinciale Concilium; ad quem Conventum Mathæus, Gurcensis Episcopus, variis Imperii negotiis distentus, sua pro parte misit Sigismundum Feistrizer, Decanum Gurcensem; qui deinde die 12. Octob. Salisburgum appulsus, hoc breve Diarium ad Mathæum Episcopum perscripsit:

Conventus Præparatorius ad Concilium.

Die Lunæ 13. *octabr. Anni* 1511. *omnes Coepiscopi, vel eorum Legati, hora VII. matutina ad aulam vocabantur. Mox Legati Ratisbonensis & Brixinensis surrexere, & excusarunt absentiam suorum Dominorum Episcoporum; idem & ega, & D. Suffraganeus pro Te fecimus, revoeantes nos ad Epistolam Tuam, quam dederamus Cancellario. Hæc Epistola mox lecta est publice præter aliorum Epistalas. Deinde lecta est* Instructio *Cæsareæ Majestatis, de qua Archiepiscopus a nobis consilium nostrum expetiit. Coepiscopi & Legati super hac moram petiere. Inde damum discessum est, dato cuique eorum exemplari hujus Cæsareæ Instructionis.*

Die Martis 14. *Octob. rursus omnes ad aulam vocati sumus. Ante prandium Archiepiscopus Salisburgensis per Cancellarium nos interrogauit: an vellemus dare*

respon-

responsum, concernens Instructionem cæsaream? Respondimus per Doctorem Hausshamer, Vicarium & Canonicum Frisingensem; Principes & Legatos scripto daturos responsum. - - - produxissem etiam exemplar responsi, dati a Legato Brixinensi; cum enim D. Brixinensis Diœcesim suam pariter, ut Gurcensis, habeat in ditione Cæsarea, sperabam inde, idem, quod Brixinensis, posse & nos respondere. Postquam vero perlegi exemplar responsi Brixinensis, adverti, responsum hoc, quoad omnes fere articulos Instructioni cæsareæ repugnare; itaque responsum hoc reddidi Legato Brixinensi, atque cum Domino Ypponense breviculum responsum concinnavi, cujus exemplar tibi mittimus.

Die Mercurii 15. *Octob. - - - interrogati fuimus a Cancellario: an jam scripta responsa haberemus in parato? cui respondimus, daturos nos illa ad vesperam: quo tempore responsa etiam consignata, & expedita sunt: Archiepiscopus ea suo Cancellario reddi jussit. Porro ex Coepiscopis duo, ex Legatis unus delectus est, qui cum consiliariis Archiepiscopi responsum pro Cæsare ad ejus Instructionem pararent. Hi sequenti die, hora sexta matutina convenere, uti jussum erat. Ex Legatis delectus erat Cancellarius Brixinensis.*

Die Jovis 16. *Octob. - - - ante prandium exemplar a delectis pro Cæsare compositum, perlectum est, decretumque est, illud ratum gratumque esse. Paulo post prandium adest Mareschallus Archiepiscopi, omnesque Episcopos & Legatos pro hora prima vocavit ad Principem, coram quo perlectum rursus est exemplar responsi ad Cæsarem, signatumque nostris omnium signetis. Orta hic lis est inter Legatos Ratisbonensem & Brixinensem, qui subscribere, & secretum apponere volebant ante Chiemensem, quod & factum est. - - - Deinde Archiepiscopus per Cancellarium nos admonuit de eo, quod cum Summus Pontifex Concilium generale indixisset pro die Lunæ post Dominicam* Quasimodogeniti, *necesse sit juxta Concilium Basileense præmitti Synodum Provincialem; in qua agendum de omnibus officiis clericorum, & sacrarum personarum; nempe ex parte hæresis in diversis partibus, maxime in Pataviensi Diœcesi pullulantis: de contemptu privilegiorum cleri, & ecclesiastica libertate, contra quæ privilegia spirituales personæ trahuntur ad forum vetitum, & post obitum spiritualium personarum, bona earum per laicos vi auferuntur, & quæcunque alia gravamina, in præscripto concilio Lateranensi proponenda.*

Deinde consultum, atque decretum est, ut Dominus Salisburgensis in dicta jam Imperiali cum ecclesiasticis Electoribus, & Principibus agat, & deliberet de futuro concilio Lateranensi, ut id præstituto tempore habeatur. Quo confecto indicat Archiepiscopus Synodum Provincialem, quæ agatur in Müldorff, ut eo conveniant omnes Episcopi & Prælati, aut eorum Legati, cum plena potestate in scriptis.

Paulo post, nempe 19. Octob. ejusdem anni perscripsit idem Dominus Decanus Feittrizer ad eundem suum Episcopum Cardinalem Langium: *Cum, ut jusseras, me informarem de loco, quem in concilia capturus esses, deprehendi & alios Episcopos inter se, de re eadem litigare. Ratisbonensis nempe Frisingam præcedere volebat. Cum Archiepiscopus ageret de Synodo futura - - - jussit afferri, legique aliquot privilegia: inter hæc unum erat in quodam concilio Provinciali editum, sub sigillis propriis singulorum Episcoporum totius Salisburgensis Provinciæ. Ex eo etiam dirigi se passi sunt Ratisbonenses. Itaque a principio is erat ordo: Stabant* 1mo *Salisburgensis Archiepiscopus.* 2do *Frisingensis, tanquam Vicarius Generalis totius Provinciæ Salisburgensis.* 3tio *Ratisbonensis.* 4to *Pataviensis.* 5to *Brixinensis.* 6to *Gurcensis, tanquam Vicarius Generalis Ecclesiæ Salisburgensis, sed non totius Provinciæ.* 7mo *Chiemensis.* 8vo *Seccoviensis.* 9no *& ultimo Lavantinus. Attamen in hac congregatione Salisburgensi, quæ nunc est, hic ordo servatus non fuit; sed sedebant præsentes Episcopi* 1mo *Frisingensis.* 2do *Pataviensis.* 3tio *Chiemensis: deinde Legati Ratisbon. Brixin. Gurcens. & Lavantini; Seccoviensis non est vocatus propter Excommunicationem, ut ex ore ipsius Archiepiscopi audivi* &c.

De ordine & præcedentia Suffraganeorum.

Quæ pleraque omnia ex Archivo Capituli Cathedralis Gurcensis descripta sunt. Jam itaque

CON-

CONCILIUM
SALISBURGENSE XL.

Anno 1512.

Anno Christi MDXII, Julii II. Papæ anno IX. Maximiliani I. Imperatoris anno XIX. convocatum a Leonhardo Archiepiscopo, ad occurrendum præsentissimis periculis disciplinæ, & Religionis.

Desiderabantur hactenus omnia hujus concilii acta, statutaque, & ne memoria quidem illius in plerisque Salisburgensium scriptoribus recurrebat; Hoc ego tandem in Archivo Consistorii Archiepiscopalis reperi, in quibusdam ætate fatiscentibus foliis descriptum, ac nunc primum in lucem publicam emitto.

DELIBERATA, TRACTATA ET CONCLUSA IN SACRO PROVINCIALI CONCILIO SALZEBURGENSI.

De consensione cum Archiepiscopis Electoribus.

Primo ex parte Convocationis Concilii Generalis per notabilem & solertem virum, ad id deputandum, apud Archiepiscopos Electores Sacri Romani Imperii diligens fiat investigatio, qualiter ipsi cum suis provincialibus Coepiscopis, occasione dicti generalis Concilii, in Urbe Romana apud Lateranum celebrandi, se exhibere intendant, & quid ob hoc statuere proponant, secundum ea studebit hoc sacrum Concilium Provinciæ Salzeburgensis, cum plena facultate ab eodem deputatorum se gerere & conformare; quatenus non reperiatur aliqua discrepantia, nec aliqua exorbitatio ab aliis Archiepiscopis, seu a natione Germanica, per hoc sacrum Concilium committatur: debita tamen obedientia, & reverentia erga Sanctam Sedem Apostolicam in his semper salvis.

De oratoribus, Romam mittendis.

Post hujusmodi investigationem, apud alios Archiepiscopos factam, & notitiam gerendorum per eosdem habitam, Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Salzeburgensis, hujus Concilii Præsidens, per literas, vel Nuncium, prout melius videbitur expedire, apud Sanctissimum Dominum nostrum Papam, se ac Coepiscopos, ac Prælatos & totum clerum hujus Provinciæ ob tarditatem missionis Oratorum & Nunciorum, nomine Provinciæ mittendorum, quam primum id fieri poterit, excuset. Cum propter discrimina hostilitatum & Guerrarum quæ in partibus Italiæ vigent ad præsens, iidem Oratores & Nuncii a Sacro Concilio Provinciali ad dictum generale concilium mittendi, non possint securum nec tutum habere transitum, quousque idem transitus per Sanctissimum Dominum nostrum Papam, & Principes terrarum fuerit assecuratus. Nihilominus se offerentes eidem Sanctissimo Domino Nostro ad omnia, quæ conservationem honoris & status Sanctitatis suæ, & Sanctæ Sedis Apostolicæ respiciant, se esse, & fore propensos & paratissimos. Hæc & alia prout post consultationem apud Archiepiscopos Electores Romani Imperii desuper habitam, juxta Negocii contingentiam, id fuerit visum melius expedire, idem Dominus Reverendissimus Sanctissimo Domino nostro Papæ explicanda literis seu Nuncio committi, aut communicari curabit.

De antiquis observandis Constitutionibus.

Secundo quia Synodi tam Provinciales quam Episcopales a Sanctis Patribus potissimum ea ratione noscuntur esse institutæ, ut in eisdem

eisdem circa reformationem morum, & ea, quæ ad disciplinam ecclesiasticam, & officia singulorum, circa cultum divinum, & observationem sacramentalium pertinent, doctrinis & monitis salutaribus intendatur, & in corrigendis excessibus vigor disciplinæ ecclesiasticæ observetur, & ob id per prædecessores Archiepiscopos Salzeburgenses ultra Juris communis dispositionem de vita & moribus subditorum, ac cohibendis excessibus & criminibus, & qualiter clerus circa divinum officium, ac in Sacramentis ministrandis se exhibere debeat, nec non circa dispositionem rerum ecclesiasticarum, in Comitiis provincialibus varia statuta cum insertis pœnis edita sunt, quibus, si exacte observentur, novas adjungere constitutiones supervacaneum foret. *Anno 1512.*

Sed quia frustra Sanctorum decreta canonum, ac statuta provincialia antiquis fuissent ordinata temporibus, si illorum executio negligatur, & modernis temporibus clerus & populus inveniantur variis vitiis & defectibus laborare, & ea, quæ proinde statuta sunt, negligi & penitus ac in oblivionem duci. Idcirco Reverendissimus Princeps & Dominus Dominus Leonhardus, Dei Gratia Sanctæ Salzeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus &c. volens sacrorum sancita canonum, & a Prædecessoribus suis salubriter statuta, signanter per quondam bo. me. Fridericum Archiepiscopum Salzeburgensem, Prædecessorem suum, in proximo Provinciali concilio edita, & innovata, inviolabiliter observari, & in subditis Provinciæ Salzeburgensis ad debitum executionis effectum deducere, hoc sacro approbante concilio, statuit, & districte præcipiendo mandavit, quatenus omnes & singuli Coepiscopi suffraganei Provinciæ Salzeburgensis, in partem sollicitudinis vocati, in suis diœcesibus dictæ Provinciæ, quemadmodum & idem Reverendissimus Dominus Archiepiscopus in diœcesi sua id facere debet, & intendit, a data præsentium infra sex menses officium visitationis salutare, auctoritate hujus sacri Concilii, ac auctoritate sua ordinaria instituant, & exequantur. Primum in se ipsis ea emendantes, quæ sacris Canonibus obviare noscuntur, quatenus ipsi præstare possint, quod ab aliis requirere debent, & in se ostendant, qualiter cæteros oporteat in domo Domini conversari. Deinde circa capitula, & singulos canonicos Ecclesiarum suarum Cathedralium idem officium visitationis incipiant exercere, & visitatores eligant viros Deum timentes, doctrina & moribus cæteros præstantes, qui verbo & exemplo apud clerum & populum ædificare possint, quibus committunt vices suas in visitando suas diœceses, & ad Ecclesias conventuales & collegiatas, sibi subjectas tam regularium, quam sæcularium personarum, ac singulas parochias transmittant, qui de contiugentibus apud clerum & populum, quæ circa ecclesiasticam disciplinam & divinum cultum reformatione & emendatione indigent, tam in capitibus, quam in membris, in Dei timore reforment, & emendent, deferenda deferant, excessus corrigi, statuta prius edita diligenter custodiri, & observari, ac neglecta in eisdem restaurari, ac erigi faciant, secundum qualitatem temporum, personarum & locorum. Iidem quoque ordinarii locorum ipsis Visitatoribus compendiosum ordinem, libello inscriptum tradant, secundum quem se in officio visitationis dirigere habebunt; signanter notabiliores excessus, defectus & abusus, ex quibus majora proveniunt mala & scandala, in specie designando, quatenus de eis inquisitionem & correctionem ac emendationem facere possint oportunam, indubie sperans, si hujusmodi officium visitationis recte & laudabiliter confectum fuerit, exinde fructus multiplices in Ecclesia Dei provenire, & plurimas animas de-

Anno 1512. perditas Deo lucrifieri, denique clerum Deo & hominibus reddi acceptiorem, & si vitia emendata fuerint, ecclesiarum ministros a populo in Dei timore magis revereri.

De gravaminibus cleri & ecclesiarum. *Tertio* cum circa removenda gravamina, quæ clero & Ecclesiis contra libertatem ecclesiasticam inferuntur, decrevit hæc sancta Synodus, quod illa in scriptis redacta & oblata, seu quæ ante dissolutionem hujus Concilii Provincialis adhuc offerri contingat, per Notarios in hoc concilio deputatos, sub diligenti custodia reserventur, & nihilominus de aliis gravaminibus, nondum recensitis, quilibet Ordinarius loci in Diœcesi sua diligentem faciat inquisitionem, & ea in scriptis redigi & colligi curet, transmissurus scripta hujusmodi ad hanc civitatem Salzeburgensem, ut Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Præsidens, una cum adjunctis sibi per sacrum Concilium, ad id deputatis, quibus idem concilium dedit plenum & sufficiens mandatum, & facultatem, cum potestate substituendi ad tractandum latius de suis rebus, ac concludendum & exequendum ea, quæ pro tutanda libertate ecclesiastica, ac etiam pro ulteriori expeditione eorum, quæ futurum generale concilium respiciunt, expedire & conducere videbuntur.

At ut executio præmissorum sine mora, ac nova Convocatione concilii Provincialis suo tempore fieri possit, hoc sacrum concilium constituit, & ordinavit coram Notariis & testibus, in hoc concilio deputatis suos procuratores, videlicet Reverendissimos Dominos, Archiepiscopum Salzeburgensem, Episcopos Frisingensem, Ratisponensem, Pataviensem, Brixinensem, Gurcensem, Chiemensem, Seccoviensem & Lavantinum, cum pleno & sufficienti mandato etiam alios substituendi ad tractandum, concludendum & expediendum nominibus suis propriis, ac totius Concilii Provincialis, ea quæ occasione futuri generalis concilii tractanda & suscipienda veniunt, & si opus fuerit ad deputandum Nuncios & oratores ad dictum generale concilium cum sufficienti mandato, & instructione gerendorum, & proponendorum, nomine dictæ provinciæ mittendos, ac instrumenta mandati, tot, quot fuerint necessaria, desuper conficiendi, cum aliis consuetis necessariis & oportunis.

Item dictis procuratoribus a sacro concilio Provinciali data fuit etiam facultas tractandi de contributione pro expensis & supportandis oneribus expediendorum per clerum singulorum diœcesium fienda, & per ordinarios locorum, a suis subditis imponenda, colligenda & exigenda, prout iidem deputati, attenta qualitate negociorum, & expediendorum, duxerint hujusmodi quantitatem contributionis taxandam.

In præmissis tamen omnibus privilegiis & consuetudinibus quorumcunque semper salvis, quibus per præsens decretum hoc sacrum concilium derogare minime intendit.

Acta sunt hæc die decima septima mensis Martii Anno MDXII.

Joannes Gasserius, Historiographus Archiepiscopalis, de hoc concilio, ejusque Decretis, adnotavit: executioni minime mandata fuisse, ac proinde sperato eventu caruisse. In MS. Historiæ Lutherianismi pag. 24, *quod adservatur in Tabulario secretiore aulico Salisburgensi.*

Anno 1514. Hoc Archiepiscopo, & Ecclesiæ Salisburgensis, & Principatus tenente gubernacula, factum est, ut anno 1514 Collegium suorum Canonicorum Metropolitanum solveretur Regula S. Augustini, quam antehac Canonici illi diu invectam, jurato tenuerunt, obtenta primum pro hac conversione Bulla Pontificia Leonis X; quamvis huic mutationi Leonardus Archiepiscopus vehementer obstiterit, & non nisi coactus rem sibi valde adversam permiserit,

ferit, omen non fat faustum Ecclesiæ suæ exinde obventurum vaticinatus. Id mirum videri debet, quod cum alias vita Canonicorum, regulæ S. Augustini adstrictorum, atque in communi viventium, habita fuerit pro præcipua custodia disciplinæ ecclesiasticæ; hoc tamen tempore longe aliter senserit ipsemet Pontifex Leo X; ita quippe ille in Decreto: *Vita regularis hujusmodi in dicta Ecclesia Salisburgensi, quasi umbra, vel somnium, in religionis potius ludibrium, quam fomentum, & cultus divinus inibi indies minuatur &c.* Sic quippe progressu temporis & optima quæque, nisi desuper fulciantur, labascere inter mortales consueverunt.

MATHÆUS,

A. 1519. Archiepiscopus Salisburgensis XLVIII.

Primum Gurcensis Episcopus, & S. R. I. Tit. S. Angeli Diaconus Cardinalis, dictus Langius, incredibili animi virtute, Legationibus Cæsareis, difficillimisque peractis negotiis tota orbe clarissimus; anno 1514. electus Coadjutor, & anno demum 1519. Metropoliticam ibidem dignitatem adivit. Fuit autem ea tempestate rustici belli per omnem Germaniam maxima acerbitas, & desolatio; agresti plebe passim & in Principes, & sacerdotes, atque in avitam Religionem Catholicam, armis grassante, præsertim postquam nova Lutheri dogmata percrebuerunt. Quibus omnibus acerbis vulneribus etiam Salisburgensis Provincia vehementer fuit sauciata. Erat tum & clericorum & monachorum passim summa licentia, crassæ literarum politiorum ignorantiæ conjuncta; emunctam quippe ex illicita sacerdotalium officiorum, & indulgentiarum mercatu pecuniam in sustum, crapulam & effrænem, posita omni verecundia, concubinatum converterunt. Monachi quoque extra instituti sui normam deflexi, & vagi, vitiis & abusibus protendendis adeo tenaciter inhæserunt, ut ne quidem Episcoporum suorum contrarantium auctoritate moverentur. Ex concinnata hac ministrorum Ecclesiæ perversitate quid aliud nasci poterat, quam odium Cleri generale, & contemptus; Lutheri autem, cortuptelis illis omnibus insurgentis, ad omnes ordines hominum, etiam doctrina præstantium, aditus, & in Salisburgensi Provincia; nam monstravit ille digito mercenariorum offendicula & avaritiam, atque inanem populi fiduciam, in ludicris simulationibus atque externæ pietatis exercitiis collocatam. Archiepiscopus Mathæus ipse in Augustanis Comitiis expertus est hominis non vulgare ingenium, maximis auspicibus suffultum, atque ut ejus vehementiam quodammodo diverteret, studiorum illius rectorem Staupizium honestis conditionibus e Saxonia Salisburgum ad se evocavit. Anxius interea de mali acerbitate, & de parandis morbo remediis sollicitus Archiepiscopus, de intercipiendis item Lutheri progressibus, & quonam id potissimum pacto effectum daretur; quosdam suorum Suffraganeorum Muldorffium evocavit. Consensere omnes unanimiter, temporum vertiginem, e corrupta ecclesiastica disciplina natam, sola cleri emendatione excuti oportere. Hinc mandatum typis editur, quod ex Tabulario Consistorii Archiepiscopalis desumptum, in hunc locum deponimus.

Conventus Muldorffensis.

Mathæus miseratione divina Tituli S. Angeli Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, Archiepiscopus Salisburgensis, Episcopus Gurcensis, Apostolicæ Sedis Legatus &c. Ac Dei & Apostolicæ Sedis gratia Philippus, Episcopus Frisingensis: Ernestus Administrator Pataviensis, Comites Palatini Rheni, Duces Bavariæ &c. & Bertoldus Episcopus Chiemensis infrascriptorum occasione, in loco, inferius nominato, unanimiter congregati. Universis & singulis Metropolitanæ, & aliarum cathedralium ecclesiarum nostrarum Præpositis, Archidiaconis, Decanis, Custodibus, Cantoribus Scholasticis, Capitulis, ac monasteriorum quorumcunque Abbatibus, Præpositis, & aliis tam conventualium & regularium, quam sæcularium & collegiatarum ecclesiarum, ac districtuum nostrorum Prælatis, Decanis etiam ruralibus, Archidiaconis, Canonicis, Parochialium ecclesiarum rectoribus, provisoribus & vicariis, seu locumtenentibus eorundem, ac aliis presbyteris curatis, & non curatis, ac clericis quibuscunque, in sacris, vel minoribus ordinibus per civitates, & diœceses nostras ubilibet constitutis, quibus præsentes literæ nostræ innotuerint, Salutem in Domino. *Mandatum Cardinalis ad Clerum.*

Quamquam divino præcepto, sacrisque canonibus, & desuper editis Generalibus, & Provincialibus conciliis, & a plerisque ex nobis, & antecessoribus nostris emanatis synodalibus statutis, & constitutionibus, aliisque mandatis publicis, personis omnibus, potissimum ecclesiasticis, recte vivendi, & divina administrandi norma & lex tam sancte, pie & abundanter, ac etiam dilucide & clare sit præscripta, ut si illa usque modo vel exacte observata, vel non tam passim neglecta fuissent, foret tum supervacaneum ea vel innovare,

Anno 1522. vare, vel illis quicquam superaddere, tum etiam fervens, & major solito laicorum in totum ecclesiasticum statum excandescentia, quæ hac tempestate nimis excrescere, & pullulare cernitur, cohibita fuisset. Tamen cum ecclesiasticorum licentiosa vita, morum publica deformitas, infinitaque insuper eorum flagitia, & excessus indies magis, proh pudor! invalescant, in his præcipue (quod dolentes referimus) quod nonnulli circa divina persolvenda officia admodum remissi, & negligentes: alii in verbi Dei prædicatione, quibus id muneris demandatum est, superstitiosi, petulantes, & novorum, ac ab ecclesia damnatorum dogmatum, autores & seminatores, & minus quam deceat, vel oporteat, attenti, & cauti existant. Plerique dignitatis clericalis pudore penitus rejecto, dissolutis, & clericis non decentibus utantur vestibus, quibus a laicis minime discernuntur. Armis etiam cincti incedentes. Crapulaque & ebrietatibus studentes, per tabernas & compita publica discurrant. Compotationes, blasphemias, rixas & insultus scandalosos, illicitos & abhominabiles suscitando, & ita illis insistendo, ut nonnunquam insomnes, & vino adhuc madentes, aras & sacra mysteria, proh pudor! accedere, & sic prophanare audeant. Nonnunquam etiam sacramenta cum commissarum sibi animarum periculo, vel negligenter, vel minus rite, vel (quod detestabilius est) exactione & symoniæ labe turpissima mediante, administrare. Quin imo & præter ecclesiæ ritum, curæ suæ commissos, ad oblationes & peractiones compellere, & in his injusta præmia exigere, accepta etiam pecunia adulteria & alia crimina publica tolerare non vereantur, eis alioquin sacramenta denegantes. Quidam autem in ædibus suis tabernas vinarias constituant. Alii negociationes sæculares, & mercaturas clericis interdictas, & aliquando non sine usuræ suspicione exerceant. Innumeri etiam non solum concubinas, & proles secum domi nutriant, sed & eorum ministerio, in publico laicorum conventu utantur. Nonnulli in beneficiorum ecclesiasticorum possessione, nullo habito canonico titulo intrusi, fructus & redditus eorum inique absorbeant & vorent. Ac laicali potentia quandoque freti, in his se tueantur. Plerique ecclesias prorsus denudantes, domos etiam dotium collabi sinant. Hique & alii immemores, quod sanguis ovium de manibus eorum requiretur, vicarios, seu locumtenentes, & divinorum cooperatores, competentiis ipsorum prorsus diminutis; quin imo, absentiis ultra quam deceat auctionatis, vicarios assumant minus idoneos, & nonnunquam monachos, etiam mendicantes, vagos & aliquando de apostasia suspectos. Qui cooperatorum & capellanorum mercedem condignam subtrahere, fundationes & ea quæ ex institutione fieri deberent, animarum insuper salutem negligere, ecclesiasque debitis obsequiis fraudare non verentur. Quibus & aliis infinitis ecclesiastici ordinis excessibus, & in re divina gerenda plus quæstus quam salutis causa introductis abusibus fit, Ut hac tempestate innumeri libelli famosi, licentiose nimis in vilipendium ecclesiastici status prodeant, quibus exstimulati laici, plus quam alias unquam in eum stomachantur, irritanturque, & usque adeo ad vindictam & seditiones provocantur, ut videantur jamjam in perniciem & excidium cleri erupturi. Quin imo (quod magis cordi habendum est) Deus Optimus Maximus perversa hac mortalium, & præcipue ecclesiasticorum vita, qui cæteris verbo & exemplo præesse deberemus, nimis exasperatus & offensus, ut seditioni seditio, afflictioque afflictioni nostris exigentibus demeritis accumuletur. Turcarum gentem perfidissimam, & unicam Christiani nominis inimicam, nostra finitima, nostrosque fideles populari, vastari, & capi indies sinit, nobisque ipsis propediem instans illud ipsum, nisi ad cor redeamus, nosque emendemus, minitatur exitium. Quare non modo operæ pretium est, & nobis ex pastoralis officii nostri functione incumbens, verum etiam nequaquam posthac conniviendum, vel dissimulandum, sed pro viribus adnitendum, quo licentiosa hæc clericorum vita reformetur, quæstus & exactiones indebitæ amputentur, scandala tollantur, comprimantur & extirpentur vitia, redeat charitas, & prisca religio resque divina cum probatæ vitæ exemplo augeatur. Et proinde ut Altissimus reconcilietur, exhortationibus, monitis, constitutionibus, mandatisque salutaribus attendamus. Ac in corrigendos culpabiles & delinquentes censura animadvertamus severiori, ut qui a malo timore Dei non retrahuntur, severitate pœnæ coërceantur. Indubie futurum sperantes, ut si vita omnium emendata fuerit, ceperintque mortales (& præcipue qui aliis præsunt ecclesiastici) sancte, pie & religiose vivere, Irritatus nunc & indignatus nobis omnipotens Deus mox reconcilietur, furorem iramque suam a nobis divertat, cessentque inde domesticæ seditiones, sopiantur surgentes tumultus, compescantur maledicæ linguæ, restituatur pristina

ſtina libertas, immunitas, reverentiaque eccleſiaſtico ordini, & nos tandem ab interno & externo hoſte tuti, potiri poſſimus æterna, & nunquam deſitura requie, & mercede, quam Deus repromiſit ſe diligentibus.

Nos itaque horum contemplatione ducti, ac prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis, & ſalutaribus ab eis editis Provincialibus & Synodalibus ſtatutis, & conſtitutionibus inhærentes. Nec non pium & ſaluberrimum decretum & inſtitutum factum per ſe. me. Leonhardum, noſtri Mathæi moderni Archiepiſcopi Salzeburgenſis immediatum prædeceſſorem in noviſſimo Provinciali Salzeburgæ celebrato concilio, & inſuper conſtitutiones & mandatum nuper a Nobis jam dicto Mathæo Archiepiſcopo per diœceſim noſtram Salzeburgenſem emanatum, proſequi, incitari, amplecti & continuare volentes, implorato per nos imprimis divino numine, communicato etiam communi omnium noſtrum, ac Metropolitani & cathedralium noſtrorum Capitulorum, per certas ex ſe ad id depntatas perſonas, & aliquorum hujus provinciæ Prælatorum, ſæcularium & regularium, nec non conſiliariorum noſtrorum eccleſiaſticorum, doctorum & juris peritorum, ac etiam venerabilis fratris & amici noſtri chariſſimi, Domini Sebaſtiani, Epiſcopi Brixinenſis Oratorum & procuratorum, ad nos ad id ſpecialiter deſtinatorum, conſilio. Accedente etiam venerabilis & Reverendi in Chriſto Patris, ac illuſt. Principis ſimiliter amici & fratris ac conſanguinei noſtri chariſſimi, Domini Joannis, Adminiſtratoris Ratisponenſis per certas ſuas literas miſſivas huc transmiſſas, pleno aſſenſu, unanimiter & concorditer conſtituendum, ſtatuendum & ordinandum duximus, prout tenore præſentium conſtituimus, ſtatuimus, ordinamus, & ſub infra ſcriptis pœnis irremiſſibiliter obſervari & mandamus.

Et imprimis cum potiſſimum divinorum præceptorum ſit, & a quo leges & Prophetæ juxta Evangelicam doctrinam pendeant, ut unum Deum colamus, veneremur atque amemus, & ad id ſummopere obſervandum omnis homo teneatur, præcipue tamen expedit, & decet, ut miniſtri Eccleſiæ, qui ad obſequia & cultum divinum deſtinati ſunt, præ ceteris divinis officiis, per quæ laudes Deo perſolvuntur, ſolerti ſtudio vacent. Quare igitur Sacerdotes, & qui in ſacris ordinibus conſtituti ſunt, ac beneficiati, quicunque officium ſuum in dicendis & decantandis horis canonicis, & adminiſtratione ſacramentorum, & aliis eccleſiaſticis officiis, ſecundum beneficiorum & locorum exigentiam, exactam diligentiam adhibeant, & unumquodque officium debitis, & a majoribus noſtris traditis modo, forma, locis & horis peragant, nec ſe ex quavis occaſione a debiti officii proſecutione retrahi, vel impediri ſinant, neque quicquam officiorum, ad quod ex beneficiorum ſuorum fundatione tenentur, quoquo modo omittere præſumant. *Anno 1522.* Et quia verbi Dei pabulum eſt animarum, ex quo grex Domini præcipue paſcitur, & nutritur, quod niſi prudenter, & rite adminiſtretur, potius deſtruit, quam ædificat. Non expedit, ut paſſim & per omnes prædicetur, ne ejus ignari & erroneis opinionibus ac doctrinis perverſis infecti, ſeipſos & auditores ſeducant, & magis diſpergant, quam ſeminent. Et Ideo non liceat poſthac cuiquam verbum Domini prædicare, & in populo docere, niſi id ſibi ſit a jure, vel antiqua laudabili conſuetudine, aut de noſtra ſpeciali licentia permiſſum, hi vero ſtudeant Evangelium, & verbum Dei ſobrie & caute, ac juxta ſanctorum, & ab Eccleſia approbatorum doctorum ſententias docere, & interpretari, ſintque cauti & circumſpecti, ne ſuperſtitioſa, apocrypha aut erronea, vel ab eadem eccleſia rejecta, & damnata dogmata tradant, vel doceant, nec ad convicia vel injurias quovis modo deſcendant, ne ubi cauſa Dei agi debet, hæreſes, ſcismata, ſcandala, odia, & ſeditiones ſeminentur & tractentur.

Cum etiam deceat ut clerici, quisque ſecundum ſtatum, ordinem & conditionem ſuam ſe in veſtimentis, & habitu tales gerant, quo a laicis ſecernantur, & eis officii cauſa venerationi ſint, præſtentque vita, moribus & habitu probatæ religionis exemplum. Idcirco omnes & ſinguli in ſacris ordinibus conſtituti, & maxime beneficiati coronam, & tonſuram in capite, ac veſtes longas usque ad talum pedis, & alia veſtimenta, & birreta deferant honeſta, & clericis decentia, ac quibus a laicis dignoſcantur, non quæſito nimio & exacto ornatu, nec veſtibus aut caligis rubei vel viridis coloris, ſeu alias virgatis vel finbriatis, ſive etiam ſericeis, niſi qualificati ſint, utantur; nec enſibus vel aliis armis cincti aut onerati, niſi in itinere conſtituti, incedant, in quo etiam veſtibus & armis utantur condecentibus perſonis, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, ac Canonicis Metropolitanæ & Cathedralium eccleſiarum noſtrarum, nec non familiaribus & officialibus noſtris (quos huic conſtitu-

Dalham, Concil. Salisb.

Anno 1522. tioni quoad colorem vestimentorum, & fericum deferendum subjacere nolumus) duntaxat exceptis. Insuper accessum tabernarum, publicarum evitent, nisi eos in itinere, vel peregrinatione constitutos, illas accedere oporteat, & tam inibi quam domi, & alias a crapula, compotationibus, ebrietatibus, ludisque a jure prohibitis, blasphemiis, rixis, percussionibus, tumultibus ac scandalis penitus & omnino abstineant; choreas & publica spectacula atque convivia vitent, ne propter ipsorum lasciviam nomen ecclesiasticum blasphemetur; nec posthac cuiquam ecclesiastico liceat tabernam seu compotandi locum, pro laicis in domo sua habere, vel exercere, vel vino (alias quam ex Provincialibus & Synodalibus statutis & constitutionibus permissum est) vel aliis rebus mercatorum more, emendo & vendendo, aut aliis quibuscunque negociationibus, seu quæstibus sæcularibus insistere, & terrenis lucris contra suam professionem inhiare, eisque qui eorum curæ commissi sunt, occasionem scandali præstare. Sacerdotes insuper curati, seu illorum vicarii, non quæ sua, sed quæ Jesu Christi sunt, quærere studeant, ac sibi subjectos in remediis & aliis juribus parochialibus, ultra ea, quæ sibi de jure debentur, gravare aut exactionare, nec eos ad peractiones peragi faciendas coercere, aut præter oblationes diebus solemnibus festivis fieri solitas & consuetas ad offerendum (cum illa pro arbitrio fieri debeant) compellere. Neque de sepultura, aut pro administratione sacramentorum, aut aliis spiritualibus pacisci, aut ob ea a parochianis neglecta, cuiquam ex eis aliquod sacramentorum denegare præsumant. Ipsis autem sacerdotibus propterea non interdicimus, quin post sacramentorum administrationem super juribus parochialibus, ipsis de jure debitis, contra illa denegantes, officium nostrum, seu vicariorum nostrorum implorare possint, ubi plenum justitiæ complementum sunt consecuturi.

Præterea convivia presbyterorum, quæ in similibus peractionibus etiam tempore confraternitatum, certis anni temporibus peragi consuetarum, in tabernis & locis publicis, sive convivaliter cum laicis fieri solent, omnino aboleantur, nec alicui ex presbyteris eisdem illa accedere liceat. Verum plebanus loci solis presbyteris advenis convenienter & ad necessitatem, nec ad voluptatem, cibum & potum ministret. Unde petentes fieri peractiones, si Missis per presbyteros suæ parochiæ legendis contentari noluerint, teneantur eisdem advenis presbyteris addere aliquod emolumentum, pro refectione corporali decenti, & necessaria, secundum locorum distantiam & qualitatem, & quemadmodum in visitatione universali, per nos & nostrum quemlibet quamprimum instituenda a deputatis per nos visitatoribus, super his omnibus conveniens, magisque expediens ordinatio fiet. Ut insuper magis animarum saluti, quam lucris temporalibus intendatur, idcirco præfati presbyteri curati, in antea de quibusvis etiam enormibus peccatis, & casibus nobis reservatis, dummodo sint occulta (hæreticis, homicidis & excommunicatis duntaxat exceptis) confessis pro tempore, & contritis absolutionem impendere, & pœnitentias salutares injungere possint, alia nostra vel alicujus ex nobis desuper non habita aut requisita licentia speciali, sine tamen ulla prorsus propter absolutionem casuum hujusmodi reservatorum, pecuniæ erogandæ coertione, a qua & omni alia Simoniaca & enormi exactione prorsus abstineant. In publicis autem & notoriis criminibus confessi simul & homicidæ ac hæretici & excommunicati prædicti, ad nos vel vicarios nostros pro tempore remittantur. Quam tamen constitutionem ad sæculares duntaxat sic delinquentes personas extendi volumus, ecclesiasticis in dispositionibus juris communis & antiquarum constitutionum permanentibus. Insuper deinceps curæ animarum a nobis vel vicariis aut officialibus nostris aliter aut aliis, quam idoneis, & per eosdem vicarios nostros examinatis & admissis personis non concedantur. Prætetea rectores ecclesiarum, cæterique beneficiati, qui nisi canonico titulo suffulti, ad ecclesias & beneficia hujusmodi de cætero non admittantur, nec in illis tolerentur. Per seipsos personaliter residendo, vel si de Apostolicæ Sedis, aut nostra licentia ipsos abesse contingat, per sufficientes vicarios & substitutos ecclesiis & beneficiis hujusmodi in divinis debite deserviant, & curam animarum diligenter & solerter exerceant. Nec in locationibus ecclesiarum suarum vicarios, neque parochianos suos gravare præsumant, sed absentiis consuetis, & juxta ecclesiarum redditus, competentibus (quas etiam eis quavis de causa sine expressa nostra vel vicariorum nostrorum licentia augere non liceat) contenti sint, juxta clariorem per nos & quemlibet ex nobis in supradicta visitatione instituenda, desuper faciendam ordinationem, habeantque idoneos, & qui plebi noverint præesse, & prodesse lo-

co sui vicarios, ipsique & alii beneficiati, vicariis, substitutisque, & ipsi denique vicarii cooperatoribus suis (inter quos omnes nulli in antea ad curam animarum de novo regendam, nisi per vicarios nostros prius rite examinati & admissi fuerint, admittantur) de honestis & justis stipendiis & competentiis provideant, ne debito officio ecclesiæ fraudentur. Domos etiam & fundos dotium suorum beneficiorum collapsos restaurent, & quantum necessitas postulaverit, reforment, & alios in debita structura, & cultura conservent, nec ullo modo collabi, vel perire permittant. Ad quod etiam per Archidiaconos, & Decanos nostros rurales in eventum negligentiæ, per subtractionem proventuum auctoritate nostra arctius compellantur.

Nec ad deserviendum ecclesiis, vel beneficiis hujusmodi fratres, sive religiosi, cujuscunque ordinis, etiam mendicantium, quovis modo admittantur, & si aliqui hactenus tales admissi, vel recepti fuissent, quamprimum amoveantur. Et tam illæ, quam aliæ quæcunque regulares personæ, ordinum quorumcunque, per dictam provinciam nostram (nisi de legitimis causis & licentia superioris suffulti fuerint) extra sua monasteria morari, aut vagari nullatenus præsumant. Alioquin ad nos, vel vicarios nostros, vel eorum superiores, per victus denegationem, aut alia juris remedia, remittantur. Monasteriorum vero Prælati, incorporatas ecclesias obtinentes, Vicarios perpetuos, aut ad nutum amovibiles, in eisdem ecclesiis sibi incorporatis, deinceps non constituant, nisi fuerint prius per nos aut vicarios nostros examinati, & idonei reperti, & admissi. Cumque ex ignavia sacerdotum præcipue curatorum, animarum salus periclitetur, & gravia scandala proveniant, fitque in ecclesia Dei sanctius, paucos sufficientes & bonos, quam multos indoctos & imperitos habere ministros. Idcirco deinceps ad sacros ordines non admittantur, nisi viri de scientia, doctrina, peritia, moribus, vita, & honesta conversatione diligenter examinati, & idonei reperti. Inter quos ad curam animarum ut præfertur, admittendi sint, præcipue cæteris doctiores, & in sacramentis ecclesiasticis administrandis exercitati, seu idonei & sufficientes. Quo vero ad ordinatos in Urbe Romana (quos una cum aliis extra provinciam & diœceses nostras ordinatis quibuscunque, nisi simili & rigoroso examine vicariorum nostrorum prævio, ad ministerium altaris quovis modo admitti nolumus) constitutio felicis recordationis Julii Papæ secundi, Nedum circa ordines collatos, verum etiam quo ad titulos, quibus ordinandi similiter inibi mandantur esse provisi, inviolabiliter observetur. *Anno* 1522.

Cum etiam ut clericorum actus in melius reformentur expedit ut caste & continenter vivant, munda & casta tractantes. Quapropter omnes presbyteri, & beneficiati prædicti, a supra memoratis publicis & scandalosis concubinatibus, fornicationibus & excessibus abstineant. Nec concubinas & proles secum fovendo teneant, juxta Basileensis Generalis concilii decreta, cujus pœnis volumus in his delinquentes omnino subjacere, ad earum executionem contra incorrigibiles & inobedientes indubie processuri.

Ad obviandum etiam maliciis, quibus Christi fideles nonnunquam per quæstuarios, & alias personas, indulgentias fictas, vel jam revocatas circumferentes, nedum exactionantur, verum etiam in votis relaxandis, & aliis enormibus peccatis remittendis, sæpenumero seducuntur, & animæ eorum periclitantur. Unde etiam parochiani aliqui, relicta quandoque propria ecclesia, & pastore suo contempto, publicis adulteriis, & aliis gravibus criminibus obnoxii, ad monasteria se conferunt, ad ipsorum religiosorum assertionem, & super indulgentiis (de quibus non constat) absolutionem impetrantes cum simili animarum suarum periculo. Idcirco inhibemus vobis omnibus & singulis Archidiaconis, Decanis ruralibus ac presbyteris curatis prædictis. Ne aliquem Quæstorem, vel elemosinarum aut aliorum quorumcunque subsidiorum collectorem vel exactorem, etiam quarumvis Apostolicarum & aliarum indulgentiarum, prærogativarum & literarum occasione, ad prædicandum, sive elemosinas aut subsidia hujusmodi colligendum, qualitercunque admittatis, nec similes indulgentiarum, & alias quascunque literas, & scripturas; etiam privatas, quæstum vel elemosinam concernentes, nisi literæ admissionis, licentiæ & approbationis nostræ (per quas innotescat tam quæstores & collectores admissos, quam indulgentias & literas hujusmodi per nos examinatas & approbatas fuisse) vobis desuper ostensæ fuerint, quoquo modo publicetis, aut publicari permittatis. Presbyteri quoque peregrini & ignoti (ut occasio vagandi tollatur) in dicta provincia nostra nullibi ad celebrandum missarum solennia admittantur, nec ultra mensis spacium in consortio presbyterorum tolerentur, nisi exhibeant literas admissionis, alterius ex nobis Archiepiscopo & episcopis

Anno 1522. scopis prædictis, in cujus diœcesim se transtulerint, ac documenta & literas testimoniales sui ordinarii, a cujus diœcesi immediate discesserunt, quibus de eorum ordinibus & honestate constet, ne aliquis incorrigibilis post excessus a se perpetratos, impunis ad alienam diœcesim transeundo evadat.

Deinceps ne Christi fidelium eleemosinæ in alios quam pios usus erogentur, non liceat vitricis & procuratoribus fabricarum in singulis ecclesiis hujus nostræ provinciæ, quicquam de pecuniis ad fabricam provenientibus erogare, distribuere, seu profundere, aut in ædificiorum, vel alium quemcunque usum dispensare, sine Rectoris scientia, sed ad capsas, in quibus pecuniæ & bona fabricæ reponuntur (sicut etiam in Provincialibus & Synodalibus constitutionibus continetur) semper tres claves habeantur, quarum una omnino Rectori custodienda tradatur. Postremo ad omnem nefarii quæstus fomitem tollendum inhibemus omnibus & singulis nostris Vicariis & Officialibus, nec non Archidiaconis & Decanis ruralibus prædictis, aliisque, ad quos excessuum denunciatio, vel correctio quomodolibet spectat, vel pertinet, aut quibus id per nos committi vel demandari contigerit; Ne pro excessibus prædictis, aut transgressionibus alicujus, ex dictis constitutionibus, statutis & ordinationibus nostris, pecuniariam mulctam vel pœnam a quocunque petere vel exigere, nec ultro oblatam recipere, neque alterius compendii vel remunerationis, aut quæstus lucrique occasione excessus præmissos tolerare, nec ullum pro sic delinquendi licentia præmium accipere præsumant, sed ad alias pœnas infrascriptas contra delinquentes pro delicti qualitate procedant.

Quocirca vos omnes & singulos Præpositos, Decanos, Capitula, Abbates, aliosque Prælatos, Canonicos, Archidiaconos, Decanos rurales, nec non presbyteros curatos & non curatos, & clericos supradictos, tam conjunctim, quam divisim, sub interminatione divini judicii obtestamur, Vobisque & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, nec non sub excommunicationis sententia, ac sub censuris ecclesiasticis, aliisque in sacris canonibus expressis, nec non corporalibus, & pro arbitrio nostro uniculque secundum excessus & delicti qualitatem, infligendis pœnis, districtius præcipiendo mandamus: Quatenus infra quindecim dies post publicationem præsentis nostri mandati, quorum quinque pro primo, quinque pro secundo, & reliquos quinque dies pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, immediate sequentes, a supra memoratis criminibus & excessibus prorsus & omnino abstinuisse debeatis, & vestrum singuli abstinuisse debeant, quodque præsentes constitutiones, ordinationes & statuta nostra prædicta omnia & singula, in quantum vos & quemlibet vestrum concernunt, inantea firmiter & inviolabiliter observetis, & observari faciatis. Nec illis quoquo modo directe vel indirecte, per vos vel alios, quovis quæsito colore, vel ingenio contravenire præsumatis. Certificantes nihilominus vos, & quemlibet vestrum, quod mox post lapsos dictos quindecim dies, a die intimationis prædictæ, in quo relationi cursoris jurati omnino credemus, & stabimus, contra transgressores, inobedientes & contumaces, ad sententiarum, censurarum & pœnarum prædictarum declarationem & executionem, prout juris fuerit, & expedire videbitur, indubie procedemus, vel procedi mandabimus. Et quo præsens hoc nostrum mandatum majoris sit efficaciæ & momenti, possitque exactius executioni mandari, insinuamus vobis, quod quam primum commode fieri poterit, generalem visitationem & reformationem instituturi, & juxta sacrorum canonum, ac Provinciales & Synodales constitutiones prædictas, aliasque prout juris & expediens fuerit, sumus processuri. Nolumus autem per hoc præsens mandatum nostrum Provincialibus ac Synodalibus statutis & constitutionibus, antehac per Prædecessores nostros, aut nos emanatis, quoquo modo derogare. Sed illa (in reliquis omnibus huic mandato & ordinationi nostræ, non obviantibus nec contrariis) etiam sub pœnis inibi contentis, inviolabiliter observari. Ipsumque præsens Mandatum volumus ad subditos cujuslibet ex nobis Archiepiscopo & Episcopis prædictis, etiam quo ad executionem respective referri, & extendi, ac Metropolitani, aut alterius cujusvis nostrum juribus similiter nequaquam præjudicari. Et quoniam difficile foret præsentes literas nostras originales ad singula loca & ecclesias, præcipue parochiales, ac monasteria nostrarum Provinciæ & diœcesium deferri. Idcirco volumus & mandamus, earundem literarum transumptis, manu Notarii publici, vel cujuscunque Secretariorum nostrorum subscriptis, & sigillo alicujus nostrum munitis, plenam & eandem ubilibet fidem adhiberi, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes literas, sigilli nostri Mathæi Cardinalis Archiepiscopi præ-

præfati, tam proprio quam reliquorum Coepiscoporum nostrorum prædictorum nominibus, ab eis rogati, impressione & Notarii infrascripti subscriptione muniri fecimus & mandavimus.

Datum in oppido Muldorff Salzeburgensis Diœcesis die ultima mensis Maji. Anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Porro Mathæus Archiepiscopus post novatorum tumultum & prudenti moderatione, & repetitis conflictibus paulisper sopitum, ut loculentiori molimine veterem religionem tueretur, & novatores opprimeret, Diœcesanum cogere concilium constituit. Illius convocatio pro die 7. Aprilis anni 1525. decreta, adservatur in Archivo Consistorii Salisburgensis. Veruntamen interlobentibus novis discordiis hoc concilium fuit intermissum; nam homo quidam perditus & effrons, Wolffgangus Todt, Franciscani conventus Wolfsbergæ in Carinthia moderator, Guardianum nominant, Lutheri placita amplexatus, palam ea atque insrunite in vulgus ejectavit, & rusticorum animos, alioquin perduelles, reddidit petulantiores. In hunc Archiepiscopus competenter animadverti jussit. Alius ejusdem furfuris Sycophanta Georgius Agricolo prædicatione sua plebem magno numero pervertit, qui palinodiam se canere nequiter dissimulans veniam obtinuit a clementissimo Principe, paulo post tamen reversus est ad vomitum. Plures alii pacis perturbatores, Magistratui insultantes, aut expulsi, aut mancipati carceribus, perfidiæ suæ atque perduellionis pœnas dederunt. Anno 1527. Decretum ab Archiepiscopo emittitur ad Parochos, quo illis præcipitur, qui in Hallein, Tittmoning, Lauffen & Radstadt curam animarum gerunt, sedulam navent operam, ut populus depromptis e sacra Scriptura, & Traditione locis, apportune edoceatur falsorum Prophetarum agnoscere offucias, easque toto animo detestari; sensit quippe Pastor sagacissimus, in ejusmodi causis rectam institutionem, esse ipsis pœnis efficaciorem, & Episcopo digniorem. Interea temporis indicitur a Paulo III. Papa Mantuæ Concilium œcumenicum, quod deinde ad Tridentinam Urbem translatum est, ad consulendum rebus Ecclesiæ undiquaque afflictissimis; ad quod concilium ipsum quoque Archiepiscopum vel ejus legatos accedere oportebat, Itaque necessum plane censuit Archiepiscopus convocari Provinciale concilium Salisburgense, ad Nuntios eo legitime ablegandos, proferendaque præcipua capita, avitam Salisburgensium religionem, & salutarem disciplinam vehementer infestantia, quibus depellendis omnino opus erat adminiculo concilii Universalis. Episcopi vero Salisburgensis Provinciæ, & Patres, ut rebus in Provinciali Synodo peragendis instructos adferrent animos, indixit Archiepiscopus prævium conventum Müldorffi, quorumdam Episcoporum, & Nuntiorum, quos Principes vicini & absentes Episcopi eo destinassent. Actus est ibidem ille conventus, & Recessus illius germanico idiomate consignatus, quem ob filum, & nexum rerum Synodalium Salisburgensium hoc loco deponimus, depromptum ex Actis Synodalibus, in Archivo Consistorii Archiepiscopalis adservatis.

Secta illa-[illegible]

Anno 1537.

Recessus Müldorffensis.

Zu wissen. Als der hochwürdigst Fürst, und Herr Herr Mathæus, der heiligen Römischen Kirchen Cardinal, und Erzbischof zu Salzpurg, Legat des Stuehls zu Rom &c. kurz verrukter täge, auf ersuchen Bäpstlicher heiligkeit, durch einen sondern Irer heiligkeit Nuntium an seine fürstlich Gnaden mundlich, und schriftlich beschehen. Den hochwürdigen, Durchlaüchtigen, hochgebornen Fürsten, und Herrn herrn Philippsen, Bischoven zu Freysing: Herrn Hansen zu Regenspurg, und Herrn Ernsten zu Passau Administratorn, allen Pfalzgrafen bei Rein, Herzogen in Bayrn &c. Auch Herren Georgen zu Brixen, und Herrn Anthonien zu Gurkh Administratoren, als seiner Fürstl. Gnaden, und der Salzpurgischen Provinz Mitbischoven, und Suffraganier, etlich Bäpstliche Brevia, die intimation, verkündung, und besuchung des gemeinen Christlichen Concilii, so gedachte Bäpstliche heiligkeit gen Mantua, auf den drei und zwantzigsten tag Maji auskomend ausgeschriben, in sich haltend, zuegesandt; Auch daneben zuegeschriben, und zu versteen geben, wie ein hohe Notdurst wäre, damit seine fürstl. Gnaden, auch sie di Mitbischöf und Suffraganeen ire Rät von Zuebereitung zu den angeregten gemeinen Concili, auch andern der Provinz obligen zu reden, und zu ratschlagen, auf einen gelegnen tag, und Malstat zu sammen schikhen, und derhalben sein Fürstl. Gnaden aus gueter Wolmeinung, den zehenden tag Januarii, und die Malstat, in seiner Fürstl. Gnaden stat Müldorff zu solcher Zusammenschikung ernent, angesezt; und darauf dieselben ire Mitbischöf, und Suffraganien freündlich ersuchet hat, ire Rät auf solchen tag, mit bevelch, angeregte diser Provinz obligen, notturftiglich zu beratschlagen, abzufertigen, und zu verordnen.

Und danu seine Fürstl. Gnaden auf solchen angesezten tag ire trefliche Commissari und Räte, Namentlich den hochwürdigen in Gott fürsten Herrn Hieronymus Bischofen zu Chiembse

(der

Anno 1537. (der auch ein Mitbischof und Glid der Salzpurgischen Provinz ist) und den Wolgebornen, auch die Erwürdigen, Edlen und hochgelehrten Herrn Sigmunden Graf zu Ortenburg; Herrn Paulsen Stadler, und Thumbherrn zu Salzpurg, Herrn Vnltein Probst zu Gaars: Nielausen Ribeis zu Neuen Khirming, der Rechten Doctor: und Johann Jung Prediger Ordens, der heil. Schrift Doctorn, verordent. Darauf auch der hochbedachten Mitbischoven und Suffraganien trefflich Gesandten, Botschaften und Rät, neben den obgemeldten Salzpurgischen Verordneten daselbst zu Müldorff ankhomen, und erschinen sein: die hoch und Erwürdigen, Edlen, hochgelerten, benentlich von wegen Freysing Herrn Anthonien von Alberstorf Thumherrn, und Jörg Spies Cantzler daselbst: von wegen Regenspurg Herr Jörg Wirtenberger Vicari in spiritualibus, und Augustin Pos Cantzler. Von wegen Passau Herr Hainrich Khurtz Weichbischof, und Herr Steffan Rosin, Thumbherr zu Passau: von wegen Brixen Herr Jörg Stamler Thumbherr zu Brixen, all der Rechten Doctores, und Herr Hans Gallus Brixischer Notarius: Und von wegen des Administrator zu Gurgkh, Herr Silvester Beck Probst zu Straspurg. Und nachdem die Salzpurgischen Gesandten ainen Fürtrag gethan, darin, was auf etlichen vergangenen diser Provinz, und sonst gehaltenen versamlungen, in Sachen, Erhaltung unsers heiligen Christlichen Glaubens, und die Geistlichkait belangend, sich verloffen, was auch dismals zu bedenkhen, und zu beraten die Notturft ervordern wolle, zellt und angezaigt. Darauf haben all obenermelte Erzbischöflichen und Bischoflichen Gesandten ainhelliglich die obligen und Notturften, bevorab auch die ursachen, so in gedachten Erzbischoflichen dises tags ausschreiben begriffen, zu beraten für die händ genomen, und fürnemlich das gemain Christlich Concili belangend: Dieweil das zu vordrist von wegen erhaltung unsers heiligen Glaubens, und ausrottung der villerlaj Irrsal und Ketzereien, so leider in diser teutschen Nation an meer orten eingerisen sein, fürgenommen. Darumb auch von allen Ständen des heiligen Reichs, Geistlichen und weltlichen, ain gute zeit her, embsig angehalten worden. So haben dieselben Gesandten ain unvermeidliche Notturft zu sein erwogen, und bedacht, damit hochgedachte fürsten, und Herrn Erzbischof, Mitbischöf und Suffraganien nit umbgeen sollen, noch mögen, sich zu der besuchung dises gemain Concili zu beraiten, und gefasst zu machen. Welche verfassung dann, ausser gemeiner dieser Provinz versamblung, als einem Concilio, oder Synodo Provinciali nit wol beschehen möge. Und wo aber solch gemain Christlich Concili, aus allerhandt besorgnüs der Khrieg, oder anderer verhinderung, vielleicht so bald seinen fürgang nit haben solte, das dannoch die höchst Notturft ervordert, damit von wegen Abfalls der Religion, auch des ergerlichen lebens, so bei der Briesterschaft gefunden, und dann der merklichen Eingrif und beschwerden, die von den Weltlichen denen Geistlichen, je länger je meer zuegefüegt werden, nottwendiges einsehen, und wendung beschehen, und solches durch den Metropolitan, Mitbischöf und Suffraganien, als die vorgeer dieser Provinz aintrachtiglich beraten, und gehandelt werden möge. Demnach die mergemelten Erzbischöflichen und bischöflichen Gesandten, sich deren nachvolgenden artikel veraint haben.

Zum Ersten. Nachdem Hochgedachter Cardinal und Erzbischof zu Salzpurg insonderhait vnn Bäpstlicher Heiligkait ersuchet worden. Derselben irer Heiligkait für sich, und seiner Fürstl. Gnaden Mitbischöf und Suffraganien genugsamen glauben in Schrifften zu thuen, und zu zuschiken. Nämlich das allen iren Gnaden, nach ausweisung der Bäpstlichen damit überschikten Brevien, das general Concili intimiret, und verkhundt sei. Demnach sollen die Mitbischöf (welche bishero das nit gethan) dem Metropolitan, aufs fürderlichist, solch beschehene insinuation in lateinischen Missiven, sambt Specification der Prælaten, wie auch die gemelten Bäpstlichen Brevien in sich halten, fürderlich zuschreiben, und übersenden.

Zum Andern. Das ain Synodus Provincialis oder Concilium Provinciale, durch den Metropolitan, innhalt darüber begriffner, und in diesen Convent vergleichter Schrift, ausgeschrieben, und die Malstat gen Salzpurg oder Müldorff, nach seiner Fürstl. Gnaden Gefallen, benent. Das auch solicher der Römischen Königl. Maj, Herzog Fridrichen Pfalzgrafen, Herzog Wilhelmen, und Herzog Ludbigen, auch Herzog Ott Heinrichen, und Herzog Philippsen Gebrüedern, fürsten in Bairn &c. Auch den Landgrafen zu Leüchtenberg, in deren allen fürstlichen Gnaden Landen und Gebieten sich diese Provinz erstrekht, zugeschriben, und verkhündt werde. Abermallen innhalt einer Schrift, so auch darüber verfasst, und vergleicht ist.

Zum

Zum Dritten. Das ein jeder Ordinarius seinen Thumb, und andern Capiteln, und den Prælaten, ob gleich etlich exempt, welche nach innhalt des jezt gehaltenen Lateranensischen Concili, darauf zu erscheinen schuldig sein. Desgleichen auch den Religiosis ordinum mendicantium seines Districts oder Bistumbs, auch den andern unterworffnen Geistlichen, solich Provincial concilium bekhunden, und sich mit aller Notturft darauf gefasst machen. Doch sol zur vermeidung unnotturftigs costens, und dieweil zu der bestimbten Vasten zeit die gemain Briesterschaft sich von iren Khirchen nit wol absentiren mögen, in jeden Bistumb den Archidiaconis, Archipresbyteris und Decanis ruralibus, nach jedes orts gebrauch, geschriben und bevolchen werden, das sie ires Districts Briesterschaft ervordern, und solich ausschreiben, und fürnemen des gemainen geistlichen Concili, auch Synodi Provincialis inen fürtragen, und der Notturft nach, mit inen handlen, damit si denselben iren Archidiaconis, Archipresbyteris, und Decanis ruralibus sambt ainen oder zweien anderen Briestern, aus jeden district, irer gelegenhait nach zu erkhiesen, an ir allerstat das ausgesezt Provinciale Concilium zubesuechen, und daselbst von wegen des generals Concili, auch gemainer Christenhait, und sonders dieser Provinz obligen halben, die Notturft zu beraten, zu handlen, zu beschliessen, und volziehen zu verhelfen, genugsamen Gewalt geben. Dergleichen mügen auch die Prælaten jedes Bistumbs (welcher Ervorderung nit kan umbgangen werden) ainen oder zween aus inen, zu besuechung dises Provincials Synodi für nemen, mit notdürftigen Gwalt versehen, damit ein jeder Ordinarius, neben seines Thumb Capitels Gesandten, aufs wenigst mit ainen Prælaten, aus jeden fürstenthumb, darein sich sein jurisdiction erstrekht, versehen sei; und uber das, sich mit ainen zbeien, oder mer gelerten, berüemten, der heiligen Schrift doctoribus, und sunst, nach jeder gelegenhait zum pesten, zu mergemelten Provincial convent gefasst mache.

Zum Vierten. Ist für gut, und notwendig angesehen, das Hochgemelter Cardinal, und Metropolitan, in Namen gemainer Provinz (wie bei weiland Erzbischof Leonharden zu Salzpurg, vor dem obgedachten Concilio Lateranensi auch fürgenomen gewesen) ainen feiner fürstl. Gnaden Räte, zu den anderen dreien Metropoliten; Den Khurfürsten Maintz, Cölln, und Trier, alsobald mit credenz, und instruction, auf gemainer Provinz Costen, in khünstige Anlag, oder contribution (die nit umbgangen werden mag) zu erstatten, abfertigen wöll, sich bei denselbigen anderen Metropoliten, ires vorhabens, gemüet, Mainung, und rats, des general Concili halben, zu befragen, und zu erlernen, und solich ausrichtung sovil möglich zu fürdern. Damit die Provinz auf angeenden Concilio Provinciali, dessen ain wissen haben, und sich desto statlicher darauf entschliessen, auch den anderen Metropoliten, so vil not und guet, conformiren mög. *Anno* 1537.

Zum fünften. Als nit allain von wegen der Zuberaittung des gemainen Concili, sondern auch der religion, und der vilsaltigen geistlichen obligen, Bevorab auch der weltlichen eingriff, und merklichen beschwerden halben, auf disen convent, ettlich artikel und dubia, durch die Salzpurgischen Verordneten fürgehalten, und den anderen Gesandten auf ir begeren, in dreien unterschidlichen Schriften zuegestellt, die auch mit allen vleis disputirt, erwogen, und darauf allerlai fürträglich ratschleg bedacht worden sein. Und aber der meerer tail darunter, ausser gemainer versamlung der Provinz nit wol hat mögen beschlossen werden, sambt dem, das auch etliche Gesandten darzue nit abgefertigt, noch mit genugsamen gwalt versehen gewesen. So sein dennoch dieselben artikel und dubia zu weiteren ains jeden Ordinarien bedenkhen, sich, mittler zeit, bis auf mergemelts Provinciale Concilium, mit den seinen darauf statlich haben zu beraten eingestellt. Also, das ain jeder seinen ratschlag darüber in Schriften verfass, auf und zu berürten Synodo, oder Concilio Provinciali fürpringen. Alsdann sollen solich ratschleg und sachen durch gemaine Provinz, der Notturft und pesten ansehen nach vergleicht werden, wie ain jeder gesandter seinen fürsten, der darüber gehabten unverpindtlichen disputation und beratung, auch was sich sonst weiter in disen convent hie zu vermelden von unnöten zuegetragen hat, wais zu berichten.

Des zu bezeükhung und urkhund ist dieser Recesse verfast, durch den Herrn Bischoven von Khiemsee, Herrn Anthonien Alberstorffer, Georgen Wirtenberg Vicarien zu Regenspurg, auch den Herrn Suffraganien zu Passau, Doctor Georgen Stamler, und Herrn Silvester Bekh, oben vermelt botschaften, verfertigt. Beschehen zu Müldorf den fünfzehenden tag Januarii.

Anno 1537. Anno domini ain taufend, fünf hundert füben und dreifigften.

Porro defixos pro celebrando Provinciali concilio diem, & locum, Archiepiscopus vicinis Principibus & Coepiscopis illico indicavit, eosque impense precatus est; huic ut sese præsentes sisterent, gravissimarum rerum tractandarum causa. Literarum ad Episcopos datarum generalis hæc fuit conceptio:

Venerabili Amico nostro, chariſſimo Domino Anthonio, Adminiſtratori Gurcenſis Eccleſiæ.

Mathæus, miſeratione divina Epiſcopus Cardinalis, Archiepiſcopus Salzburgenſis, Apoſtolicæ Sedis Legatus &c.

Convocantur Coëpiſcopi. Venerabilis Amice chariſſime. Quamvis ad ea, quæ muneris noſtri Archiepiſcopalis ſunt, Nos continuo iotendere deceat; ita ut cuncta, quæ pro conſervanda religione chriſtiana, fovenda honeſtate vitæ, ac morum integritate, nec ooo manuteneodis juribus eccleſiaſticis, quomodolibet facere poterunt, ſemper cogitare debeamus; id tamen maxime tunc præſtare ſumus adſtricti, quando majores & uberiores circa præmiſſa providendi occaſiones ſe offerunt; Hinc eſt, quod cum nuper, prout Amicitia Veſtra ſatis compertum habet, Nobis per Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Sanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Pauli, Papæ Tertii, Nuncium ſpecialem, Univerſale illud Coocilium, quod potiſſimum ſacroſanctæ noſtræ Religionis, & fidei gratia inſtitutum eſſe dignoſcitur, ad diem XXIII Menſis Maji proximi, in civitate Mantua, inchoandum ſit, & fuerit ioſinuatum, ac intimatum; crebro quoque rumore fide dignarum perſonarum ad Nos perlatum ſit, quod cura animarum ſegniter & oegligenter in Eccleſiis, Nobis jure Metropolitico ſubjectis, regatur: clericalis vitæ & converſationis honeſtas poſthabeatur: morumque levitas, atque in quodlibet peccati geous prolabendi liceotia, tam clericos, quam laicos quotidie magis invaleſcat, & augeatur, ac ſubiode poteſtas, jurisdictio & immunitas eccleſiaſtica vilipendantur, invadantur, opprimantur, ac violentur. Idcirco Nos ex debiti noſtri officio, communicato cooſilio & auxilio Amicitiæ Veſtræ, ac aliorum Coepiſcoporum & Suffraganeorum noſtrorum, qui in partem ſollicitudinis noſtræ vocati eſtis, ad prædictum Univerſale Concilium, Noſtro, & totius Provinciæ ooſtræ nomine viſitandum, præparationem facere: ſtatui & indemnitati Eccleſiarum, clerique morum reformationi, & corrigendis exceſſibus, atque reducendis poteſtatis, jurisdictionis, & immunitatis eccleſiaſticæ juribus, ſolerti cura, & vigilanti ſtudio (ut tenemur) intendere cupientes, ſtatuimus, die Lunæ poſt Dominicam *Jubilate*, quæ erit XXIII. Menſis Aprilis, proxime futuri, omnium & ſingulorum præmiſſorum gratia, Concilium Provinciale, in civitate & ſede noſtra Archiepiſcopali Salzburgenſi, huic rei gerendæ accommoda, celebrare. Quare Amicitiam Veſtram, ex Paſtoralis ſollicitudinis debito, in Domino admonemus, excitamus, requirimus & hortamur, atque eidem ſub pœnis, quas ſacrorum canonum dictat auctoritas, præcipieodo mandamus: quatenus Amicitia Veſtra, adjunctis ſibi & vocatis aliquibus ex Canonicis Eccleſiæ ſuæ, ac noonullis Conventualium, ſeu collegiatarum Eccleſiarum, etiam exemptarum, & Ordinum mendicantium, Prælatis, Miniſtris, Prioribus, Guardianis vel fratribus (*), Nec non aliquibus Eccleſiarum Parochialium Diœceſis ſuæ Rectoribus; quorum omnium reſpective numerum diſcretiooi Amicitiæ Veſtræ committimus, & relinquimus; quosque eadem Amicitia Veſtra, arbitratu ſuo, ad hoc duxerit eligendos, cum pleoo & ſufficienti mandato totius Capituli, & aliorum Prælatorum, ac parochialium eccleſiarum Rectorum Civitatis & Diœceſis ſuæ, ad Concilium Provinciale in Civitate noſtra Salzburgenſi celebrandum, dicta Dominica *Jubilate*, omni mora poſthabita; niſi inevitabiles cauſæ id non admiſerint, ſe perſonaliter conferat. Quam etiam ſpecialiter ob id, quod Sacra Romana Majeſtas, & alii Principes ſæculares, Domini & amici noſtri, ad quorum dominia hæc noſtra Provincia ſe extendit, de Provinciali cooventu certiores facti ſunt, tantoque vehementius, & ex animo requirimus, & obteſtamur, ut perſonaliter in eodem conventu Provinciali comparere oon recuſet; quatenus caſu quo Suæ Majeſtatis, & dictorum Principum ſæcularium Oratores & Nuncios hic etiam comparere contingeret, præſcripta omnia, atque alia

(*) *In toto Episcopatu Gurcensi præter Canoniam Gurcensem, Canonicorum Regularium S. Augustini, quæ simul Capitulum Cathedrale constituit, nulla alia est Prælatura, Abbatia aut Communitas seu domus regularis; adeoque hæc Archiepiscopi dispositio Episcopum Gurcensem hac parte non contingit.*

alia quævis tunc occurrentia, majori cum maturitate, reputatione & consilio tractari, & expleri possint; Quemadmodum pari modo ad hunc locum legitime præscriptum, etiam alios Coepiscopos Suffraganeos, & Prælatos nostros evocavimus. Postea, die Lunæ, tunc proxime sequenti, deliberaturi & consulturi: quo pacto Universale Concilium visitare, atque in hac rerum & temporum turbatione, Ecclesiarum indemnitati, vitæ morumque cleri reformationi, immunitatis reductiooi, aliisque ecclesiastici ordinis necessitatibus, pro Dei laude, commodius & salubrius prospicere, consulere & providere valeamus. Quod procul dubio cedet ad Omnipotentis Dei gloriam, & honorem Ecclesiæ suæ Sanctæ, & orthodoxæ fidei augmentum, & utilitatem, totiusque status & ordinis ecclesiastici commodum non vulgare. Satisfaciet etiam Amicitia Vestra eo ipso, debito Pastorali suo, quod & Nobis ab Amicitia Vestra (quam bene valere optamus) gratissimum erit. Expectamus ab eadem per hunc nostrum Nuncium, super præmissis responsum suum. Datum in Civitate nostra Salisburgensi, die XIIII Mensis Martii Anno M. D. XXXVII.

Coactus vero fuit Archiepiscopus, ut habetur in Actis Synodalibus, defixum tempus inchoandi concilii protendere ad trium septimanarum intervallum, nempe a Dominica Jubilate *ad Dominicam* Exaudi; *propterea, quod Oratores & Consiliarii, quos Bavariæ Duces, suo ut nomine Concilio adsisterent, nominarunt, publicis tum negotiis distinerentur: ipsique etiam Prælati regulares, ob interventum comitiorum Straubingæ, haudquaquam possent citius Salisburgum concedere. Omnibus illis seu Principum, seu Coepiscoporum, Prælatorum aut Cleri ablegatis, data est facultas, imo demandata provincia adferendi articulos quospiam, seu difficultates & gravamina, quos pro meliori Ecclesiæ bono aut mandari executioni, aut emendari cupiebant. Ex quibus articulis, seu gravaminibus duo duntaxat documenta ex Actis Synodalibus adferam, nempe Articulos, quos Rex Romanorum Ferdinandus (*) jussit exponi ab Oratoribus suis Provinciali Concilio; ea item Gravamina, quorum medelam clerus Diœcesis Gurcensis optabat, sperabatque impetrare a concilio. Utrumque documentum Germanico est idiomate consignatum.*

Artickl So Röm. Künigl. Majestät Gesannte dem Cardinal, und Ertzbischoven zu Salzburg und dem Synodo uberantbort haben. *Anno 1537.*

Dieweil die Gehaimnus des Gesatzs, und willen Gottes zu vorderist denen Provincialibus zu wissen, und zu eröffnen gebürd, sollen unser Rät, nach voreingefüerten vermanungen die Provinciales von unsern wegen weiter erinnern. Nach dem in unsern waren heiligen Christlichen glauben vill beschwärlicher, und erschröklicher Secten, zwispalt, und irrthumb eingevallen sein, Als fürnemblich wider die heilig Dreifaltigkait: die süben heiligen Sacrament, und in andern mer artickln: nemblich Wie die menschliche Satzungen geben, ob den Briestern der Eelich Stand zuegelassen, und dem gemainen volckh die communion in baiderlaj gestalt freü gelassen werden soll &c. Dadurch also die ganz Christenhait zertailt, und also in hoher beschwärlichkait und verlust der Seelen, auch Eer, leibs und guts stunden. Und darauf si, die Provinciales von unsern wegen zum höchsten ermonen, das si, als die, denen solichs gepürt, und die es zu genugthueung ires Ambts pflichtich, und schuldig sein, solche eingefalne zwispaltung, und Secten, notturftiglich, und mit guten grund erwegen, und disputiren lassen, und in solchen allen dermassen gefast, und berait sich machen wolten, damit diser Provinz gesandten, auch das angesezt concilium, denen, so von unsern waren, heiligen Christlichen glauben, und Religion abgetretten, oder abfellig worden, notturftiglich begegnen, und respondiren, und inen ire argumenta mit guten grund, und der Warhait ableinen mögen. Damit also gemaine Christenhait widerumb in ainen waren, gleichen verstand, und Christliche ainigkait gebracht werde. Wie wir dann nit zbeiflen, si solches selbst für hoch notwendig erkennen, und das aus aigner bewegnus, zu abstellung und verhüetung unwiderpringlichs verderbens, schadens und nachtails, so, als obsteet, gemainer Christenhait, in geistlichen und zeitlichen darauf stuende, begirlich und herzlich genaigt, und willig sein werden. *Articuli Regis Rom. ad Concilium.*

Es sollen auch darauf unsere Rät in allen dem, so auf benenten Synodo-

(*) *Effecit Carolus V. Imperator, ut frater suus Ferdinandus anno 1531. inaugurаretur Romanorum Rex eo potissimum consilio, ut, cum ille plerumque in Hispanus degeret, per hunc administrarentur res Imperii Romano-Germanici, & publica procuratio; utve ex illius absentia negotiorum cursus remorам pateretur, aut discrimen.*

Anno 1537. do fürkumen, auf Erbar, fittlich und Christliche weg, und mittl, sambt neben andern gesandten, die zu solchen Synodo verordnet worden, reden und handlen, und in solchen das pest, und nuzlichst, das zur fürderung der Er und Lob Gottes, auch zu wolfart, und guten der heiligen Christlichen gemain, dienstlich ist, ratschlagen, und betrachten helfen; doch in denen Sachen nit endlich schliessen, sondern uns solches jeder zeit auf der Post schriftlich berichten, und darauf unsers weitern beschaids und resolution erwarten.

Was dann also in berürten Synodo für gut angesehen, gehandelt, und beschlossen wirdt, darein Wir, wie jezo gemelt, bewilligen, dasselb alles wollen Wir in unseren fürstenthumben, und Landen, in dieser Provinz gelegen, und darein gehörig, zu würklicher volziehung khumen lassen, und daneben, nit alain alles, als irer Erz und Stifts sonderer Casten Vogt, sondern auch als Vater, Khunig, und gemainer Advocat der heiligen Christlichen Kirchen, ir, und der iren leib, Stift, Haab und Güetern, in genedigen vorspruch, Schuz und Schürm haben, und aller zeiten Schuz und Schürm herr sein.

Und dieweil der jezt schwebenden irrsal und kezereien iren sues und ursprung fürnemblich aus den eingedrungenen abusibus, und misbräuchen genumen: Wiewol nun zu abstellung derselben in der Regenspurgischen Reformation zum tail fürsehung gethan worden, so haben wir doch über dieselb Regenspurgisch Reformation für hoch notwendig bedacht, und angesehen, auf diesen angesezten Synodo, die hernach gemelten artikel fürpringen zu lassen; damit in denselben eingefallnen misbräuchen, auf einen gemainen concilio, desto statlicher gehandelt, und in dem wenigern, bis auf ein concili jezt de notturft nach, einsehung gethan werden möge.

Als nemlich für das Erst. Das die Provinzial und Episcopal Synodi hinfüran geschwaifter gehalten, und volzogen werden. Dann sovil Wir uns erindern mögen, sein deren nach beschlossen Regnspurgischen wenig, oder gar kainer gehalten worden.

Nach dem auch bei den Clöstern, sonderlich frauen geschlechts ain pöser Misbrauch eingewurzelt, das kain Tochter on ain nambhafte Haimbsteür darein angenomen wird; welches aber den Satzungen des heiligen Concilii Lateranensis, und andern gestrakhs zu wider ist. Darumben unsers achtens solcher misbrauch billich abgestellt werden soll. Dan dadurch mügen die laien, reich und arm, desto mer bewegung haben, ire khinder zu Christlichen wesen zu ziehen, und also die Clöster an personen desto gewisser erhalten werden.

Gleicher gestalt achten wir, das die Clösterleit zu Nachtail irer gesipten weltlichen freünd, in die Clöster billichen nit erben; sondern sich solcher gerechtigkait güetlich verziehen und begeben sollen. Dieweil doch die Gotshaüser des merern tails, wol und rätlich fundirt, und solches vortailigen Genues nit bedürftig sein. Auch die laien kaines widervalls von ihnen zu gewarten haben. Darauf sollen unsere Rät bei dem Synodo anhalten, von disen Artikeln disputiren, wie dise beschwärungen auf einen künftigen Concilio abzustellen seien.

Ferner bedenken wir gröslich von nöten sein, in diesen Synodo gute beständige ordnung fürzunemen, Damit der Kirchen, und Gottshaüser güter nit ad luxum, noch zu unnottürftigen pracht, oder sonst unzimlicher weis, wie ettwan bishere geschehen sein möcht, misbraucht und verschwendt, sondern allein zu der Eer Gottes, Erhaltung der Kirchen, und Notturft der armen angelegt, und verwendt werden. Wie dann das in den heiligen Concilien auch löblich eingesezt ist, und das auch solche Ordnung in genere, auf die geistliche, hohes und nideres stands gestöllt werde.

Dieweil auch die geistliche ir Briesterlich Ambt, und gebürlich Gottesdienst, an vil orten mit groser unzucht, und Leichtfertigkait volbracht, und damit die Laien nit wenig geergert haben. So wil sich wol gebüren, das inen bei aufhebung irer pfrüenden, gütern, und andern bequemlichen Straffen, mit Ernst aufgelegt, und einbunden werde, ire Briesterliche ämbter und Gotsdienst in der kirchen, mit merer andacht, zucht und Erfamkait hinfüran zu verrichten, das auch die ämbter und Gotsdienst, die man zu singen pflegt, nit allain mit mund, sonder dem gemüet, auch nit also, wie an vil orten geschicht, mit Schneligkeit geeilt, sonder langsam, distincte verständig und andächtiglich gesungen. Und insonders, das inen aufgelegt und eingepunden wird, sich in iren kleidern und Wandl, Erbar, züchtig und Briesterlich zu halten, und sich anders unwesens, darinn etliche den laien zu ergernus befunden, gänzlich zu entaüssern, und zu bemüessigen.

Und

Und als das Predig ambt in der Schrift höchlich bevolhen, und gebreist wird, deshalben dann in der Regenspurgischen ordnung wol und notturftiglich bedacht worden, das die Predicanten on vorgeender erforschung irer tauglichkait, on kunst, erfarung und erbarkait zu dem predigambt nit zuegelassen werden sollen. Will demnach höchlich von nöten sein, das in disen Synodo fürsehung beschehe, damit hinfüran kain Predicant, oder Seelsorger zuegelassen werde, er sei dann zuevor seinem Ordinario præsentirt, und von demselben Ordinari, wie sich gebürt, examinirt, und in solcher examination zu der predicatur, und Seelsorg genugsam befunden; und das solche examination, dieweil die durch die Ordinarien nit beschicht, sonder iren Vicarien bevolhen wird, neben den Vicarien, durch andre mer geschikte Briester, und geistliche, weise Männer beschehe, welche ain jeder Ordinari seinen Vicari zueordnen soll.

Dieweil auch wenig gestiffter Predicatur befunden werden, also, das auch nit alle Cathedral kirchen aigen predicanten haben, so bedenken Wir für nutz, und gut, das zu vordrift in den Cathedral kirchen, wie inen dann das Concilium Basileense sonderlich auflegt, desgleichen in den Steten, und ansehenlichen fleckn, da sich die vil des Volkes halten, sovil möglich, algen predicaturen fürgenomen, und aufgericht, und doch mit frummen, gelerten predicanten versehen werden, von welchen der gmain lai, neben den Pfarrherrn, nit allain das wort Gottes hören, sonder auch in iren obligen, und fälle der Gewissen, bericht nemen, auch hilf, rat und trost finden mögen.

Damit aber Wir auch für nutz und fruchtpar ermessen, das an feiertägen, nit allain das heilige Evangelium, nach Christlicher ordnung, sonder am feierabend, oder tags vor, oder nach der vesper, die Epistl desselben feiertags gleicher Gestalt auch geprediget wurde, wie dann an vil orten, von alter, löblich herkumen, und gehalten worden ist.

Desgleichen bedenkhen wir nuzlich sein, das die Ceremonien, und ritus der heiligen kirchen in gmain, und fürnemlich die zu sondern zeiten, und seiten gehalten werden, durch die Pfarrer und Predicanten, mit iren bedeutungen, dem gemainen Mann gepredigt, und ausgelegt, dann solches ungezweifelt dem ungelerten laien zu merer Andacht, nit wenig nutzung geben wird.

Dann die artikel der geistlichen leben, wandl und Gewerk auch mishandlung betreffend, sein unsers erachtens in der Regenspurgischen ordnung, den Satzungen der heiligen canonum gantz gemäs. Dieweil aber die gmainen Briester solche canones gleichwol iren Ambt zu wider, nit lesen, die auch nit allweg haben, noch versteen, so bedunkt uns gantz nuz, und gut, das die Straffen der canonum, wie die in Decreto canonico befunden, oder durch disen Synodum verordnet, und moderirt, bei jeden artikel eingeleibt, und dann gestrakhs volzogen werden; Damit sich kainer der Unwissenhait zu entschuldigen hab. Und die, so nit durch die Lieb, und forcht gottes vom übel abgewendet, doch durch die zeitlich Straff davon gezogen werden. *Anno 1537.*

Und wiewol die Briester nach ausweisung der alten heiligen concilien, für und für, dem lesen, gebett und predig ambt obligen, inen auch der Psalter nimmer aus iren händen khumen soll. So wird doch das widerspill befunden, und das sich vil aus inen, allain des Müsiggangs, daraus vil laster ervolgen, befleissen. Deshalben uns für notwendig, und nuzlich ansihet, mit den Bischöven, und Ordinarien auf disen Synodo zu handlen, das ain jeder in seinem Stift den Briestern aufleg, das jeder ain Bibel bei sich habe, und so er die Mess, und das, so er in der Kirchen zu thuen, und sein gebett verrichtet hat, alsdann die übrige zeit, für den Müssiggang, in lesen des alten und neuen Testaments verzere.

Dieweil auch den geistlichen in der Regenspurgischen Ordnung die Ladschaften, und convivia zu halten verpoten, und aber von inen darwider gehandelt wird, erfordert die notturft, denen übertrettern die Straffen, wie oben anderer artikel halben auch vermellt, zu bestimmen, und disen artikel anzuhenkhen. Angesehen, das inen die heiligen concilia, und canones, solche convivia, und ergerliche überflüssigkait essens, und trinkhens, bei schweren Straffen auch verpieten.

Und dieweil bei dem artikel, die casus reservatos berürend, in der Regenspurgischen ordnung fürsehung gethan worden, so bedenken wir doch nit minder ain Notturft sein, die ordinarios in disen Synodo zu ermonen, iren Vicarien ordnung zu geben, und bei inen darob zu sein, das sie sich mit der erkantnus der Excommunication, guter beschaidenhait befleissen, und die, nit aus ringen ursachen, als von Schulden, oder andrer dergleichen zeitlichen Sachen wegen erkhönnen,

Anno 1537. nen, sondern so vil möglich verhüeten. Wie inen auch das die alten concilia, als Mathäus Meldensis, und andere mer auslegen.

Dann von wegen verleihung der Pfarren, auch reservation der Absent, und pensionen, will gröslich von nötten sein, deshalben stattliche einsehung zu haben, damit die geislichen Gottsgaben, und fürnemlich die Pfarren hinfüran nit, wie an vil orten bisher beschehen, aus bitt, gunst, lieb, oder umb ainiges Gentles willen. Ja auch einem etwo vil pfarren, und zu vil mal khindern, welchen auch järliche pensiones darauf reservirt worden sein. Welches alles für unrechtmässig, und den alten heiligen concilien, und canonen manigfeltig zu wider sein, geachtet wird. Wie wol die neüen Canones hierinnen zu dispensiren zuelassen, so ist doch bewist, das aus solchen unnottürftigen dispensiren, und unordentlichen verleihungen, auch pluralitet der Prebenden, und derselben Pensionen, wenig guts ervolgt. Darumben sollen die Provintiales mit hohen Ernst ermont werden, von solchen schweren, Seelruerigen misbräuchen abzusteen, und die verleihung der geistlichen Gotsgaben, denen, so die Seelsorg auf inen tragen, in dem Stand der gmainen geistlichen Rechte zue stellen, und khumen zu lassen. Nemlich, das hinfüran on alles dispensiren, kainen mer dann ain Pfarr, ja auch nit anders, dann so, der genügsames alters, geschiklichkait, kunst, und frumbkait habe, darzue tauglich befunden, und erkent wird, die auch, durch sich selbst besizen, und versehen wil, und mag, verleihen, und sonst kaines wegs darauf instituiret werden, sondern der leehenherr pro hac vice, seiner leehensgerechtigkait privirt sein soll. Das auch gleicher gstallt kain Pension auf ainiche Pfarr, künftiglich reserviret, noch verschriben, sondern der Kirchen Gülten, allain den besitzenden, und verdienenden zuegeaignet werden. Wie dann solches alles die alte kirch, dermassen Christlich und löblich eingesezt, und löblich erhalten hat.

Dieweil aber in solchen, auf disen Synodo, kain endliche erörterung beschehen mag, sondern das, für und auf ain gmain Concilium gehört. Das sich demnach die Provintiales zu abstellung erzelter misbräuche auch gefasst machen wolten, und doch mittler zeit, so vil immer möglich, verhüet, und umbgangen, das die Pfarren, und Seelsorgen nit den jenigen, so die zuversehen untauglich sein, gelihen, und in solchen Vällen erberlich, auch nach vermög der geistlichen geschribenen Rechte, gehalten, und daneben die jenigen, so in denselben rechten bedacht sein, für andre angesehen, und gehalten werden.

Und ob auch fürohin ainigen khnaben, oder Jüngling, ainige geistliche Gotsgab (doch ausserhalb ainer Pfarr) verliehen wurd, das alsdann ime, oder seinen eltern, bei Straf, entsetzung der Pfrüenden, auch niderlegung der eingenomenen nützung, eingepunden werde: den jungen zu der leer, auch geistlichen zucht, und Wandl zu ziehen, und zu vordrift in der heiligen Schrift studiren lassen, wie das auch in den heiligen canonen gegründt, auch an ime selbst erber und billich ist.

Im artikel die clericos fornicarios belangend, wil auch von nöten sein, der concilien, und canonen Straff disem artikel anzuhenken, und nach dem deshalben in Concilio Basileensi ain schöne Constitution ausgangen; möchte die dem berürten Artikel eingeleibt werden.

Von wegen des artikel der Briesterschaft erbschaft betreffend, bewögen wir, das diser artikel, noch gemainer zu stöllen sei, nemlich das die Ordinarii von der erlichen Briester Güetter, die raichen her wo sie wollen, durch derselben beweiste freundt, oder die Armen, gänzlich ausgeschlossen werden, das auch die Ordinarii, die weltlichen obrigkaiten an inventirung, gerichtszwang und rechtfertigung der abgestorbenen Briestern verlassenen güetter, sonderlich ausser der Cathedralen, unverhindert lassen sollen.

Und dieweil auch sonderlich in unsern niderösterreichischen Landen vil pfarren gantz öd, und unversehen sein, welches fürnemlich aus dem ervolgt, das von geistlichen und weltlichen, die zehenden, so ordentlich zu den pfarren gehören, zu iren aigen nutz, eingezogen werden. Also das sich die Pfarrer und vicari (nachdem die gefell des altars wenig, oder nichts tragen) auf den Pfarren nit erhalten; und noch vil weniger die, so darzue geschikht, und tauglich wären, zu solchen Pfarren bekhumen werden mögen. Dadurch also der gmain Mann, on alle fürsehung, und reichung der heiligen Sacramenten verlassen wird; sollen dannoch unsere Rät in disem Synodo umb notwendig, und gebürliche einsehung anhalten; damit die zehende widerum zu den Pfarrern, so es verdienen mögen, volgen; und die ordinarii in selben stifften, alles vleis, und ernst darob halten, auf das die Vicarien, und Seel-

sor-

ſorger in der compętenz, dermaſſen gehalten werden, das ſie ir ſtattlichs, und notturftigs auskhomen, bei den pfarren und Seelſorgen haben, und ſich erlich erhalten mögen, und den geſchikten, gelerten geiſtlichen Perſonen, ſo zum predigen, und der Seelſorg tauglich ſein, dardurch urſach gegeben werde, nach den Pfarren, und Seelſorgen zu ſtöllen, die mann ſonſt, wo in dem vall nit notturftige einſehung beſchicht, nit bekhumen mag.

Percepta hac per Oratores Ferdinandi Romanorum Regis voluntate, & votis, non defuere Archiepiſcopus, totumque coactum concilium, quin protinus eidem reverentiſſime reſcriberent, omnemque ſe collaturos operam ſponderent, hæc ut, quæ Ferdinandus conſtitui, atque in Eccleſia emendari petiit, divino accedente auxilio, in opus redigerentur: quæ vero opus habuerint altiori indagine, auctoritateque, remiſſuros ſe ad imminens concilium Generale: precari ſe interim enixe regem, velit in iis capitibus, quæ ad clericorum ſuſtentationem, atque ad vitæ neceſſaria referuntur, quæque paſſim accomodata ſunt ad benevolentiam principum, pium ſeſe præſtare ac clementem: & præſertim antiqua clericorum privilegia ſarta tecta ſervare. Quæ vero ſpectant ad commune tributum, a plebe poraeha perſolvendum, ad decimas item, & teſtamenta clericorum, & quinam eorum hæredes advocari debeant? &c. perpetuis fuere litibus obnoxia; pleraque tamen ſuere compoſita, in ſubſequentibus conventionibus, initis inter civilem & eccleſiaſticum Magiſtratum, tempore Archiepiſcoporum Joannis Jacobi, Paridis, Maximiliani Gandolphi, Leopoldi, ut infra videbimus.

Gravamina, oder, Beſchwerden, ſo a communi clero Diœceſis Gurcenſis dargebracht, und eingelegt.

Gravamina Cleri Gurcenſis. An vierzehenden tag Decembris, ſein all Bröbſt, Pfarrer, und Vicari, ſovil deren in Gurkiſcher Jurisdiction ſein, zu Gurkh, ſambt meldung irer beſchwerden, und obligen ankhumen, auch die, als hernach volgt, angezaigt.

Item, Wie die Religion, und der dienſt Gottes von tag zu tag abneme, an diſen, etlich diſ lands einwoner, auch wol ausländer, die anderen Secten anhängig, urſacher ſein.

Item, ſo iſt lang Jar der gebrauch, und geſetz geweſt, das ain jeglicher, der das heilig Sacrament, zu ößterlicher zeit empfangen, auf die ſiben höchſten föſt, allweg ain pfenning zu geben, und opfern ſchuldig, aber deren jetzo wenig geben, und alſo die pfarren in abvaal khumen, das ſich kain gelerter Brieſter darauf erhalten mag, das doch hierin ain genants, was ſie zu geben verpflicht, geben werde. *Anno 1537.*

Item ſo hat mann in etlichen Pfarren, und Kirchen Panes Propoſitionis, das iſt, zueleg, etwo zu dreien, und auch etlichen orten, zu vier, oder fünf malen in Jar, geben, und dieſelben zueleg dem Pfarrer der Kirchen, und Möſner austailt werden ſollen. Aber jezt nach jegliches wolgevallen der unterthanen, und auch wol ettlich gar nicht, geben werden. Das auch dar in ain ordnung geben wird. Dann hoch zu bedenkhen, das ettlich pfarren allain auf opfer, und ſolich, vor und nach vermelt Sachen, geſtift ſein. So nun die nicht geben, werden die Pfarren nit mer Brieſter haben, oder wie weiter alsdann ſolich unterhalt der Pfarr geben, ſoll gehandelt werden.

Item. So iſt das wort Gottes bei ettlichen Jaren veracht, und wann das gepredigt, ſo ſein der pfarr leüte mer hervor, dann in der Kirche.

Item. De Remediis. Das doch hier in ain gwiſs ausdrukt, und gemacht werde. Dann an vil orten die angeſeſſenen 72 dl. und nicht angeſeſſenen 24 dl. Item die Jungen 12 dl. und Kinder 7 dl. zu geben ſich bewilligt. Aber, ſo nicht daran geſehen wird, zu lezt gar nicht geben. Und dieweil ſolches ain gaiſtliche ſach iſt, hätten ſich doch die laien darinn ordnung zu geben, unterfangen.

Item. Dieweil der Pfarrer der dritte, und Obriſt Zechmeiſter ſein ſoll, der auch zu der kirchen Güeter den dritten Schlüsl habe, auch in ſachen, der kirchen güeter belangend, auch ſambt zechleüten zu handlen hab.

Item, damit etlich Pfarrer und Geſell-Brieſter ir unterhaltung haben mögen, ſo iſt denen, durch die angeſeſſenen, habern und käs geralcht worden; jezt aber, werden dieſelbe güetter vil in die Mairhöf eingezogen, und nicht danen gegeben. So wollen auch etlich, die gleich angeſeſſen, ſich diſer längſt hergeprachten gaben wideren, und alſo auch gar auslaſſen wurden; wo nicht wendung darin geſchicht.

Item. Gleich wol die Pfarrer und andere, die geſtiften Mes ganz begirlich auszurichten. Aber von wegen Mangl der Brieſterſchaft, nicht mögen verrichten, deshalben ſich entſchuldiget haben wollen.

Item. So ſie die krancken mit den heiligen Sacramenten verſehen, und ſie widerumb aufkhumen, wirdet dem Brieſter dafür 1 dl., wo ſie aber ſterben,

Anno 1537. ben, alsdann 12 dl. geben. Das inen aber beschwärlich. Deshalben ein Anzal zu machen gut wäre. Die kheüschler genesen, oder sterben in diesen vall, so müessen sie doch drei kreutzer geben, Das inen dann für die andere auch beschwerlich.

Item. So lassen auch die unterthanen die fürsehung mit den Sacramenten gewönlich, als oft, auf die nacht ansteen, und alsdann die Briester (sonderlich winter zeiten) solichs nit mögen erschwingen. Demnach fürzunemen, das jenes auf den tag gestöllt, und gewendt werde.

Item. So ettlich Briester Executiones in geistlichen ladungen thuen wollen, das sie dann gehorsamlich und gern thuen wollen, so sein sie nit sicher, sondern inen wird gedroet. Das in dem auch wendung beschehe.

Item. in ettlichen Sachen, die bishero die Erzbriester, und Official gehandelt, werden jetzo durch weltlich ausgericht, und zu ende gebracht.

Item. So sein ettlich unterthanen, die casus reservatos haben, lauffen alsdann ad Indulgentias daselbst, wie vor augen, nicht wol gehandelt. Das doch zu verschonung der Menschen Gwissen, solich absolution, auf die Ertzbriester, und andere gelerte auch ansehentliche Pfarrer gestöllt werde.

Item. Das hinfüran kain Pfarrer von seinem Mairhof nicht auslass, noch verkaufrechte. Dan diser zeit sich vil darvon erhalten, und neeren sollen, auch mögen.

Item. Das ettlich . . . . . werden abgestellt, und wo den kirchen vil gegeben, Alsdann dem Pfarrer auch davon tail gevall-ordnung für zuwenden. *Omissum fortassis Seyrtäge vel, Procession.*

Item. Dieweil die Pfarren in abfaal khumen, und die, selbst mit gülten, oder zehenten nit versehen (Dann geistlich und weltlich, dieselben zehenten einnemen) was weiter darinn zu thuen, damit die unterthanen versehen werden.

Item. So haben ettlich Pfarrer güetter, die mit kainer Vogtei, andern weltlichen zugeben verpflicht, deshalben sich mit gwalt derselben güetter, stift und steür zu haben eindringen, das dann den Pfarren zu grossen abgang raicht.

Item. Aus disen ursachen, hie fürpracht, wil gemaine Briesterschaft SynodumProvincialem nit raten, sonder was sich weiter zutregt, haben sie den Brobst zu Kreig, Herr Hannsen Guglweit. Pfarrer zu Altenmarkt, und zu Möttnitz erwölt, die in namen irer aller handlen solten. Actum &c.

Reliquarum Diœcesium, si quæ fuerunt oblata gravamina, nusquam existunt in Tabulariis. Omnibus itaque congregatis, & instructis fit

CONCILIUM
SALISBURGENSE XLI.

Anno Christi MDXXXVII, Pauli III. Papæ, anno III. Caroli V. Imperatoris anno XIX. coactum a Mathæo Archiepiscopo, ad consultandum de rebus, ad generale Concilium perferendis, ad reprimendas hæreses, emendandos clericorum mores, & ecclesiasticam immunitatem conservandam.

Nulla hactenus facta fuit mentio hujus concilii seu a collectoribus conciliorum, seu aliis Scriptoribus Salisburgensibus; ita Concilii hujus Provincialis sat celebris, omnia acta latebant; historiam illius in compendium redactam primus dedit Joannes Gasperius, Historiographus Archiepiscopalis in supra laudato Manuscripto Codice pag. 87.

Ratio & scopus Concilii. Antequam conventum esset, consultum Myldorffii inter Patres est de iis, quæ in œcumenico concilio erunt pertractanda. Deinde literæ ad Rhenenses Metropolitanos datæ, eorumque sententia de œcumenico concilio expetita. Episcopi III a. d. Idus Majas Salisburgum ad Synodum pervenere. Ei postridie initium datum. Altera die Chiemensis Episcopus Patres est allocutus, quæsivitque, an e re Provinciæ futurum esset, oratores ad concilium mittere? Proposuit & capita, de quibus in Synodo esset disceptandum: Primum de hæresibus tollendis, & avita religione conservanda: tum de

de cleri emendatione: demum de ecclesiarum privilegiis, quæ a Principibus violata esse dicebantur. Synodus autem tota in quinque corpora dispertita erat. Prius Episcopis constabat, & Capitulis cathedralibus; hos monasteriorum Abbates & Præpositi sequebantur: proximi erant Archidiaconi atque Decani, qui ruri sunt, ecclesiarumque collegia; his accedebant mendicantium monasteria; postremo vero loco universæ provinciæ clerus consistebat. Tractationis ratio hæc erat: Deligebantur quidam e singulis corporibus ad res propositas, in deliberationem revocandas: Examine instituto ad suum quisque corpus singula referebat. Aderant Synodo & finitimorum Principum oratores: nullum his in deliberatione suffragium: ad consultationes & consensus, si quando rem silentio premi interesset, non admissi: seorsim cum illis actum, si quid Synodus communicandum censuisset.

Fuere, qui Principes ad Synodum fuisse vocatos, non probarent. Anxiæ horum religioni Langii nomine responsum est: *Fuisse Synodum a Principibus sæpe flagitatam: nisi itaque advocentur, facile prohibituros, ne Episcopi, præsulesve cæteri, qui intra eorum fines sunt, ad Synodum proficisci possint: Frustra præterea Synodi decreta edenda, nisi eo Principum favore executioni mandarentur: Ecclesiarum quoque jura, & clericorum privilegia, quæ negligi quererentur, commode recuperari, aut servari non posse, nisi negocio cum Principibus communicato. &c.* Ubi ad consultationes ventum est, censuit Archiepiscopus, oportere se, aut suo nomine Chiemensem Episcopum œcumenico concilio interesse: Episcopo Theologos duos, Jureconsultum unum, aliumque Romanæ Curiæ consuetudinum gnarum, addendos esse: plures propositi, ut delectus institueretur, Eckius, Nausea, & obscuriores alii. Mentione de religione facta, querebantur parochi, qui in valle ad Oenum sunt, doceri ibi hæreses, impios libros legi: Missam a monachis transfugis aboleri: literarum studia negligi, summamque esse clericorum inopiam. Cæterorum plerique de privilegiis tantum, & proventibus suis erant solliciti. Quidam tamen e Carinthia retulere, novas ibi sectas exortas: libros hæreticos passim venumdari. In Aquilejensi diœcesi nova doceri de calicis usu renovando; tum necessum non esse, ut singilatim peccata sacerdoti enumerentur, expiationem supervacaneam haberi: nuptias intra gradus, legibus vetitos, contrahi: Verbi divini ministerium contemni. Describunt alii clericorum vitia, & parochorum socordiam, atque avaritiam: alii monent, omnis generis sectas, Anabaptistas etiam ipsos, ubique serpere: Brixinenses Lutheri, Zwinglii & Anabaptistarum libros in Teriolensi tractu passim divendi queruntur: hæresim latius semper propagari, catholica vero dogmata & ritus sperni, & derideri. *Anno* 1537.

His perceptis Patres in Salisburgensium sententiam ivere: edendos primum de religione canones quosdam; inde, quo pacto disciplina sit instauranda? cogitandum. Anceps diu hac de re fuit disceptatio. In causa erat, quod cernerent, tanta esse, tamque gravia, temporisque diuturnitate ita confirmata clericorum vitia, ut medicina morbo ipso exitiosior haberetur, si quis uno impetu singula emendare conaretur. Idem enim in Ecclesia, atque in Republica evenire judicabant, ubi a Tyrannide non abest violenta corrupti status emendatio. Quare Synodus leges quasdam, temporibus aptas, conscribi curavit, earumque exemplum, ut de illis per otium amplius deliberarent, singulis Episcopis tradi: neque has in publicum edi, aut cum aliis communicari voluere. Verum ne Synodus nihil omnino egisse putaretur, visum est, edictum Archiepiscopi nomine per totam Provinciam proponere: Archidiaconis vero, atque Decanis mandatum: curarent, ut illud ubique ipso opere servaretur. Erat autem Decretum hujusmodi: *Deprehendisse Synodum, omne hominum genus a recto tramite jam dudum deflectere, atque in devio præceps obire: clericos de violotis privilegiis, & juribus conqueri: fordes clericis objici, vitæque turpitudinem: cupiisse quidem Patres, lapsam Disciplinam erigere, atque Ecclesiam ab omni vitio repurgare; At instantis œcumenici concilii verecundia quidquam in lucem edere noluisse. Donec itaque universorum Episcoporum conventus haberetur, jubere Patres: ut clerus antiquam religionem coleret, eamque verbo doceret: Divino officia decore peragerent: Horos canonicas, quas vocant, pie persolverent: cærimonias non negligerent: a concubinatu, tabernis, eropulo, rixis, vetitisque ludis abstinerent: sedulo præterea populorum curam haberent: sacrarum literarum lectioni indulgerent. Postremo panæ adversus non obsequentes statuta.* Hæc clero mandata sunt.

Verum Principibus scriptum aliud traditum, capita plura complectens, quæ optabant Patres Principum beneficio executioni mandari; Primum; *Mala, quibus Ecclesia premebatur, describunt. Inde Principes monent, ut his tollendis manum admoveant. Queruntur Patres, verbi divini Doctores, inscitis episcopis, a populo constitui: sacra non iis tantum in locis, quibus Parochi erant præfecti,*

Anno 1537. *lli, administrari; verum etiam in nobilium virorum arcibus, domibusque, ubi nulla unquam sacra facta fuerant; hinc plebem a legitimis pastoribus abstrahi; atque a peregrinis doctoribus ad novas religiones traduci: Ecclesiæ pœnos, atque censuras penitus despici: Baptismum germanica lingua administrari, catechismo & exorcismis prætermissis nova alia non sine offensione adhiberi: Eucharistiam & calicem ipsum, etiam sine exomologesi, vel Paschatis tempore porrigi. Hinc Principum opem Patres implorant, iis non opitulantibus, plebis petulantiam minime coërceri posse clamant. Deinde incommoda, quæ ab Ecclesiarum Patronis inferebantur, enumerant: parochos hi renunciabant, nullo specimine spectatos, misso tantum ad Episcopum scripto: sæpe Ecclesiæ pastore demortuo, novi designatio in plures annos dilata: proventus interea usurpati; quin & beneficia ipsa aliquando penitus extincta. Contra exteri sæpe & ignoti per vim intrusi. Monasteriorum & Ecclesiarum lustrationem jam pridem negligi: verbo omnia pro arbitratu, & violenter geri. Ecclesiarum bona sine Episcopi venia alienari; hinc parochorum, totiusque cleri egestas; unde turpis lucri studium, sordidaque artificia exorta. Si quid mandarent Episcopi, aut quempiam in jus vocarent, censurave notarent, singula impune contemni. Obicem quoque poni, si in eos animadvertere velint, qui clericos pulsaverint, aut sacra mysteria Paschatis tempore præterierint: Publicam expiationem vi impediri: criminum veniam a parochis per vim extorqueri. Superaddunt, quæ violatas ecclesiastici ordinis immunitates attinebant.*

His gestis Synodus soluta est.

Hæc supra laudatus Historiographus. Antiquius documentum eorum, quæ in hoc concilio pertractata sunt, hactenus manuscriptum delituit in Archivo Consistorii Archiepiscopalis, quod proinde illustrando concilio peropportunum, nunc primum publici juris facimus.

ACTA, DELIBERATA, ET CONCLUSA IN HOC CONCILIO PROVINCIALI.

Conspectus totius Concilii. Cum Reverendissimus in Christo Pater Princeps ac Dominus Dominus Mathæus Miseratione Divina Episcopus Albanensis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Archiepiscopus Salzeburgensis, Apostolicæ Sedis Legatus, postquam Suæ Reverendissimæ Dominationi Concilium Universale superiori anno a Sanctissimo Domino nostro, Domino Paulo Papa tertio indictum, specialibus Suæ Sanctitatis literis fuisset intimatum, conventione primum in oppido Müldorf hujus rei gratia specialiter habita, ac deinde etiam Pataviæ quorundam, & præcipuorum Suæ Reverendissimæ Gratiæ Coepiscoporum consiliariorum, illic destinatorum consilio atque assensu Synodum Provincialem in Civitate sua Salzeburgensi ad diem 14. mensis Maji, anni jam currentis, celebrandam indixisset, factum est, quod comparentibus tunc infra descriptis Dominis Episcopis personaliter, aliorumque absentium nunciis, simul ac Ecclesiæ Metropoliticæ Salzburgensis, aliarumque ecclesiarum Cathedralium missis, una cum nonnullis Provinciæ Salzburgensis Prælatis, ac communis cleri procuratoribus, de infra scriptis articulis provincialiter consultari atque tractari cœptum fuerit. Tandem vero consultationes atque tractatus habiti ad infra scripta puncta atque articulos, fuerunt conclusi; articuli vero principales, sicut præmittitur, hi fuerunt;

Primus de Visitatione Concilii Universalis.

Secundus de Fide ac religione Christiana.

Tertius de reformatione vitæ clericalis.

Quartus de gravaminibus, quæ clero a sæculari potestate imponuntur.

Quod ergo *primum articulum* attinet, placuit Synodo & ita etiam conclusum est: quod si in omnem eventum Concilium universale Casu quo progressum adipisceretur, nomine provinciæ visitari, & id quidem cum aliqua reputatione fieri debeat. Hujus gratia Reverendissimus Dominus Cardinalis & Archiepiscopus Salzburgensis requisitus quidem & rogatus, ut concilium in persona propria visitaret, profectionem illam & visitationem concilii non omnino refutavit, neque se tamen profecturum promisit, sed id, quod in hac parte suæ Reverendissimæ Dominationis personam contingit, futuræ dispositioni tum temporis tum rerum occurrentium ac valetudinis reliquit; ac ob id etiam finale responsum suum ad præmissa suspendit. *De visitatione concilii Universalis.*

Cæterum si Reverendissimam suam Dominationem contingeret concilium in persona propria vel nolle, aut non posse visitare, exinde ad idem munus visitandi concilium Provinciæ nomine deputatus, electus ac requisitus est Reverendissimus Dominus Episcopus Chie-

Chiemensis, qui licet plures causas, cur sibi grave sit munus impositum acceptare, allegaverit, submisit se tamen in hac parte obedientiæ Reverendissimi Domini Cardinalis, atque Provinciæ Salzburgensis; ad ulteriorem tamen tractatum super competentia discessus, & intertentionis suæ, ante profectionem suam habendum & concludendum provocavit.

Et quia missi aliorum Coepiscoporum hujus Provinciæ, & maxime Reverendissimorum Dominorum Episcopi Frisingensis, atque administratorum Ratisponensis, Pataviensis & Brixinensis deduxerunt, quod eorum principales ad excusandam absentiam suam personalem a concilio, atque alia quædam privata negocia, quæ ipsis forsan proponenda accidere possent, tractanda, opus habituri sint certis personis quibus super his specialia mandata assignent, cumque necessitas & honor provinciæ id requirat, ut ille Episcopus, qui ipsius Provinciæ nomine mittetur, nonnullis doctis eruditisque personis, atque aliis, qui stylum Romanæ curiæ noverint, & experti sint, secum habeat; Ideo Synodo quidem visum fuit, sicque conclusum est, quod Episcopo mittendo adjungantur aliæ personæ quatuor, nempe duo Doctores Theologiæ, unus Doctor Jurium, & maxime canonum, insuper & una persona rerum curialium perita, & practica; quibus personis singuli alii Episcopi Provinciæ specialia sua mandata dare, suosque ad Concilium Procuratores constituere poterunt. Quod si Reverendissimus Dominus Salisburgensis, vel unus aut plures ex Dominis Episcopis voluerit forsitan procuratoria sua super personam Domini Episcopi, qui Provinciæ nomine mittetur, dirigere, hoc ipsis integrum atque concessum erit.

Hujusmodi autem specialibus mandatis non obstantibus debent nihilominus præfatæ quatuor personæ etiam esse una cum Episcopo misso, Procuratores Provinciæ, ipsiusque Provinciæ mandatum super his pariter conceptum esse; ita tamen, quod ab eodem Domino Episcopo omnia pendeant, ejus jussa capessant, sineque ipsius scitu ac voluntate, Provinciæ nomine in concilio plane nihil proponant, agant sive expediant. Personæ vero, de quibus forsitan quatuor eligendæ essent, a Synodo consideratæ sunt: Theologi quidem: Doctor Joannes Ekius, Dominus Suffraganeus Brixinensis, Doctor Nausea, Doctor Ambrosius Salzer Viennensis, Doctor Georgius Stangl Frisingens., & Guardianus in Landeshuet. Jurisperiti autem: Doctor Joannes Weyer Frisingens, Doctor Georgius Stamler Brixinens, & Doctor Georgius Wiertenberger Ratisponens. Canonicus, Doctor Bernhardus Schwarz Pataviens. Eorum vero qui pro peritis atque rerum curialium practicis habeantur, considerati sunt: Doctor Rosinusi, Dominus Erhardus a Leonrod Canonicus Pataviens, & Dominus Sigismundus Peinder Decanus Veteris Capellæ Ratisponens. *Anno* 1537.

Illæ quoque quatuor personæ debent a præmissis quatuor Dominis, Episcopo Frisingense & administratoribus Ratisponens, Pataviens, & Brixinense eligi. Hic quidem Dominus Episcopus Frisingensis & administrator Brixinensis singulos Doctores Theologiæ nominent, & eligant: Dominus vero administrator Pataviensis nominabit & deputabit Jurisperitum: Dominus vero administrator Ratisponensis dabit & nominabit hominem Ecclesiasticum practicum, atque rerum curialium expertum; talesque nominationes & deputationes debent in spacio unius mensis a data præsentium fieri, atque Reverendissimo Domino Cardinali Archiepiscopo a singulis Dominis nominatoribus in scriptis specificari, quatenus Sua Reverendissima Dominatio exinde personas sic nominatas pro suscipiendo onere requirere, atque ad ulteriorem conventionem hujus gratia habendam vocare possit. Quod si unus aut alter ex principalibus præmissis cum persona, a se nominata tantum egerit, sicut unusquisque hoc attemptare debet, jamque certum sit eum munus illud subire velle, de eo debet quoque Reverendissimum Dominum Salzburgensem una cum nominatione certificare; ne opus sit illam personam hujus occasione iterum requirere. Et cum Missus Reverendissimi Domini Frisingensis, nomine Principalis sui jamjam personam Theologicam nominaverit, puta Dominum Joannem Eckium ordinarium Ingolstadiensem, idcirco idem Dominus Frisingensis sollicitabit coram Domino Eckio, ut talem nominationem, de se factam, ratificet, & quidquid suæ Reverendissimæ Dominationi fuerit responsum, de eo Reverendissimum Dominum Salzburgensem intra præmissum mensis spacium certificabit.

Concessum est etiam atque consensum, quod Reverendissimus Dominus Cardinalis Salzburgensis possit prætactis quatuor personis eruditam, & suæ Reverendissimæ Dominationi bene visam adjungere, quæ Provinciæ nomine eam potestatem & facultatem habeat, quam unusquisque jam præmissorum quatuor, atque a Domino Episcopo

Anno 1537. ſcopo miſſo pendeat, qui etiam cum dictis quatuor perſonis impenſis Provinciæ interteneatur. Specialiter quoque expeditum eſt, ut caſu quo procuratores Epiſcoporum in Concilio admitterentur ſinguli, ut pro Dominis ſuis vota darent, quod ex tunc perſonæ illæ atque procuratores in ſeſſionibus publicis comparere, perſonas Dominorum ſuorum repræſentare, atque illorum loco vota dare deberent. Ubi tamen ſemper præmeditari debent, ne in dandis votis ſuis ſint diſcordes, ſed quod omnes idem ſentiant.

Tractatum eſt ulterius, atque concluſum, quod pro demiſſione, ac intertentione prædictorum Provinciæ oratorum ad Concilium ſit contributio facienda a Reverendiſſimo Domino Archiepiſcopo, ejuſque coepiſcopis, pecuniaque deponenda pro prima vice ad minus octo millium florenorum Rhenenſium; quæ contributio ita dividi poſſit, quod Reverendiſſimus Dominus Salzburgenſis conferat partem dimidiam deſignatæ ſummæ; altera vero dimidia pars ab aliis Dominis Epiſcopis ſolvatur, pro rata proventuum annuorum uniuſcujuſque Epiſcopatus; ſed quia miſſi ob defectum mandatorum, atque ignorantiam annuorum proventuum in hac re modo concludere non potuerunt; ideo tam ipſi, quam Reverendiſſimus Dominus Cardinalis receperunt hunc Articulum ad deliberandum, uſque ad proximam conventionem, de qua infra dicetur. Concluſum tamen eſt, quod tunc ſinguli Epiſcopi unam generalem ſummam omnium proventuum ſuorum annuorum in ſcriptis bona fide redactam, atque ſecreto ſuo roboratam conventioni præſentari faciant, ut inde contributio ea juſtius diſtribui poſſit.

Et quia contributio iſta Dominis Epiſcopis erit aliquo modo gravis, negociumque Concilii Univerſalis non tam Epiſcopos, quam capitula, Prælatos, & communem clerum tangit; igitur conſenſum eſt, quod quilibet Epiſcopus poſſit a clero ſuæ diœceſis unicum moderatum ſubſidium exigere, atque in partem contributionis, a ſe factæ, tenere. Non debet tamen tale ſubſidium imponi, niſi Procuratores Provinciæ ad Concilium exierint, atque actu diſceſſerint. Sed & procuratores & oratores Provinciæ non debent ad concilium exire, niſi certum ſit, concilium effectum ſortiri, & aliorum principum mittendi vel ſe jam itineri accinxerint, aut jam concilium viſitaturi abierint.

Cæterum de familia, equis atque aliis neceſſariis, quibus Provinciæ nuncii abſolvendi ſunt, ſpecialius in proxima conventione tractabitur.

Hoc quoque per Synodum adjectum eſt, quod ſi unus aut plures ex Dominis Epiſcopis vel Adminiſtratoribus in propria perſona ad concilium proficiſcerentur; Illi id propriis expenſis faciant, & ad contributionem illam provinciæ quidquam porrigere non teneantur. Idem quoque de Epiſcopo, qui nomine Provinciæ concilium viſitat, & ejuſdem impenſis intertenetur, ut ad contributionem aliquam non obligetur, receptum atque approbatum eſt.

Et quia Reverendiſſimo Domino Salzburgenſi, Ejuſdemque Epiſcopis, concilium univerſale, dudum indictum, publicatum atque ſpecialiter inſinuatum eſt, ſicque neceſſe ſit, ut Summo Pontifici quantocius fides ſic factæ inſinuationis fiat, propterea etiam concluſum eſt, quod fides illa, quantum fieri poteſt, citius atque commodius detur. Pro cujus ſatisfactione copia iſta ex juſſu Reverendiſſimi Domini Salzburgenſis hujus gratia facta, per Synodum eſt approbata.

Secundus Articulus principalis, fuit de Religione & fide, in qua re partim proviſio facta eſt in ſtatutis ſynodalibus, in Synodo præſenti conceptis, & receptis; partim ex conſilio, quod Domini Doctores Theologi, qui huic Synodo interfuere, in ſcriptis conceperunt, atque Reverendiſſimo Domino Archiepiſcopo præſentarunt: partim ex receſſu, cum oratoribus regiis facto, de quo infra etiam mentio fiet: partim vero eidem Articulo ſatisfiet in conventione proxima, ubi de inſtructione pro viſitando concilio univerſali tractabitur, iſque Articulus inter præcipuos tunc concludetur; Quare in præſentiarum ſe Synodus ad præmiſſa refert. *De fide, & religione.*

Tertius Articulus principalis eſt de Reformatione morum, ac vitæ clericalis, in qua re Synodus multum deſudavit, conferens ſcandaloſam cleri vitam cum periculoſis illis temporibus, ſimulque conſiderans, quam grave, & ferme impoſſibile ſit, omnes clericorum exceſſus, atque delicta, cum impetu quodam & quaſi Tyrannide emendare; Nihilominus tamen Synodus conſtitutiones quaſdam ſynodales, qualitati ac conditioni præſentium temporum (ut æſtimant) non parum convenientes concipere, atque in ſcriptis redigere fecit; ratione quarum id concluſum eſt, quod ſingulis comparentibus Epiſcopis, atque abſentium Miſſis inde copiæ dari debeant, ut quod in ea re ulterius facere conſultum viſum fuerit, unuſquiſque Epiſcopus ſecum meditari, atque cum ſuis conſiliariis conſulere, *De reformatione cler.*

fulere, fuosque miffos ad proximam conventionem cum bona inftructione expedire poffit. Interim autem hæ conftitutiones amplius non debent edi, neque alicui extraneo communicari.

Et ne in ea re, etiam pro hoc tempore, Synodus reputetur nihil omnino feciffe; Ideo ipfa Synodus convenit fuper certo mandato, actu in fcriptis redacto, cujus gratia conclufit & voluit, ut mutatis mutandis Reverendiffimus Dominus Salzburgenfis, ac quilibet Dominorum Coepifcoporum tale mandatum in fpacio ad majus duorum menfium, fuis capitulis primo, deinde vicariis fuis in fpiritualibus, atque officialibus; item Archidiaconis, Decanis ruralibus, ac fimpliciter omnibus, qui in qualibet diœcefi jurisdictionem ecclefiafticam habent, infinuari atque intimari faciat, ac iisdem fubinde mandet, ut vocatis ad fe, vel aliquem fuorum commiffariorum, toto clero diftrictus fui, conjunctim vel divifim, ad unum vel plures dies, ita tamen, quod ad omnium notitiam perveniat, eis præfatum mandatum diligenter, expreffe & fideliter legat, aut per alium legi faciat, ac fubinde, quantum poterit, melius adhortetur & moneat, quatenus confiderantes iram divinam, quæ tam manifefte fuper nos irruit, conditionem & ftatum fuum, & omnino debitum facerdotale, item perditionem multarum animarum, quæ ex diffolutiffima eorum vita, fcandalo, ac offenfione contracta illis contingit, & demum falutem animarum fuarum cogitent, fefe emendent, vitam reforment, mores componant, atque a criminibus publicis, ob amorem Dei, honorem facerdotalis dignitatis atque ædificationem proximi abftineant: & fi eos ut homines errare contigerit, ftudeant tamen, ut tale peccatum occultum maneat, atque fine offendiculo proximi fit; cenfentes, multum jam & ardnum effe, quod Deus (quem quotidie contrectant, & cui nihil occultum eft) id fciat. Ac demum eos ad diligentem obfervationem mandati, fub interminatione pœnarum canonicarum cohortentur.

Et quamvis eisdem judicibus & fuperioritatibus injungendum fit pariter, ut & ipfi fe honefte gerant, & mandato pareant, neque in publicis fcandalofis criminibus conniveant, fed ad pœnas debitas procedant; id tamen eis maxime injungendum eft, ut publicos tabernarios, atque facerdotes ebriofos fine remiffione puniant; & cafu quo aliquis vellet effe incorrigibilis, eum fuo Ordinario deferant, qui exinde tales per carcerem, fubtractionemque lautioris cibi & potus, vel etiam, fi beneficiatus fuerit, per fufpenfionem fructuum, aut alias pœnas juxta canonum ftatuta, ad debitam fobrietatem reducant. *Anno* 1537.

Quartus Articulus fuit de gravaminibus cleri, in qua re ex parte quidem Synodi nulla fuit commiffa negligentia, quin imo gravamina ipfa funt diligenter comportata, confultata, & examinata. Cæterum cum Reverendiffimus Dominus Archiepifcopus de confilio præcipuorum fuorum coepifcoporum, fæculares principes, quorum limites hanc provinciam contingunt, ob hanc maxime caufam ad Synodum invitaverit, ut gravaminum ratione cum ipfis, aut illorum miffis poffit commodius, efficacius, & cum majori, ut fperabatur, fructu tractari; res tamen omnis fecus ceffit; quia aliqui eorum non comparuerunt, aliqui, antequam cum ipfis inciperetur tractari, abierunt; & iterum alii, quamvis gravamina eis oblata fuerint in fcriptis, noluerunt tamen fe illorum ratione aliquo modo intromittere: quo factum eft, quod gravaminum articulus inexpeditus manferit.

Contigit tamen, quod Synodus commonefacta fuerit, nullam effe fpem abolendorum gravaminum apud fæculares, nifi ecclefiaftici fe prius reforment, atque vitam fuam in meliorem emendent.

Et cum Sacra Romana Regia Majeftas fuos oratores & confiliarios ad Synodum deftinaverit, qui etiam ufque ad finem illic perfeveraverunt, & nonnulla cum illis tractata fint, quæ fpecialibus funt fcriptis excepta; ideo etiam copiæ illarum fcripturarum funt Dominis Epifcopis præfentibus, ac miffis Dominorum Epifcoporum abfentium, datæ, ad quas in præfentiarum fit remiffio.

Quamvis etiam Oratores illuftriffimorum Wilhelmi ac Ludovici, Bavariæ Ducum vifitandæ Synodi gratia advenerint, initioque Synodi interfuerint; fed antequam cum ipfis tractari cœptum fuerit, abierunt, ficque dubium fuerit Synodo, num cleri, ac gravaminum ratione adhuc quicquam ad eosdem Illuftriffimos Principes perferendum, aut fcribendum fit; Synodus tamen ipfa, multis bonis rationibus mota, cenfuit hoc tempore quiefcendum: ita tamen, quod in proxima conventione fuper ea re ulterius difputetur, atque interea temporis diligens inquifitio habeatur: an indagari poffit, ob quam caufam Bavariæ Duces fuos oratores ex Synodo revocaverint? Quod forfitan in Diæta, quæ circulo Bavarico indicta eft, per Miffos Domini Archiepifcopi, atque Coepifcoporum

Anno 1537. rum circulis, practicari, & fieri poterit.

Demum cum conditio temporum hoc omnino videatur postulare, ut Dominus Archiepiscopus, & Coepiscopi hujus Provinciæ, per se, vel per suos consiliarios sæpius conveniant, ac experientia hoc jam docuerit, quod tales conventiones per Synodos, vel Visitationes fieri non tam frustratorium, sed etiam ex parte illusorium sit, pariatque apud multos varias suspiciones; ideo Synodo consultius visum fuit, ut conventiones Episcoporum, ut præmissum, frequentiores quidem posthac sint, sed tamen privatæ. Ob id Procuratores Prælatorum, ac cleri Provinciæ Salzburgensis singuli suos ordinarios singulos substituerunt, plenumque mandatum dederunt, in punctis atque articulis hujus Synodi principalioribus, etiam posthac, quotiescunque opus fuerit, tractandi, agendi & concludendi, quicquid illis, aut majori parti eorum visum fuerit utilius, commodius, & magis expediens.

Quapropter Reverendissimus Dominus Archiepiscopus cum Dominis Episcopis præsentibus, atque absentium missis convenit, ut jam dies pro alia conventione designaretur, nempe, ut Episcoporum consiliarii, & præsertim jam statim nominandi, ad vesperam Diei Dominicæ, proximæ post festum Sancti Bartholomæi, quæ erit 26. mensis Augusti, in uno horum oppidorum, quod Reverendissimus Dominus Salzburgensis tempestive specificabit, nempe Salzburga, Tittmoning, vel Müldorff, conveniant, ad quem diem etiam quatuor illi Dominorum Co-Episcoporum, & Provinciæ nominati Procuratores vocari per Dominum Archiepiscopum debent, ubi sequenti Die Lunæ incipietur & de instructione, & contributione ad concilium universale, deque aliis præparamentis, & requisitis ad idem, & exinde etiam de aliis, in hac Synodo suspensis Articulis atque omnibus, quæ tunc necessaria videbuntur, consultari.

Personæ autem ad hoc negocium magis accomodæ visæ sunt loco Reverendissimi Domini Archiepiscopi Salzburgensis, aut Dominus Decanus, aut Dominus Paulus Stadler: nomine autem Reverendissimorum Dominorum Episcopi Frisingensis Dominus Antonius de Alberstorff: loco Domini Administratoris Ratisponensis Doctor Georgius Wiertenberger Vicarius: loco Domini Administratoris Pataviensis Dominus Suffraganeus ibidem: loco Domini Administratoris Brixinensis Dominus Suffraganeus ibidem: nomine Domini Administratoris Gurcensis Dominus Silvester Peckh, Præpositus in Strasburg. Dominus Episcopus Chiemensis speravit se in propria persona affuturum; sin minus, dabit mandatum, quod & Domini Seccoviensis & Lavantinus Episcopi facient. Per hoc tamen non debet præfatis Dominis Episcopis, & Administratoribus adempta esse facultas, quin & consiliarios illos suos nominatos juxta commoditatem suam mutare, vel alios ipsis adjungere, seu etiam alter alterius misso, rem nomine quoque suo tractare atque concludere, mandatum, dummodo illud sit sufficiens, dare possit.

Et quia præparatio ad Concilium Generale egebit forsan in proxima conventione finali couclusione; inde conclusum & acceptum est, quod missi ad eandem conventionem habeant sufficiens mandatum, ad concludendum illic absque ulteriori deliberatione.

Pro celeriori autem expeditione præmissorum bonum quoque visum est, quod Reverendissimus Dominus Archiepiscopus faciat concipi unam instructionem super negocio Concilii Universalis, quam ad festum Sancti Jacobi, proxime futurum, transmittat ad alios omnes Coepiscopos, ut & ipsi cum suis consiliariis consultent, & nuncios suos ad Congregationem cum majori effectu absolvere possint. Quod si interim aliqua se offerrent, quæ tunc viderentur quoque consultanda, hæc etiam possent instructioni inseri, ut desuper resolutio in conventu fieri posset.

In præmissorum autem omnium fidem, atque evidens testimonium Reverendissimus in Christo Pater, Princeps & Dominus Dominus Mathæus Cardinalis & Archiepiscopus Salzeburgensis Secretum suum præsentibus apponi fecit: nomine vero Episcoporum præsentium sigillavit hunc recessum Reverendus in Christo Pater Dominus Hieronymus Episcopus Chiemensis: loco autem Dominorum Episcoporum, ac Administratorum absentium Venerabilis ac Nobilis Dominus Antonius de Alberstorff Canonicus Frisingensis, & loco Capitulorum Reverendus ac Nobilis Dominus Ambrosius a Lamberg Decanus Salzburgensis: Prælatorum autem nomine Reverendus Pater Dominus Egidius Abbas Sancti Petri in Salispurga: demumque loco communis cleri Magister Georgius Schreindl Pastor in Hallein sua Secreta apposuerunt.

Nomina vero omnium, qui in hac Provinciali Synodo apparuerunt, sunt hæc: præfatus

Reve-

Anno 1537.

Reverendissimus Dominus Cardinalis & Archiepiscopus Salzeburgensis in persona propria huic Synodo præsidens.

Reverendissimi Patres Domini

Hieronymus Chiemensis, &
Philippus Lavantinensis Episcopi in propriis personis.

NOMINE EPISCOPORUM ABSENTIUM.

Reverendissimi Frisingensis supra dicti.

Dominus Antonius Alberstorffer.

Reverendissimi Ratisponensis

Dominus Georgius Wiertenberger Vicarius supra scriptus

Dominus Laurentius Hochwart Doctor Canonum

Reverendissimi Pataviensis

Dominus Hainricus Suffraganeus ibidem

Dominus Doctor Joannes Schröttinger Officialis.

Reverendissimi Brixinensis.

Dominus Albertus Suffraganeus ibidem.

Dominus Joannes Gallus.

Reverendissimi Gurcensis

Dominus Silvester Peckh Præpositus in Strasburg.

Reverendissimi Seccoviensis

Dominus Georgius Pacuanus Comissarius Seccoviensis.

Nomine Reverendi Capituli Salzburgensis.

Reverendus D. Caspar Præpositus & Archidiaconus

Reverendus D. Ambrosius a Lamberg Decanus & Officialis.

D. Sigismundus Comes de Ortenburg Senior.

D. Wilhelmus de Trautmansdorff.

D. Fridericus a Rufembach Custos.

D. Joannes a Kiemburg Scholasticus & Plebanus.

D. Eberhardus Peüscher a Loonstain Cantor.

D. Paulus Stadler.

D. Eberhardus a Hürnheim.

D. Joannes a Malentheim.

Capituli Frisingensis.

D. Doctor Joannes Weyer

D. Leo Resch Doctor.

Capituli Ratisponensis

Dominus Wilhelmus a Preising

D. Haunwaldus a Praytenbach.

Capituli Pataviensis.

Dominus Doctor Stephanus Rosinus

D. Joannes a Malenthein.

Capituli Brixinens.

Nullus.

Abbates Salzburgensis Diœcesis.

Reverendus D. Egidius Abbas. S. Petri.

Reverendus D. Maurus. Abbas in Peürn.

Reverend. D. Amandus S. Blasii ad montes.

Reverend. D. Gothardus S. Viti cis Rotam

R. D. Andreas Ossiacensis.

Abbates Frisingensis Diœcesis.

R. D. Hainricus in Tegernsee.

R. D. Thomas in Weichenstephan.

Abbas Pataviensis Diœcesis.

R. D. Stephanus in Mansee.

Abbas Brixinensis Diœcesis.

R. D. Bernhardus S. Georgii Vallis Oeni.

Præpositi Salzburgens. Diœcesis.

R. D. Wolfgangus Lenberger Præpositus in Bertlesgaden.

R. D. Paulus Sancti Zenonis.

R. D. Valentinus in Gars.

R. D. Christophorus in Pöllau.

R. D. Wolfgangus Baumburgensis & Hœgelwurdensis.

R. D. Magnus in Rotteman, Missus Præpositi Ibidem.

D. Virgilius Hainricher Missus Præpositi Chiemensis.

Præpositi Pataviensis Diœcesis.

R. D. Hieronymus in Reichersperg.

R. D. Augustinus in Ranshoven.

Archidiaconi, qui non sunt Prælati

D. Joannes Wurzer superioris & inferioris Carinthiæ.

D. Balthasar Heys in Lungaw.

Collegiatarum Ecclesiarum Missi.

D. Andreas Krafft Decanus veteris Capellæ in Oetting.

Frisingensis Diœcesis.

D. Doctor Nicolaus Appel Concionator Mosspurgens.

Ratisponens. Diœcesis.

D. Sigismundus Peinder Decanus Veteris Capellæ.

CONSILIARII ET PRÆDICATORES SUPRA DICTORUM EPISCOPORUM.

Reverendissimi Domini Salzeburgensis.

D. Doctor Leonardus Marstaller.

D. Doctor Joannes Jung.

D. Joannes Rainer Prædicator Stift Salzburg

D. Joannes Pietenperger Licentiatus.

Magister Camerer Salzburgensis.

D. Geor-

Anno 1537. D. Georgius Reifchl Lector Monacensis.

D. Joannes Staudinger Lector Welfenfis

D. Wolfgangus N. Prædicator in Radftatt.

D. Nicolaus Bapft.

Confiliarius Reverendiffimi Frifingenfis.

D. Guardianus in Landeshuet.

Confiliarius Ratisponenfis.

D. Frater Joannes Creutzer, Lector & Prior ibidem.

DECANI RURALES, ET PROCURATORES MISSI COMMUNIS CLERI.

Salzeburgenfes

D. Chriftophorus Diether, Plebanus in Teyfendorff.

D. M. Georgius Schreindl Plebanus in Hallein.

Nomine communis cleri Vallis Pintzgew.

D. Georgius Alpicander, Vicarius in Salvelden.

Carinthiæ inferioris

D. Sebaftianus Prunmayfter, Decanus in Friefach.

D. Chriftophorus Hazendorffer, Plebanus Novi fori.

Carinthiæ Superioris

D. Gandolphus Schlaminger, Vicarius in Perg.

D. Michaël Korbler, Beneficiatus in Spitall.

In Lungaw.

D. Hainricus Reitter, Vicarius in Pfarr.

Diftrictus Baumburgenfis.

D. Paulus Mayr in Schnaitfee.

D. Udalricus Khern in Haslwang Vicarii.

Diftrictus Garfenfis.

D. Joannes Hirfchauer Plebanus in Eharting.

Chiemenfis Diftrictus.

D. Conradus Frefch, Plebanus ibidem.

D. Georgius Aindorffer, Plebanus in Leückental.

D. Virgilius Hainricher, Canonicus Chiemenfis.

D. Wolffgangus Pfifter, Plebanus in Reütl.

D. Ludovicus Wildperger, Vicarius in Rordorff

Frifingenfis Diftrictus.

D. Joannes Sauer, in Oeting Decanus.

D. Petrus Seepeck, Decanus, & Plebanus in Erding.

Patavienfis Diftrictus.

D. Magifter Joannes Chaiminger.

D. Doctor Leopoldus Hollfues, Decanus Ardacenfis.

D. Petrus Seebacher, Decanus & Plebanus in Purgsleiniz.

D. Fridericus Rottenburger.

Brixinenfis Diftrictus.

D. Joannes Gallus.

D. Magifter Laurentius Sayler.

D. Petrus Auer, Vicarius in Khalfan.

Sequuntur modo Conftitutiones actæ, atque conclufæ in Sacro hoc Salisburgenfi Concilio, Salisburgi die Sabbati poft Urbani, quæ erat vigefima quinta Menfis Maji, Anno Domini Millefimo, quingentefimo, trigefimo feptimo. Hæ conftitutiones nunquam antehac editæ, nunc primum ex Archivo Confiftorii Salisburgenfis luce publica donantur.

STATU-

Statuta S. hujus Concilii Provincialis.

Anno 1537.

Quum summum nostrum desiderium esse debeat quotidiana sollicitudo, qua & saluti animarum, Nobis commissarum, & ecclesiarum commoditatibus probe consulatur & provideatur; Idcirco ad laudem, gloriam & honorem Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, totiusque Ecclesiæ, feliciter triumphantis, fidei Christianæ incrementum, Ordinis ecclesiastici reformationem, atque Christi fidelium salutem, & directionem, Nos Mathæus miseratione divina Episcopus Albanensis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Archiepiscopus Salzburgensis, Apostolicæ Sedis Legatus: Nosque Dei gratia Hieronymus Chyemensis, & Philippus Laventinensis Episcopi, una cum oratoribus, ac Procuratoribus Philippi, Episcopi Frisingensis, Joannis Ratisponensis, Ernesti Pataviensis, Comitum Palatinorum Rheni, & Bavariæ Ducum: Georgii Brixinensis, Anthonii Gurcensis, Ecclesiarum administratorum; atque Georgii Seccoviensis Episcopi, in sacro concilio Provinciali, hic Salzburgæ, congregato; & de consilio Missorum, & Ordinatorum a venerabilibus nostræ Metropoliticæ, atque Cathedralium ecclesiarum Capitulis, Prælatis, cæteroque clero Provinciæ Salisburgensis; considerantes conditionem, ac statum præsentium temporum, maxime autem discrimen, divisionem, ac dissonantiam, quæ, proh dolor! nostro ævo in fide, & religione nostra Christiana passim vertuntur, ac subinde morum, honestatis, ac integritatis deformationem; quæ, ut fere ubique, ita non parum in sacerdotibus, & clero Provinciæ Salzburgensis irrepsisse deprehendimus; volentesque Pastorali nostro officio, quantum Deo adjuvante poterimus, satisfacere, maturis, ac bene deliberatis consiliis, constitutiones & ordinationes, & statuta Provincialia subnotata, & per suos proprios titulos distincta, ex præmissis, & aliis urgentibus causis & rationibus, communibus votis, animis & assensu constituimus, ordinavimus atque statuimus, ac eas ipsas præsentium tenore promulgamus, & edimus, mandantes districtius, ut ipsa per totam Provinciam nostram, sub pœnis canonicis, aliisque, juxta qualitatem delictorum ipsis transgressoribus infligendis, inviolabiliter observentur. Volumus tamen per hæc nostra statuta, ordinationes & constitutiones majorum & antecessorum, simul ac nostris antea factis Provincialibus, ac Synodalibus statutis in aliquo derogare, sed volumus, quod hæc nihilominus etiam observentur, & sicut prius efficax per omnia robur obtineant firmitatis.

Anno 1537.

I.

De Religione & Fide.

Hebraeor. C. 11. Cum fundamentum Religionis Christianæ sit fides, sine qua impossibile est placere Deo, ideo pro conservanda religione, & ne in substantialibus fidei aliquo modo erretur, statuimus, & ordinamus, ut pro docenda & inculcanda fide Christiana, consuetudo illa, quam a majoribus nostris accepimus, stricte adhuc observetur; puta, quod nedum adulti, sed & pueri, postquam loqui ceperint, Symbolum Apostolorum, quo duodecim Articuli fidei traduntur, a parentibus edoceantur: item, quod prædicatores omnes, in singulis suis concionibus, populo idem Symbolum liquido & expresse exponant, & auditores exinde ad verbum recitare faciant. Tabellæ quoque, quibus hoc ipsum Symbolum inscriptum sit, passim apud ecclesias suspendantur. Quod si etiam circa unumquemque articulum Symboli, certa imago, continentiam articuli repræsentans, esset depicta, hoc utique pro instituendis rudibus non parum prodesset; sed quia fidei nostræ concatenata sunt præcepta divina, & oratio; ideo sacrosancto Apostolorum Symbolo, tum domi, tum in concionibus, tum etiam in ipsis pictis tabellis, Dominica oratio, salutatio angelica, atque præcepta Decalogi, semper annectantur; ita, quod plebs illa simplex assiduitate & frequentia id discat, & assuescat, quod ex defectu intellectus acuminis, aut memoriæ labilitate assequi non potest.

II.

De Sacramentis.

Post cognitionem articulorum fidei succedunt in religione nostra Sacramentorum ecclesiasticorum mysteria; Sacramentorum, inquam, quibus delentur peccata, confertur gratia, aperitur cœlum, & datur vita æterna. Quare pro conservanda religione Christiana decernimus, quod Sacramenta illa rite consecrentur, & tractentur, devote administrentur, & cum vigilanti cura custodiantur, & conserventur.

III.

De Baptismo.

Unde circa Sacramentum Baptismi volumus, ut juxta sacrorum canonum traditiones, aqua baptismalis bis in anno, hoc est: Sabbatis Paschæ & Pentecostes, debito modo consecretur; deinde pueri, & adulti, qui nondum baptizati fuerint, pro uniuscujuscunque diœcesis ritu, præcedentibus exorcismis & catechismis, in latina lingua, a sacerdotibus in ecclesiis (nisi præoccupaverit, & impediverit evidens necessitas) debitis cum cerimoniis baptizentur, ac deinde salutaribus liquoribus ungantur. Demum aqua illa baptismalis bene tecta, & occlusa a custodibus ecclesiarum, cum debita reverentia conservetur. Decernimus etiam, ne hoc Sacramentum aliquo modo reiteretur, a quocunque collatum fuerit; dummodo constiterit, in eo administrando baptizantes ipsos intentionem habuisse faciendi id, quod Ecclesia Catholica simili ablutione facit, & facere intendit, ac vera materia atque forma usi fuerint. Obstetrices quoque a propriis Plebanis formam baptizandi discant, ut in casu necessitatis periclitantibus rite subvenire possint.

IV.

IV.

De Confirmatione.

Post Baptisma, quod est janua omnium Sacramentorum, sequitur Confirmationis Sacramentum, quod ab Apostolis, Christo jubente, ac Spiritu Sancto inspirante, institutum est; in illo etiam accipitur Spiritus Sanctus in robur adversus omnes tentationes. Quare Sacramentum illud nequaquam negligendum; imo volumus, ut concionatores plebem in sermonibus adhortentur, quo liberos suos tempestive confirmari faciant; statuentes, ut nulli adulto Sacramentum hoc sine prævia confessione conferatur. Providebimus etiam, quod hoc Sacramentum sæpius exerceatur, ne raritatis prætextu quis negligentiæ suæ præterfugium quærere possit. Cum etiam sacrum chrisma materia sit hujus Sacramenti, ideo illud quoque singulis annis per Episcopos in die Cœnæ Domini, debitis per omnia adhibitis solemnitatibus, statutoque sacerdotum numero adjuncto, una cum oleo Catechumenorum & infirmorum, consecretur, & consecrata reverenter custodiantur.

V.

De Sacramento Eucharistiæ.

Hoc magnum est Sacramentum, atque fidei nostræ supremum mysterium; quare pro sui magnitudine veniet cum majori præparatione, probatione ac devotione consecrandum atque sumendum. Imprimis igitur mandamus, ut a nullo plane consecretur, nisi qui juxta Ecclesiæ observationem presbyter ordinatus sit, neque aliter, nisi a jejuno, nec suspenso, nec excommunicato, & qui horas canonicas suas, ad Primam inclusiva, peroraverit, atque cum integræ Missæ absolutione, & celebratione. Ubi Presbyteri cum magna diligentia advertant, ne inter tractandum tanta mysteria, tale aliquod periculum eis accidat, quod vel institutioni Christi, aut ordinationi Ecclesiæ adversum sit; Unde cautelas, quibus accidentibus hujusmodi periculis Sacerdotes uti possunt, ipsi studiose discant, & teneant, ne in tali aliquo periculo constituti, ipsorum errore Deus offendatur, consecrantesque dampnationem sibi pariant, & populus scandalizetur.

Sacerdotes quoque consecrationem hujus summi Sacramenti in pane azymo, non fermentato, ac vino puro, non cocto, admixta paucula aqua, faciant. Officium autem Missæ juxta uniuscujusque Diœcesis morem, in latina tantum lingua absolvant, atque in hoc nihil plane, quod vel ad præparationem, vel devotionem, aut Cerimonias, & maxime eorum, quæ ad substantiam Missæ pertinent, voluntarie omittant. Canones, minorem ac majorem, & præcipue verba consecrationis, cum speciali animi elevatione, & submissa voce pronuncient: Memoriam pro vivis & defunctis absque intermissione teneant, atque in gestibus, versionibus, pronunciatione, cæterisque omnibus, decorem debitum, & qui adstantes non offendat, observare studeant; ne ex levitate gestuum inconstantia mentis arguatur, & populus, qui in divinis ædificandus esset, dato scandalo, destruatur, simulque salutare hoc mysterium cum suo ministro vilipendatur.

In administratione quoque istius venerabilis Sacramenti sacerdotes sint circumspecti, ut non tradant hoc cuique, nisi quem judicaverint pœnitentem, & sciverint, vel verosimiliter crediderint, saltem canonice esse confessum; aut si quis infirmitate præventus, di-

Anno 1537. lucida pœnitentiæ ſigna oſtenderit. Illis quoque tantum hoc Sacramentum exhibeatur, qui inter hunc ſalubrem animæ, atque alium corporis cibum dijudicandi habeant diſcretionem. Sacerdotes etiam non conficientes, & omnes laici, debent juxta conciliorum decreta, ſub excommunicationis pœna, ſub ſpecie panis duntaxat communicare.

Intendere etiam cum omni diligentia debet ſacerdos curatus, ut omnis utriusque ſexus homo, ſub cura conſtitutus, & qui diſcretionis annos attigerit, uſumque rationis habuerit, ſi non ſæpius, ſaltem ſemel in anno, & Paſchali tempore, hoc ſanctiſſimo Sacramento, præcedente confeſſione ſalutari, communicet: ubi curati plebem ſuam de credendis circa hoc Sacramentum cum omni ſtudio in ſermonibus ſuis inſtituant, qualiter ſe ad idem digne ſumendum præparare debeat, fideliter doceant: utilitatem digne ſumentibus, atque pœnam indigne manducantibus exponant; & infirmis, ac in periculo vitæ conſtitutis, ut hoc ſibi viatico tempeſtive provideant, perſuadere, cum omnibus viribus nitantur, eosque, qui Paſchali tempore absque legitima excuſatione (de qua ſufficienter conſtet) non communicaverint, neque ſuper eo in extremis conſtituti pœnituerint, aut pœnitentiæ ſigna ſufficientia oſtenderint, ad eccleſiaſticam ſepulturam nequaquam admittant.

Demum Parochi plebem ſuam inſtituant, ut Miſſæ officium omni die Dominica, & omnibus aliis ab Eccleſia inſtitutis feſtivis diebus, ac alias, quotiens opportunitatem habere poterunt, cum ſingulari devotione audiant, docentes, illic Sacramentum corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti pro omnibus ordinibus totius Chriſtianiſmi, pro vivis adeo & defunctis offerri: cuſtodiatur etiam hoc Sacramentum ſub fideli, ac munda & clauſa cuſtodia; ne poſſit ad illud temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel neſaria exercenda, aut ob immunditiam, vel incuriam, contumelia illi fiat.

VI.

De Sacramento Pœnitentiæ.

Sacramentum iſtud confertur in abſolutione ſacerdotali, quare miniſter hujus Sacramenti ante omnia advertere debet, ut forma abſolutionis debita utatur; non autem operatur pœnitentia, ſeu abſolutio quidquam in homine, niſi corde contrito, peracta abſolutione ſacerdotis, gratiam Dei recipere aptus erit. Quare volumus, quod curati id omnibus ſibi commiſſis diligenter inculcent, inducentes, ſolam fidem non ſufficere ad juſtificationem peccatoris, ſed neceſſario adeſſe oportere etiam opera præparatoria pro recipienda gratia divina, qua peccata dimittuntur; imo & ſubſequentia, quibus gratia accepta retineatur. Deinde ipſos quoque doceant, Pœnitentiæ partes, contritionem dico, confeſſionem & ſatisfactionem pœnitenti eſſe neceſſarias, ac, quæ ad unamquamque partem requirantur; Et cum Sacerdotes in adminiſtratione iſtius ſaluberrimi Sacramenti ſint conſtituti judices, ut diſcernant inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, ideo neceſſe eſt, ut cum majori ſtudio huic officio præſint, & videant, cui munus abſolutionis impendant. Unde primum conſiderent, ne poteſtatem ſuam ultra, quam ipſa ſe extendit, uſurpent, quin imo caſibus reſervatis, maxime autem publicis criminibus, atque in homicidii, hæreſis, & excommunicationis reatibus, & ſententiis, quomodolibet abſolvere abſtineant. In cæteris autem majoribus peccatis, confitentes cum manſuetudine corripiant, gravitatem peccati.
diffi-

difficultatem offensæ, amissionem gratiæ, meritum pœnæ confitentibus exponentes; ac subinde adhibentes etiam oleum, ipsis scilicet dilectionem Dei erga nos, infinitam quoque ejus misericordiam, & quod Deus nolit mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, & vivat, proponant; & omnino doceant, ne tardi sint ad confitendum, sed ut voluntarie, sæpe, ac integre confiteantur; nam vulneri iniquitatis mederi non potest, nisi inspecto, & palam facto: maxime autem tempore, ab Ecclesia statuto, ad communionem Sanctissimæ Eucharistiæ, ad cujus dignam perceptionem cum nulla possit esse satis præparatio humana, non recusent ab hoc Sacramento abstinere, donec duabus confessionibus, ac intermedio in agenda pœnitentia assumpto tempore, sese præparaverint. *Anno 1537.*

Demum volumus, quod confessores sint cauti, ne verbulo quidem aliquo, sive indicio quocunque, ea, quæ sibi confessa fuerint, revelent, sub pœnis canonicis, ac aliis arbitrariis, irremissibiliter infligendis.

VII.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

Hoc Sacramentum in veteri Testamento est multiformiter præfiguratum, ab Apostolis, vivente Christo, administratum, & eo, in cœlum abeunte, doctum; indeque ab Ecclesia receptum, ac usitatum; quare a nullo vere Christiano negligendum erit; & quia juxta traditionem S. Augustini, hoc Sacramentum infirmis, post receptionem viatici, impensum est, ideo statuimus, quod curati quilibet apud infirmos pro viribus allaborent, ut accepto salutari corporis & sanguinis Christi viatico, etiam hoc Sacramentum infirmi sibi impertiendum postulent, seu annuant. Nulli tamen administrari debet, nisi illi, qui constitutus est in ægritudine periculosa multum, & quæ infirmo minetur mortem; & hoc quidem cum debitis orationibus, atque omni reverentia, & honesta administrantes habitudine, & apparatu.

VIII.

De Sacramento Ordinis, & Qualitate ordinandorum.

Postquam lex Mosaica translata est in Evangelicam legem, translatum est etiam Sacerdotium, ita ut necesse sit, esse (dummodo legem Evangelicam retinere voluerimus) Sacerdotes Evangelicos, non spirituales tantum, qui Deo offerant, sacrificium laudis, sed veros, qui dona offerant, & sacrificia pro peccatis, & qui juxta ordinationem Christi habeant potestatem super corpus Ejus verum, & corpus Ejus mysticum, quod est Ecclesia. Volumus autem & ordinamus, ut nullus hanc sibi potestatem vendicet, nisi cui id per impositionem manuum Presbyterii, & canonicam ordinationem concessum fuerit. Item quilibet Sacerdos debet scire, & agnoscere potestatem suam, & officium, ad quod ordinatus est; nempe ut consecret corpus Christi verum, in Sacrificio Missæ: ut cætera Sacramenta, sibi permissa, administret; atque ut verbum Dei prædicet; quod tamen ita ei concedimus, si post diligentem Ordinarii sui examinationem, rite ad hoc destinetur, & mittatur.

Cumque Presbyteri honor, atque officium in Ecclesia sit magnum & arduum, ideo adhibenda erit singularis cura, ne indigni ad hoc eligantur, vel admittantur. Inde sacrorum canonum traditiones hic observari mandamus; specialiter autem supremis Scholasticis, Vicariis in spiritualibus, Officialibus generalibus, cæterisque omnibus, quibus examinandi ordinandos munus delegatur, seriosius injungimus,

Anno 1537. mus, quatenus omni diligentia advertant, ut hi, qui ad presbyterium anhelant, teſtimonium habeant vitæ probatæ, ſint competenti ſcientia prædicti, converſationis honeſtæ, ætatis perfectæ, neque natalium, vel corporis aut membrorum, vel etiam quibusvis vitæ notabilibus defectibus laborantes; plerumque etiam magis curent, eos, qui teſtimonium habent probitatis cum mediocri eruditione, eligere, quam vel maxime doctos, quos tamen ſciverint vitæ malæ; quia ſæpe evenit, quod exemplaris vita in populo magis ædificet, quam tumida doctrina.

IX.

De Sacramento Matrimonii.

Matrimonium agnoſcimus eſſe Sacramentum, ejusdemque eſſe auctorem Deum, qui illud in ſtatu innocentiæ, & ante peccatum, in officium: poſt peccatum vero in remedium inſtituit. Unde ſtatuimus, ut prædicatores excellentiam iſtius Sacramenti populo denuncient, quo ipſum honorent, nec tanta levitate ad illud, ſicut aliquando fieri ſolet, accedant. Curati quoque maxime ſtudeant, ne ſolemnizationes matrimoniorum absque præcedenti contrahentium confeſſione, in facie Eccleſiæ fieri permittant. In confeſſionibus autem illis ſponſos ad omnem honeſtatem conjugalem hortentur, atque ut aliquando ad tempus, & cum conſenſu, a conjugali abſtineant actu, ut orationibus vacare poſſint; prolem quoque a Deo impetratam in timore Domini, & præceptorum ſuorum obſervatione educent: proclamationes ternas ſolemnizationi ſemper præmittant: Perſonas etiam in gradibus prohibitis conjunctas ſine prævia diſpenſatione, & quoscunque alios, Matrimonii incapaces, ſub pœnis juris, & aliis arbitrariis, minime copulent: ipſique ſacerdotes a contrahendo matrimonio, quod abjurarunt, ſub interminatione damnationis æternæ, atque evitatione pœnarum canonicarum plane evitent.

X.

De Invocatione Sanctorum.

Cum Sanctorum apud Deum exiſtentium & venerationem, & interceſſionem ex utriusque Teſtamenti ſcriptis ſatis conſtare doceamur; volumus atque ſtatuimus; ne prædicatores contra hæc plebem quomodolibet dehortentur, ſed magis inducant, ut & pie ipſis venerationem impendant, atque in proſperis, & adverſis interceſſores invocent; in eorum quoque feſtivitatibus hiſtoriam, & vitam ipſorum plebi imitandam proponant.

XI.

De Prædicatione divini verbi.

Sicut corpus iſtud carnale fovetur pane: ita anima hominis paſcitur & fovetur verbo Dei; quanto igitur anima prævalet corpori, tanto cibus ſpiritualis carnali: & ſicut corpus, dum ſumit cibum malecoctum, groſſum aut venenatum, maxime periclitatur; ita anima verbo divino, non bene digeſto, ac ſecundum literæ tantum groſſitiem decocto, vel adulterato, ſibi propoſito, male habet ac perditur. Statuimus ergo, & per omnia volumus, ut prædicatores verbi Dei ſint circumſpecti, ne pane illo nobiliſſimo, quo animam reficere debent, perimant. Sit ergo illis lima & regula hæc, quod verbum Dei non ſecundum ingenium ſuum, aut ſenſum, quem ipſi inde eliciunt; ſed omnino ad intellectum, quem ſancta mater Eccleſia,

sia, & Doctores ab ea recepti, illi tradiderunt; & tenent, populo proponant; neque eo ad dexteram hæreticorum, vel finistram judæorum interpretationem declinent; sed recta, catholica & universali via incedant, quomodo a majoribus suis edocti sunt, & quam Patres sui, viri Deo dilecti, martyres & confessores sancti ambulaverunt. *Anno* 1537.

Sint autem ipsis Doctores

Hieronymus	Cyprianus	Bonaventura
Augustinus	Cyrillus	Thomas Aquinas
Ambrosius	Athanasius	Gabriel Wiel
Gregorius	Theophilactus	Anthoninus.
Chrysostomus	Bernhardus	
Clemens	Alexander de Ales,	

Et si qui alii sunt sanæ doctrinæ Patres, atque Doctores. A prohibitis autem, & suspectis libris omnino abstineant, atque in ea re se mandatis, librorum gratia passim emanatis, couforment.

Prædicatores etiam considerent, officium suum duobus his maxime consistere, puta: quod doceant, & quod hortentur; Doceant igitur vera, & hortentur pie atque paterne, ita quod simplices de misericordia divina non nimium, & solum confidere; neque terrore exactæ justitiæ desperare faciant. Utendum enim eis est vino & oleo, ut semper terrorem peccati cum divina clementia conjungant. Viderint etiam, ut, quod verbis docent, opere compleant; sic enim decet prædicatorem vivere, qualiter ipse plebem juxta Evangelicam & Catholicam doctrinam instruit. Tandem nullus se prædicationi quovis modo intromittat, nisi per superiorem suum Ecclesiasticum sit ad hoc approbatus, deputatus, & missus.

XII.

De Purgatorio.

Purgatorium cum universali Ecclesia esse credimus, atque asserimus; quare statuimus, & volumus, quod prædicatores id ipsum plebi asserere, ac subinde, ut animabus illic reservatis & punitis, operibus, ut a peccatis solvantur, subvenire satagant, fideliter doceant; memores dicti sapientis: mortuo ne prohibeas gratiam; & hujus Divi Jacobi: Judicium sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordiam.

Eccl. 7. *Jacob.* 2.

XIII.

De Horis Canonicis cantandis, & legendis.

Non minima pars religionis etiam est, si laudes Dei omnipotentis, quæ juxta sancti Pauli doctrinam in Psalmis, hymnis & canticis spiritualibus in Ecclesia fieri debent, juste persolvantur; quare mandamus Ecclesiarum Metropoliticæ, Cathedralium Regularium & collegiatarum Præpositis, Decanis, Abbatibus, Prælatis, Capitulis & conventibus, ut in ea re diligentiam non posthabeant, scientes, quia alienarum negligentiarum, quas ipsi prævenire deberent, se reos, atque participes faciunt; quodque pii fundatores sint in extremo judicio illis maledicturi, dicentes cum Jeremia: Maledictus omnis, qui facit opus Dei negligenter; & quia frigescente charitate omne opus divinum tepidum efficitur, accidit, quod sacerdotes, & clerus privati, dum otio vacant, & neque literas, neque vitam curant, orationes, quas singulis diebus pendere debent, etiam celebraturi divina, nonnunquam dicere negligant, atque pensum mili- *Jerem.* 48.

tiæ

Anno 1537. tiæ fuæ folvere non curent; quo fit, ut iram quoque divinam in fe concitent, ac ipfi, una cum plebe fibi commiffa pereant, aut alias mifere vexentur.

Volumus igitur, ut clerus ad folvendas debitas orationes, juxta canonicas traditiones, competentibus pœnis, & in proximo concilio Lateranenfi Seff. IX. defuper ftatutum, adftringatur. De cantandis autem horis canonicis præcipimus Decretum concilii Bafileenfis Seff. XXI. obfervari, quod vult, ut laudes divinæ per fingulas horas, non curfim & feftinanter, fed paulatim & tractatim, ac cum paufa decenti; præfertim in medio cujusque verficuli Pfalmorum (debitam faciendo inter folemne ac feriale officium differentiam) reverenter ab omnibus perfolvantur.

XIV.

De Cerimoniis ecclefiafticis.

Cerimoniæ maxime ob id inftitutæ funt, ut mentes fimplicium, quæ alias ob fui ruditatem difficulter elevantur, in agnitionem Dei, rememorationem beneficiorum collatorum, ac fubinde in gratiarum actiones, & laudes altiffimi aliquo modo veherentur; & iterum ut divina myfteria non illotis manibus, neque fic ex abrupto, fed cum aliquali maturitate, & majeftate tractarentur. Ex quo conftat, eas ad augmentum divini honoris, & cultus, atque inftructionem & admonitionem fidelium Chrifti, ab Ecclefia receptas. Hæ igitur in hac Provincia fecundum morem antiquum, omnino ferventur, celebrentur & habeantur; neque etiam in his quidquam fine auctoritate Ecclefiæ vel mutetur, vel omittatur. Benedictio quoque falis & aquæ, ab Ecclefia ante mille trecentos annos inftituta fingulis Dominicis diebus, & benedictio cærei in vigilia Pafchæ, de qua etiam in concilio Toletano quarto, & fi quid de his fimile hactenus obfervatum eft, neque a Sacerdotibus, neque a plebe intermittatur; quoniam religio populi in his plurimum cuftoditur.

XV.

De non alienandis rebus ecclefiafticis.

Certum eft, fpiritualia fine temporalibus fubfiftere non poffe; unde a majoribus prudenter admodum cautum eft, ne res, immobiles maxime, quibus Ecclefiæ olim dotatæ, vel donatæ fuerint, absque fuperioris auctoritate alienentur; ne, ficut quotidie fieri videmus, fubtractis temporalibus & ablatis per hoc vitæ neceffariis, nemo fit, qui ecclefiis miniftret; nemo enim propriis ftipendiis militat.

Igitur antiquos canones renovamus, & prohibemus, ne bona ecclefiarum tanta levitate, & non aliter, nifi juxta canonicas fanctiones alienentur: Domus quoque parochiales, ac beneficiales, ut in ftatu competenti conferventur, & ne caducæ fiant, aut omnino corruant, volumus. Quibus etiam hoc adjicimus, quod clerici bona ecclefiarum, & beneficiorum non ad luxum, aut inutiliter; fed ad laudem Dei, confervationem ecclefiarum & beneficiorum, atque fubventionem pauperum difpenfent.

XVI.

De obfervatione Mandatorum Dei, & Ecclefiæ.

Jacobi. 2. Cum fides fine operibus mortua fit, & in Chrifto neque præputium, neque circumcifio aliquid valeat, fed fides, quæ per dilectionem

I. Cor. 13. netn operatur: & si quis habuerit omnem fidem, ita ut montes transferat, charitatem autem non habeat, quæ est finis præcepti, nihil fit; ideo necesse est, ut studiosi observatores mandatorum Dei simus; hæc est enim charitas Dei, ut mandata Dei custodiamus. Ita etiam Matth. 19. Christus dixit, ut, si quis voluerit vitam ingredi, servet mandata Dei. Volumus igitur, quod Prædicatores populum ad observationem mandatorum Dei, tanquam ad rem, sine qua vitam æternam consequi nemo potest, sedulo adhortentur; ita tamen, quod hæc sine omni Hypocrisi, & sine salutis fiducia custodiantur; & quilibet, utcunque in bonis operibus perfectus & consummatus, id oculis suis semper obversari faciat: quia, si etiam feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus: & illud: si quis existimat se stare, videat, ne cadat. Itaque operationes bonæ semper humilitatem habeant comitem, atque custodem. Quare docendus imprimis est, & prædicandus Decalogus, atque doctrinæ inde eliciendæ, quibuslibet hominum moribus accomodatæ; sic quod populus hinc discernere valeat: quomodo præcepta Domini rite servare, & quomodo transgressiones, & delicta sua agnoscere possit; ne scilicet trepidet, ubi non sit timor, sibique conscientiam faciat, ubi non est peccatum; aut econtra; peccatum non esse sibi falso persuadeat, ubi tamen maxime deliquerit. Anno 1537.

Præcepta etiam, & traditiones Ecclesiæ & majorum nostrorum, prædicatores populum doceant servare: Jejunium quadragesimale, & alios dies jejunales, ab Ecclesia institutos: item & dies festos, vacationi divinæ laudis, ab Ecclesia consecratos; quos præsertim volumus secundum antiquam consuetudinem, & constitutionem uniuscujusque diœcesis observari. Item, quod fideles eisdem festis diebus integris Missis intersint, atque ut verbum Dei audiant; quodque die majoris litaniæ, atque diebus Rogationum, cum omni devotione conveniant; & si quæ alia sunt Ecclesiæ præcepta, mandata & constitutiones; cæteras vero traditiones humanas ita tractent ministri verbi, ut eas subditi obsequenter teneant.

XVII.

De Usura, & Simonia.

Contra Simoniacos repetimus Decretum Concilii Basileensis Sess. XLIII. C. ult. Ut Ordinati Simoniace ab executione suorum ordinum sint eoipso suspensi. Electiones autem, postulationes, & quævis provisiones Simoniacæ Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatuum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumque sint ipso jure nullæ, nullumque per illas jus cuiquam aquiratur, nec promoti, confirmati, aut provisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem teneantur; sed nec cæteras canonum pœnas per hoc volumus esse remissas. Contra usurarios quoque volumus antiquas canonicas pœnas, tam in clericos quam laicos constitutas exerceri, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

XVIII.

De vita & honestate clericorum.

Cum ecclesiastica Sacramenta, aliaque fidei Christianæ mysteria plerumque propter vilem atque abominabilem ministrorum Ecclesiæ vitam reddantur aspernabilia & contempta; ideo sacerdotes hujus Provinciæ Salzburgensis, in vita, habitu, conversatione & victu, aliisque operibus & actibus, viris ecclesiasticis dignis, ac debitis, reformare volentes *Primo* ne clerici quovis modo mulieribus, de in-

Anno 1537. continentia suspectis, publice cohabitent, memores verbi prophetici, cum dicit: Mundamini, qui fertis vasa Domini: atque maledictionis, quam Dominus sacerdotibus, qui recesserunt de via, & scandalizaverunt plurimos, comminatus est in Malachia. Prohibemus etiam, ne sacerdotes parvulos, ex concubinis antehac procreatos, secum in domo teneant, & foveant. Quod si aliqui salutis propriae immemores, atque hujusmodi nostri statuti obliti, in publica cum muliere suspecta cohabitatione, aut prolium secum educatione, reperti fuerint, juxta canonicas sanctiones omnino punientur.

Deinde cum apud ethnicos, & Saracenos, sacerdotes ipsi, vestitu & habitu, a profanis secernantur; indecorum plane est, illud a Christianis sacerdotibus non servari; quare in hac parte providendo statuimus, ut secundum priorum canonum, atque antiqua provincialia & Dioecesana statuta, tonsura, habitus atque vestitus observentur; ita quod omnes clerici, ac quilibet juxta ordinem, quo initiatus est, tonsuram competentem deferat, barbam non nutriat, vestesque tam colore, quam longitudine usque ad talos, & forma professioni suae decentes gerat, sub poenis canonicis, contravenientibus haud dubie infligendis.

Ebrietas cum omni hominum generi debeat esse odiosa, sacerdotibus tamen, Dei Optimi Maximi servis, omnino execranda, atque abominanda est. Mandamus ergo strictius non solum, ut sacerdotes non efficiantur ebrii, sed ne tabernas publicas, potationis gratia ingrediantur, maxime diebus festivis, aut quandocunque plebs in tabernis ipsis vinariis convenire solet; dicit enim canon: Clerici, edendi vel bibendi causa, tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi. Decernimus quoque, ne curati, aut alii, qui sacerdotes ad exequias, seu dedicationes invitare, atque deinde prandium largiri solent, eisdem ultra quatuor fercula, eademque moderata, atque vinum competens, & mediocre apponant; qui modus si vel a Patrono convivii, vel a sacerdote invitato transgressus, vel transgredi visus fuerit, is, qui contra statutum egerit, juxta qualitatem delicti puniatur. Quod si sacerdos ita se domi, aut foris, vino ingurgitaverit, ut ebrius factus contumeliosum quid, aut scandalosum palam egerit, is etiam carcere plectetur; Nisi enim in sacerdotes vinolentos rigorose animadvertatur, non eradicabuntur alia vitia apud eos; quandoquidem ebrietas omnium vitiorum fomes, & nutrix est.

Exod. XXXII. Vinum sequitur lusus, dicente Scriptura: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexit ludere; unde in sacris canonibus sicut illud, sic & hoc quoque clericis prohibetur; ita enim habent canones Apostolorum: Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aleae atque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe deponatur. Quare eandem prohibitionem praesenti statuto repetimus, atque observari volumus; abominatur enim Deus hos, qui sedent in concilio ludentium. Canon XLI.

Post pocula plerumque devenitur ad rixas, contentiones & arma; quare etiam sacri canones prohibuerunt, ne clerici vel armati incederent, aut verberibus quemque molestarent, ac multo minus duellis se submitterent. Cum igitur Sacerdotes nominentur Angeli, hoc est, nunciatores pacis, ignominiosum est, si se verbo, vel facto, violatores pacis ostendant: unde illis excitare tumultus, movere rixas, clamores & contentiones plane interdicimus. Sed & armorum usum eis juxta canonum dispositionem, & sub poenis ibidem contentis, prohibemus.

Exi-

I. ad Tit. Cap. 7. Exigit etiam Paulus Sacerdotem, quod non sit turpis lucri cupidus, nedum ut avaritiam non colat; sed quod talibus desudantes nimium, divinis minus inservire possint; sicut alibi dicit: Quoniam nemo militans Deo, implicat se negociis saecularibus; circa quod etiam Sacerdotibus mandamus, quod temporalibus nequaquam ita inhient, ut propterea negligantur divina; sed negocia sua domestica sic moderentur, ut quae officii sacerdotalis sunt, tanquam principale, semper considerent, & hoc absoluto, tunc demum etiam ad opera manualia, & domestica procedant: neque id sordide, aut avare, sed ita, ut semper necessaria magis, quam superflua quaerere videantur; opera autem, & mercimonia scandalosa, & inconsueta, penitus devitent. Anno 1537. II. ad Timot. Cap. 2.

Et quia ex conversatione, quam quilibet cum proximo suo habet, non falsum sit judicium de conditione ipsius quoque hominis, Eccl. 13, 20. dicente Scriptura: omnis caro ad similem sibi conjungetur, & omnis homo simili sibi sociabitur; ideo sacerdotes summis viribus eniti debent, ut se bonis & honestis socient; considerantes illud Davidicum: cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum perverso perverteris. Quales ergo ab hominibus haberi ac aestimari voluerint, talibus se jungant. II. Reg. Cap. 22.

XIX.

De vita Regulari.

Decet per omnia, ut Regulares personae tales sint reipsa, quales ipsi nomine profitentur; hoc est: ut regulam vita teneant, cui se semel dedicarunt. Cum autem regularis vita, pessimis istis temporibus, non parvam etiam jacturam passa sit, & omnibus fere propendentibus in libertatem carnis prolapsa penitus, fit, ut observantia regularis apud Monasteria mirum in modum claudicet, ac complures levitates illic, ubi praecipua morum, ac religionis censura esse debeat, surrepserint. Quare Abbatibus, Praepositis, ac aliis monasteriorum Praelatis, aut Superioribus seriosius mandamus, ut regulam, quam quisque professus est, & ipse, tanquam aries in grege, stricte teneat, atque a fratribus suis teneri faciat: ne nimia licentia religio evertatur, & corruat: officia quoque divina, tam diurna quam nocturna, omni diligentia celebrentur: studium sacrarum literarum nullatenus intermittatur; Cum monasticam vitam Ecclesia ob id maxime approbaverit, ut huic dediti, dum saecularibus & manualibus operibus vacant, laudibus divinis, contemplatione ac lectionibus sint occupati.

Provideant etiam Praelati, ut fratres ecclesiis, sibi incorporatis praeficiant, qui docti, honesti, boni exempli, & quantum possibile fuerit, regulae diligentes sint observatores; cum enim religioli majori erga Deum atque Ecclesiam se vinculo devotionis obstrinxerint, ideo si erraverint, magis nocent: si deliquerint, magis offendunt & scandalizant: si extra regulam se collocaverint, magis damnabuntur. De quibus omnibus Praelatus (si non in peccantem regulari poena animadverterit) rationem reddet Altissimo.

Demum Praelati & Superiores refraenent, & contrahant familiam suam: non appareant fastuosi: non incedant superbi: non sint nimis delicati; sed agant bonos dispensatores, & viros honestos, ut illorum exemplo alii emendentur, & non offendantur.

Anno 1537.

XX.

De Studio Sacrarum Literarum.

Aggæi C. 2. Malach. 2. Si Deus præcepit, ut populus interroget ſacerdotes legem: cumque velit, quod labia ſacerdotis cuſtodiant ſcientiam, & quod lex requiratur de ore Ejus; quia Angelus Domini exercituum eſt; cavendum maxime eſt, ut ſacerdotes meditentur legem Dei die ac nocte, ne, cum de lege interrogati fuerint, ipſi reſpondere populo Oſeæ Cap. 4. nequeant, ac ſubinde a Deo audiant: quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Sed quia res eo venit, quod ſacerdotes quidam otium nihilominus majoris faciant, quam requirere libros, & meditari in lege Domini, timendum eſt, ne turpiſſimum hoc otium ſit occaſio, cur clerus noſtris temporibus tam abjecte & contumelioſe tractetur: ira Dei in nos provocetur, nosque tam miſere affligamur ubique. Quare ut tanta mala a Nobis avertantur, providemus per præſentes, atque ſtatuimus, ut ſacerdotes, & omnes clerici ad literarum ſacrarum ſtudia compellantur; ita quod quilibet, ad minus, duabus horis diei in ſacris literis legat; Libros autem habeant

Bibliam præcipue, ubi Pſalterium maxime ſibi familiare faciant.

Deinde etiam libros de obſervationibus eccleſiaſticis, quos vel Rationale divinorum, vel de divinis officiis, aut Elucidarium eccleſiaſticum inſcribere ſolent. Item

Curam Paſtoralem, a Divo Gregorio conſcriptam; aut alios libros, quibus regimen animarum addiſcere poſſint; & deinde

Libros Homiliarum, vel Sermonum; ac demum

Vitas Patrum, atque Legendas, ut dicunt, Sanctorum; quatenus id, quod legerint, ad opus ipſum etiam perfectum dirigere valeant.

Committimus etiam Decanis Eccleſiæ Metropoliticæ, ac Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum; item Archidiaconis, Decanis ruralibus, Fiſcalibus & Pedellis, ſeu Curſoribus juratis, ut diligenter advertant ſuper otioſis ac vagantibus presbyteris, ut tales deferant; ita ut ad lectiones hujusmodi per debitas pœnas adigantur.

XXI.

De Reformatione plebis.

Oſeæ Cap. 4. v. 9. Dominus dicit per Prophetam Oſeam: Qualis populus, talis & ſacerdos; ſi in univerſo populo multiplicatæ ſunt iniquitates & peccata; utique de malis ei ſacerdotibus proviſum eſt. Quid ergo am- Oſeæ Cap. 4. v. 5. plius dicit Dominus populo: corrues tu hodie, & Propheta tuus tecum. Si ergo rei chriſtianæ conſultum eſſe volumus, non minor cura adhibenda erit, quod populus Chriſtianus in fide recta, ſpe firma atque perfecta charitate incedat: pudicitiam, abſtinentiam Juſtitiamque colat; quam quod ſacerdotes & vera doceant, & quæ docuerint, faciant. Quare ad reducendam plebem in viam juſtitiæ, & ſalutis, Nos ſæculares Principes hujus Provinciæ, cum omni ſinceritate obteſtamur, hortamur, atque per viſcera miſericordiæ Domini Dei noſtri rogamus, ut ſubditos ſuos inducant: quo frequentius, & cum majori diligentia atque attentione interſint concionibus; atque in hoc conſtitutioni Eccleſiæ, quæ vult, ut diebus feſtivis audiatur verbum Dei, voluntarie ſatisfaciant: transgreſſores vero ſerioſius puniant. Deinde populis id etiam perſuadeant, ut non attentent, neque contendant ſibi dari prædicatorem, qui ipſis placeat, ſed quem Epiſcopus ſuus ipſis præfecerit; experti enim ſumus judicium populi in deligendis prædicatoribus: experti etiam ſumus faſtum prædicatorum, poſtquam populi applauſum ſibi fieri perſenſerint:

rint: experti tandem sumus etiam, quomodo ex hoc delectu atque applausu populus seductus fuerit, patria periclitata, ac multa millia hominum perdita. *Anno* 1537.

Aufferatur ergo causa, ut evitetur periculum. Tertio provideant Principes, ne libri erronei & suspecti in manibus plebejorum versentur; impossibile est enim, non coinquinari eos, qui picem impune tetigerint. Demum memores sint Potestates juris, sibi a Deo traditi; receperunt enim gladium, non ut absconditum teneant in vagina, aut ut reponant illum questus gratia in loculo; sed utantur eo in facinorosos. Animadvertant ergo primum in blasphemos; quoniam in
Levit. 24. *v.* 16. Levitico jussit Deus puniri eum, qui blasphemaverit nomen Domini; & nisi Potestates puniant blasphemos, non erunt super malitia populi excusabiles apud Deum.

Quatenus Deus voluerit puniri adulteria, Sacrae paginae docent copiose. Leges etiam Imperiales poenarum hujus delicti non sunt
I. Corinth. C. 6. oblitae. Sed etiam adulteri regnum Dei non possidebunt. Ah proh dolor! cum Jeremia dicere possumus, adulteriis plena est terra; & quanam ratione? Quia impune ubique adulteria committuntur. Omnibus ergo modis saeculares Principes provideant, ut tam immane crimen extirpetur ita, ut adulterium non ametur, sed timeatur; tamdiu autem timebitur, quamdiu rarum fuerit. Idem faciendum de incestu, ac stupris, quae Deus ipse maxime semper odiit; ac subinde cum Magistratus puniendo negligenter fuerint, Ipse in nos saevissime iram suam exercet. Haec autem vitia tunc non parum e medio tollentur, dummodo lenae istae questuariae, quarum opera tanta facinora procurantur, e civitatibus pellantur.

Ebrietas quoque, & omnia compotationum genera explodantur, & relegentur procul, considerando prohibitionem & poenam divinam; Nam omnis ebriosus communione fidelium indignus est, di-
I. Corinth. C. 5. *v.* 11. cente S. Paulo: cum ebrioso non commisceamur: nec cibum quidem cum eo sumamus, attendentes mala innumera, quae inde proveniunt; Est enim ebrietas nihil aliud, quam voluntaria insania: ebrietate offenditur Deus, perduntur animae, periclitantur Res publicae, omnis pudicitia atque honestas exuitur. Quare potestates saeculares paterne admonemus, ut tanta mala, unico abjecto bestiali opere, avertant.

Homicidia quoque postquam ceperint pecuniis redimi, ceperunt etiam multiplicari. Satis autem constat, quod Deo exosi semper fuerint viri sanguinum. Refraenanda igitur est lucri cupiditas, ut poenae ordinariae timore tollatur occidendi crudelitas. Consideretur maledictio divina, quae primo homicidae Cain obtigit; & reforment se in ea re superiores, ne & animas & populos amittant.

Homicidio vicinum est defraudare proximum; dicit enim Scriptu-
Eccles. 34. ra: qui defraudat pauperem, homo sanguinis est: qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt: fraudulenti quoque vitam aeternam non percipient; Christus enim, cum a quodam interrogaretur: quid faciendo vitam aeternam perciperet? re-
Marci C. 10. *v.* 19. sponsum ei inter caetera a Domino est: ne fraudem faceret; virum enim sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Cum igitur plebs hac in malitia eo processerit, ut etiam, quae olim habebatur simplex rusticitas, plena facta sit fraudibus. Quomodo non opus erit & hic provisio fieri? hortatur enim nos, rogat & obsecrat Pau-
I. Thess. Cap. 4. lus: ne quis circumveniat in negotio fratrem suum; subjungens: Dominum quoque hujus circumventionis vindicem fore. Ex quo igitur doli, fraudes, circumventiones, vaframenta, & omne astutiarum & supplantationum genus, nostro aevo tam sit commune, ut in nullo fere

Anno 1537. fere contractu hodie fides reperiatur; admonemus iterum, atque iterum hos, qui jus gladii, id est, correctionis habent, ut tam pestilentissimo morbo medeantur.

Demum antiquitas providit, ne sortilegi, & divinatores in plebe tolerentur, sciens, quia Dominus hæc omnia abominatur, & quod propter hujusmodi scelera deleverit populum suum in introitu suo. Cum igitur divinandi, incantandique usus: veneficorum quoque & sagarum numerus ac opera mirum in modum creverint, providendum & huic est. Nemini est enim dubium, quin hoc facinore (quod idololatriam puram sapit) Deus, qui est zelotes, maxime offendatur, ac subinde ira Divina in nos plus, magisque provocetur. Quare pro reformanda plebe, & hoc hominum genere Provincia purganda erit, ac cavendum, ne populus hos adeat, consulat, aut eorum maleficio aliquo modo utatur.

XXII.

De Decimis, & oblationibus funeralibus.

I. Timoth. C. 5. v. 18. Scriptura dicit: Bovi trituranti os non alligabis; etenim dignus est, dicente Domino, mercenarius mercede sua. Quare cum Decimæ, & oblationes, non tam jure positivo, quam divino, sacerdotibus in recompensam laborum suorum constitutæ sint, merito debent ipsæ ministris Ecclesiæ fideliter porrigi, atque solvi, tam prædiales, quam personales, tam majores, quam minores; quia in his Scriptura differentiam nullam facit. Item Oblationes quoque, in quibus funeralia, seu mortuaria continentur, eisdem juribus fundantur. Præsertim autem, ut in libro Numerorum legimus, voluit Deus quasdam oblationes voluntarias, quasdam autem necessarias, quæ in solemnitatibus, præter vota & oblationes spontaneas offerrentur; unde cum primitiæ, decimæ & oblationes, in sustentationem ministrorum Ecclesiæ a Deo constitutæ sint, magnum argumentum est, omnes, qui vel decimas, vel oblationes, aut alia ministrorum templi emolumenta debita solvere recusant, eos quoque sacerdotium negare, legemque ac mandata Altissimi transgredi; timendumque maxime est, ne penuria sacerdotum specialis sit pœna, quam Deus nobis infligit ob id, quod ministris Ecclesiæ emolumenta a Deo constituta tam inique subtrahuntur. Quare admonemus Christi fideles per Provinciam Salisburgensem ubilibet constitutos, ne Sacerdotes suo debito fraudent; imo pro suggestu quoque id sacerdotes ipsi doceant, ut decimas & oblationes debitas, sub interminatione divinæ vindictæ solvant. Principes quoque & Potestates sæculares debita cum instantia hortamur, ut Ecclesiæ ministros in præmissis manuteneant, ne iram Dei omnipotentis incurrant.

XXIII.

De Pœnis.

Dignum est, ut qui se professioni alicui submittit, ac inde emolumentum quærit, secundum leges quoque professionis suæ vivat. Sed quia leges sæpius transgrediuntur, statutæ sunt pœnæ, per quas delinquentes ad observantiam legum reducantur. Statuimus ergo, atque ordinamus, quatenus Vicarii in Spiritualibus, Officiales Generales, Archidiaconi, Decani rurales, atque omnes alii, quibus animadvertendi in clericos delinquentes jus est, ut non sint remissi in pœnis debitis infligendis clero, considerantes maxime, quod transgressiones cleri eo sint periculosiores, quo simplices magis offendunt, ac scandalizant: quantoque hoc hominum genus Deo plus debet esse acce-

acceptum, eo etiam plus, si delinquit, divinam iram excitat. Nemo etiam est, quem lateat, quam damnosa sit Sacerdotum inhonesta, ac minus morata vita; Quare quanto periculum hic majus est, tanto remedium semper debet esse præsentius. Quod si transgredientes leges professionis & militiæ suæ puniendi sunt; quanto magis hi, qui in toto apostatant? ordinemque suum abjiciunt, & fidem datam violant? homines impii, fœdifragi, inconstantes, carnis & ventris amatores. Quare monachi, effecti Sacerdotes, conjugia de facto contrahentes, neutiquam tolerari, sed in eos debitis pœnis animadverti debet. Impossibile enim est aliquem fidelitatis fructum ex his sperare, qui fidem Deo datam violarunt; ita quod peccatum suum nolint agnoscere, sed in eo, quod peccaverunt, volunt etiam justi haberi, quærentes excusationem in peccatis. Anno 1537.

Ex Archivo Consistorii Archiepiscopalis Salisburgensis nunc primum prodeunt.

Constitutiones non publicantur.

Hæ tamen Constitutiones post Synodi dissolutionem non fuere illico publici juris factæ, neque omnibus ad observandum palam impositæ. Contigit illa canonum statutorum retentia justis de causis, quod adstruit ipse Archiepiscopus in Mandata altero ad suos Coepiscopos, mox subjuncto, & præcipue ob reverentiam imminentis Concilii Universalis, in quo eadem capita Reformationis tam necessariæ, tamque exoptatæ, eminentiari cum zela atque sapientia pertractatum iri sperabatur. Interim utne clericis quibusdam discinctis, ac prævaricatoribus, occasia subnasceretur existimandi: nihil in hoc Provinciali concilio fuisse actum ad frangendas emendandasque eorum licentias, sesequæ proinde securiori nisu in vetus cœnum procumbere, edidit Archiepiscopus Mandatum ad omnes Diœceseos suæ Archidiaconos, complectens eosdem prope articulos, quos habita Synodus in suis canonibus uberius enunciavit; præcepitque, hoc ut Mandatum ad omnium diœcesanorum clericorum perferretur notitiam; ne ullus seu statutorum canonum, seu latarum in iis pœnarum, ignorationem posset in sui excusationem obtendere. Quod idem ut & alii Coepiscopi, in clero suo edocendo agerent, edito altero, quod sequitur, Mandato ad dictos Coepiscopos, impensissime adcuravit.

Mandatum Synodale Publicum,

ad omnes suæ Diœceseos Archidiaconos ab Archiepiscopo transmissum.

Mathæus, Miseratione divina Episcopus Albanensis, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Archiepiscopus Salisburgensis, Apostolicæ Sedis Legatus &c. Honorabili Nobis in Christo sincere dilecto N. Archidiacono nostro in N. Salutem in Domino.

Debitum pastoralis officii, cui divina miseratione præfecti sumus, nos admonet, ut, quæ pro conservanda religione nostra sancta, Ecclesiæ incremento, vitæ ac morum honestate, communique subditorum pace & tranquillitate, quoquo modo deservire possunt, sedulo curemus. Hinc est, quod, cum paucis diebus lapsis, communicato consilio Coepiscoporum, atque Suffraganeorum nostrorum Synodum Provincialem Nos celebraturos indixerimus, sicque ad diem Martis post Dominicam *Exaudi*, quæ fuerat XV. Mensis Maji, hic Salisburgæ hujus gratia convenerimus, Incipientibus Nobis de singulis Provinciæ nostræ discriminibus, deformationibus, atque gravaminibus, tam in spiritualibus, quam temporalibus, diligentius indagare, atque tractare, invenerimus in utroque hominum genere, hoc est, tum clericis, tum etiam sæcularibus, a debita & recta via honestatis, æquitatis atque justitiæ, non parum his temporibus aberratum esse: Clericis quidem super molestationibus, vexationibus, atque iniquis, ut asserebant turbationibus sæcularium, se multum conquerentibus: laicis e regione, vitam clericorum scandalosam, turpem, atque omnino reprehensibilem, clericalique ordini minus convenientem, vehementer inculpantibus; Ita, quod ex his, quæ in dicta Synodo hinc inde deducta sunt, facile conjecturare poterimus, non fore spem reducendi Privilegia, atque immunitates ecclesiasticas, sicque clero pacem & tranquillitatem

Anno 1537. litatem canonicam recuperare, nisi & ipsi clerici a vita illa sua reprehensibili desisterent, atque in officio, ad quod adsciti sunt, pro debito suo deservirent. Constitutum est ergo primum, de consensu totius Synodi, ut Nos, cæterique Coepiscopi nostri, cum Principibus ac potestate sæculari, hisque præcipue, quorum Oratores in Synodo ipsa comparuerunt, super amovendis gravaminibus cleri tractaremus; & secundo: ut ad tollendam omnem obloquendi & incusandi ansam, ad reformationem officii, ac vitæ clericalis, singuli Episcopi manus extenderemus, non dubitantes, quin emendatione in præmissis facta, remotio gravaminum sæcularium foret subsecutura. Et quamvis super his nonnulla statuta Provincialia inter nos consultaverimus, in scriptis quoque redigere fecerimus, ac subinde publicare & manutenere decreverimus; bonis tamen ac justis rationibus moti, maxime autem attendentes proximitatem Universalis concilii, quod indictum est, publicationem illam in præsentiarum facere supersedimus, facturi tamen, cum primum se justa opportunitas obtulerit. Volentes autem, ne medio tempore officium, status & vita clericalis magis magisque a recto tramite excedant, imo, quantum in Nobis est, jam etiam super his, quæ in præmissis officio, statu atque vita clericali deformata sunt, debito remedio providere; idcirco hoc præsens Mandatum per Nos, atque Coepiscopos nostros, absentium oratores, & Nuncios Capitulorum Metropoliticæ nostræ, ac aliarum Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum; insuper & Prælatorum, communisque cleri Procuratores ac missos, consultum, conclusum & acceptatum fieri, ac in singulis vicariatibus, Officialatibus, Archidiaconatibus & Decanatibus ruralibus, per Provinciam Salisburgensem ubilibet constitutis publicari, cleroque intimari constituimus.

Quare tibi Archidiacono nostro præsentium tenore committimus, atque in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes mandamus: quatenus vocato ad Te, aut Commissarium tuum, competenti aliquo die, uno aut pluribus, conjunctim vel divisim, prout tibi commodius, & ipsis minus damnosum esse judicaveris, universo clero districtus tui, his ipsis, hoc nostrum, imo totius Synodi Mandatum, integre atque intelligibiliter legas, vel legi facias, atque eosdem subinde, nomine & commissione hac nostra diligenter adhortemini: ut in antea se huic per omnia conformare studeant; non tantum ut pœnas, quæ transgressoribus infligentur, evadant: sed ut conditionis propriæ memores, Deum Omnipotentem offendere, proximumque scandalizare cessent, ac non tantum proprio reatu damnabiles, sed & alieni delicti participes, animas suas a perpetuis tormentis, servituteque diabolica liberent. Quod nos etiam, atque Coepiscopi nostri penes Metropoliticæ ac Cathedralium Ecclesiarum Capitula, sic publicari & insinuari curabimus. Cum igitur pro malitia præsentium temporum, in plerisque locis vera illa atque antiqua religio Christiana perversis doctrinis (Proh dolor) adulterata, populusque Christianus inde misere seductus reperiatur; divinus etiam cultus, quem a majoribus nostris, vere Christianis, accepimus, abrogari incipiat, & vita clericalis in dissolutionem atque scandalum plurimorum deformetur, ac subinde cura animarum in multorum perniciem negligatur; Ea propter his omnibus pro debito officii nostri obviare, atque mederi cupientes, universis & singulis Metropoliticæ nostræ Ecclesiæ Præposito, Decano, Custodi, Cantori, Scholastico, ac Monasteriorum quorumque Abbatibus, Præpositis, & tam conventualium & regularium, quam sæcularium & collegiatarum ecclesiarum Prælatis, Archidiaconis, Canonicis, parochialium rectoribus; Provisoribus, Vicariis, ac aliis presbyteris curatis, & non curatis, cæterisque clericis per Archiepiscopatum nostrum ubilibet constitutis, auctoritate nostra Ordinaria, in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes mandamus, atque per viscera misericordiæ Dei nostri, propriæque animæ salutem adhortamur, obtestamur atque monemus: quatenus curati presbyteri præsertim antiquam illam, & vere Christianam religionem, per seminationem divini verbi colant, populumque sibi commissum, pane illo Evangelico, ac juxta hunc omnino saporem, quem sancta Mater Ecclesia, universalia concilia, & sanctorum atque ab Ecclesia approbatorum Patrum unanimis consensus, illi tradiderunt, diligenter pascant: Divinum officium omni cum decentia & decore perficiant: horas suas canonicas plane non omittant, sed cum bona devotione & elevatione mentis in Deum persolvant: cerimonias ecclesiasticas, atque omnia alia, quæ cultus divini nomine censeri possunt, observent. A Concubinatu publico & scandaloso, atque omni immunditia, propter quam divina ira in filios diffidentiæ venire solet, abstineant: visitationem tabernarum, ebrietatem, & omnem crapulam decli-

declinent: Ludos publicos & prohibitos, & contentiones posthabeant: vestitu clericali atque decenti, prout sacrorum canonum statuta requirunt, incedant: sicque per omnia vivant, ut lux illorum taliter coram hominibus luceat, quod videntes opera eorum bona, glorificent Patrem suum, qui in cœlis est. Insuper & curæ animarum, quæ in administratione Sacramentorum Ecclesiæ maxime consistit, tanta diligentia invigilent, quantum salus animarum ipsarum exigit, atque officium ipsorum curatorum requirit; memores, quod si pigritia, soccordia, negligentia, imperitia, vel incuria vestra, anima aliqua neglecta fuerit, quicquid illi mali acciderit, de manibus vestris requirendum fore.

Demum hortamur etiam vos, ac quemlibet vestrum ad studium sacrarum literarum, atque lectionem sedulam, quam pro debito officii sui quilibet vigilantissime amplecti debet; ne olim uni & alteri horrenda hæc vox audienda sit: quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi; certificantes vos omnes ac singulos prænominatos; quod si præmissorum temerarii transgressores reperti fueritis, contra vos, ac quemlibet vestrum ad pœnas canonicas, aliasque arbitrarias, juxta qualitatem delicti processum iri. *Anno* 1537.

Quapropter Tibi, tanquam Archidiacono nostro N. Præsentium tenore committimus, ut postquam hoc nostrum Mandatum clero Tui Districtus insinuaveris, diligenter intendas, ut eidem per omnia satisfiat realiter & cum effectu; quodque rebelles & inobedientes, cum canonica discretione, pœnarumque inflictione ad obedientiam debitam compellas, facturus eo ipso jussum ac voluntatem nostram, atque debitum tuum. De executione vero, & insinuatione hujus nostri Mandati Nos literis tuis certificare curabis. Datum in civitate nostra Salz^g. die ultima Mensis Maji Anno Domini M D. XXXVII.

Mandatum Speciale

Unicuique suorum Coepiscoporum ab Archiepiscopo transmissum.

Mathæus Miseratione Divina Episcopus Albanensis, S. R. Ecclesiæ Cardinalis, Archiepiscopus Salisburgensis, Apostolicæ Sedis Legatus.

Gratiosa salutatione præmissa. Non credimus te latere, quod in Synodo Provinciali, quam ante paucas dies hic in civitate nostra Salisburgensi celebravimus, inter cætera diligentissime, matureque ac omnino deliberate, super reformatione vitæ clericalis (quæ mirum in modum a via canonica recessisse deprehenditur) tractatum & consultum fuerit, usque adeo, quod etiam juxta antiquum Synodorum Provincialium ritum, certæ constitutiones Synodales hujus gratia conceptæ & conclusæ fuerint. Cæterum ex nonnullis bonis atque urgentibus causis, & maxime attenta propinquitate concilii Universalis, Synodo consultum visum fuit, eas Constitutiones hoc tempore non publicari, sed has ipsas futuræ commoditati reservandas fore. Ne autem hi de clero, qui dissolutioris vitæ consuetudinem contraxerunt, ex hujusmodi taciturnitate argumentum: ac si vita eorum inculpabilis esset, accipiant, sicque in sua cœpta levitate facilius perseverarent; Ideo voluit Synodus, atque decrevit, ut non obstante, quod Constitutiones Synodales modo non publicantur; nihilominus tamen lascivientibus illis, ac scandalosis sacerdotibus, vita illa sua offensiva culpabilis ante oculos ponatur, hique subinde ad frugaliorem vitam, suæque conditioni & statui decentem justis mediis reducantur, sicque pro exequendo hoc suo laudabili proposito, certum Mandatum Decretum, atque præceptum concipi fecit, edendumque ac manutenendum statuit; Ita scilicet, quod tale Mandatum per unamquamque Diœcesim publicetur; & ne quis delicta sua sub ignorantiæ prætextu excusare possit, ad universi cleri, cujusque Diœcesis notitiam deducatur. Quod mandatum cum nos juxta conclusionem Synodi in Diœcesi nostra Archiepiscopali publicare statuerimus, Tibi illud cum præsentibus his nostris literis transmittimus, ac subinde sub debito obedientiæ, atque pœnis canonicis districtius præcipientes mandamus: quatenus Tu primus huicce Mandato Te per omnia conformem facias, ac juxta hujus præscriptum vitam tuam instituas; ne cum alios corrigere volueris, ipse reprobus inveniaris, atque, in quo alios judicaveris, teipsum condemnes. Deinde volumus, quatenus clerum Tui districtus juxta majorem commoditatem, qua id fieri poterit, ad unum vel plures dies successive, ita quod semper certa pars conscribatur, ad Te voces, aut si propter distan-

Anno 1537. tiam locorum id forte absque difficultate fieri non posset, ad certum, vel certos tuos commissarios vocari facias, atque illis comparentibus, prædictum Synodale Mandatum publice, expresse atque intelligibiliter legas, aut alteri sic legendum committas: insinuatione, ita ut præmissum est, facta, Tu deinde, tuique commissarii clerum nostro nomine adhortemini, admonentes, & obtestantes, ut considerantes Divinam iram, quæ tam manifeste ob peccata nostra in nos sævit, memores etiam status & conditionis sacerdotalis, quos Deus sanctos, & ab omni labe mundos esse constituit, perpendentesque miseri popelli seductionem, qui ex sacerdotum criminosa vita, delicta sua excusabilia esse vult, sicque pœna pro hujusce peccatis, etiam in caput sacerdotum, pusillos ita scandalizantium, redundat: Demumque sibi ante oculos ponentes perditionem animarum propriarum, atque amissionem cœlestis regni: ob amorem & dilectionem Omnipotentis Dei, ac Filii ipsius, Domini nostri Jesu Christi, qui hos pretiosissimi sanguinis effusione Nos tam amare redemit, & sacerdotalis etiam Dignitatis, ac majestatis honorem: propter ædificationem proximi: ac demum etiam pro conservatione animarum suarum, sese cum effectu ac perseverantia emendent: vitam suam ipsi reforment: mores componant: atque a criminibus publicis, ac scandalosis abstineant. Et si utique eos, ut homines, aliquando peccare obtigerit, studeant tamen summis conatibus, ut tale peccatum occultum maneat, & sine proximi offensione fiat, censentes multum atque arduum esse, quod Deus, quem quotidie contrectant, & cui nihil occultum est, hujusmodi sua facinora sciat, atque, si non pœnitentia redimantur, sit olim strictus vindex ulturus.

Demumque clerum ad diligentem observationem hujus mandati, quod de consilio atque assensu suorum Procuratorum conclusum, atque receptum est, sub interminatione pœnarum, a sacris canonibus statutarum, ad quas contra delinquentes procedetur, cohortemini, & inducatis. Præcipue autem volumus, ut eis articulus de sacerdotibus tabernariis, ebriosis, ac publicos rumores excitantibus, diligenter inculcetur; ac contra eos, quos in his delinquentes repereris, ad debitas pœnas, absque ulla remissione procedas. Si enim te in talibus negligentem deprehenderimus, Nos tuam negligentiam, ut tenemur, supplentes, transgressores ipsos impunitos non dimittemus, ac contra te quoque debitis pœnis animadvertemus. Casu autem, quo unus aut alter pœnam, per te imponendam, cum humilitate suscipere recusaverit, aut alio quovis modo inobedientem se ostenderit, ita, quod ad executionem hujus nostri Mandati tuto, aut commode procedere non valueris, talem & tales scriptis tuis ad Nos quantocyus deferas, ut in eos censura canonica, & prout æquitas suaserit, procedere rite possimus. Quapropter cura, ut in præmissis omnibus eam diligentiam adhibeas, quam Nos a Te requirimus, quamque negocium ipsum a te exigit, & tu pro officii tui debito præstare obligaris, recepturus ob id a Deo mercedem perpetuam, a Nobis autem dilectionem & gratiam. Datum in civitate nostra Salisburgensi, die ultima Mensis Maji, Anno Domini M D XXXVII.

Ex Archivo Consistorii Archicpiscopalis.

Mortuus est Mathæus Archiepiscopus, collatis in utramque Rempublicam meritis cumulatus die 30 *Martii anno* 1540.

ERNESTUS,

Anno 1540.

Archiepiscopus Salisburgensis XLIX.

Ortus ille fuit e Bavariæ Ducibus, & antequam a Salisburgensibus postularetur, erat Administrator Episcopatus Pataviensis. Duo gravissima mala incubuerunt tunc Germanorum Imperio: Turcarum immanes insultus, & domesticæ Catholicorum cum Protestantibus conflictationes, ob varium religionis studium. Discriminis hujus utriusque avertendi causa plures acti fuere conventus Imperii, veluti Spiræ anno 1544. *Versabatur inibi præcipua sollicitudo Imperatoris Caroli, ut contra increscentes Turcarum devastationes subsidia impetraret a statibus Imperii; rejecto altero de sopiendis religionis patriæ turbis negocio in Congressum, proximo tempore Wormatiæ convocandum.*

Calamitates temporum.

Quia difficilius dium religionis in his bellicis occupationibus tractari non potuit, ad proximum conventum, inque mensem Decembrem rejicitur: Interea Cæsar negocium se daturum ait Viris bonis atque doctis, qui piam aliquam emendationis formulam conscribant: ut idem quoque Principes faciant, hortatur; quo post in futuris conciliis, facta colla-

collatione, de communi consensu statuatur aliquid, quod ad publicum Orbis concilium usque servetur, in Germania peragendum, aut ad conventum usque nationis Germanicæ. Pacem interea colant omnes, neque turbæ quicquam ob diversam religionem excitetur. *Scribit Joannes Sleidanus in Commentariis de statu religionis Lib. XV. pag. 264. Adrant huic conventui Legati Archiepiscopales, qui reduces exposuerunt Ernesto Archiepiscopo capita, in futuro Wormatiensi congressu pertractanda. Ernestus vero metuens, ne aut Imperator eo in congressu feratur extra limites suæ potestatis in religionis procuratione, neve ad suam sententiam avocet compositionum controversiarum, ut ex Recessu Spirensi colligitur apud* Lünig Reichs-Archiv Part. Gener. Continuat. I. pag. 721. §. 82; *cogitare cœpit de quibusdam notis, atque animadversionibus, in futuro congressu Wormatiensi sua pro Provincia proferendis. Maxime quod non inaniter futurum prospiceret, ut Generale Concilium, quod Imperator cogi pro sedandis motibus cupiebat, aversarentur Protestantes, uti & interventum Romani Pontificis. Igitur & suorum Suffraganeorum mentem Ernestus Archiepiscopus exquisivit.*

CONCILIUM
SALISBURGENSE XLII.

Anno 1544.

Anno Christi MDXLIV, Pauli III. Papæ anno X. Caroli V. Imperat. XXVI. convocatum ab Ernesto, Archiepiscopo, ad decernendum, quidnam maxime a Salisburgensibus in conventu Wormatiensi, ab Imperatore Carolo anno 1545 pro componendis turbis indicto, proponi oporteat.

Carolus V. Imperator de Turcarum reprimendis furoribus sollicitus, nullam esse censuit aptiorem viam ad sedandos tumultus, de religione exortos, quam convocare conventum Imperii, atque in hoc juxta piorum virorum sententiam interim moderari patrium cultum, usque dum per Generale Concilium, Tridenti jam indictum, rei totius sequeretur definitio; maxime quod in ejusmodi conventibus præsentes essent Episcopi & Archiepiscopi, proprii judices in religionis causa; quodque Novatores Germani Romanum Pontificem, ceu controversiarum præcipuum caput, maxime detestarentur. Nescio itaque, quam Theologi quidam Pontificii in Germania, atque hos inter Claudius Jaius, prudenter egerint, qui Pontificio zelo animati, quin partium conflictum attenderent, ardenter asseruerunt, edito commentario, ad Summi Pontificis nutum atque sententiam componi oportere dissidii causam; hoc quippe diffidentium Germanorum animos magis exasperavit, & conventus Imperii auctoritatem, pro ineunda interim pace atque concordia, non parum imminuit. Nihilominus Imperator, orthodoxis præsidiis fultus, conventum Imperii Wormatiæ anno 1545. indixit, cujus causa & hoc Salisburgense concilium fuit celebratum.

In hoc concilio decretum fuit ab Archiepiscopo; nec suo, nec episcoporum nomine quicquam, injussu Romani Pontificis, de religione in conventibus civilibus actum iri.

Cui primus ipse Salisburgensis, deinde Augustanus, & Aistettensis, cæterique deinceps episcopi subscripserunt.

Hæc Hansizius Germaniæ Sacræ Tomo II. pag. 614. ex actis concilii deperditis asservavit.

Anno 1548. *Anno 1548. die 15. Maji Carolus V. Imperator Augustæ ordinibus Imperii intimari fecit declarationem religionis, seu constitutionem, qua ratione in Imperio status sese gerere debeant in negocio religionis usque ad decisionem concilii Generalis. Hæc declaratio* Interim *dicta fuit, & complectitur XXVI. Capita:* De Justificatione hominis, de Ecclesia, de Sacramentis, de Sacrificio Missæ &c., *fuit-* *Religionis declaratio.*

que a statibus Imperii acceptata, & habetur apud Lünig Reichs Archiv Part. Gener. Cont. I. *pag.* 780. *Itemque apud Goldastum* Constitutionum Imperialium Libro I. *pag.* 518.

Eodem anno 1548. *die* 14. *Junii, in conventu itidem Augustano Carolus Imperator recitari jussit statibus Imperii Ecclesiasticis conscriptam* Reformationis formulam, *XXII. Capitibus comprehensam, qua clericorum mores debitis continerentur in officiis; nempe:* de ordinatione ministrorum Ecclesiæ. De officiis ordinum Ecclesiasticorum. De officio Decani & Canonicorum. De horis canonicis. De Monasteriis. De Scholis. De Hospitalibus. De dispensatione Verbi Dei. De administratione Sacramentorum. De administratione Baptismi, Confirmationis, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Extremæ unctionis, matrimonii. De Ceremoniis. De disciplina cleri & populi. De Pluralitate beneficiorum. De disciplina populi. De Visitatione. De Synodis. De Excommunicatione. *Hanc formulam, ab ecclesiasticis ordinibus probatam, atque acceptam refert Lünig* Reichs Archiv Partis Generalis Continuat. I. *pag.* 850. *Item Goldastus* Constitut. Imperial. Libro II. *pag.* 326.

Denique eodem anno 1548. *Ernestus Archiepiscopus quo felicius hæc omnia in opus redigeret, literas ad Ottonem Truchses Cardinalem, & Episcopum Augustanum, pro sua cum eo amicitia, perscripsit, in iisque, quid porro facturus sit, aperuit; nempe: Synodos quantocyus in singulis Provinciæ suæ diœcesibus haberi oportere, & cæsaream in iis Reformationem proponi; Tum in cleri doctrinam, mores & cultum esse inquirendum. Demum quidquid particularium diœcesium Synodi statuerint rebus præsentibus expedire, id esse ad Provinciale Concilium perferendum, ut meliora quæ sint, executioni mandentur. Itaque*

CONCILIUM

SALISBURGENSE XLIII.

Anno 1548.

Anno Christi MDXLVIII. Pauli III. Papæ anno XIII. Caroli V. Imperat. anno XXX. Die 13 Novembris ab Ernesto Archiepiscopo in sua Diœcesi convocatum.

In Synodo Archiepiscopi nomine hæc fuere proposita:

Conspectus Concilii. Summam esse necessitatem conciliorum ob depravatos cleri mores.

Cæsarem pro sua in Deum pietate, pace Ecclesiæ reddita, manum etiam eidem instaurandæ admovisse, atque urgere, ut cleri mores emendentur; hunc enim esse malorum fontem.

Cæsarea formula cum ab omnibus Episcopis & Archiepiscopis probata fuerit, cupere se, ut ea in universa sua Provincia servetur. Hoc fine Synodum coactam. Quare petit, universi subscribant.

Tum Cæsaris formula coram omnibus perlecta est; Episcopis tamen, qui aderant, permisit, ut si quid in ea minus probaretur, disquirerent. Omnis consultatio de rebus constituendis in quinque & octoginta articulos distributa. Lustratio in singulis ecclesiis decreta. Imperatum quoque, ut ab Archidiaconis Synodi haberentur: Investigarent hi Ecclesiæ, & populi mala: capita illa præ oculis haberent: parochos, cæterosque sacerdotes de illis interrogarent, responsa Salisburgum mitterent; ita Provinciale concilium utilius, atque commodius habitum iri. Quin & cæsarea emendatio typis vulgata, atque ut cultus ratio, in ea præscripta, servaretur, parochis tradita: Archidiaconi præcipue moniti, darent operam, ut clerici a tabernis, choreis, vino, ludis & concubinis abstineant, atque in vicis degentes, juxta veterem morem, eodem cum parocho sub tecto sint, neque extra ejus domum, nisi valetudinis causa, morentur. Archidiaconi, hæc qui servari neglexerint, graves dent pœnas: clerici cæteri transgressores non pecunia, sed carcere, aliisque suppliciis afficiantur. Hujusmodi literæ post habitam Synodum ad singulos Archidiaconos datæ sunt. *Hæc Joannes Gasperius, Historiographus Archiepiscopalis in Manuscripto Codice pag.* 103.

Recef-

Recessus hujus Diœcesanæ Synodi.

Anno 1548.

Cum Reverendissimus in Christo Pater, atque Illustrissimus Princeps, & Dominus Dominus Ernestus, confirmatus in Archiepiscopum Ecclesiæ Salisburgensis, Apostolicæ Sedis Legatus, Comes Palatinus Rheni, Superioris & Inferioris Bavariæ Dux &c. Dominus noster clementissimus, ad ea, quæ in Comitiis Augustensibus, proxime celebratis, Sacra Cæsarea Majestas, Dominus noster omnium gratiosissimus, cum Electoribus, & Principibus Ecclesiasticis, Archiepiscopis, Episcopis & aliis Prælatis, ratione ecclesiasticæ reformationis tractavit, egit, atque conclusit, Synodum Diœcesanam, & conventum omnium Prælatorum & Capitulorum, tam suæ gratiæ Metropoliticæ, quam Collegiatarum ecclesiarum, totiusque cleri Salzburgensis Diœcesis, ad diem decimam tertiam præsentis Mensis Novembris, atque ad civitatem Salzburgensem conscribi fecerit, & indixerit. Quo die adveniente Prælati Capitulorum missi, atque clerus in magno numero, & nonnullorum absentium procuratores comparuerunt, ubi celebratis in Ecclesia Metropolitica divinis, aliisque tractatis, quæ juxta Decretum Concilii Basileensis in Sessione quinta decima tractari & expediri debent. Altera die toti Synodali congregationi, patribus ac fratribus venerabilibus, ac in Domino sincere dilectis, propositio atque intentum totius negocii diserte est explicatum, atque inprimis causæ hujus synodalis indictionis clare expositæ; deinde vero petitio nomine præfati Reverendissimi ac Illustrissimi Domini Archipræsulis nostri in hunc modum est annexa; quod sua Reverendissima & Illustrissima gratia omnes ad hanc Synodum vocatos, & comparentes, & in illorum personis quoque cæteros absentes gratiose requirat, paterne admoneat, & prout quilibet indignationem Cæsareæ Majestatis evitare voluerit, seriosius hortetur, ac petat, atque per viscera Misericordiæ Dei nostri obtestetur, quatenus Paternitates & Fraternitates suæ Reformationem, per sacram Cæsaream Majestatem compositam, atque literis in modum cujusdam formæ redactam, & divulgatam, perque suam Reverendissimam & Ill^mam^ Gratiam approbatam, & acceptatam, ipsi quoque Prælati, Capitula & clerus acceptent, & gratam habeant, seque huic debita cum humilitate & obedientia submittant, & quilibet eorum submittat, seipsos ad hanc regulam, atque Gnomonem reforment, hisque spontaneum præbeant assensum; insuper & quod verbo consentiunt cum effectu præstent, prout hæc omnia in scriptura propositionis diffusius & locupletius continentur; & ne quisquam vel ignorantia forsitan rerum, quæ in Cæsareæ Majestatis Reformatione continentur, aut quia ex cursoria lectione negocium, ita ut expediret, retinere non valeret, olim sibi aliqualem excusationem hauriret, Ideo sua R^ma^ & Illma Gratia primum fecit Cæsaream Reformationem publice legi, ac deinde Patribus quoque facultatem, ac libertatem dedit, ut sæpe nominatam Cæsaream Reformationem & ipsi sufficienter legere, atque aliquibus piis, eruditis & idoneis personis, ex singulis ordinibus totius congregationis electis, consultandam, & examinandam proponere, & tandem suæ Clementiæ mentem suam desuper exponere valeant. Ut autem hæc quoque cum meliore deliberatione expediri possint, atque ut eo minus per acceptationem hujus novæ Reformationis a priorum Patrum Decretis, placitis atque statutis, tam provincialibus, quam synodalibus recederetur; concessit sua gratia, ut negotio toto in quosdam articulos redacto, ac pro illius consultatione in tres classes diviso, selecti ab ordinibus statuta prædicta, tam anti-

qua,

Anno 1548. qua, quam noviora ad manus habentes, quicquid Cæsareæ Majestatis Reformationi ex his addenda, moderandave duxerint, bona fide efficiant.

Quibus omnibus diligenter tractatis, consultatis, consummatis, & ad notitiam totius congregationis Synodalis sufficienter deductis, tandem Patres bene deliberato animo, consulte, sponte, nulloque metu, aut vi adacti, sed debiti sui omnino memores, dexteritateque hujus causæ moti, in sententiam & petitionem sæpe dicti R^mi & Ill^mi Antistitis sui conscenderunt, Cæsareamque Reformationem, salva semper auctoritate, & dispensationibus Sedis Apostolicæ, eo modo, quo Archiepiscopi, Episcopi & Prælati Imperii in eandem consenserunt, atque cum omni humilitate se huic submiserunt, perque præsentes has literas acceptant, approbant, consentiunt atque se submittunt, sperantes, quod adstipulante sibi gratia, auxilioque divino, id reipsa velint præstare, quod jam verbis promittunt. Ad quæ omnia præmissa hoc eos maxime etiam compellit, quod ex frontispicio, seu Epistola præambulari Cæsareæ Reformationis, atque ex ipsa propositione Synodali acceperint, quomodo Electores, cæterique Principes ecclesiastici, Archiepiscopi, Episcopi & Prælati Imperii hanc eandem Reformationem Cæsaream placitam habuerint, secumque statuerint, ecclesiasticam disciplinam pristinæ dignitati, ac nitori restituere, quod cum ipsi Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati S. Romani Imperii Principes, ut capita, præstiterint, membra procul dubio ultro sequentur.

Cæterum cum inter revidendum antiqua statuta & constitutiones, interque discutiendum Reformationem Cæsaream nonnulla se obtulerint, quæ selecti æstimarunt non parum pro declaratione, bona intelligentia & ampliatione Cæsareæ Reformationis facere; ideo quæ circa illa consideraverunt, in tres consultivas Scripturas redegerunt, quas etiam R^mo & Illmo Antistiti nostro, ac Synodali congregationi obtulerunt; quibus per utramque partem diligenter examinatis, tandem hinc inde conventum est, ut tales considerationes, juxta responsum, superius ad principalem petitionem per Synodum datum, per modum consilii, & in proximo concilio Provinciali ulterius examinandæ, acceptarentur, utque in majus robur per Promotorum & Referendariorum sigilla, vel secreta, singulæ roborarentur, ac penes hunc Recessum custodirentur.

Quamvis autem cum citatione & evocatione communis Cleri ad hanc Synodum formulare quoddam Mandati, juxta quod hi, qui comparere non potuerint, suos constituerent Procuratores ad Synodum, fuerit Dominis Archidiaconis transmissum, repertum est tamen in revisione mandatorum, quod procuratoria non ubique juxta formam præscriptam concepta sint; quodque nonnulli sacerdotes in Salzburgensi Diœcesi constituti ab Archidiaconis ratione Synodi intimandæ, vocati omnino non comparuerint; Ne igitur tales aliquando prætextum quærere possint, quod in ea, quæ in hac Synodo tractata & placita fuerunt, non consenserint; idcirco toti congregationi placuit, quatenus Archidiaconi singuli, in singulis districtibus suis, si quis error in concipiendo mandato repertus fuerit, emendare, ipsumque mandatum cum ratificatione omnium in Synodo actorum emendent, ac hoc ipsum alios, qui prius non comparuerunt, facere compellant, ut inter omnes æqualitas servetur.

Cum etiam frustratoria essent omnia, quæ in hac Synodo acta, gesta atque conclusa sunt, nisi his etiam facto, & cum effectu responderetur, ideo synodaliter conclusum est, quod unusquisque tempestive

ſtive incipiat ſe Reformationi Cæſareæ Majeſtatis conformare, ſe- *Anno* 1548.
que ſecundum eandem gerere; ita quod tempore Concilii Provincialis, quod ad diem 11 Menſis Februarii, futuri anni, indicetur, quilibet in ea obedientia reperiatur conſtitutus, quam Reformatio Cæſarea ſibi præſcribit, & ad quam obſervandam jam ſe quilibet obligavit; & quoniam juxta decretum concilii Baſileenſis in Seſſione decima quinta cavetur, ut in Synodis Diœceſanis inſtituantur teſtes Synodales, viri graves, providi & honeſti, legis Dei zelum habentes, juxta Diœceſium latitudinem, in numero competenti, qui in manibus Diœceſani, aut Commiſſarii ejusdem, jurare tenentur, ut tradit *Cap. Epiſcopo in Synodo Cauſa XXXV. Quæſt. VII.*, qui per anni circulum luſtrantes diſtrictum ſuper quo conſtituti ſunt, quæ corrigenda vel reformanda viderint, his, ad quos talia corrigere, vel reformare pertinet, referant, quæ niſi correcta, vel reformata jam fuerint, ad Synodum, aut viſitationem perferant ſubſequentem, ubi debitis remediis ſuccurratur; ideoque cum Diœceſis Salzburgenſis in Archidiaconatus ſit diviſa, atque ut in hac parte etiam Decreto Concilii Baſileenſis ſatisfiat, ſunt ad quemlibet Archidiaconatum inſtitutæ & nominatæ tres perſonæ, videlicet ad Archidiaconatum Salzburgenſem ſunt nominati, & inſtituti Dominus Petrus Graumaiſter Plebanus in Hanſs, Dominus Wolfgangus Rotmair Vicarius in Salvelden, & Dominus Wolfgangus Hofer Vicarius in Perckhaim.

Ad Archidiaconatum Garſenſem Dominus Johannes Hirſchauer, Rector Eccleſiæ parochialis Sancti Bartholomæi in Oberemper Khirchen, Dominus Stephanus Piſcholfftorffer, Plebanus in Zimern, & Dominus Fridericus Greiſel, Vicarius in Puechpach.

Ad Archidiaconatum Baumburgenſem Dominus Georgius Praittner, Plebanus in Schnaitſer, Dominus Udalricus Khren in Heſlbang, Dominus Georgius Hannberger, Beneficiatus & Cooperator in Burckhauſen.

Ad Archidiaconatum Superioris & Inferioris Styriæ Magiſter Joannes Murer Vicarius in Prugh, Leonardus Khielman, Plebanus in Graz, Joannes Weingartner, Plebanus in Adria.

Ad Archidiaconatum Carinthiæ Superioris Dominus Sebaſtianus Raiacher, Parochus in Holtz, Dominus Antiochius Slaminger, Plebanus in Urſen, Dominus Hieronymus Hueber, Parochus in Dölſach.

Ad Archidiaconatum Inferioris Carinthiæ Dominus Ermacharus, Decanus in Völkhenmarckh, Dominus Mathias Dueler, Plebanus ad S. Margaretham prope Wolfsberg, Dominus Chriſtophorus Dolientſchnickh, Plebanus ad S. Vitum minorem.

Ad Archidiaconatum Commiſſariatus Vallis Lungew Dominus Chriſtophorus Mitterpreger, Plebanus in Rauten, Sebaſtianus Pfarkircher, Plebanus in Tambsweg, & Dominus Mathias Schnell, Plebanus in Murau.

Inter quos illi, qui præſentes hic fuerunt, præſtiterunt juramentum ſolitum ad manus Reverendiſſimi & Ill^mi Domini Diœceſani; cum autem nonnulli nominati in Synodo præſentes non fuerint, videlicet præfati Domini Wolfgangus Rotmair, Georgius Hannberger, Magiſter Joannes Murer, Leonardus Khielman, Joannes Weingarter, Sebaſtianus Raiacher, Antiochius Slamminger, Hieronymus Hueber, Sebaſtianus Pfarkhircher, ideo Archidiaconis illorum a Reverendiſſimo Domino noſtro conceſſum atque commiſſum eſt, ut illis ad ſe vocatis nominationem de quolibet eorum factam, eis inſinuent, juramentum ab unoquoque recipiant, atque ut officiis ſuis diligenter intendant, ſerioſius injungant. In quorum omnium fidem Receſſus iſte Synodalis in hanc formam eſt conceptus, ac omnium ordinum

nomi-

Anno 1548. nomine sigillis Reverendissimi in Christo Patris, atque Illustrissimi Principis & Domini nostri clementissimi; loco vero Prælatorum, Reverendorum Patrum Domini Eberhardi Præpositi & Archidiaconi Ecclesiæ Metropolitanæ, & Domini Egidii, Abbatis S. Petri Salzburgensis; nomine vero & loco communis cleri, venerabilium Dominorum Georgii Vischel, utriusque Juris Doctoris, Præpositi ad S. Bartholomæum Frisaci, & Archidiaconi Carinthiæ Inferioris, & Christophori Diether, Plebani in Teysendorff, ad hoc specialiter rogatorum, roboratus & munitus. Facta sunt hæc Salisburgæ die 22 Novembris, Anno a Nativitate Domini Milesimo quingentesimo, quadragesimo octavo.

Ex Archivo Consistorii Archiepiscopalis.

His præmissis ad Provincialem Synodum proceditur.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XLIV.

Anno 1549.

Anno Christi MDXLIX. Pauli III. Papæ anno XIV. Caroli V. Imperat. anno XXXI. ab Ernesto Archiepiscopo convocatum ex tota Provincia, ut maximis temporum corruptelis occurreret.

Sub ipsum Synodi initium, Archiepiscopi nomine, in hanc sententiam verba facta sunt: Disciplinam apud omnes ordines adeo esse collapsam, ut nisi Concilii Provincialis ope minime possit restitui: deformia multa in clero spectari; mirum itaque non esse, omni pietatis, & doctrinæ opinione amissa, eum a principibus opprimi. *His Patres congregati plura peculiaria cleri dedecora, ut emendarentur, protulerunt: gestari a clericis versicolores vestes, in manicis sectas, atque virgatas; tum & ensibus cinctos incedere: Si qui concubinas, atque liberos, ex eis natos, sine rubore domi alerent, tolerari eos, accepta pecunia ab Archidiaconis, & Decanis, qui ruri sunt: Ecclesiæ censuras & Sacramenta, sacraque omnia, immoderato quandoque redimi pretio: Fœneratores debitis pœnis non coerceri, ut impunitum crimen in consuetudinem fere abierit: Nimium esse festorum numerum, censebantque Patres horum quæpiam esse abolenda: esse maximam doctorum virorum penuriam. Querebantur præterea Patres, convivia a Sacerdotibus, recens initiatis, haberi, fierique frequentes supplicationes per campos & segetes, Christique Corpus in iis deportari: Monasteriorum Abbates in Ecclesiis illis, quibus sacrorum cura est imposita, Episcopi potestatem non agnascere &c.*

De cæsarea inde emendatione actum est: plerique hanc a Protestantibus tantum servari oportere contendebant. At clerus, cum rumor percrebuisset, confirmandam esse in concilio Cæsaris formulam, supplicibus verbis a concilio petit, ne caput de concubinis dimittendis probetur; majora enim inde exoritura mala, neque illud ob maris vetustatem executioni facile mandari posse. Petunt igitur, ut œcumenici concilii definitio exspectetur. Insolens visa horum petitio, neque scriptum in Patrum consessu perlectum. Interim Wilhelmus, Bavariæ Dux, per Legatos suos Patres moneri curavit: inutilia fore Synodi Decreta, nisi cleri emendatio instituatur; ex corrupta enim disciplina hæreses esse ortas; at clerici querebantur, violata sua a Principibus privilegia, & immunitates; his Legati Principum respondent: nihil actum esse a principibus de rebus ecclesiasticis, nisi quod summa necessitas exigebat; neque principes unquam fuisse cogitaturos de puniendis clericis, nisi episcopi eos esse impunitos paterentur. Cæterum si oneribus quibusdam inique premerentur clerici, non recusaturos principes ea tollere. Hæc Joannes Gasperius in laudato sæpius manuscripto Codice recenset ex Actis Synodalibus.

Itaque Patres in concilio congregati, post plura colloquia, ut, quadicet, depellerent calamitates, e mutuis Principum, clerique causationibus natas, censuerunt opus esse legibus duplicis generis, 1mo quæ averterent violentiam Principum in clerum,

rum, ejusque immunitatem; 2do quæ clericorum emendarent offendicula, & licentias, omnium malorum fontem. Quoniam vero difficilius est, multoque periculosius leges præscribere Principibus, quam Clero; ideo Patres hac cautione usi fuerunt; ut primum & ante omnia conderent constitutiones quaspiam, moderantes Principum in clericos imperium, & immunitatem defendentes, iisque die 18. Februarii Anno 1549. subscripserunt. Has constitutiones, seu Capitula recenset Hansizius Germaniæ sacræ Tomo II. pag. 618.: De Parochis, & prædicatoribus, per laicos intrusis: De communione sub utraque specie: De fructibus beneficiorum aversis per Patronos, non præsentantes tempore debito: De turbata per laicos libertate in eligendis Prælatis: De laicis arrogantibus sibi visitationem clericorum, & monachorum: De bonis ecclesiasticis alienatis: De violatis immunitatibus cleri &c. *Legati autem Principum, quibus ea mox communicata fuere Capitula, cum intuerentur pleraque illorum capitulorum plena esse quiritationibus contra civilem Magistratum, ob cleri onera, atque violata ejus jura & privilegia: perperam item incusari principum duritiem, ac omnino insuper haberi eorum, seu Advocatorum, auctoritatem, petierunt a Patribus: antequam ea statuta publicarentur, ad Principes, ac præcipue Ferdinandum Regem mitti oportere, atque decretoriam illorum sortem expectari. Cui & Patres ultro assenserunt, rati, hac reverentiæ significatione promiores sibi conciliatum iri Principum animos; quod tamen secus accidit; Nam Ferdinandus alioquin Bohemicis rebus, atque tumultibus distentus, in aliud tempus remisit invisum negotium; quin imo offensus immoderata libertate decretorum Synodalium, promulgari ea interim vetuit, usque dum correcta fuerint, atque ad Austriacorum jurium normam attemperata (*); quod demum diu post, nempe anno 1569. factum fuisse adnotavit Hansizius, sedente Joanne Jacobo Archiepiscopo. Hujus conflictus causa plerique Scriptores Rerum Salisburgensium censuerunt, nihil omnino decretorum in hoc Concilio fuisse editum, in quo tamen maximopere falluntur; nam Patres edocti, hærere in vado decreta sua, ad temperandam Principum in clericos potestatem nuper consignata, & displicuisse Principibus, utut deessent parti alteri, summe necessariæ, ad reformandam clericorum disciplinam proposita, unitis consiliis alios decem Canones condiderunt, & publicarunt die ultima Februarii ejusdem anni; quos Canones, nusquam antehac in lucem protractos, nunc primum ex Archivo Consistorii Archiepiscopalis evulgamus.*

Dissensio Principum & Cleri.

Anno 1549.

(*) *De hac cleri & principum discordia scribit Laurentius Hochwartus, Canonicus Pataviensis:* Cum eo anno 1549. Concilium Provinciale Salzaburgæ celebraretur, & ipse illuc ab Episcopo meo missus sum, Egoque cum nobili doctoque canonico Pataviensi Joanne a Schönburg fuimus ipsius Metropolitæ Synodi Promotores, Referendarii, & Statutorum Provincialium edendorum revisores - - - - - Cum autem deinceps Synodus Provincialis iterum cogeretur eodem anno, quo res ipsa cum collimitaneis provinciis, Austria, Bojariaque tractaretur, tum & ego missus iterum interfui, dum Statuta Provincialia una cum nunciis Serenissimi Romanorum Regis Ferdinandi, & Illustrissimi Ducis Bojariæ Wilhelmi discuterentur. *Apud Oefele in Scriptoribus Rerum Boicar. Tomo I. pag. 153.*

Mandatum & Conſtitutiones
Synodi Provincialis Salisburgenſis Anni 1549.

Anno 1549.

Erneſtus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia confirmatus in Archiepiſcopum Eccleſiæ Salzburgenſis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, Comes Palatinus Rheni, ſuperioris & inferioris Bavariæ Dux. Atque eadem gratia Georgius Ratiſponenſis, Wolfgangus Patavienſis, Hieronymus Chiemenſis, Joannes Seccovienſis, & Philippus Lavantinenſis Eccleſiarum Epiſcopi: ac Reverendiſſimorum in Chriſto Patrum, illuſtriſque Principis, & Domini Domini Henrici, Adminiſtratoris Friſingenſis, Comitis Palatini Rheni, utriusque Bavariæ Ducis, & Chriſtophori, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Tridentini, & Epiſcopi Brixinenſis, atque Reverendiſſimi in Chriſto Patris, Domini Anthonii, Epiſcopi Gurcenſis Oratores, cum plenis & ſufficientibus mandatis, omnes in Concilio Provinciali Salzburgæ canonice congregati, univerſis & ſingulis Metropolitanæ, & aliarum cathedralium Eccleſiarum Præpoſitis, Decanis, Cuſtodibus, Cantoribus, Scholaſticis, Capitulis, ac monaſteriorum quorumque Abbatibus, Præpoſitis, & aliis tam conventualium & regularium, quam collegiatarum eccleſiarum, ac diſtrictuum Prælatis, Archidiaconis, Decanis, etiam ruralibus, Canonicis, parochialium Eccleſiarum Rectoribus, Proviſoribus & Vicariis, ſeu locatenentibus eorundem, ac aliis Presbyteris curatis, & non curatis: clericis quoque quibuscunque in ſacris, vel etiam minoribus ordinibus per civitates, & diœceſes noſtras, ac principalium noſtrorum, totamque Salzburgenſem Provinciam ubilibet conſtitutis, & quibus præſens hoc mandatum provinciale innotuerit, ſalutem in Domino, & præſentibus noſtris Provincialibus obedienter parere mandatis.

Debitum paſtoralis officii, cui divina clementia præfecti ſumus, nos urget, ut quæ pro conſervanda vera noſtra religione, Eccleſiæ Sanctæ ædificatione, vitæ ac morum honeſtate, communique ſubditorum tam eccleſiaſticorum quam ſæcularium pace, tranquillitateque, aliquo modo deſervire poſſunt, nos ſedulo curemus; quæ Nos tunc maxime præſtitiſſe arbitramur, cum ea, quæ in noſtris Diœceſibus reperiverimus a recta via aberraſſe, reduxerimus, collapſa reſtauraverimus, atque diformia reformaverimus. Cum igitur ante paucos dies, ſinguli in noſtris Diœceſibus, Synodos Epiſcopales & Diœceſanas celebraverimus, ut in notitiam defectuum, qui in noſtris eſſent Diœceſibus, perveniremus; cumque a multo tempore deſideraverimus ea, quæ vel in ſacra noſtra religione, cultu divino, honeſtate vitæ clericalis, vel etiam in his, quæ tranquillam Chriſti fidelium converſationem attinent, nutantia, neglecta, ſcandaloſa, turpia, atque minus quieta ac coëuntia fuerint, canonicis piisque mediis emendaremus, ac reformaremus; ideo inſtituto rite concilio Provinciali in Salisburgenſi civitate, ad diem decimam octavam Menſis Februarii, Nobisque tunc canonice congregatis, Sanctique Spiri-

tus

tus gratia enixis precibus postulata, collatis invicem his, quæ in singulis Synodis Diœcesanis acta, vel statuta fuerunt, omnibusque diligenter perpensis, tandem in eam omnes ivimus sententiam, ut juxta inquisita & allata, pro instituenda generali hujus Provinciæ reformatione, statuta quædam & constitutiones Provinciales, more antiquorum & Antecessorum nostrorum congerere, atque in libellum quendam colligere, universoque clero nostro publicare, seque illis sub pœnis canonicis per omnia conformare demandaremus, atque ut his reipsa satisfieret, nequaquam protraheretur. Quamvis autem Nobis promptus animus fuisset, statuta illa Provincialia statim promulgare; quia tamen gravamina, quæ Nobis a Potestatibus sæcularibus inferuntur, ab hoc proposito Nos avocaverunt; quandoquidem hæc hujus sunt conditionis, ut nisi illis exoneremur, plura ad effectum suum debitum perducere non possimus; igitur apud Nos constituimus ratione talium gravaminum, & Potestates illas requirere, atque super amovendis gravaminibus, exequendisque statutis Provincialibus tractandi ipsis copiam facere. Cæterum ne quis suspicetur, Nos sub hoc fuco velle debiti nostri officii oblivisci, & culpam in alios rejicere, reformationem ipsam, rem tam salubrem, tamque necessariam, totam suspendere; Ideo ne quicquam eorum, quæ in nostris sunt viribus, Nos præteriisse, judicari a quoquam possimus, Constitutiones quasdam & Statuta, quæ ulteriorem dilationem suæ executionis ferre non facile poterant, ex corpore statutorum Provincialium colligere, in præsens Mandatum redigere, atque publicari citius commisimus, eisque plene ab universo clero hujus Provinciæ supramemoratæ, atque aliis, quos hæc statuta contingent, obtemperari firmiter mandamus. *Anno 1549.*

I.

De Religione, & Fide Catholica.

Primo igitur constituimus & ordinamus, ut omnes tam clerici, quam laici Salisburgensis Provinciæ unius sacræ fidei professionem, veramque regulam teneant, & profiteantur, sic uti a Christo prædicata & edocta, a Sanctis Apostolis diffusa, a sequentibus Patribus orthodoxis diserte probata, atque a sanctis Synodalibus gestis vere, sancteque confirmata est: nec quicquam credant, colant, aut venerentur, quod Romana Ecclesia, aut Patrum orthodoxorum decreta, a veritate catholica censent alienum, & refutandum. Prohibemus etiam, ne quisquam cujuscunque conditionis, de fide christiana, extra scholas universalium studiorum, publice turbis coadunatis, vel etiam in locis privatis, populo tamen illic conveniente, tractare; neque nisi Ordinarii loci super eo licentia obtenta disputare conetur. Cui id quoque addimus, ne laici occulta conventicula in arcibus, domibus, alpibus aut angulis prædicationis officium, sibi illud plerumque in odium clericorum vendicantes, celebrent; docet enim Dominus: ne lucerna ponatur sub modio, sed super cantelabrum, ut luceat; & quod Dominus prædicaverit, dicendum est in lumine, & super tecta.

Matthæi C. 5. v. 15.

II.

De Prædicatoribus Verbi, & officio Ecclesiastæ, Librisque prohibitis.

Injungimus quoque, præcipimus & mandamus omnibus & singulis divini verbi prædicatoribus, ne verbum Dei secundum sua propria ingenia, vel opiniones, aut eum sensum, quem ipsi sibi inde eliciunt; sed omnino ad intellectum, quem sancta Mater Ecclesia, atque

Anno 1549. atque Sedes Apostolica, Doctoresque & Patres, ab iis recepti, imo Spiritus ipse Sanctus, Dei verbo tradiderunt, & tenent, populo proponant. Quare antiquorum illorum catholicorum Doctorum, Clementis Dionysii, Cypriani, Ignatii, Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Gregorii, & his similium Doctorum Ecclesiæ, ac etiam recentiorum, qui in scholis universalibus, & a labe hæretica immunibus, legi, profiteri & observari solent, illorum volumus Doctorum scripta legant, suosque inde sermones colligant; inter illos tamen neotericos volumus in nostra Provincia præcipue sequendas esse, & habendas Homilias Eckhianas, atque Centurias Reverendi Patris, Domini Friderici Nauseæ, Episcopi Viennensis.

Inhibemus autem sub pœna suspecti hæresis, ne in nostra Provincia habeantur, legantur aut profiteantur quicunque libri Lutherani, Zwingliani, Oecolampadii, Anabaptistarum, atque eorum authorum, qui morum doctrinas falsas & damnatas in libris suis, & maxime concionibus, & Postillis, atque commentariis quomodolibet sunt imitati, secuti & æmulati. Cujus periculum ut certius avertere possimus, districtius præcipientes, ac sub pœna subtractionis fructuum & emolumentorum, quæ ex beneficiis, officiis & statibus suis habituri ad tres menses essent, mandamus, quatenus omnes Ecclesiarum, Metropoliticæ nostræ Salisburgensis, atque Ecclesiarum Cathedralium, Monasteriorum, & parochialium, vel sacellorum Præpositi, Abbates, Prælati, Capitula, canonici, parochi, cooperatores, Beneficiati & Sacellani, omnes & singulos libros præscriptorum Auctorum, imitatorum, sequacium, ac doctrinas æmulantium, quotquot habuerint, intra spacium unius mensis, a die publicationis præsentium computando, Officialibus, aut Archidiaconis, seu Decanis nostris ruralibus, nullo plane retento, præsentent, & realiter, etiam nullo pro eis expectato pretio, consignent; cum probe noverint, sibi, ne tales libros haberent, longe ante fuisse prohibitum. Exinde Officiales, Archidiaconi, & Decani nostri eosdem libros, sibi ab aliis præsentatos, & quos ipsimet forsan ejusdem farinæ habuerint, singuli suis Episcopis, iterum in spacio mensis, priorem supra designatum immediate sequentis, transmittant, & præsentari faciant. Quod si elapso tempore præfixo unus aut alter quandocunque repertus fuerit, aliquos de præmissis libris prohibitis retinuisse, iterato emisse, vel etiam donatos recepisse, contra tales, ut contra de hæresis suspicione notabiles irremissibiliter procedetur.

Divino etiam verbo prædicatores nequaquam miscere debent profana, incerta aut fabulosa: non contendere inter prædicandum, aut rixari: non difficilibus quæstionibus immorari: neque laudem suam, aut quæstum, sed animarum duntaxat salutem quærere: non tantum fidem, sed & operum bonorum necessitatem, ac Dei justitiam, doceant: vitia detestentur, & carpant: ad virtutes exhortentur, & alliciant; & qualem ipsi voluerint esse gregem Christi, tales ipsi priores sint; ut quod alios docuerint, ipsi primum præstent, & exhibeant.

Et cum nullus debeat prædicare, nisi mittatur; ideo Pastoribus ecclesiarum, cæterisque omnibus, qui prædicatores habere solent, mandamus, ne aliquem huic muneri præficiant, nisi qui prius a suo Ordinario examinatus sit, atque admissus; In proxima autem nostra visitatione curabimus, ut omnes, quotquot prædicationis muneri sunt præpositi, rite examinentur: & qui minus idonei, ab hoc officio rejiciantur.

III.

Anno 1549.

III.

De Clericis peregrinis.

Cum honestati etiam sit contrarium, & a primis institutionibus alienum, sine consensu Præpositorum clericos aliarum Diœcesium indifferenter in Ecclesias admittere; quare tam omnibus & singulis ecclesiarum & monasteriorum Prælatis, capitulis, presbyteris curatis & non curatis, quam laicis, jus patronatus ad beneficia ecclesiastica habentibus, cæterisque omnibus, qui proprios secum capellanos habere præsumpserint, per Salisburgensem Provinciam ubilibet constitutis, districte prohibemus, ne aliquem alienæ diœcesis, quam ejus, in qua ecclesia, monasterium, seu locus, in quo divinis ministrare debet, situata est, presbyterum in Vicarium, provisorem, cooperatorem, aut capellanum in ecclesia, vel beneficio suo, nec non in castra, villas seu domos, pro exercendo officio sacerdotali assumat: nec ad divina nisi devotionis causa, & visis in forma digna literis formatis, admittant: nisi sufficienter, & in scriptis doceat, & coram officiali, Archidiacono, aut Decano nostro aliquo rurali, sub cujus ditione morabitur, de susceptione canonica omnium ordinum, tam majorum, quam minorum, fidem scriptam faciat, offeratque literas testimoniales ab Episcopo suo, aut illo, ex cujus Diœcesi proxime recessit, continentes quidem, quod talis Sacerdos in fide catholica, & unitate Romanæ Ecclesiæ permanserit, atque adhuc sit: item a quo habeat provisionem, vel titulum? de conversatione quoque, & vita honesta, motivorumque causa, quare in alteram diœcesim se receperit? Hi enim, qui tales peregrinos incognitos, aut vagos presbyteros sine testimonialibus posthac receperint, carcere unacum pecuniaria pœna, pro arbitriis nostris in pias causas convertenda, puniantur. Quod si Officiales, Archidiaconi, vel Decani rurales, & hi, qui ratione talium admissionum a Nobis Ordinariis commissionem, vel mandatum habebunt, sacerdotem sic, ut præmissum est, peregrinum vel extraneum, aliter, quam jam definitum est, ad exequendum officium & ministerium suum admiserint, priventur statim officiis, & facultate, quam ab Episcopis habuerint; & nihilominus pro arbitrio Episcopi puniantur. Clerici vero, & sacerdotes, qui sic furtive diœcesim alienam ingressi fuerint, a tota Provincia excludantur.

IV.

De Horis canonicis, & Præparatione ad Missam.

Insuper quamvis antiquissimi canones, patrumque traditiones, id nos clare doceant, quod quilibet majoribus ordinibus initiatus, seu de beneficio gaudens ecclesiastico, ad horas canonicas observandas præcipue obligetur, quas etiam unumquemque quotidie devote & diligenter perorare volumus; Quia autem fide digno testimonio accepimus, quod non tantum plurimi, in sacris ordinibus constituti, multique beneficiati horas illas canonicas, pensum servitutis suæ, orare negligant; sed quod etiam magna pars sacerdotum, & eorum quoque, qui in ministerio divino quotidiani sunt, eas posthabeant; nec, dum mysteria illa tremenda celebrare debent, vix matutinales preces ante absolvant; quod utique conniventibus oculis ulterius præterire impium omnino ducimus. Quocirca hoc Provinciali Mandato non tam statuimus, quam mandamus: quod nullus sacerdos divinum Missæ mysterium tractare præsumat, nisi ad minimum Matutinas preces, & Primam integre peroraverit; quicunque autem secus fecerit, si fuerit beneficiatus, careat fructibus sui beneficii ad duos

Anno 1549. duos menses, qui applicentur per Ordinarios ad causas pias; qui autem beneficiatus non fuerit, sit ipso facto a celebratioue Missarum suspensus ad duos menses, careatque interim omni emolumento & proventibus, quos inde fuisset consecutus, & ei cedere debuissent; qui pariter per Ordinarium, ejusve commissarium, exacti in pios usus converti demandentur. De cæteris vero presbyteris non celebrantibus, beneficiatis, atque aliis in majoribus constitutis ordinibus, nec horas canonicas absolventibus, sed negligentibus, Nos juxta novissimi concilii Lateranensis Decreta statuimus, ut quilibet habens beneficium cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio, divinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non faciat, pro rata omissionis recitationis officii & temporis, sed eos tanquam injuste perceptos, in fabricas hujusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si vero ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso privetur; cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere ad hoc, ut beneficio privari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit; Deo tamen ultra præmissa, de dicta omissione redditurus rationem; quæ pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties sit, quoties contrafacere convincatur. Si autem clericus, in majoribus ordinibus constitutus, qui nullum habens beneficium, etiam ad celebrandum divina non sit specialiter adstrictus, horas canonicas non oraverit, is, si Subdiaconus sit, non promoveatur ad Diaconatum, sed suspendatur, usque ad proximum tempus ordinum celebrandorum; neque tunc admittatur, nisi habeat sufficiens, & fide dignum scriptum testimonium, quod a die suspensionis horas canonicas quotidie dixerit diligenter, negligentiamque præteritam studiose emendaverit. Idem per omnia volumus observari cum Diaconis, ut scilicet suspendantur ab ordine presbyterii, donec negligentiam & omissa emendent, & diligentiam a se factam doceant: Si autem contigerit Sacerdotem aliquem tam excordem esse, quod pensum ministerii sui solvere penitus neglexerit, hunc volumus primo per nostros Officiales, Archidiaconos, vel Decanos rurales, vel per duos parochos, vel contubernales privata admonitione corripi, ad quam, si se non emendaverit, committatur publice denunciari populo, ut confundatur, cum comminatione pœnæ perpetuæ suspensionis: si autem nec illam denunciationem audierit, neque a facta publicatione intra mensis spatium, quod ad cor redierit, dilucida testimonia habuerit, seque correctioni & obedientiæ submiserit, exinde per Officiales vel Vicarios nostros, instituto contra talem processu Summario, ad perpetuam suspensionem ab exercitio officii sacerdotalis procedatur.

Quia autem præparatio ad mysterium Missæ, digne celebrandum, non in solis precibus, sed potissimum in munditia cordis, & bona ac debita corporis dispositione consistit, nobis autem innotuerit, quod aliqui presbyteri, peccatis mortalibus implexi, copiamque confessoris habentes, scienter tamen, & absque præcedente confessione, ac recepta absolutione se tam tremendis non timeant submittere celebrandis mysteriis, non perpendentes: quod, qui indigne sumpserit, reus erit corporis & sanguinis Domini: Sed & alii non jejuni, & hesternum vinum adhuc olentes & eructantes, altari assistunt; qua re vel sola, ira in nos divina maxime provocatur; Quare mandamus, ne sacerdotes in similibus criminibus se amodo non sinant reperiri: quod si contigerit pro prima vice ad men-

menſem: pro ſecunda duobus menſibus a celebratione Miſſarum ſuſpendantur; ſi vero tertio, cum velut incorrigibiles inveniantur, in perpetuum a celebratione Miſſarum deponantur. *Anno* 1549.

Ut autem mandato præſenti pareatur, in hac parte ſingulariter negocium damus non tam Officialibus, Vicarlis, Archidiaconis, & Decanis noſtris ruralibus, ſed & monaſteriorum, & aliarum eccleſiarum Prælatis, Metropoliticæ & cathedralium Decanis & Capitulis; inſuper & eccleſiarum parochialium Rectoribus injungimus, ut quilibet huic negocio invigilet diligenter, neque eos, qui huic conſtitutioni non obedierint, tolerent, ſed Ordinariis denuncient. Hi vero ad quos infligere pœnas de jure vel conſuetudine ſpectat, pœnis præmiſſis contra transgreſſores animadvertant.

V.

De Adminiſtratione Sacramentorum, & Cerimoniis eccleſiaſticis.

Cæterum ut in his, quæ eccleſiaſtica Sacramenta, ac illorum adminiſtrationes, cultumque divinum, ac cerimonias antiquas attinent, paucis multa ordinemus, atque omnem novitatem in religione noſtra paucis annis, contra Sanctorum Patrum decreta & conſuetudinem Eccleſiæ introductam tollamus; ideo doceri volumus, & præcipimus: in auguſtiſſimo Altaris Sacramento, ſub una ſola ſpecie, illud idem plenarie contineri, quod ſub utraque ſumitur; ideoque majorum noſtrorum ritu laicos ſub una panis ſpecie duntaxat communicandos: Officium Miſſæ more majorum celebrandum: Baptismum puerorum, ac Confirmationis ac Extremæ unctionis Sacramenta Eccleſiæ, cerimoniis ritu priſco impendenda: Abſolutionis pœnitentialis beneficium nulli (dummodo loquendi facultas adſit) niſi qui peccata ſua non verbis generalibus, ſed particulariter & diſcrete confeſſori ſuo expoſuerit, neque ſimul, ſed unicuique ſingulariter impertiatur: Imagines Sanctorum non violandas, nec deturpandas. Ritus & divinum cultum, memoriasque in monaſteriis, parochialibus eccleſiis, & aliis beneficiis eccleſiaſticis a Fundatoribus inſtituta, & a majoribus obſervata, continuanda: Proventusque & alia, ad hæc deſtinata, abſque diminutione ſolvenda, omnesque in ſuis bonis, juribus, & reditibus conſervandos; ſi quæ tamen fuerint in aliquibus cerimonialibus repræſentationibus ludicra, quæ jocum magis & riſum, quam devotionem excitant immixta, & quæ ſinceritatem ac veritatem hiſtoriæ vel tollunt, vel exterminant, ea poterunt & debent ſubmoveri.

VI.

De Diſciplina, vita & honeſtate clericorum.

Cum etiam deceat, ut clerici quique ſecundum ſtatum, ordinem & conditionem ſuam, ſe in veſtimentis & habitu tales gerant, ut a Laicis ſecernantur, & eis officii cauſa venerationi ſint, præſtentque vita, moribus, habitu, & probatæ religionis exemplo; Idcirco omnes & ſinguli, in ſacris ordinibus conſtituti, coronam & tonſuram in capite, ac veſtes longas, uſque ad talum pedis, & alia veſtimenta & birreta deferant honeſta: barbasque, ut clericos decet, non nutriant, ut a laicis certius dignoſcantur: non quæſito, exacto & nimio ornatu, nec veſtibus aut caligis rubei, vel viridis coloris, non limbis aut ſciſſuris comptis, ſed ſimplicibus & honeſtis: non calceamentis ſæcularibus, neque etiam enſibus, ſeu aliis armis cincti, ſeu onerati, niſi in itinere conſtituti, incedant; in quo etiam veſtibus & armis utantur pro condecentibus perſonis eccleſiaſticis tantum:

Inſu-

Anno 1549. Insuper accessum tabernarum publicarum clericis tam regularibus, quam sæcularibus interdicimus, nisi eos in itinere, vel peregrinatione constitutos illas ingredi oporteat; & tam inibi, quam domi, & alias, a crapula, compotationibus, ebrietatibus, ludisque, a jure prohibitis, blasphemiis, rixis, percussionibus, tumultibus ac scandalis penitus omnino abstineant: choreas, publica spectacula, atque convivia inter plebejos omnino vitent, ne propter eorum lasciviam nomen ecclesiasticum blasphemetur; Ebriosi autem, crapulosi & compotatores a nostris Officialibus, Vicariis, Archidiaconis, & Decanis ruralibus: canonici autem a suis Decanis: religiosi vero a suis Prælatis juxta qualitatem transgressionis irremissibiliter corrigantur. Quod si aliqui eorum ab hujusmodi crapula, temulentia & compotatione, postquam bis puniti fuerint, non abstinuerint, nec moniti a suis superioribus destiterint, hos præcipimus usque ad condignam satisfactionem ab officio & beneficio suspendi.

Tabernarii etiam atque lusores juxta ordinarium dictamen atque delicti enormitatem puniantur; ita tamen, ne pœnæ in tam scandaloso crimine nimium remissæ infligantur. Percussoribus quoque, tumultuantibus, & quibuscunque clericis enses, vel arma, extra casum concessum portantibus, atque his, qui se in vestimentis & habitu, tonsura, barbis & coma aliter, quam superius constituimus, gesserint, imponantur pœnæ, in tales a sacris canonibus decretæ.

Neque posthac liceat cuique ecclesiastico tabernam, seu compotandi locum, pro laicis in domo sua habere, vel exercere; aut vino alio, quam consueto uti: vel aliis rebus mercatorum more, emendo vel vendendo, aut aliis quibuscunque negociationibus, seu quæstibus sæcularibus insistere, & terrenis lucris, contra suam professionem inhiare, eisque, qui eorum curæ commissi sunt, occasionem scandali præstare.

VII.

De Continentia clericorum, de concubinariis, & contrahentibus matrimonia.

Cum etiam ut clericorum vita & status in melius reformetur, expediat, ut caste & continenter vivant, munda & casta tractantes; Quapropter omnes clerici tam regulares quam sæculares, cujuscunque ordinis seu dignitatis sint, a publicis & scandalosis concubinatus & fornicationis excessibus abstineant: nec concubinas seu proles secum fovendo teneant; sed singuli eas intra spacium unius mensis proximi, a publicatione præsentium computandi, a se cum effectu amoveant, nec dimissas aut alias publice reassumant, juxta concilii Basileensis decreta; cujus pœnis volumus in his delinquentes omnino subjacere, ad earum executionem contra inobedientes, ut tenemur, processuri. Publici autem concubinarii intelligendi sunt non tantum hi, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in jure factam, seu per rei evidentiam, quæ nulla possit tergiversatione celari, notorius est; sed qui mulierem, de incontinentia suspectam, & a fide dignis & bonis de hac diffamatam secum tenent, & per suum superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt. Quare sacerdotes & clerici præmissi tales fœminas in sua familia habeant, quæ vel sanguinis necessitate ipsis sunt conjunctæ, aut ætate, aliisve circumstantiis consideratis, suspicionem incontinentiæ effugiunt. Ipsas autem concubinas, seu mulieres suspectas Prælati modis omnibus curent a suis subditis, etiam per brachii sæcularis auxilium (si opus fuerit) penitus arcere; Et ut radix, quæ huic malo non modicum præbuit fomentum, resecetur, omnino jubemus, ut sacer-

ſacerdotes, cooperarii, prædicatores, capellani, & quicunque alii, *Anno* 1549.
qui ab antiquo ſuas habitationes & menſam (ut dicunt) in domibus parochialibus habuerunt, & inhabitarunt, atque cum Parocho, vel ejus vicario, manſerunt; ſe autem intra paucos annos ad ſpeciales & conductitias ædiculas, ut liberius laſcivire poſſent, receperunt; quin imo & aliqui ſuſtentationem eſculentorum poculentorumque in tabernis & cauponis quotidie ſumpſerunt, ac habitationes ſibi illic ſuas conſtituerunt; quæ omnia non tantum ſcandaloſa, ſed multorum etiam peccatorum occaſio fuerunt; ideo his ipſis cooperatoribus, prædicatoribus & capellanis, cæteriſque quibuſcunque presbyteris, qui ab antiquo in domibus parochialibus habitarunt, & victualia cum parocho ſumpſerunt, modo autem tam habitationes quam victum pro ſua levitate mutarunt, Nos ſerio præcipimus, ut ſtatim in ſpacio octo dierum, poſt inſinuationem & publicationem præſentium, domos conductitias vel externas habitationes evacuent, ſeque ad domos parochiales recipiant, atque victum competentem cum parochis, vicariis, vel proviſoribus ſumant, qui eis etiam de neceſſariis, prout illorum conditio exigit, provideant. Quod ſi circa præmiſſa vel in parochis, vicariis & proviſoribus, aut in cooperariis, prædicatoribus vel capellanis, quo minus huic articulo pareant, defectus aliquis vel neglectus inventus fuerit, quos Officiales, Vicarii, Archidiaconi & Decani noſtri rurales ſignificare Nobis tenentur, Nos contra tales ad pœnas debitas procedemus, uſque ad excluſiones a Diœceſibus noſtris, juxta inobedientiæ & offenſæ qualitatem. Quicunque etiam in majoribus ordinibus conſtituti, ſuæ ſponſionis immemores, ad terrenas nuptias ultro currunt, juxta ſacrorum canonum ſtatuta & ſanctiones puniantur.

VIII.

De Monaſteriis, & vita regulari.

Cum igitur clericorum ſæcularium vita & converſatio non debeat eſſe anomala; multo magis convenit, ut hi, qui ſe ſolenni voto ſpeciali regulæ, & vivendi modo addixerunt, ſecundum eam vivant. Quare volumus, ut monachi, & regulares quilibet, & cujuſcunque ordinis in ſuis inſtitutis, & profeſſis regulis maneant, nec ab illis quovis modo degenerent; Qnod demum fiet, ſi Prælatus tanquam aries in grege primus manus ad aratrum miſerit, ſæpiuſque in refectorio cum fratribus comederit: ſingulorum vitam & mores obſervaverit: ad fratrum vitia non conniverit: clauſtra monaſterii patula non reliquerit, neque fratribus liberam, aut facilem exeundi copiam fecerit: laicis utriusque ſexus ad loca quæcunque intra clauſuram monaſterii exiſtentia, ſine rationabili cauſa aditum non conceſſerit; Quæ omnia volumus Prælatorum monaſteriorum, ſub pœna ſuſpenſionis ab adminiſtratione, juxta qualitatem negligentiarum commiſſarum, proviſioni injunxiſſe. Committimus quoque ipſis, & præcipimus, ut curent, quo officia divina, tam diurna quam nocturna, omni diligentia abſolvantur; ne, dum vox campanæ ad eccleſiam vocat, monachus interim dormiat: Et cum univerſalis Eccleſia ordines monaſticos ob id maxime approbaverit, ut illis dediti a ſæcularibus & manualibus operibus vacent, laudibus vero divinis, lectionibus & contemplationibus ſint occupati: inde volumus, ut illis intendant, ne otioſi in varios & inextricabiles inimici laqueos incidant.

Anno 1549.

IX.

De Apostatis, & Presbyteris excommunicatis celebrantibus.

Et cum nostris temporibus plures admodum sint religiosi, seu regulares quorumque ordinum, qui post professionem factam, & etiam presbyteratus ordinem consecuti, e monasteriis exiliunt, in Mundo vagantur, apud sæculares quoque sacerdotes, & ecclesiarum parochos, status acceptant, ministerio altaris, functionique sacerdotali se submittunt, & cum ob Apostasiam sint prius excommunicati, per exercitium officii presbyteralis, a quo abstinere deberent, irregulares quoque efficiuntur; sicque ante obtentam absolutionem & dispensationem, officio clericali sunt plane inepti: ex quo innumeri errores, scandala, contemptus ecclesiasticarum censurarum, & gravissima peccata resultant; Quibus quantum in Nobis est, præsentium tenore præcipimus, & mandamus omnibus & singulis religiosis quorumcunque ordinum, qui extra sua monasteria ministrant, vivunt, habitant, & ubilibet fuerint constituti, quatenus in spacio unius mensis ab insinuatione, seu publicatione hujus nostri mandati computando, se ad sua monasteria recipiant, suis prælatis & majoribus, sicut tenentur, obediant; a ministerii tamen ecclesiastici exercitio, donec absoluti, & cum ipsis ratione irregularitatis canonicæ dispensatum fuerit, abstineant. Quod si unus & alter habere prætenderit indultum Apostolicum, aut licentiam legitimam sui Prælati, hanc in spacio præfixo, unius scilicet mensis, Ordinario suo judicandam exhibeat, personaliter se præsentet, & huic, quod quilibet Ordinarius judicaverit, absque reluctatione pareat. His vero, qui nulla habent indulta, sive licentias, dummodo juxta tenorem præsentis mandati ad monasteria redire voluerint, aut redeant, nos providebimus, ne a suis Prælatis durius, quam regulæ præscribunt, puniantur, & paterne recipiantur. Quod si nec his fidem dare voluerint, accedat quisque Ordinarium suum in dicto mensis spacio, suasque causas absentiæ a monasterio veraciter exponat; Ubi Nos Ordinarii, auditis etiam Prælatis, quod justum fuerit, administrabimus. Mandamus autem & Prælatis, ne amodo suis conventualibus, vel Canonicis, ullam dent standi extra monasteria licentiam, nisi cum scitu, & admissione suorum Ordinariorum; Sed & ecclesiarum parochialium pastoribus, vicariis, provisoribus, & cæteris quibuscunque, ne tales exititios, necdum per Nos admissos Regulares, ultra sæpe dicti mensis spacium, secum retineant, neque alios in futurum assumant, promoveant, neque admittant. Eos autem Regulares, qui in sua contumacia perstiterint, nec se ad sua monasteria, aut Nobis præsentaverint, a nostra Provincia usque ad condignam pœnitentiam, & donec resipuerint, relegamus; & quicunque horum aliquem ultra hanc nostram Ordinariorum inhibitionem retinuerit, graviter punietur; Ubi enim apud ecclesias religiosorum ministerio opus fuerit, Nos non per illos, qui sponte exierunt, sed quantum possibile fuerit, per eos, qui auctoritate tam Ordinaria, quam Prælatorum ministrare valeant, providebimus. Et quod circa Religiosos Apostatas providimus, id volumus etiam circa presbyteros sæculares, qui apostatarunt, atque illos, qui excommunicati, suspensi, vel interdicti se divinis miscuerunt, omnino observari.

X.

De Pœnitentiis, & Remissionibus.

Quia etiam in foro pœnitentiæ ex reservatione casuum Episcopalium in delictis occultis sæpius mala accidere possunt, quæ nuper

Ante-

Anteceſſores noſtri piæ memoriæ conſiderantes, omnes caſus occultos, qui auctoritati Epiſcopali ſunt reſervati (exceptis ſolum caſibus hæreſis, homicidii & excommunicationis) omnibus parochis per Provinciam noſtram Salisburgenſem conſtitutis, atque his, qui ad audiendas confeſſiones fidelium ſunt rite deputati, delegarunt; Nos illorum veſtigiis inhærere volentes, talem delegationem reiteramus, approbamus, & innovamus: eo adjuncto, ut quoties caſus aliquis dubius ſe obtulerit, in quo confeſſor ſe reſolvere non poſſit, caſus ipſe ſine notificatione perſonæ, ad Pœnitentiarios, vel Officiales noſtros pro conſilio remittatur, & perſona interim, ſi extra caſum neceſſitatis fuerit, ſine abſolutione maneat ſuſpenſa. Ut autem parochi & ſacerdotes ſcire valeant, qui ſint caſus Epiſcoporum abſolutioni reſervati, ideo placuit tales hic ſubnotari: *Anno 1549.*

Omnis rebaptizatus, reconſirmatus & reordinatus.

Qui matrimonium poſt ſponſalia jurata cum alia quadam ſponſa ſua contraxerit.

Mulier, quæ antequam certificata fuerit de obitu mariti, cum ſecundo contraxit.

Qui virginem violaverit, oppreſſerit, vel rapuerit.

Opprimens proprios liberos.

In ſe ſterilitatem vel abortum quomodolibet procurans.

Homicidium facto, præcepto, conſilio, conſenſu, auctoritate propria, vel auctoritativa exhortatione, caſu vel propoſito committens.

Inceſtus in quarto vel citeriori gradu conſanguinitatis, vel affinitatis commiſſus.

Voti transgreſſor, Simoniacus, Uſurarius, raptor, ſacrilegus, incendiarius, latro.

Eccleſiam conſecratam ſanguinis aut Seminis effuſione polluens.

Quilibet Eccleſiæ, vel Cœmeterii, aut immunitatis vel libertatis eccleſiaſticæ violator.

Quilibet excommunicatus a canone vel conſtitutione.

Sacerdos proditor confeſſionis.

Celebrans in Eccleſia interdicta, vel altari non conſecrato ſine licentia, aut non jejunus.

Non ordinatus celebraus vel miniſtrans in ordine, quem non habet.

Sacerdos, cui inter celebrandum ex negligentia vel culpa ſua, aliquid inhoneſtum vel ſcandaloſum circa Sacramentum accidit.

Quilibet dicens, aut veniens contra juramentum.

Falſarius literarum aut monetæ.

Injiciens manus violentas in patrem, ſeu matrem ſuam.

Quilibet conjugatus contrahens matrimonium, vivente uxore, cum ſecunda: vel intrans religionem, vel recipiens ſacrum ordinem, conjuge in vita, & non conſentiente, & econtra.

Conjux, qui vel quæ in mortem conjugis effectualiter machinatus, vel machinata fuerit.

Scienter coiens cum muliere infideli.

Promotus ſine licentia ab alio, quam a ſuo Epiſcopo, furtive, per ſaltum, vel extra tempora ordinaria promotus.

Suſpenſus, excommunicatus, vel interdictus, qui in ſuo ordine miniſtrat, vel qui taliter ligatus aliquem ordinem ſuſcepit.

Scienter tumulans corpus excommunicati in cœmeterio conſecrato, vel etiam non excommunicati, & tantum interdicti.

Abutentes quolibet Sacramento vel Sacramentalibus Eccleſiæ, ut hoſtia, chriſmate &c.

Anno 1549. Vir adulter vel adultera.

Quilibet fcienter extra cafum neceffitatis baptizans, aut ad baptismum vel confirmationem tenens propriam prolem.

Quilibet hæreticus, aut fautor vel participator hæreticæ pravitatis.

Quilibet committens Sodomiticum crimen: quilibet cum Sanctimoniali coiens.

Omnes contrahentes clandeftina matrimonia.

Volumus tandem & præcipimus, quod confeffiones non in domibus vaporariis, aut cubiculis, fed in ipfis ecclefiis, & locis publicis, ubi & confeffor & confitentes videri poffint, audiantur. Volumus tamen in hoc cafu perfonis illuftribus & infirmis deferendum effe.

Quocirca vos omnes & fingulos Præpofitos, Decanos, Capitula, Abbates, aliosque Prælatos, Canonicos, Archidiaconos, Decanos rurales, nec non presbyteros curatos, & non curatos, & clericos fupradictos tam conjunctim, quam divifim, fub interminatione divini judicii obteftamur, Vobisque ac veftrum cuilibet in virtute fanctæ obedientiæ, nec non fub pœnis, in hoc Mandato fpecialiter expreffis, cenfurisque ecclefiafticis, aliisque in facris canonibus ftatutis, nec non corporalibus, & pro arbitrio noftro, unicuique fecundum exceffus & delicti qualitatem infligendis pœnis, diftrictius præcipiendo mandamus, quatenus hi, quibus in quibusdam certis articulis fuperius, tempus & terminus fe emendandi ftatutus eft, in eisdem terminis fe his, quæ in articulis contenta funt, omnino conforment: Quoad articulos autem, qui non habent fpeciale tempus ad parendum expreffe ftatutum, infra quindecim dies poft publicationem præfentis noftri Mandati; quorum quinque pro primo: quinque pro fecundo: & reliquos quinque dies pro tertio & peremptorio termino, atque monitione canonica affignamus, immediate fequentes, a fupra memoratis criminibus & exceffibus prorfus & omnino abftinuiffe debeant, & veftrum finguli abftinuiffe debeatis; Quodque præfentes conftitutiones, ordinationes & ftatuta noftra omnia & fingula, donec Provincialia noftra ftatuta, in præfenti concilio Provinciali conclufa, & approbata, & recepta, diffufius & locupletius concepta, canonice fuerint publicata, in quantum Nos & quemlibet veftrum concernunt, in antea firmiter & inviolabiliter obfervetis, & obfervari faciatis; nec illis quoquo modo, directe vel indirecte, per vos vel alios, quovis quæfito colore, vel ingenio contravenire præfumatis; certificantes nihilominus vos, & quemlibet veftrum, quod mox poft lapfos terminos, & dies, a die intimationis prædictæ, in quo relationi Vicariorum, Officialium, Archidiaconorum, Decanorum ruralium, & fidei omnino credemus & ftabimus, Nos & dictos noftros fubftitutos ad fententiarum, cenfurarum & pœnarum prædictarum declarationem & executionem, prout juris fuerit, & expedire videbitur, indubie procedemus, & procedi mandabimus. Et quo Mandatum hoc præfens noftrum Provinciale majoris fit efficaciæ & momenti, poffitque exactius manuteneri, ideo infinuavimus vobis, quod quam primum commode, & absque impedimento poterimus, generalem vifitationem & reformationem, juxta tenorem ftatutorum Provincialium, & facrorum canonum conftitutiones, fimus inftituturi, aliasque prout juris fuerit, fimus proceffuri. Et quoniam difficile foret, præfentes literas noftras originales ad fingula loca & ecclefias præcipue parochiales, ac monafteria Provinciæ hujus deferri; idcirco volumus & mandamus, earumdem transfumptis, & manu Notarii publici, vel cujuscunque Secretariorum noftrorum fubfcriptis, & fecreto alicujus noftrorum munitis,

tis, plenam & eandem ubilibet fidem adhiberi, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur. Actum Salisburgæ in Concilio Provinciali die Jovis ultima Mensis Februarii, Anno a Nativitate Christi Millesimo quingentesimo, quadragesimo nono. *Anno 1549.*

Patres, qui huic Synodo apposuere chirographum, suo ordine recenset Gewoldus ad Hundii Metropolim Tomo I. pag. 88. & seqq.

Ipsemet Illustrissimus, & Reverendissimus Archiepiscopus.
Præpositus, & Archidiaconus Salisburgensis.
Abbas ad S. Petrum.
Abbas in Admundt.
Abbas in Peyrn.
Abbas S. Viti cis Rotam.
Abbas in Vitring.

Præpositi.

Præpositus:
- in Perdesgaden.
- apud Zenonem.
- in Pölling.
- in Bamburg.
- in Gars.
- in Auu.
- in Hegelberdt.
- in Rottenman.

Totum Capitulum Salisburgense.

Archidiaconus superioris & inferioris Styriæ Marchiæ
D. Joannes Fein
D. Benedictus Heufelder nomine communis cleri.
Archidiaconus Carinthiæ Superioris.
D. Georgius Schwindl, Decanus in Alten-Oeting.
Sigismundus Holzer, Pastor in Khay.
Fridericus Greisel, Vicarius in Puechbach.
D. Christophorus Diether, Pastor in Deifendorff.
Wolffgangus Hofer, Vicarius in Perghaim.
D. Joannes Hirschauer, Pastor in Obern-Perkhaim.
Christophorus Goldner, Commissarius in Lungau.
D. Petrus Granmaister, Pastor in Hausen.
D. Wolffgangus Ridtmann, Vicarius in Salfelden.

Ex Episcopatu Frisingensi.

Nomine Reverendissimi Episcopi ibidem Orator
D. Antonius de Albendorff, Decanus, & utriusque Juris Doctor.
Doctor Joannes Weyer, Canonicus, & a Consiliis.

Nomine Capituli Cathedralis.

Mauritius a Sandizell.
Georgius Würtenberger, Licentiatus.

Nomine Collegiatarum.

M. Michaël Graiser, Decanus S. Viti extra muros.

Nomine Prælatorum.

Benedictus, Abbas in Rodt.

Nomine totius cleri, & Decan. Rural.

D. Michaël Zerrer, Decanus in Nieder-Rodt.
D. Wolfgangus Dinckl, Decanus in Dorfn.

Ex

Anno 1549. *Ex Episcopatu Ratisponensi.*

Reverendissimus & Illustrissimus Princeps in propria persona.
D. Wolfgangus Closen, Decanus, a Consiliis.

Nomine Capituli.

Laurentius Hochwart, Canonicus, Doctor.

Nomine Prælatorum.

Abbas in Weltenburg.

Nomine Collegiatarum Ecclesiarum.

Sigismundus Pender, Decanus Veteris Capellæ.

Nomine communis Cleri.

Ex Episcopatu Pataviensi.

Reverendissimus & Illustrissimus Princeps in propria Persona.
Doctor Bernardus Schwarz, Decanus, a consiliis.
Doctor N. Huber, Officialis, a consiliis.
Joannes a Schomwurg, Canonicus.

Nomine Capituli.

Michaël a Kymburg.

Nomine Prælatorum.

Abbas in Farnpach.
Abbas in Gößt.
Præpositus in Churstein

Nomine communis Cleri.

Petrus Seepacher, Decanus in Bursleiniz.
Leonardus Panschober.
Georgius Neuhofler Pastor in Purckhausen.
Christophorus Rosenauer Decanus & Plebanus in Hausleüten.

Ex Episcopatu Chiemensi.

Reverendissimus in propria persona.
Præpositus in Chiemsee.

Nomine communis cleri.

Ex Episcopatu Seccoviensi.

Reverendissimus in propria persona.

Ex Archidiaconato.

Missus Domini Præpositi
D. Wilhelmus Schenk
Jacobus Weschel, nomine Capituli.

Loco Capituli.

Andreas Weiss, loco Præpositi & Capituli in Stainz.
Benedictus Heufeldner.
Fabianus Schaffer loco cleri ejusdem Archidiaconatus.

Ex Episcopatu Lavantinensi.

Reverendissimus in propria persona.

Nomine communis cleri.

D. Georgius Conradi.

Ex Episcopatu Brixinensi.

Reverendissimus Dominus Ambrosius Lamberg, Decanus Salisburgensis.
Dominus Wilhelmus Trautmansdorff nomine Capituli.

Nomine

Nomine Prælatorum. Anno 1549.

Præpositus in der Neüftifft.

Nomine Collegiatarum Ecclesiarum.

Joannes Sebaftianus Pfaufer, loco Capituli in Irk vallis Bufiriffæ, & Isaci.

Nomine cleri.

Decanus fuperioris vallis Oeni.
Decanus inferioris vallis Oeni.

Ex Episcopatu Gurcensi.

D. Silvefter Pök loco Reverendiffimi.
D. M. Petrus Schlaitel, affeffor nomine Præpofiti, & Capituli.

Die Herrn des Ausſchuſs über die Gravamina.

Herr Wilhelm von Trautmansdorff.
Herr Abt von Admunt.
Herr Erhart Hueber, Officialis Patavienfis.
Herr Abt von Vitring.
Herr Silvefter Peck.
Herr Probft von Bamburg.
Herr Abt von Weltenburg.
Herr Probft von Pölling.
Herr Probft von der Neüftifft.
Herr Jörg Schreindl.
Herr Bernhard Schwarz.
Herr Johann Fein.
Herr Peter Sebacher.
Herr Sigmund Holtzer.
Herr Johann Sebaftian Pfaufer.
Herr Peter Graumaifter.
Herr Michael Zerrer.

Reverendiffimi Principis Archiepifcopi a confiliis ecclefiafticis fuere fequentes:

Præpofitus Salisburgenfis.
Abbas ad S. Petrum.
Abbas in Admunt.
Præpofitus in Perdesgaden.
Præpofitus ad S. Zenonem.
D. Chriftophorus a Lamberg.
M. Georgius Schwindl.
Archidiaconus Marchiæ.
Magifter Cerimoniarum.
M. Joannes Mannus Rudpertinæ Scholæ Præfes.

Syndicus hujus Synodi.

Magifter Georgius Schwindl.

Duo Promotores.

Nomine Reverendiffimi Metropolitici unus.

Dominus Præpofitus Salzburgenfis.

Nomine Coepifcoporum.

Dominus Joannes in Schonwurg.
D. Laurentius Hochwart, Canonicus Patavienf.
Duo Referendarii.
Electus a Metropolitico.

Domi-

Anno 1540. Dominus Præpositus in Poza.
Electi a Coepiscopis.
Domini Notarii Metropolitici.
Mathæus Schmekenpfeil.

Coepiscoporum.

Hilarius Perger, Canonicus S. Viti Frising.

. Tertius Notarius apud tertiam classem gravaminum.

Dominus Hieronymus Anfang.
Reverendissimi a Consiliis, & Proto-Notarius.
Adjunctus, Magister Sebastianus Rheindel, Reverendissimi Episcopi Pataviensis a Secretis.

Ernestus denique Archiepiscopus, cum sciret, cautum esse in Reformatione Augustana, quam refert Goldastus Tomo II. Constitut. Imperial. pag. 326., nemo ut assumeretur ad Episcopatum, nisi sacerdotio initiatus, cumque ad id ipsum Ernestus a Pontifice constanter urgeretur, neque tamen aures, & animum præbere vellet, Archiepiscopatu sese abdicavit anno 1554. 16. Julii, & mortuus est in Comitatu Glacensi anno 1560.

MICHAEL,

Anno 1554. *Archiepiscopus Salisburgensis L.*

Pientissimus Pastor, literatorumque amantissimus, fœdus cum Duce Bavariæ iniit pro religione contra Novatores defendenda.

JOANNES JACOBUS,

Anno 1560. *Archiepiscopus Salisburgensis LI.*

CONCILIUM

Anno 1562.

SALISBURGENSE XLV.

Anno Christi MDLXII, Pii IV. Papæ anno III. Ferdinandi I. Imperat. anno IV. convocatum a Joanne Jacobo Archiepiscopo, ad consultandum super capitulorum delectu, ad proximum Generale Concilium Tridentinum mittendorum.

Unum supererat rebus Germanorum prostratis auxilium, Generale Concilium, quod Tridenti longiori jam tempore congregatum, ut felicius turbas, in religionem illatas, dissiparet, accuratam ab episcopis, qui illas persenserunt, haurire debuit cognitionem, quod & a Salisburgensibus expectabatur. Unde concilii hujus convocatio.

Invitatus ad Concilium Tridentinum per literas Pii IV, deliberationem suscepit Archiepiscopus cum episcopis, Frisingensi, Ratisbonensi, Pataviensi, Brixinensi, cæterisque, quos vocatos ad Synodum anno 1562. consuluit, quid potissimum ex usu rei catholicæ apud sacrosanctum illum Ecclesiæ senatum proponendum censerent. Accesserant Salisburgum etiam Bavariæ Ducis Alberti legati.
Discepta-

Disceptatum de usu calicis, & conjugio sacerdotum, num ea Ferdinandi Cæsaris exemplo de Tridentinis peti, ex usu foret? Spes erat, fore, ut his concessis & revocarentur ad Ecclesiæ sinum, qui defecerant; & firmarentur, qui vacillarent. Huc animum præcipue Bavarus intendebat, ut mederetur invidiæ, qua ritus catholici laborabant, non apud vulgus modo, novatorum vocibus incantatum, sed apud alios quoque, qui supra vulgus perperam sapere volebant; ac reperti sunt inter ipsos animarum curatores, nonnulli Zwinglio, pars Luthero, alii Illyrico Flaccio, Manetis etiam erroribus alii clam addicti, qui facem strenuo subjiciebant, irritabantque Legum Romanarum odium, ostentu pietatis, fide tanto proniore, quo multos passim alienaverat intemperantia sacerdotum. Missi sunt e Synodo Salisburgensi Tridentum mense Aprile Hercules Rettinger, Episcopus Laventinus, Felicianus Ninguarda, ex ordine Prædicatorum, Archiepiscopi Theologus, idemque postea Scalensis Episcopus, ac Nuncius in Germania Apostolicus: præterea Joannes Baptista Fikler Secretarius, quorum mandata die Sessionis vigesimæ, quarta Junii, una cum Gallorum & Helvetorum mandatis recepere Patres, Legatis Bavaricis paulo serius ingressis. *His acta concilii complectitur Hansizius Tomo II. Germaniæ Sacræ pag.* 626. Ann. 1562.

In illis publicæ fidei literis orabat Patres Joannes Jacobus Archiepiscopus: ne succenserent sibi, si concilio coram ipse non adesset; tantam enim esse intra fines suos eorum, qui ab Ecclesia defecerunt, multitudinem, in montana præsertim regione, ut sine præsenti discrimine longius abesse non posset. His accedere, infestas esse universæ Rhetiæ, per quas transeundum erat, latronibus & turbulentis hominibus vias, ut & minus tuto valeret itineri se committere, neque absente principe calamitatem omnem arcere a finibus liceret. *Apud Schelhorn de fatis Religionis Evangelicæ in Archiepisc. Salisburg.* §. 43. *Non omnes Patrum æquo animo has absentiæ causas exceperunt. Pragensis Archiepiscopus reposuit: fuisse jam a Cæsare sopitos tumultus Teriolenses, ut tutus sit ad Tridentinam urbem aditus. Addidit Cardinalis Gonzaga: undique Archiepiscopatum Salisburgensem cingi conterminis catholicis principibus, quorum ope & vigilantia per tempus aliquod tranquillam servare illam regionem liceat. At alii Patres petitionem Archiepiscopi non esse rejiciendam censuerunt. Ubi ad deliberationes deventum, admissi sunt Ablegati Salisburgenses a Massarello, qui erat Concilio ab Epistolis, ad dicendam sententiam. Displicuit hoc factum Legatis Pontificiis: Massarellus se tuebatur literis Pauli III. Papæ, concedentibus, ut Germani Procuratores possent ire in suffragia. Præsides autem Concilii rem ad Pontificem Pium IV. perscribunt, qui Pontifex facultatem a Paulo III. Germanis datam, irritam esse jubet. Itaque suffragii jure Germaniæ Episcoporum Legati privati sunt. Ea de causa Hercules Rettinger Episcopus Lavantinus, die* 24. *Augusti, Tridento discessit. Sed & Ninguarda paulo post reliquit Tridentinam urbem; solus Fiklerus ibidem privata auctoritate permansit, & pleraque, quæ tempore Concilii contigerunt, in commentarios digessit, quos, ceu fructum sui itineris, Salisburgum attulit. Redux itaque Fiklerus orat Wolffgangum Theodoricum Archiepiscopum: pateretur universa illa Concilii Tridentini acta, multo cum labore a se collecta, atque a plurimis expetita, prodire in lucem, suo Nomini inscripta; at vero Archiepiscopus consultam sibi non videri respondit illorum Actorum publicationem, ne iis, qui ab Ecclesia Romana aversi sunt, res in Concilio gestas carpendi ansa præbeatur. Fiklerus deinde Archiepiscopali munere valere jusso, ab Electoris consiliis esse cœpit, & Monachium transiit, quo & suum de Concilio Tridentino Manuscriptum detulit, hodiedum in Electorali Bibliotheca delitescens. Quæ omnia Gasperius in Historia Lutheranismi fol.* 127. *commemorat.*

Cæterum, ut de duarum propositionum; nempe de communione sub utraque specie, *&* de conjugio sacerdotum, *rebus, ad disciplinam pertinentibus, atque Magistratus ecclesiastici definitioni subjectis, ad Concilium Tridentinum a Salisburgensibus delatarum fortuna, & quid in illarum causa ibidem actum sit, vel per transitum delibem; scire attinet: Cæsarem, Ducem Bavariæ, tres e Septemviris Archiepiscopos, Maguntinum, Coloniensem & Trevirensem, atque Archiepiscopum Salisburgensem, præsente adhuc Episcopo Lavantino, petiisse usum calicis suis pro provinciis. Neque enim fides haberi debet Cardinali Palavicino, apud Fleury Hist. Eccl. Lib. LX. num.* 30. *asserenti, pleraque*

Anno 1562. *rosque Germanorum Legatorum fuisse ab hac petitione alienos, dum contrarium eruitur ex Epistola Vice-Comitis ad Carolum Borromæum Cardinalem apud Schelhorn L. c. §. 46. Legati itaque Germani, cum nullam prope viderent petitioni suæ imminere spem, maxime ob Hispaniæ Episcoporum contranitentiam, literas supplices dederunt, Cæsaris & aliorum Principum nomine, ad Pium IV. Pontificem; qui Pontifex tantorum Principum precibus cedendum ratus, ad sopiendas novatorum in Germania turbas, deliniendosque in re disciplinæ animos, atque ad resarciendam unionem, consilio cum Cardinalibus communicato, calicis usum certis quibusdam legibus concessit, in dictorum Principum regionibus anno 1564. die 14. Julii. At Successor illius Gregorius XIII., cum dictorum Principum quidam jam cessissent fatis; neque ipse datam concessionem sat æquo ferret animo, disquiri a Romanæ Curiæ Jurisconsultis curavit: Calicisne illa potestas data fuisse a Pio IV. videatur solis illis, qui eam tunc petierant? an, & qui post eos in episcopalibus successuri essent? Prius Pontificii Juris placitis magis consentaneum habitum est. Itaque Gregorius XIII. Calicem, a Pio IV. Germonis concessum, rursus ademit, cujus vestigiis institit Sixtus V, ut est apud Palavicinum Histor. Concil. Trident. Lib. XXIV. Cap. XII. num. 8.*

De conjugio autem sacerdotibus concedendo minus sibi obstrepere passi sunt Patres Concilii cum Pontifice; quin imo anno 1563. die 1. Novembris Sessione XXIV. Can. IX. definiverunt: Si quis dixerit clericos, in sacris ordinibus constitutos, vel regulares, castitatem solenniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege ecclesiastica, vel voto, & oppositum nihil aliud esse, quam damnare matrimonium, posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiamsi eam voverint, habere donum, anathema sit; cum Deus id recte petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id, quod possumus, tentari. *Addit Cardinalis Palavicinus in Historia Concilii Trident. Lib. XXIV. Cap. XII. §. 9. præter reverentiam & puritatem, Sacramento debitam, expendisse Patres:* Quantum a rebus divinis distraherent, quantumque cum carne & sanguine connecterent ministros Sanctuarii amor conjugum, & amor liberorum, cum ambo omnium vehementissimi sint, quos in hominibus natura succendat. Quod si quando movet reliquorum conjunctorum amor, qui longe tepidior est, nec obligationem semper affert, ut ipsis prospiciatur; quidnam molirentur duo illi amores, adeo ferventiores, adeoque cohonestati naturali debito illis sollicite consulendi? quantum intenti animi studio subtraheretur? quantum eresceret rei familiaris? quanto esset in minori benevolentia, ac pretio ecclesiasticus apud familias, dum patrimonii partitionem afferret? Enimvero non sine prævalida necessitate clerici seipsos de se obstrinxerunt lege alioqui dura, eosque solum obligantes, non item laicos, sicuti conjugii lex est. Quod autem hæc obligatio materiam postea præbeat ad multa peccandum valde frivolum objectum est, & cunctis prohibitionibus, divinis, humanisque commune. Perpendatur, quid illa boni afferat, quid mali sequeretur ea sublata: perpendatur similis usus vetustissimus omnium ordinum regularium, quorum natura necessario postulat hanc ad conjugia ineptitudinem, & hinc hujus vetiti convenientia perspiciatur. Nec illius relaxandi ulla unquam dubitatio orta est in Pontifice, tametsi Germanorum postulatis, naviter a Cæsare expositis, urgeretur.

Igitur Archiepiscopus curas suas ad observationem Decretorum Tridentinorum convertit. Ac primum quidem in cleri revocationem a concubinatu, cæterisque enormibus vitiis, quibus veluti infecta radice totius depascentis mali hæsit compages, toto animo intentus, Mandatum ad universum Provinciæ suæ clerum edidit, cujus hæc erat sententia:

Anno 1562. Mandatum Archiepiscopi. Joannes Jacobus, Dei gratia Archiepiscopus Ecclesiæ Salisburgensis, Sedis Apostolicæ Legatus &c. atque eadem gratia Mauritius Frisingensis, Georgius Ratisbonensis, Urbanus Passaviensis, Ecclesiarum Episcopi &c. Universis & singulis Metropolitanæ & aliarum ecclesiarum Præpositis, Decanis, Custodibus, Cantoribus, Scholasticis, Capitulis, ac Monasteriorum quorumcunque Abbatibus, Præpositis, & aliis tam conventualium & regularium, quam collegiatarum Ecclesiarum Prælatis, Archidiaconis, Decanis etiam ruralibus, Canonicis, Parochiarum Rectoribus, Provisoribus & Vicariis, seu Locum tenentibus, ac aliis presbyteris curatis ac non curatis, clericis, quoscunque sacros ordines habentibus, per diœceses, & civitates nostras, totamque Provinciam Salisburgensem ubilibet

libet constitutis, ad quos hoc Mandatum pervenerit, Salutem in Domino. Etsi a majoribus nostris omnia ea, quæ ad vitam honestatemque Cleri pertinent, tam diligenter & exacte sunt præscripta, ut nec plura, nec meliora nunc adferri, vel promulgari possint; ex quibus notum est omnibus, & velut ob oculos positum, quid cuique in ordine & statu suo sit sequendum, vel fugiendum: cogimur tamen subinde ea, quæ in sacris canonibus, sanctionibus & statutis antea tradita sunt, repetere, & quasi inculcare. Nam certa relatione percepimus, imo videmus, & non sine summo animorum nostrorum dolore experimur, quam plurimos a præscripta cognitaque bene vivendi ratione & norma deviare, præsertim ex ea visitatione, quæ superioribus annis habita est, qua diœceses nostras perlustravimus, plura quam credere potuissemus, vitia cleri nobis innotuerunt. Deprehendimus enim plurimos sacrorum canonum, & honestatis debitæ oblitos, habitum & vestitum decentem non ferre, sed ita incedere, ut a laicis discerni non possint; alios in cauponis & tabernis publicis potare, & comessare: quosdam ludis prohibitis deditos; quosdam maledicos & blasphemos esse, rixas & pugnas concitare, & alia perpetrare, quæ a personis ecclesiasticis omnino aliena sunt. Perlatum etiam est ad nos, plerosque clericos, qui de beneficiis ecclesiasticis vivunt, magno suo dedecore, famæ & existimationis periculo, maximo aliorum scandalo, denique salutis suæ dispendio turpes & infames mulieres, vel concubinas, domi alere, & ex iis illegitimas soboles procreare. Cum autem sacerdotes, & qui se divinæ functioni addixerunt, præcipua honestas deceat, ut exemplum vivendi sint aliis; cumque ab Ecclesia sancta Catholica institutum sit, ut cælibes & casti sint majorum ordinum clerici, quo se totos ad res divinas dare possint: hoc malum, quod tantopere clericalem ordinem dehonestat, quod & Deum, & homines, gravissime offendit, nullo modo ferendum vel tolerandum ducimus: Itaque pastoralis officii nostri debito permoti, authoritate a Deo nobis concessa, hac publica constitutione mandamus, & severe præcipimus, ut quotquot in Provincia & diœcesibus nostris sunt clerici, cujuscunque religionis, status, conditionis, dignitatis, gradus vel præeminentiæ fuerint, ut ad sacros canones se revocent, statuta provincialia observent, formulæ reformationis, quæ denuo publicabitur, se accomodent, a prædictis vitiis, aliisque excessibus abstineant, tabernas, publica convivia, ebrietatem, ludos prohibitos, maledicentiam, blasphemiam, rixas & percussiones devitent: in omni vita & conversatione tales se gerant, quales esse decet viros Deo consecratos. Sed si qui mulieres, de incontinentia suspectas, & infamatas concubinas habent, districte præcipimus, ut eas intra mensis spacium post publicationem hujus Mandati, plane amoveant, nec unquam vel illas amotas recipiant, vel alias superinducant. Quod si aliqui pertinaces, & intractabiles fuerint, qui corrigi noluerint, & Mandato huic nostro parere neglexerint, ii præter divinam ultionem merito formidandam, etiam debita animadversione, & dignis pœnis a Nobis afficientur. Per censuras enim ecclesiasticas contra eos, justitia mediante, procedi curabimus, ut primum ab officio suspendantur, deinde omnibus fructibus, ipsisque beneficiis priventur, & ex Provincia & diœcesibus nostris relegentur. Qua in re perficienda, brachium etiam sæculare, & Magistratus civilis suam nobis operam non denegabit. Hoc, ne quis ignorantiæ prætextu se tueri vel excusare possit, publico hoc Mandato significare, & omnibus notum esse voluimus. Actum Salisburgæ XIII. Septembris, Anno a nato Christo M.D.LXII. Anno 1562.

Ex Archivo Consistorii Archiepiscopalis.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XLVI.

Anno 1569.

Anno Christi MDLXIX. die 14. Martii, Pii V. Papæ anno IV, Maximiliani II. Imperat. anno V. convocatum ab eodem Archipræsule Joanne Jacobo, ut Tridentina Decreta a tota Provincia acceptarentur, compesceretur novatorum furor, & cleri, populique mores emendarentur.

Joannes Jacobus Archiepiscopus Synodum ex universa Provincia anno 1569, ad pridie Idus Martias indicit: Episcopos, Metropolitanum & Cathedralia Capitula, Abbates, Præpositos, Archidiaconos, Decanos, ecclesiarumque collegia, quæcunque a Salisburgensi Metropoli pendent, eo convocat. Ubi adfuere, Urbanus, Gurcensis Episcopus, quibus de causis Synodus habenda sit, Archiepiscopi nomine edisserit; „Mandatum primum fuisse a „Tridentino concilio, ait, eo absoluto „Synodos esse celebrandas in singulis „Provinciis, proponenda in iis Tri„dentina decreta, atque canones, ea„que ab omnibus probanda. Præte„rea in postrema Provinciali Synodo, „ab Ernesto Archiepiscopo habita, sta„tutum fuisse, ut juxta Basileense con„cilium in singula triennia Synodi co„gantur. Idem quoque obsequium „petenti Pontifici deberi. Postremo „tot malis, atque incommodis, qui„bus misere Ecclesia conflictatur, quo„dam pacto esse prospiciendum: osten„sionem præcipue populorum, pra„vosque mores e medio tollendos; „quæ, si maturius facta fuissent, pro„cul dubio, inquit, in tantas non in„cidissemus calamitates."

Gasperius Historiographus Archiepiscopalis in Manuscripta Historia pag. 135. ex Actis Synodalibus.

Lectæ tum fuere literæ Pii V. Papæ ad Archiepiscopum, de clero reformando, & ad morum correctionem adigendo.

VENERABILIS FRATER SALUTEM, ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Relatum est nobis a viris, rerum Germaniæ peritis, & Dei zelo præditis, plerosque eorum, qui beneficia & dignitates obtinent, quos oporteret, officii sui memores, laicis exempla præbere, recte, honesteque vivendi; abjecto Dei timore, & sine ulla hominum verecundia, concubinas palam habere, easque perinde, ac si legitimæ eorum uxores essent, in Ecclesiis & aliis locis publicis conspici, vulgo iisdem, quibus illi vocantur, officiorum & dignitatum nominibus appellatas: eoque hæreses tantopere crevisse, ac multiplicatas fuisse; quod Ecclesiastici, tam turpiter & nequiter vivendo, omnem plane existimationem amiserint, & in summam non apud hæreticos modo, sed etiam Catholicos contemptionem venerint. Quo tam gravi scandalo commoti, ad illod tollendum non mediocriter pro nostri officii solicitudine exarsimus. Nisi enim tam nefandum concubinatus vitium extirpetur, nullam spem reliquam esse videmus, reprimi posse hæreses: sed timentes (quod Deus avertat) ne brevi tempore istæ, quæ supersunt, catholicorum reliquiæ amittantur, & omnis prorsus catholicæ religionis cultus apud vos extinguatur. Etsi autem te hortatione nostra non egere confidimus; tamen pium animum tuum Apostolicis monitis, & hortationibus incitandum duximus. Proinde Fraternitatem tuam etiam atque etiam hortamur, & monemus, ut, cum scias, ruinam populi esse improbos sacerdotes, & pro tua prudentia intelligas, si Ecclesiastici corrigantur, sperari posse, futurum, ut laici quoque emendentur, atque ita hæreticis propagandarum hæresum materia subtrahatur; clerum tam Diœcesis tuæ, quam civitatis, primo quoque tempore visites, & vita omnium, ac moribus inquisitis, quæcunque in eis corrigenda repereris, Deum tantum respiciens, corrigas; & cum alia vitia tum imprimis tam detestandum concubinatus vitium extirpes: subjectos tibi ordinaria tua, exemptos autem nostra, quam tibi, quatenus opus sit, tenore præsentium delegamus, authoritate, juxta canonicas sanctiones coerceas, ac punias. Quia vero Suffraganeos quoque tuos ad idem hor-

tan-

tandum duximus, petimus, ut nostras ad singulos eorum literas, quas cum his conjungendas esse jussimus, diligenter cures perferendas.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annolo Piscatoris, die XVII. Junii M.D.LVI. Pontificatus nostri anno primo.

Ex Lünig Reichs Archiv *Spicileg. Eccl. Continuat. II. pag.* 236.

Postero die solemnia sacra, quæ majores, dum concilia celebrantur, servanda esse voluerunt, rite peracta sunt. Tum a Feliciano Ninguarda, Archiepiscopi Theologo, hæc ad Patres habita est oratio.

Jam cum beatissimo Apostolorum principe Simone Petro ad nos reversi, indubitanter profecto, per allegoriam quandam, exclamare possumus; nunc vere nos conspicere, Dominum cœlitus suum misisse angelum, qui hanc nostram tam amplam, & nobilem Salzburgensem Provinciam, duabus arctissimis prævaricationum catenis vinctam, quatuor quaterniorum tartareorum militum custodiæ traditam, inter duos milites, sæcularia scilicet desideria, & mundanas voluptates, profundissimo peccatorum somno immersam: at rursum supernæ gratiæ splendore illustratam, de manu Herodis Luciferi, omnique plebis Judæorum (hominum videlicet incredulorum, hæreticorum, & novitati studentium) eripuit exspectatione. Plurimi namque ejus fuerunt sententiæ, & palam affirmare non erubuerunt, magnam, ne dicam maximam, istius Provinciæ, utriusque status hominum partem, ita præsentis sæculi illecebris esse deditam, & tanquam ad syreneos quosdam scopulos defixam, quod vix inde avelli, ac liberari queat; & clericos inprimis a Synodis, earumque vivendi regulis, & in summa, ab omni Ecclesiastica disciplina prorsus alienos esse. Isthæc inquam, vulgi quidem, ac multorum etiam haud plebejorum, sed tamen invidorum hominum opinio, fama & vociferatio: quasi vero nullus vel pœnitentiæ vel correctioni locus esset reliquus: quasi vero in Israel amplius non esset Deus. Adeo cæci fuerunt illi, quod non considerarunt Dei Opt. Max. potentiam, clementiam, & misericordiam super omnia ejus opera esse, & humanas vires infinitis modis superare; qui sperantes in se nunquam deserens, multorum piorum hominum precibus flexus (cum septem millia virorum sibi reliquisset, qui sua ante Baal haud curvaverint genua) divina sua inspiratione, sinique universalis Vicarii, S. D. N. D. Pii quinti Pont. Max. impigra admonitione, nostrique Reverendissimi Domini Metropolitani D. Joannis Jacobi, summi totius hujus Provinciæ pastoris vigilantissimi, continua solicitudine & omnium vestrum obedientia, ac promptitudine hoc tanti ponderis, ac momenti negotium, eum in locum, in quo nunc maxima cum spe boni principii, melioris medii, optimique finis, versatur, perducit. Quod utinam, hosce videlicet felices progressus, maturius, atque crebrius hæc nostra sensisset Ecclesia: non tot sane irruissent abusus, vitia, prævaricationes, rixæ, controversiæ, disceptationes, offensiones, rebelliones, scandala, sacrilegia; sed neque etiam, quæ apparent hæreses, pullulassent. Magnæ etenim virtutis sunt & potentiæ (qualem Patres, jam tunc tractatis) Synodi, ita quod non incongrue dixerit ille, Ecclesiæ salutem, hostium terrorem, & fidei catholicæ stabilimentum, celebrationem esse Synodorum. Hoc idem Chalcedonensis magna illa Synodus affirmat, & concilia propterea intermitti, ait, quod multæ, quæ opus habent correctione, res negligantur Ecclesiasticæ. Quod cum ita se habeat, mirari quilibet facile poterit, cur res tam salubris & necessaria, jam inde a longissimi temporis spatio, cum tanto Ecclesiæ damno, & Prælatorum non exiguo dedecore, suæque conscientiæ gravi scrupulo, huc usque infecta delituerit. Verum quam in causam, in varias & gravissimas occupationes, vel Prælatorum negligentiam, & peccata, aut totius, utriusque tam sæcularis quam spiritualis status populi recalcitrantis enormia vitia, hujus rei culpa sit rejicienda, id Domino Deo, qui est Cardiognostes, dijudicandum relinquo. Cui imprimis, una vobiscum, Reverendissimi Patres, habeo gratiam, quod ia tandem nostri est misertus, atque id, quod tanquam in obscuro vinctum detinebatur ergastulo, in lucidam educi permiserit libertatem; a vobis omnibus Præsulibus, cæterisque Auditoribus assidue exspectans, ne hoc tantum donum, sudario involutum, terræ latebris mandetis: sed nummulariis ad mensam exhibeatis, ut veniens, cum usuris exigat illud, vobisque dicat, Euge servi boni & fideles, quia super pauca fuistis fideles, super multa vos constituam: intrate in gaudium Domini vestri. Quomodo autem, hoc a Deo optimo datum, ad nummulariorum mensam sit exhibendum, & quemadmodum ad hoc tanti momenti negotium vos componere debeatis, si benignas mihi adhibituri estis aures, recensere incipiam.

Reverendissime, Amplissimeque Archipræsul Metropolitane, Clementissime Princeps, hujus laudatissimi conventus Præses dignissime: Illustrissimi & Reverendissimi Antistites, Patres, Principes, ac Domini benignissimi, reverendi, generosi, nobiles, & quotquot præterea hic adestis venerandi, spectabiles, clarissimi, doctissimi, atque ornatissimi viri. Sapientes Ethnici olim, & antiquissimi legum

Act. C. XII.

III. Reg. Cap. XIX.

Anno 1569.

C. XVIII.

Anno 1569. legum latores, ut pleniorem condendis legibus darent firmitatem, tametsi fide in unicum Deum, creatorem universitatis, & quem misit Jesum Christum destituti, sed solo rationis lumine ducti, cum magni momenti rem essent cœpturi, dot quas populo salutares fore sperassent leges laturi, ad divina prius, quam ad humana sese convertebant, cunctaque a Deo exordientes, in ipsum omnia demum referebant (quorum pauca exempla, vestra pace, quæ ex profanis Ethnicorum scriptis jam olim didici, in hoc exordio mihi recensere liceat.) Minos etenim a Jove prius leges petiit, quam Cretensibus promulgaverit: sic Numa ab Ægeria edidit Romanis: sic Trismegistus a Mercurio tradidit Ægyptiis: sic Solon ex septem Græciæ sapientibus unus, a Minerva acceptas, dedit Atheniensibus: sic Lycurgus ab Apollioe condidit Lacedæmoniis: sic & hojus generis alii plerique, Diis qoos colebant, acceptas ferebant leges. Rectius autem & longe præstantius hoc ipsum præstiterunt, qui veri Dei veram agnitiouem habuerunt, cujus rei exemplum nobis præbuit in veteri Testamento Moses ille sanctissimos, legem Hebræis exhibens, quam in monte a Deo acceptam (ut re vera erat) se Israelitis irrefragabili sententia observandam proferre prædicavit: sic deniqus in novo Testamento Salvator noster Christus, licet ipse Deus esset, Patri tamen cœlesti, Evangelium, quod ab eo haoserat, ob reverentiam, semper acceptum retulit. Hinc dicit, Sermonem qoem aodistis, non est meus, sed ejus, qoi misit me, Patris. Si igitur vel ipsis Ethnicis a luce veritatis plane alienis, tanta in negotiis tractandis fuit religio, ot a suis, quos Deos immortales putabant, agendi primordia caperent: qoanto magis nobis conveniet Christianis, Patrem cœlestem, cum Filio, & Spiritu sancto invocare, ut is actiones nostras aspirando præveniat, & adjuvando prosequatur, ut cuncta nostra actio (quemadmodum pie precatur Ecclesia) & operatio, ab eo incipiat, ac bene cœpta per eumdem optime finiatur? Quamobrem Vigilantissimi Præsules, hac in sancta Synodo reformatioois constitutiones tractaturi (licet non novas, sed antiquas plerasque ioveteratis abusibus, scaodalis, erroribusqoe corrigendis accommodandas) vestris affectionibus & passionibus depositis, sæcularibus desideriis exclusis, carnalibus voluptatibus ejectis, & reliquis mundanis illecebris omnibus penitus abdicatis ad superos vos prius convertite, & quem nunc Spiritum Paracletum voce iovocastis, eundem continue non desinatis etiam corde solicitare, supernorumqoe civium patrocinia implorare. Proximum fuerit, codices, tam canonicos quam divinos consulere, & ex iis, huic vestro populo utilissimas leges præscribere, sic nno vana, non nova proferetis dogmatâ; sic non humanæ, non ex proprio cerebro confictæ, sed a Deo Opt. Max. a quo omne descendit bonum, delapsæ videbuntur traditiones; sic vestras, qoas laturi estis, Deo acceptas referetis constitutiones, sic vestris Decretis authoritatem dabitis, sic tandem eas firmabitis, ac perpetuæ posteritati commendabitis. A quibus vero hæ reformationis constitutiones sint incipiendæ, quæso attendite, Liceat autem mihi, Patres, vobiscum exemplis aliunde, & peregre quasi adductis, loqui, qoandoquidem ea instituto nostro minime incongrua, neqoe extra rombum fore sperem. Solon ille, Græciæ sapientissimus, populum umbræ, Principem stipiti consueverat comparare, quandoquidem sicut umbra stipitis rectitudinem sequitur, vel curvitatem, sic populus Principis mores. Propterea & Plato in civiom moribos reformandis, ut Magistratus prius corrigeretur, multum elaborabat, sciens bene constituto Magistratu, etiam populum, qui illius vestigia seqoeretur, reformatum iri: nec injuria, cum etiam sacra testetur scriptura, talem fore populum, qualis esset Magistratus. Reformato igitur Principe, vel Magistratu, præter difficultatem resurmabitur & populus. Quomodo etenim is, & cui tandem imperabit, qui suis non potest cupiditatibus imperare? refrænet primum cupidines (inquit Tollius) spernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat avaritiam, & cæteras animi labes repellat: tum aliis incipiat imperare, cum & ipse improbissimis Dominis, dedecori, ac turpitudini parere desierit. A Principibus igitur & Magistratibus inchoandæ sunt reformationis constitutiones. Sed a quibos Principibus, Magistratibusve (obsecro) sæcularibusne, an spiritualibus? Ab his, inquam, a quibus animarum pendet jodicium, ligandi, solvendique authoritas; a Prælatis nimirum, cæterisque sacerdotibus, Dei ministris, qoorum censuram mundani quoqoe Principes, infimarum rerum, terrenarum scilicet (ut recte dicit S. Bernardus) potestatem habentes, subire cogontur. Magna etenim est hæc spiritualis potestatis aothoritas, qua non solom animæ judicantur, sed etiam sæcularium Magistratuum jodicia difficillima decernuntur. Si difficile & ambiguum (inquit Dominus Deus) apud te judicium esse prospexeris, ascende ad locum, quem elegerit tibi Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Levitici generis, & facies, qoodcunque dixerint, sequerisque sententiam eorum. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio ex decreto Judicis, morietur homo ille. Si itaque io umbra illa, & figura, tanta a Deo sacerdotibus concessa fuerat authoritas, quanto excel-

Joan. Cap. XIV.

Lib. I. de Conf. ad Eugen.

Deuter. Cap. XVII.

excellentior ea est habenda, quam res figurata, corpus ipsum, iuditam habet? Illa enim Testamenti novi duntaxat authoritatem præ se ferebat. Quam agnoscens Constantinus ille maximus, incendio datis Episcoporum, aliorumque sacerdotum, sibi oblatis libellis, Deos eosdem nuncupavit. Vos, inquit, a Deo sacerdotes estis constituti, & nobis dati, ut Dii, qui ab hominibus judicari non debetis, sed homines a vobis. Sacerdotes namque, quos nos vocamus Episcopos, non ut sibi æquales, sed majores & imagines divinas venerabatur. Agnoscite itaque (Præsules dignissimi, vosque cæteri Pastores ac sacerdotes summi Dei) vestræ sublimitatis dignitatem, dignitatisque sanctitatem, atque sanctitatis & officii vestri celsitudinem. Civitatis enim Hierusalem a Deo facti estis speculatores. Vos sanctissimi Antistites soli, veris Apostolis suffecti eos refertis, vos ex officio, primarii Prælati, ex annulo, Ecclesiæ sponsi, vos soli sanctioris vitæ apicem, non in progressu, sed firmissimo statu profiteri tenemini, vos sub Christi Vicario summo, Pontifice Romano, Conciliorum estis moderatores, & hæresum, abusuum, deformitatumque omnium judices; Vos & reliqui sacerdotes omnes, animarum estis custodes: Vos hujus Ecclesiæ faciem fuligine obductam, potestis repurgare, & nive candidiorem reddere, nutantem firmare, & collapsam erigere. In vobis hujus nostræ Provinciæ salus tota recumbit, omnium ora in vos obversa conspiciunt, vosque ut numina venerantur. Considerate igitur dignitatem vestram, illamque (ut decet) sanctitate, doctrina, magnanimitate, solicitudine, & pietate consolidate, ut nil inconsultum, nil quod a Christi legibus, vel sacris canonibus sit dissonum, in medium efferatis, nihil quicquam prætermittendo, quod contra hæc ipsa exortum esse cognoveritis, adeo ut vestro exemplo terreni Principes, & cuncti populi fideles, ad suam quoque reformationem eo citius & facilius inducantur, fiantque cordatiores.

Con. futuram Conf. XII. Q. 1.

Sanctitate inquam, vestram consolidare debetis sublimitatem, ut non solum ejus verbis pareatis, qui dixit, *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum*: verum etiam omnem impendatis operam, ut a Deo commissos greges faciatis sanctos; idque juxta Apostoli verba, apud fideles efficietis exemplo; quo vero? in verbo, in conversatione, in charitate non ficta, ut profectus vester, omnibus sit manifestus. Hæc namque facientes, vosmetipsos una cum illis, qui vestram audiunt doctrinam, incolumes servabitis. Quid enim magis in timore Dei subditos tenere potest, quam inculpata Pastoris vita? Quis tam duræ cervicis populus, tam ferrei vel saxei cordis, seu adamantini pectoris subditus, qui, licet nequissimus ipse fuerit, sanctam, laudabilem, exemplarem, & irreprehensibilem, sui Rectoris, Parochi, vel quomodocumque Prælati perspiciens vitam, eum ipsum, valedictis vitiis, non sit secuturus? Quæ ovis quantumvis errabunda, suum videns pastorem, per rectam semitam incedentem, ad eum illico non accurret? Consolidate inquam hanc vestram dignitatem sanctitate, consolidate eam doctrina, & magnanimitate. Non sat enim fuerit, patres animarum esse pios, sed etiam doctos esse oportet, atque animo robustos, ut subditorum animas, non tantum exemplo, sed etiam doctrina exhortari, & adversantes arguere possint; hic opus, hic labor est: & (ut D. ait August.) magnum onus, gravis sarcina, proclivum arduum: nec se remorari patiantur, sequens illud Poetæ dictum; Pauci quos æquus amavit Jupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus. Comprimis etenim a quovis animarum curam habente, est curandum, ne sit tamquam canis mutus, qui latrare non valet, sed quemadmodum tradit Apostolus, in omni doctrina & patientia, Dei verbum prædicet, opportune & importune instet, arguat, obsecret, & increpet. Quod si Domini sacerdotes, monente D. Augustino, diligenter attenderimus, eos in grandi periculo versari cognoscemus, non solum quidem Episcopos, sed etiam cæteros presbyteros & omnes Ecclesiarum ministros: quandoquidem eos Spiritus Sanctus contestetur dicens, Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera sua, & domui Jacob peccata sua. Et iterum: Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiram. Quod utinam istis miserrimis temporibus, ab omnibus Dei ministris, non per transennam consideraretur: sed vereor, ne multi vano respectu, aut (quod dolendum est) timore quodam mundano retracti, hoc penitus negligant. Vix alia causa est, quæ ad arguendos adversarios, Dei dispensatorem faciat pigriorem, quam timor verbi asperi. Dum enim superborum hominum detractiones, irrisiones, opprobria, & insultationes, bonorumque temporalium diminutiones metuuntur, tunc minus etiam, quam oportebat, æterna promoventur. Hinc fit, quod dum census, ac redditum pericula timentur, peccatorum vulnera exerescant, medicamenta vero deficiant, & breviter ut dicam, tam divinæ quam humanæ leges intereant. Sed (dicam Patres quod sentio) ego certe magis hoc nobis timendum fore existimo, ne dum temporalibus inhiantes, posthabemus æterna, nobis aliquo modo id eveniat, quod cani Æsopico, id est, utrumque amittamus. Deus enim quandoque permittit, ut illis, qui ob metum alicujus damni temporalis, negligunt

Levit. Cap. XI.

I. Timoth. Cap. IV.

Anno 1569.

Serm. XXI. De Verbis Dom.

I. Timoth. C. IV.

Isai. Cap. LVIII.

S. Augustin. Homil. VII.

Anno 1569. *Job. Cap. III.* gligunt spiritualia, id accidat, quod timebant; juxta illud; Timor quem timebam, evenit mihi, & quod verebar, accidit. Et alibi; Væ: qui fugerit a facie formidinis, cadet in foveam; & qui se explicaverit de fovea, tenebitur laqueo: quia formido, & fovea, & laqueus, super te sunt. *Isai. Cap. XXX.* Quasi dicat, incidet in Scyllam, cupiens vitare Charybdim. Non sic igitur, non sic Patres amplissimi: quia mille vestrum a facie terroris unius: & a facie terroris quinque, fugietis; donec relinquamini quasi malus navis in vertice montis, & quasi signum super collem. Propterea piissimus exspectat Dominus, ut misereatur vestri, si forte omnem vanum repulsuri timorem, & pro suæ legis, atque gregis defensione, viriliter pugnaturi sitis. In silentio enim, & spe, ac oratione, pugna vestra esse debet & fortitudo. Quod si præstiteritis, quis adversum vos prævalebit? Recordemini cantici Moysis, quod unus persequebatur mille, & duo fugarunt decem millia. *Deut. Cap. XXXII.* Recordemini temporis Machabæorum, quod cum populus Dei a Ptolomæi gentibus infinitis obrueretur, sancta Hierusalem, expulsis civibus, deserta jaceret, arx vero a canibus inhabitaretur, sanctum conculcaretur, & omnis a Jacob esset ablata voluptas, cumque tibia defecisset, & cithara; conventus in Domino est congregatus & venerunt in Masphat, locum orationis, jejunantes, & ciliciis induti, cineribusque conspersi, scissis vestimentis, ac legis expansis libris, voce magna in cœlum clamaverunt dicentes: Quid faciemus istis, & quo eos ducemus? Sancta tua conculcata sunt, & contaminata, & sacerdotes tui facti sunt in luctum, & humilitatem, & ecce nationes convenerunt adversum nos, ut nos disperdant, tu scis, quæ in nos cogitant. Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu Deus adjuves nos? Et tubis clamaverunt voce magna, & gloriosi apparuerunt in conspectu Dei, cum victoria mirabili. Recordemini sanctissimi Antistitis Ambrosii, qui etiam magnum illum Theodosium Imperatorem, non veritus est corripere. Ad memoriam reducite Augustinum, Joannem Chrysostomum, Hilarium, & id genus alios quamplurimos Antistites sanctos, qui sua sollicitudine, crucis inimicis, murum pro ovibus suis se opponere non dubitaverunt. Et si in bonis, aut corpore (quod omen Deus avertat) quidpiam adversi essetis laturi, ne tum quidem præcordia vestra, ullo perstringi terrore patiamini. Estisne veri pastores, aut mercenarii? Si pastores, nonne hoc vobis ex officio competit? *Joan. Cap. X.* dicente summo pastore Christo: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis: cujus rei se ipsum Christus omnibus præbuit exemplum; sic eum imitantes fecerunt Apostoli, sic reliqui sancti Antistites gregis Dominici. *Joan. Cap. XV.* Non enim est discipulus supra Magistrum, nec servus major Domino suo: si me persecuti sunt (inquit Christus) & vos persequentur. Nolite igitur in custodiendo grege Dominico, vobis commisso, eos timere, qui vel bonis temporalibus, aut vitæ propriæ minantur, sed eum timete, qui vos in gehennam potest præcipitare. *Math. Cap. X.*

Porro consolidare vestri officii debetis dignitatem omni solicitudine, ac pietate: Non oportet enim (ut bene ait Homerus) Principem virum tota nocte dormire: sed boni, vigilantisque Pastoris est, greges continuo circuire, indoctos omni cum charitate docere, ac instruere, instructos in fide retinere, meticulosos animare, ægros invisere, anxios consolari, captivos Domini redimere, errantes reducere, oppressos defendere, & perditos requirere, juxta id, quod Salvator noster, bonus pastor, optimo exemplo, vos Patres docuit, relictis nonaginta novem ovibus in deserto, perditam tantisper, donec reperta fuerit, quæritare oportere, ne de illorum numero reperiamini, de quibus ait Dominus: *Luc. Cap. XV.* Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges a Pastoribus pascuntur? *Ezech. Cap. XXXIV.* lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis, quod confractum est, non alligastis, & quod abjectum, non redúxistis, & quod perierat, non quæsivistis, sed cum austeritate eis imperabatis, & potentia. Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset Pastor: & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Prospicite igitur optimis constitutionibus vobis, & cuncto gregi, a Spiritu sancto vobis commisso, quorum sanguinem de manibus vestris requiret, deque illorum animabus, rationem a vobis deposcet Dominus; quod magnum profecto est, & ab ipsis Pastoribus omni momento considerandum. Si etenim (optimi Antistites) in illo metuendo judicii die, vix poterit unusquisque pro se ipso rationem reddere, quid de Sacerdotibus, gregis Domini custodibus, futurum erit, a quibus non solum propriæ, verum etiam omnium suorum subditorum requirentur animæ? *August. Hom. VII.* Et ideo considerate Patres, considerate Pastores, considerate Sacerdotes, periculum vestrum, ne desitis & vobis ipsis, & cuncto gregi vestro: Die noctuque diligenter, ac jugiter attendite, ut his spiritualia pascua sic administretis, ut pro eis rationem bonam mereamini reddere. Quod facilius poterit fieri, si quibusdam legibus in hac sancta Synodo hujus rei gratia convocata, vitam, moresque humanos corrigentibus, vobis,

vobis, vestrisque subditis, non tantum infirmis, sed etiam mediocribus, ac in summo gradu populi constitutis, verbo & exemplo renovatam recte vivendi normam præscripseritis. Istam siquidem temporum nostrorum calamitas, bella, seditiones, rebelliones, hæreses, quibus Germania scatet, postulant: his nisi in tempore objiciantur repagula, latius brevi grassaturam illam omnium adversitatum pestem, ac subinde propius ad nos accessuram, vehementer timendum est. Quid igitur moramur? quem exspectamus? cur non collatis viribus tanto incendio, paries cum proximus ardeat, occurritur? Tempus est Patres, tempus est Pastores, tempus est Sacerdotes, ut a somno expergiscamini: redite ad cor, revocate sensum, quid vobis immineat, perpendite, in omnes vestrarum diœcesium angulos circumspicite, pestem agnoscite, diram ejus virulentiam probe examinate, ac diligenter considerate, hisceque vestris constitutionibus, ceu præsentaneis remediis succurrite. Si enim horum malorum causa est, quod lux versa sit in tenebras, vos operam date (si fieri potest) ut tenebræ revertantur in lucem; vel nova lux exoriatur. Sin vero illi causæ id accessit, quod sal est infatuatum, nunc per vos resipiscat, vel novum sal ex terra eruatur. Si denique hæc omnium potissima causa est, quod Pastores suo defuerint officio, vel partim sint facti mercenarii, partim lupi; nunc ad se redeant, & boni pastoris virtutem induant, animamque suam (si res postulaverit) suis pro ovibus ponere discant. Quod si futurum non est, verendum (heu) fuerit, ne eveniat, quod Christus his comminatus est verbis: Malos male perdet, & vineam suam aliis locabit agricolis, qui reddant fructum in tempore; aut, ne sal infatuatum, ejiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. De pravis autem & in sua malitia induratis pastoribus seu mercenariis, & qui sua rapacitate & avaritia in lupos jam evasere, vix aliud sperandum est, quam quod Dominus illis minatur per Prophetam: idque in eum pene modum, ut supra dictum est; Audite Pastores mali verbum Domini: Vivo ego, dicit Dominus Deus, pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium bestiarum agri, eoquod non esset Pastor (neque enim quæsiverunt Pastores mei gregem meum, sed pascebant semetipsos, greges autem meos non pascebant) ecce ego ipse super Pastores requiram gregem meum de manibus eorum & cessare eos faciam, ut nec gregem, neque semetipsos, amplius pascant; & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam. Et (ut alius Propheta dicit) dabo vobis Pastores juxta cor meum,

Isaia. Cap. XLVI. — *Math. Cap. XXI.* — *Ezech. C. XXXIV.* — *Jerem. Cap. III.*

& pascent vos scientia & doctrina. Hæc, Reverendissimi Patres, sunt verba Dei de cœlo tonantis. Orandum igitur est a nobis omnibus pro Petro, quem (ut a principio diximus) ab Herode comprehensum, in carcere includi videmus, ut Angelus Dei cum lumine veniat, & in habitaculo carceris refulgeat, latusque dormientis percutiat, atque eum a somno, ut velociter resurgat, excitet, & catenæ de manibus ejus excidant, ut Angeli jussu, se ad Evangelii pacis præparationem præcingat, & calceet; seque ornamentis virtutum, quæ bonum decent pastorem, induat, ut sic instructus, sequatur Angelum Dei, Jesum scilicet servatorem nostrum, ad portam usque ferream, hæreticorum, ac falsorum fratrum custodia obfirmatam, quæ ultro aperietur eis.

Ad hoc itaque exemplum, vos inclyti Patres, & Pastores ovium, & quotquot discipulos Domini vos esse profitemini, excitari oportet. Sic ad hoc vos componite negotium, ut gregi vestro in tantis periculorum turbinibus, optime consulatis. Si quid adhuc Spiritus charitatis in vobis, si quæ viscera misericordiæ erga vosmetipsos supersunt: ne in tantis angustiarum fluctibus, atque procellis, quibus agitatur navis Ecclesiæ, cujus bona pars vos estis, populus pretiosissimo Christi sanguine redemptus, vobis commendatus pereat, & vos cum ipsis, salutaribus succurrite constitutionibus, tactique dolore cordis intimo, cum oratione, lacrymis, & clamore valido, in humilitate, & patientia non ficta, & pœnitentiæ dignis fructibus, qui sunt sincera morum reformatio, & nova vita, in luctu, & planctu, in cinere & cilicio, Dominum accedite, ipsumque dormientem his verbis interpellate: Magister adjuva nos, perimus; Exurge Domine, & salva nos. Quamobrem vos iterum atque iterum Apostoli verbis commoneo, & exhortor, ut attendatis vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, & Pastores ad regendam Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Quod si feceritis, haud dubium est, quin brevi temporis spatio, non unam, sed innumeras errantes, atque perditas oves ad caulas Ecclesiæ Catholicæ, avitumque Dei Opt. Max. cultum reducturi, verum etiam totum gregem vestrum, atque vosmetipsos in posterum incolumes, & ab inferorum etiam portis tutos quoque sitis conservaturi. Hac tandem ratione Magister excitatus evigilabit, & cum imperio & potestate exurget Dominus, ventos doctrinæ falsæ, & furias insanorum hæreticorum increpabit, dissipabit, & silebunt: mari imperabit, & æstus rebellionum, seditionum, atque factionum quiescet, & optata concordiæ, tranquillitatisque serenitas redibit, ut cessante

Actor. Cap. XII. — *Marc. Cap. IV.* — *Actor. Cap. XX.*

Anno 1569. cessante omni tempestate, cum gaudio & gratiarum actione, secunda aura, ad jam diu desideratum feramur portum. Ex quo non solum humanum genus, sed & cœlicolæ indicibili afficientur lætitia, rursusque cantabunt Angeli, Gloria in excelsis Deo, & pax hominibus in terra bonæ voluntatis. Nunc aliud non restare video, Patres amplissimi, quam ut negotium ipsum, quapropter in Spiritu Dei convenistis, aggrediamini, quód, ut vobis ex sententia cedat, & toti Reipublicæ Christianæ usui, atque emolumento sit futurum, faxit is, qui est trinus & unus.

CONSTITUTIONES ET DECRETA
in Provinciali Synodo Salisburgensi condita Anno MDLXIX.

TITULI CONSTITUTIONUM ET CAPITUM.

pus suscipiendis: deque eorundem conservatione.

CONSTITUTIO IX.

De Electionibus minorum utriusque sexus Prælatorum.

CAP. 1. *Monasteriis religiosorum vacantibus, quomodo providendum sit de Prælatis.*

CAP. 2. *Qualis & quomodo in Prælatam monialem sit eligenda, sive postulanda.*

CONSTITUTIO X.

De examine Electorum, sive postulatorum in Metropolitanum, sive in Episcopos, ad Sum. Pont. Rom. transmittendo.

CAP. 1. *Cur sequens examinis forma, Electis vel Postulatis in Metropolitanum, sive Episcopos præscribatur.*

CAP. 2. *Quomodo ad inquisitionem sit procedendum, & de testium qualitatibus.*

CAP. 3. *Testium sinceritatem, ac fidem, in hoc negotio inquisitionis maxime requiri.*

CAP. 4. *Quod Electus, sive postulatus, doctrinæ suæ specimen aliquod edere debeat.*

CAP. 5. *De fidei professione Electi, sive Postulati, jam Examinati, ab eodem præstanda.*

CONSTITUTIO XI.

De Confirmationibus minorum Prælatorum, atque Prælatarum ab Ordinariis præstandis.

CAP. 1. *Electi, sive Postulati, aut præsentati, utriusque sexus minores Prælati, quomodo & ubi Confirmandi sint.*

CAP. 2. *De studio, ac diligentia adhibenda in hujuscemodi Confirmationibus.*

CAP. 3. *De Examine promovendi ante Confirmationem.*

CAP. 4. *De modo procedendi circa Confirmationem, & quale juramentum, fideique professio Confirmando incumbant.*

CAP. 5. *De examinati confirmatione & literarum confirmationis exhibitione.*

CAP. 6. *De inquisitione & examine monialium Electarum, sive Postulatarum in Prælatas.*

CAP. 7. *De juramento cum fidei professione, ab ipsis monialibus promovendis præstando.*

CAP. 8. *A quibus, & quomodo Confirmandæ informatio sumenda.*

CONSTITUTIO XII.

De renunciationibus dignitatum, & beneficiorum Ecclesiasticorum.

CAP. 1. *Ne ulla renuntiatio, seu resignatio, sine causa canonica fiat, & quomodo fieri & acceptari debeat.*

CONSTITUTIO XIII. *Anno 1569.*

De modo præsentandi, acceptandi, seu promovendi Clericos ad quævis beneficia Ecclesiastica, præsertim curata.

CAP. 1. *De idoneis ad beneficia Ecclesiastica assumendis, ineptisque ad suos Patronos remittendis, & de pœna eorum, qui acceptando præsentatos, magis affectibus, quam conscientia reguntur.*

CAP. 2. *De quorundam Conciliorum Constitutionibus observandis circa præsentatorum acceptationem, & sine causa evidenti absentiæ alicujus veniam nemini concedendam.*

CAP. 3. *Nullum Vicarium sine Ordinarii authoritate vel constituendum, vel etiam dimittendum esse.*

CAP. 4. *Pastores non residentes de proventibus Ecclesiarum nihil percipere debere, nisi quod ultra sufficientem Vicariorum sustentationem, & sartorum tectorum conservationem reliquum fuerit.*

CAP. 5. *Ad curam animarum non nisi legitimæ ætatis homines, ac jam presbyteros, aut quam primum futuros admitti debere.*

CAP. 6. *Quomodo Ecclesiis vacantibus sit providendum, & de promovendorum examine ac Confirmatione.*

CAP. 7. *De juramento, quo se promovendus a labe Symoniæ alienum testari debet.*

CAP. 8. *De fidei, & obedientiæ professione ejusdem.*

CAP. 9. *De Confirmatione promoti, & ne Officiales eundem injusta exactione premant.*

CONSTITUTIO XIV.

De pluralitate beneficiorum.

CAP. 1. *Ut ex pluribus beneficiis unum retineatur, vel cæterorum tituli, jura, & dispensationes Ordinarius pro ampliori deliberatione edantur.*

CAP. 2. *Plura beneficia contra Canones impetrata, ac retenta, cadere in privationem.*

CAP. 3. *Quomodo subveniendum his, quibus exiguum accidit beneficium.*

CAP. 4. *Decretum de pluralitate beneficiorum tollenda.*

CONSTITUTIO XV.

De assumendis ab Episcopis, sive aliis minoribus Prælatis, Coadjutoribus.

CAP. 1. *Ne Prælati coadjutores sibi cooptent, nisi forte aliquis per accidens aliquod sit redditus ad functionem inhabilis: & hoc casu qui & quomodo sint cooptandi.*

CONSTITUTIO XVI.

De vita, qualitatibus, & officio Episcoporum, atque cæterorum Prælatorum.

CAP. 1. *Quibus dotibus præditi esse debeant Episcopi, cæterique Prælati.*

Anno 1569. CAP. 2. *De officio Episcopi, ejusque Vicario.*

CAP. 3. *Episcopum, qui concionari non potest, aptos Concionatores, & alios qui cætera ministeria rite exequantur, justo stipendio alere debere.*

CAP. 4. *Episcopos vigilantes & circumspectos esse debere.*

CAP. 5. *Decretum exhortatorium ad Episcopos, quibus præscribitur modus & forma vivendi.*

CAP. 6. *Episcopos ea negotia, quibus ipsi interesse non possunt gravibus, & bonæ existimationis viris demandare debere.*

CONSTITUTIO XVII.

De residentia Episcoporum, aliorumque minorum Prælatorum, & Pastorum omnium, ac beneficia Ecclesiastica quomodolibet habentium.

CAP. 1. *Ecclesiarum Rectorum residentiam omnibus modis esse necessariam: venia autem absentiæ quo usque sit concedenda.*

CAP. 2. *Canonicis, qui in suis Ecclesiis dignitates & officia gerunt, præcipitur continua residentia.*

CAP. 3. *De residentia, officio, ac diligentia beneficiatorum.*

CAP. 4. *Indulgentias rationabiles firmas manere, interim tamen curam animarum negligi non debere.*

CONSTITUTIO XVIII.

De Episcoporum Vicariis, sive Officialibus generalibus, atque eorum Assessoribus.

CAP. 1. *Qui ad Officialatus, seu Vicariatus generalis dignitates, ac munera sint adsciscendi.*

CAP. 2. *Vicarium generalem, seu Officialem, citra Episcopi expressum mandatum, seu datam facultatem, nil agere posse.*

CAP. 3. *De juramento præstando a Vicario generali seu Officiali.*

CAP. 4. *Officiales ne sint pathetici, id est, ne ab affectionibus regantur.*

CAP. 5. *Officiales neminem sibi, nisi authoritate Episcopi, subdelegent.*

CAP. 6. *Sede vacante a Capitulo constituendum esse Officialem, seu Vicarium generalem, seu pro tempore existentem approbandum.*

CONSTITUTIO XIX.

De Assessoribus.

CAP. 1. *Qualis Officiali sit arrogandus Assessor.*

CAP. 2. *De officio Assessoris, & quid in eo agere vel omittere debeat.*

CONSTITUTIO XX.

De Prædicatione verbi Dei, & officio Ecclesiastæ.

CAP. 1. *Munus prædicationis diligenter esse curandum a Prælatis, vel eorum surrogatis.*

CAP. 2. *Ut Concionatores verbi Dei non tam sint diligentes in sua doctrina, quam etiam cauti, orthodoxi, & prudentes, & quorum Doctorum enarrationibus potissimum uti debeant.*

CAP. 3. *Modus vitandi hæreticorum scriptorum lectionem.*

CAP. 4. *De modestia & ratione inter concionandum observanda.*

CAP. 5. *Quibus locis, & quando non sit concionandum.*

CAP. 6. *Neminem sine legitimo mandato concionari debere.*

CONSTITUTIO XXI.

De Theologis ab Episcopis suis Ecclesiis cathedralibus, aliisque collegiatis, designandis atque deputandis.

CAP. 1. *In metropolitana & quatuor præcipuis cathedralibus Ecclesiis &c. eruditum Theologum ali debere, qui cæterum Clerum, sacras literas statutis horis prælegendo, informet.*

CONSTITUTIO XXII.

De consideratione ab Episcopis habenda, in admittendis iis, qui ad sacros Ordines aspirant.

CAP. 1. *Præfatiuncula ad sequentis materiæ tractationem.*

CAP. 2. *De examinatione ordinandorum, & a quibus ea fieri debeat.*

CAP. 3. *Summos Scholasticos, & Cantores, vel eorum Vicarios idoneos, examini Ordinandorum interesse debere.*

CAP. 4. *Electionem, promotionem, atque examen Ordinandorum, tanquam rem maximi momenti, non segniter, sed summa fide, ac solicitudine esse peragenda.*

CAP. 5. *Parentes admonentur, ut filios sacris ministeriis dedicandos, a prima juventa in bonis literis, atque moribus educent.*

CAP. 6. *De modo inquirendi & examinandi ordinandos.*

CAP. 7. *Ne quispiam Ordinandus, cujuscunque sit gradus, & conditionis, ab examine sit immunis, nisi gradu aliquo theologico decoratus fuerit, qui etiam, licet non sit ipse examinandus, alios tamen examinare debebit, ut de ipsius eruditione periculum fiat.*

CAP. 8. *Quis ordinandos Episcopo præsentare debeat.*

CAP.

CAP. 9. *Quis ordines conferre debeat, & de dimissorialibus concedendis, nec ne.*

CAP. 10. *Ea, quæ ad ordinandorum promotionem spectant, gratis conferri debere, at si alicubi consuetudo aliud obtineret, Notariis taxatur modus exactionis.*

CONSTITUTIO XXIII.

De Præpositis, & Decanorum, summorumque Custodum, Cantorum, atque Scholasticorum Cathedralium & aliarum Collegiatarum Ecclesiarum officiis.

CAP. 1. *Præpositi, qui, & quare sic dicantur, & de eorundem officiis.*

CAP. 2. *De officio Decanorum.*

CAP. 3. *De summorum Custodum officio, ac diligentia.*

CAP. 4. *De summorum Cantorum officio.*

CAP. 5. *De summorum Scholasticorum officio, quod est de cura adhibenda circa ludos literarios, & eorum moderatores.*

CAP. 6. *De animadversione in negligentes Officiarios supradictos.*

CAP. 7. *Quæ qualitates requirantur circa ejuscemodi officiarium.*

CONSTITUTIO XXIV.

De Canonicis.

CAP. 1. *Præfatiuncula ad sequentia.*

CAP. 2. *Minorennes, sed tamen puberes, nobiles Germanos, ex speciali gratia, ad titulum Canonicatuum admitti posse, dummodo alio Canonico impedimento non fuerint irretiti.*

CAP. 3. *Sine juramento ac professione fidei Catholicæ, neminem ad Canonicatus possessionem admitti debere.*

CAP. 4. *Minorennes Canonicos, etiam præsentiarum distributione, non tamen annali præbenda, gaudere posse.*

CAP. 5. *Juniores æque, ac majores natu Canonicos, Clericali vestitu incedere debere.*

CAP. 6. *De cura, & institutione Domicellorum.*

CAP. 7. *De sustentatione Domicellorum in liberalibus studiis, & fidejussione ab ipsis accipienda.*

CAP. 8. *Quod bona pars Canonicatuum conferatur, juxta decreta Concilii Tridentini, Doctoribus &c.*

CAP. 9. *Canonicos legitimo accedente tempore, aptitudine, & habilitate, presbyterio initiari debere.*

CAP. 10. *Quamdiu Canonicis, occurrente negotio a Canonicatibus abesse liceat.*

CAP. 11. *Quomodo in residentia, & inter horarias decantationes se gerere debeant Canonici.*

CAP. 12. *De ministerio Canonicorum circa Pontificalia.* Anno 1569.

CAP. 13. *De vestitu, cultu, & moribus Canonicorum in communi.*

CAP. 14. *De præsentiarum distributione, & quibus ea dentur.*

CAP. 15. *Numeratio præsentiarum quare sit instituta, & de ejusdem continuatione, auctione & distributione.*

CAP. 16. *Exhortatio ad Canonicos, ut pro conservanda & augenda præsentiarum pecunia, libenter quidpiam contribuant, quod ipsum, si soliciti fuerint, ad eos redundabit.*

CAP. 17. *Quod nullus ad præsentiarum perceptionem admitti debeat, nisi a principio divinorum usque in finem, in choro præsens perseveraverit.*

CAP. 18. *Rem sacram a Canonicis non tam propter lucrum, quam pietatem esse sectandam.*

CAP. 19. *Canonicorum excitatio ad pietatem & cultum divinum.*

CAP. 20. *Canonicis plures titulos Canonicatuum in gratiam nobilitatis Germanicæ ob certas rationes concedi.*

CAP. 21. *Pinguiores Canonicatus in suo statu & numero relinquendos esse.*

CAP. 22. *Quomodo Episcopi, Præpositi, ac Decani Ecclesiarum, de residendo in uno loco inter Canonicos disponere, ac componere debeant, si forte inter aliquos suborietur disceptatio.*

CAP. 23. *De sufficiendis Canonicis in locum defunctorum.*

CAP. 24. *Episcopos ex gratia Apostolicæ Sedis Canonicatus in aliis Ecclesiis obtinentes, non nisi inevitabili de causa, ad fructuum perceptionem, aut residentiam admitti debere.*

CAP. 25. *De moderatione, & restrictione statutorum Capitularium, & pœna æquitatem transgredientium.*

CONSTITUTIO XXV.

De Archidiaconis, Archipresbyteris, & ruralibus Decanis.

CAP. 1. *De Archidiaconatus, Archipresbyteratus, & Decanatus ruralis dignitatibus.*

CAP. 2. *De diversa potestate Archidiaconorum, Archipresbyterorum, & Decanorum ruralium.*

CAP. 3. *Quales personæ requirantur ad supradicta officia, quæ etiam constitui non debent, nisi prius fidei fecerint professionem.*

CAP. 4. *De justitia & æquitate ab Archidiaconis, & cæteris hujusmodi Officialibus exercenda.*

Anno 1569. Cap. 5. *Archidiaconi nati &c. non præsumant exercere officium antequam Ordinario se præsentarint, & ab ipso approbati fuerint, & fidei professionem præstiterint.*

CONSTITUTIO XXVI.

De Parochis, atque eorum Cooperatoribus.

Cap. 1. *Eandem prope solicitudinem requiri in Parocho, quæ in Episcopo.*

Cap. 2. *De tribus virtutibus, quibus Parochi præditi esse debeant, quarum prima est oves suas cognoscere: atque etiam de libris ab ipsis in promptu habendis, in quibus oves suas sigillatim describant.*

Cap. 3. *De secunda Parochi proprietate, quæ est suis ovibus notis optime prospicere, illarum saluti consulendo.*

Cap. 4. *Quod Parochi non tantum quo ad spiritualia, sed etiam temporalia, suis subditis pro viribus opitulari, & illis in omnibus, quantum ejus fieri potest, succurrere debent.*

Cap. 5. *De tertia Parochi proprietate, quæ continet vigilantiam, solicitudinem, & charitatem, qua etiam animam suam pro ovibus suis, si necessitas expostulaverit, exponere debet.*

Cap. 6. *Prosequitur instructionem circa officium Parochi.*

Cap. 7. *Quas præterea virtutes sequi debeat Pastor, & quæ vitia vitare.*

Cap. 8. *De collaboratoribus Pastorum, eorumque mutuo officio, atque illorum sustentatione.*

CONSTITUTIO XXVII.

De Disciplina, vita, honestate, & moribus Clericorum.

Cap. 1. *Clericos, cum sint Christi milites, soli Deo militare debere.*

Cap. 2. *Clericos inculpate vivere debere.*

Cap. 3. *Decenti vestitu domi & foris uti debere Clericos.*

Cap. 4. *De forma vestimenti Clericalis.*

Cap. 5. *De armis Clericorum.*

Cap. 6. *Clericos a malorum hominum consuetudine, publicis spectaculis, choreis, conviviis suspectis &c. abstinere debere.*

Cap. 7. *Ne sæcularibus negotiis se immisceant.*

Cap. 8. *Ne exerceant monopolia, & negotiationes.*

Cap. 9. *Nemini Ecclesiasticorum, nisi qui mixtum, & merum habent imperium, licere exercere rem metallicam.*

Cap. 10. *Ne Clerici exerceant cauponariam.*

Cap. 11. *Quibus vinum ex annuis redditibus venit, id non per se, sed sæculares personas vendere licere.*

Cap. 12. *Clericos ab omni studio avaritiæ alienos esse debere.*

Cap. 13. *Clericos temulentiam, & crapulam, ceu venena fugere debere.*

Cap. 14. *Ut nisi peregrinationis necessitate compulsi, tabernas, & œnopolia non ingrediantur.*

Cap. 15. *Quibus conviviis interesse liceat Clericis, & quomodo illic se componere debeant.*

Cap. 16. *Alea prohibetur Clericos.*

Cap. 17. *De continentia Clericorum.*

Cap. 18. *Quod Clerici non solum a publicis tabernis, sed & Concubinarum fœdo convictu abstineant, ea quæ sequuntur servare illis præcipitur.*

Cap. 19. *Sacerdotes ampliorem alentes familiam, quibus Oeconomis uti debeant.*

Cap. 20. *De convictu privatorum Sacerdotum.*

Cap. 21. *Comminatio in prævaricatores.*

Cap. 22. *De conjugio Clericis vitando.*

CONSTITUTIO XXVIII.

De Obligatione & modo Canonicas dicendi horas.

Cap. 1. *Clericos ad horarum Canonicarum preces adstringi.*

Cap. 2. *Clericum pœna amissionis fructuum, teneri ad recitationem horarum Canonicarum.*

Cap. 3. *Clericos in sacris constitutos, non sacerdotes, intermittentes orationem horarum, suspendi a promotione sequentium ordinum.*

Cap. 4. *De pœna sacerdotis simplicis, negligentis horas Canonicas.*

Cap. 5. *Ante missæ celebrationem, matutinarum preces prius absolvendas esse, & quæ pœna negligentes maneat.*

Cap. 6. *Ut Episcoporum Officiarii in hujusmodi animadvertant negligentes.*

Cap. 7. *De horis Canonicis cum devotione perorandis.*

CONSTITUTIO XXIX.

De Clericis peregrinis, & aliis absque suorum Ordinariorum dimissorialibus literis, ab alienis Episcopis ordinatis.

Cap. 1. *Neminem extraneæ, non solum Provinciæ, sed etiam Diœcesis (nisi devotionis gratia, & visis formatis, fide dignis) ad exercenda sacerdotalia esse admittendum, nisi a suo Ordinario &c.*

Cap. 2. *Ab alienis Episcopis absque suorum Ordinariorum dimissoriis, quomodocunque ordinatos, ad sacerdotium non admitti, nisi Ordinariis suis vel eorum Vicariis generalibus sese præsentarint &c.*

Cap. 3. *De examine eorum, qui aliunde ferunt dimissoriales, & qua pœna fraudulenti sint afficiendi.*

Cap. 4. *Ubi, & quomodo puniti tempore suspensionis degere debeant.*

CONSTITUTIO XXX.

De vita regulari utriusque sexus religiosorum, Canonicorum regularium & monachorum, etiam mendicantium.

Cap. 1. *Præfatiuncula, sive exhortatio ad sequentium observantiam.*

Cap. 2. *Ut sui ordinis regulam teneant, ac rite observent.*

Cap. 3. *Qui, & quomodo sint acceptandi, & non cogendi, ad quemque ordinem, & quod ante ætatem legitimam nemo ad professionem suscipiatur.*

Cap. 4. *De assumendis, & confirmandis monialibus.*

Cap. 5. *Nullam debere cogi, vel invitam adduci ad ingressum Monasterii, vel habitum suscipiendum.*

Cap. 6. *De his, qui facta professione, ex ordine discedere cupiunt.*

Cap. 7. *De cura erudiendi, & informandi Monachos, & monachas juniores.*

Cap. 8. *Ut religiosi utriusque sexus circa divinatam diurna quam nocturna officia, aliaque munia Monastica diligentes sint.*

Cap. 9. *Monasticis personis non concedi licentiam evagandi.*

Cap. 10. *De tribus regularibus vitæ fundamentis, quorum primum est obedientia, quam si quispiam violaverit, eum juxta illius regulam, absque venia puniri debere.*

Cap. 11. *Ne Prælatus Monasterii cuiquam Monacho licentiam det extra Monasterium ex quacunque causa commorandi sine sui Episcopi Ordinarii expresso consensu.*

Cap. 12. *Ut religiosi, qui etiam cum bona superiorum venia aliquamdiu extra monasterium fuere, illuc se recipiant, & qui sui ordinis habitum temere depofuerunt, acerrime puniantur. Si qui vero aliquam prætenderint legitimam, extra adhuc commorandi causam, Ordinariis suis legendam, atque approbandam exhibeant.*

Cap. 13. *Quando, & quamdiu liceat Monachis propter administrationem parochialem abesse a Monasteriis.*

Cap. 14. *Monachos Ecclesiis Monasterio unitis, sive commendatis, ministrare posse, dummodo regulariter ibidem vivant.*

Cap. 15. *Monachum ad Parochiæ curam, ob sæcularium sacerdotum defectum admissum, habere debere consortem, tamquam vitæ inspectorem, ac testem, nisi fratrum penuria aliud facere cogeret.* Anno 1569.

Cap. 16. *Monachos extra Monasterium, in Parochiis, vel alibi degentes, habitu regulari & aperto semper uti debere, nisi aliqua rationabilis causa aliter postulaverit, ab Ordinario approbanda &c.*

Cap. 17. *Monachos ex strictiori se non posse conferre ad laxiorem ordinem, nisi a Sancta Sede obtenta facultate.*

Cap. 18. *De religionis, sive in habitu, seu absque desertoribus, ad curam animarum non admittendis.*

Cap. 19. *Apostatas a nullo, præsertim in dignitate constituto, tolerari, multo minus foveri debere.*

Cap. 20. *Ut Apostatæ sub pœna excommunicationis latæ sententiæ &c. ad sua monasteria in spatio duorum mensium proximorum a præsentium publicatione redeant.*

Cap. 21. *Pœnitentes quando mereantur veniam, & quomodo sint suscipiendi.*

Cap. 22. *De his, qui ob diffidentiam, ad sua Monasteria redire pertimescunt.*

Cap. 23. *De pœna & processu perseverantium in apostasia.*

Cap. 24. *Ne quis apostatas occultet, vel domo excipiat.*

Cap. 25. *De castitate, quæ est alterum monasticorum fundamentum, ad quam utriusque sexus religiosi apprime exhortantur amplexandam, atque conservandam.*

Cap. 26. *Ut fœminæ abstineant a monasteriis virorum.*

Cap. 27. *Quomodo circa fœminarum ministeria se gerere debeant, qui Parochiales administrant Ecclesias.*

Cap. 28. *De pœna religiosorum prævaricantium legem castitatis.*

Cap. 29. *De voto paupertatis, quod est tertium vitæ regularis fundamentum, & quomodo utriusque sexus religiosi illud observare debent.*

Cap. 30. *De diligentia superiorum circa monasticarum sanctionum observantiam, & tam conservationem, quam instaurationem Bibliothecarum.*

Cap. 31. *De fovendis, & conservandis Monasteriorum scholis, & ab iis, quæ scholis carerent, instituendis.*

CONSTITUTIO XXXI.

De Monasteriis ab Ordinariorum obedientia olim exemptis, & Sanctæ Sedi Apostolicæ immediate subjectis, nunc vero Ordinariis iisdem restitutis.

Cap. 1. *Nimiam licentiam multis nocuisse Monasteriis.*

Cap. 2.

Anno 1569. Cap. 2. *De instituendis congregationibus Monasteriorum exemptorum, seu ipsis subjiciendis Ordinariis.*

Cap. 3. *Concluditur authoritate Sacrosancti Concilii Tridentini, ut monasteria exempta, Sedique Apostolicæ immediate subjecta, rursum subjiciantur suis Ordinariis &c.*

CONSTITUTIO XXXII.

De Fratribus mendicantibus.

Cap. 1. *Ut Monachi mendicantes Episcopis suis sint in licitis, & honestis subditi, & privilegiis suis moderate utantur, & de eorum audiendis Confessionibus, ac vita.*

CONSTITUTIO XXXIII.

De Monialibus.

Cap. 1. *Præfatiuncula.*

Cap. 2. *De Monasteriis clausis, & restringenda vita monialium.*

Cap. 3. *Quibus liceat ingredi Monasteria clausa.*

Cap. 4. *Moniales non solum viros intra monasteria non admittere, sed etiam ipsas evagari minime debere, & de Monasteriis extra civitates positis.*

Cap. 5. *De Confessione & Communione Monialium.*

Cap. 6. *Earundem monialium Monasteria, quæ Sanctæ Sedi Apostolicæ hactenus immediate fuerunt subjecta &c. ab Episcopis ordinariis in posterum esse gubernanda.*

CONSTITUTIO XXXIV.

De Ecclesiis, sive Sacellis, vel Altaribus, annuis redditibus dotatis, & secundum fundatorum institutionem non provisis, neque officiatis.

Cap. 1. *De provisione beneficiorum vacantium.*

Cap. 2. *Episcopi, ut præsentatos, non nisi idoneos confirment, & de modo approbandi eosdem.*

Cap. 3. *De tempore præsentandi.*

Cap. 4. *De pœna præsentantium indignos.*

Cap. 5. *Quibus præsentare liceat.*

Cap. 6. *De officiis beneficiatorum.*

Cap. 7. *Ut Officiales circa vacantes Ecclesias perquirendas sint vigilantes.*

CONSTITUTIO XXXV.

De Ecclesiis collapsis.

Cap. 1. *Præfatiuncula ad sequentia capita.*

Cap. 2. *De ruinosis Parochialibus Ecclesiis resarciendis, & collapsis reficiendis.*

Cap. 3. *De Ecclesiis etiam non curatis, sed fideli populo utilibus, & redditus annales habentibus, instaurandis, & aliis loco minus commodis transferendis.*

Cap. 4. *A brutorum accessu muniendа esse Sacella, atque altaria, extra Ecclesias constructa.*

CONSTITUTIO XXXVI.

De prophanantibus Ecclesias, vel cœmeteria.

Cap. 1. *Quomodo plectendi sunt, qui loca sacra polluunt.*

CONSTITUTIO XXXVII.

De rebus Ecclesiarum & Monasteriorum non alienandis.

Cap. 1. *Ne res Ecclesiæ alienentur, neque dispergantur, aut distrahantur, sed tanquam propriæ conserventur.*

Cap. 2. *De non alienandis rebus Ecclesiasticis immobilibus, seu mobilibus insignioribus, sine Ordinariorum licentia in scriptis obtenta.*

Cap. 3. *Ne rerum Ecclesiasticarum dispensatores, æs alienum contrahant, neque res sacras oppignorentur, nisi in evidenti necessitate & utilitate.*

Cap. 4. *De conscribendis prædiis, & redditibus Ecclesiarum, ipsisque sub tuta custodia conservandis.*

Cap. 5. *De rationibus propter annuos redditus præstandis.*

Cap. 6. *Prælatos, vel quomodocunque beneficiatos, qui sui juramenti immemores, propria temeritate, bona Ecclesiastica alienaverint, tanquam perjuros, & suæ Ecclesiæ defraudatores acerrime puniri debere.*

Cap. 7. *De inventariis bonorum Ecclesiasticorum, tam mobilium, quam immobilium conscribendis, eo tempore, quo illarum Ecclesiarum alicui datur possessio.*

Cap. 8. *Clericos, præsertim beneficiatos, studiose inquirere debere qualescunque occupatores, seu detentores, aut spoliatores rerum Ecclesiasticarum, tam immobilium, quam mobilium, eosque suis patefacere Ordinariis.*

Cap. 9. *Modus conservandi Ecclesiarum indemnitatem.*

Cap. 10. *De pœna abutentium bonis Ecclesiasticis.*

CONSTITUTIO XXXVIII.

De Immunitatibus, & privilegiis Ecclesiarum, & Clericorum.

Cap. 1. *Admonetur Magistratus sæcularis, ut defendat, ac conservet immunitates & Privilegia Ecclesiarum.*

Cap. 2. *Ne quis Clericorum, sæculari se subdat dominio, neque de manu laici Prælaturam, aut beneficium, curatum, vel non curatum, ejusdemque investituram accipere præsumat.*

Cap. 3.

CAP. 3. *Ne ob delictum, vel culpam, aut debitum ministri, plectatur, aut cogatur Ecclesia.*

CONSTITUTIO XXXIX.

De Judiciali foro Ecclesiastico.

CAP. 1. *De conservanda Jurisdictione spirituali, quam laicalis Magistratus usurpare nullo pacto debet.*

CAP. 2. *Ne Clericus citetur ad forum sæculare, & quæ pœna hujus sanctionis transgressoribus immineat.*

CAP. 3. *Criminosos Clericos, ubi de fuga timor est, a sæculari Magistratu simpliciter capi, & Ordinarius præsentari posse.*

CAP. 4. *Quibus viris prospectum esse debeat Consistorio, & a quibus iidem se abstinere debeant.*

CAP. 5. *Ut quilibet Judex Ecclesiasticus suum habeat Notarium, procuratores, & cursorem unum, vel plures, juxta necessitatem omnes juratos &c.*

CAP. 6. *Ne corporalis pœna convertatur in mulctam.*

CAP. 7. *De honestate Judicum, Notariorum, Procuratorum & cursorum Consistorii.*

CAP. 8. *De publicandis citationibus, mandatis, executorialibusve.*

CAP. 9. *De causa in citationibus assignanda, & Advocatis, Procuratoribusque, etiam extraneis, a partibus citatis assumendis.*

CONSTITUTIO XL.

De Notariis fori Ecclesiastici.

CAP. 1. *Quales sint cooptandi Notarii, & de juramento, fideique professione eorum.*

CONSTITUTIO XLI.

De decimis, oblationibus, & collecturis.

CAP. 1. *Decimas veteri testamento ac novo jure persolvendas esse.*

CAP. 2. *Ex omnibus fructibus decimas dari debere.*

CAP. 3. *Oblationes & collecturas, juxta antiquam hujus Provinciæ consuetudinem, fieri præcipitur.*

CONSTITUTIO XLII.

De sacrosanctis Sacramentis Ecclesiæ Dei, ac eorundem administratione.

CAP. 1. *De septem Sacramentis, eorumque virtute, & quæ publicitus de hisce sint enuncianda.*

CAP. 2. *Declaratio Sacramentorum magna ex parte refertur ad librum Agendorum.*

CAP. 3. *Etiam hic nonnulla tractari de Sacramentis, in libro Agendorum non contenta.*

CAP. 4. *Ministros Sacramentorum inculpatæ vitæ, bonorumque morum esse debere, licet Sacramentorum virtus accipienti non adimatur propter ministri iniquitatem.* Anno 1569.

CAP. 5. *De constituenda commoditate administrandorum Sacramentorum in locis a parochia distantibus.*

CAP. 6. *De sustentatione sacerdotum recentiorum Ecclesiarum curatarum.*

CAP. 7. *Justam provisionem sacerdotum circa numerosam plebem fieri debere.*

CAP. 8. *De cæremoniis circa Sacramentorum administrationem, juxta Catholicæ Romanæ & universalis Ecclesiæ traditionem observandis.*

CAP. 9. *De Sacramentorum explanatione, cum administrantur, ab Episcopis, atque Parochis facienda.*

CONSTITUTIO XLIII.

De Baptismo.

CAP. 1. *Baptismum infantium ultra octiduum non esse differendum.*

CAP. 2. *De instruendis obstetricibus circa subitaneum Baptisma.*

CAP. 3. *Quibus non liceat, nisi in Ecclesiis, baptizari.*

CAP. 4. *De diligentia circa illinitionem Chrismatis.*

CONSTITUTIO XLIV.

De Confirmatione.

CAP. 1. *Ut Episcopi frequentent usum Confirmationis, & quot annorum debeat esse confirmandus.*

CAP. 2. *Ut Concionatores competenti tempore hoc Sacramentum populo exponant, atque declarent.*

CAP. 3. *Tempore quo Episcopi hoc Confirmationis Sacramentum sunt ministraturi, visitationes juxta per eandem partem Diœcesis fieri debere.*

CAP. 4. *De spirituali cognatione circa Baptismi & Confirmationis Sacramenta, contracta.*

CONSTITUTIO XLV.

De Pœnitentia.

CAP. 1. *De usu confitendi peccata, & qualitatibus Confessorum.*

CAP. 2. *In quibus admonendi sint Confessores.*

CAP. 3. *De Pœnitentiariis instituendis, ubi non habentur, & eorum officio.*

CAP. 4. *Neque simplici Sacerdoti, aut extraneo, licere absolvere, nisi is fuerit legitime deputatus: neque exposito, a casibus non concessis, nisi obtenta prius facultate.*

CAP. 5. *De publicatione Confessorum.*

Anno 1569. Cap. 6. *De annotatione & animadversione in eos, qui Confessionem intermiserint.*

Cap. 7. *De Confessione sacerdotum, & ejus rei testimonio.*

CONSTITUTIO XLVI.

De sententiis excommunicationum, aliarumque censurarum, & irregularitatis.

Cap. 1. *Pœnas censurarum Ecclesiasticarum, & irregularitatis &c. per jura recentiotiora non revocatas &c. in suo robore permanere.*

Cap. 2. *De excommunicatione moderate usurpanda.*

Cap. 3. *De animadversione Decreti Constantiensis Concilii super ipsis censuris observandi.*

Cap. 4. *De pœna sacrificantium in excommunicatione constitutorum.*

Cap. 5. *Cætera in Agendario esse perquirenda.*

CONSTITUTIO XLVII.

De Augustissima Evcharistia & Missæ celebratione.

Cap. 1. *Circa Sacramentum Eucharistiæ, omnia, quæ in Agendario præscripta sunt, esse observanda.*

Cap. 2. *De modo consecrandi Evcharistiam, cui si quispiam temerarius contrafecerit, quomodo sit plectendus.*

Cap. 3. *De pœna celebrantium, vel quomodocunque communicantium sacerdotum, sine prævia sacramentali Confessione.*

Cap. 4. *De pœna non ordinatorum, temere sacrificantium, aut quidpiam aliud divinum tractantium.*

Cap. 5. *De non porrigendo Sacramento, nisi Confessis.*

Cap. 6. *Ut Parochi ea observent, quæ in præcedenti Const. de pœnit. Cap. 6. sunt dicta, in annotandis videlicet omnibus & singulis utriusque sexus, suis capacibus Parochianis, qui tempore Pasch. præmissa sacramentali Confess. communicarunt, & qui id agere contempserunt.*

Cap. 7. *Evcharistiæ contemptores, sacra privandos esse sepultura.*

Cap. 8. *De pœna sacerdotum, qui Eucharistiam parum caute conservant.*

Cap. 9. *Penes quos claves SS. Eucharistiæ, & sacrorum liquorum conservari debeant.*

CONSTITUTIO XLVIII.

De sacris Ordinibus.

Cap. 1. *Refert se ad ea, quæ superius in Const. 22, & in Agendario sunt dicta.*

CONSTITUTIO XLIX.

De Matrimonio.

Cap. 1. *Relatio ad Agendarium, in quo satis traduntur, quæ ad hujus Sacramenti administrationem videntur necessaria.*

Cap. 2. *De ritu benedicendi desponsatos.*

Cap. 3. *Quibus liceat decidere causas Matrimoniales.*

Cap. 4. *Matrimonium clandestinum a Concilio Tridentino laudabiliter esse abolitum.*

Cap. 5. *De divortiis, & eorum accurata tractatione.*

Cap. 6. *De pœna conjugum pertinaciter diffidentium, & non cohabitantium.*

CONSTITUTIO L.

De Extrema unctione.

Cap. 1. *Ut Extremæ unctionis Sacramentum apud Parochos in crebriorem usum, juxta Agendarii præscriptum modum, reducatur, & quæ pœna id negligentes maneat.*

CONSTITUTIO LI.

De Funeribus, sepultura, & exequiis.

Cap. 1. *De ritu inferendi fideles mortuos sepulturæ.*

Cap. 2. *De processione funerali.*

Cap. 3. *De sumptibus funerum.*

Cap. 4. *De compellendis hæredibus ad pias Cæremonias defuncto adhibendas.*

Cap. 5. *Ut post funeralia, reliqui dies exequiarum celebrentur, pauperibusque eleemosynæ erogentur.*

Cap. 6. *Ne quid ultra morem solitum in exequiis habendis exigatur.*

Cap. 7. *De modo in posterum circa exequiarum sumptus constituendo.*

Cap. 8. *De modestia in parentalibus servanda.*

Cap. 9. *Qui a sacra sepultura sint arcendi.*

CONSTITUTIO LII.

De Simonia.

Cap. 1. *De vitanda Simonia, quavis hæresi pestilentiore.*

Cap. 2. *Qui circa hanc labem plectendi veniant.*

Cap. 3. *Justas exactiones non esse negligendas.*

CONSTITUTIO LIII.

De Rogationum processionibus.

Cap. 1. *De causa & origine supplicum precum, vel ut vocant, Processionum, earumque frequentatione.*

Cap. 2. *De ritu, ac Cæremoniis litaniarum, seu Processionum.*

CON-

CONSTITUTIO LIV.

De Cantionibus, diversis temporibus, in Ecclesiis cantandis.

CAP. 1. *Ut plebi, statis anni temporibus, solitæ ac approbatæ in Ecclesiis maneant Cantiones vulgares, in Agendario descriptæ, aut ab Ordinariis approbatæ.*

CONSTITUTIO LV.

De diebus festis, & eorum sanctificatione.

CAP. 1. *Instructio & annunciatio festorum dierum ex Agendario discenda.*

CONSTITUTIO LVI.

De observatiooe jejuniorum.

CAP. 1. *De indicendis, atque observandis Ecclesiæ jejuniis, & pœna prævaricantium.*

CONSTITUTIO LVII.

De disciplina Populi.

CAP. 1. *Præfatio continens ex corpore naturali comparationem sæcularis status, ad corpus mysticum, cujus velut anima censentur Clerici.*

CAP. 2. *De reverentia Populi in Clerum, & obedientia erga proprios sacerdotes.*

CAP. 3. *Quod Prælatis, & Parochis, etiam dyscolis, sit obediendum.*

CAP. 4. *De supercilio plebejo vitando, id est, ne Clerum judicare, vel carpere præsumant.*

CAP. 5. *Malos sacerdotes a Deo propter Populi peccata quandoque dari.*

CAP. 6. *De reconciliatione Populi per pœnitentiam.*

CAP. 7. *De instructione Populi circa pœnitentiæ usum.*

CAP. 8. *De oratione populi.*

CAP. 9. *De oratione peragenda in Ecclesia, sive templo, utpote orationis domo.*

CAP. 10. *De modestia & devotione exercenda in Templis.*

CAP. 11. *De mercatoribus, Nundinarum tempore a liminibus, porticibus, & continentiis Templorum arcendis.*

CAP. 12. *Ne, præsertim inter sacra, vel conciones, utensilia ferantur per templa.*

CAP. 13. *De non ingrediendo Ecclesias cum armis majoribus, aliisque profanis.*

CAP. 14. *Ne mendici inter sacra, homines eleemosynarum exactione turbent.*

CAP. 15. *De usurariis & fœneratoribus extirpandis.*

CAP. 16. *De invocatione brachii sæcularis pro evellendis publicis criminibus, & flagitiis, præsertim blasphemia, adulterio, concubinatu, sive fornicatione publica, cum ebrietate, & id genus aliis.*

CAP. 17. *De homicidiis, sive homicidis tollendis.*

CAP. 18. *De puniendis fraudulentis & impostoribus.* Anno 1569.

CAP. 19. *De cura lactantium circa infantes.*

CONSTITUTIO LVIII.

Ad Principes & alios Dominos in Provincia Salisburgensi sæcularem jurisdictionem habentes, eorumque delegatos Magistratus.

CAP. 1. *De potestate ac imperio Principum, & Magistratuum, in subditos exercendo, eosque in unitate Catholicæ Ecclesiæ retinendo.*

CAP. 2. *Principes non solum liberales esse in Ecclesias, sed etiam earundem privilegia & immunitates tueri debere.*

CAP. 3. *De prudentia & circumspectione Principum, circa delegatos suos, quos inferiores magistratus vocant.*

CAP. 4. *Ut Episcopi, & Prælati alii, jurisdictionem temporalem habentes, circa delegationes suorum Officialium, seu Magistratus gerentium, sint pariter cauti, ac diligentes.*

CONSTITUTIO LIX.

De Scholis, & earum Moderatoribus.

CAP. 1. *De instructione Ludimoderatorum.*

CAP. 2. *De scholis instituendis, augendis & conservandis.*

CAP. 3. *De subsidio contribuendo ad alendos egenos studiosos.*

CAP. 4. *De Ludimoderatorum delectu, atque eorundem fidei professione.*

CAP. 5. *De non assumendis, neque admittendis in Ludimoderatores, vel Collaboratores, seu Pædagogos &c. qui in universitatibus, sive scholis infectis, aut suspectis, operam dederunt literis, nisi per triennium proxime præteritum inter Catholicos, & Catholice fuerint conversati, cujus rei sufficiens habere debent testimonium.*

CAP. 6. *De authoribus juventuti prælegendis.*

CAP. 7. *De diligentia Magistrorum circa instituendam juventutem tam in moribus, quam doctrina.*

CAP. 8. *De methodo docendi, ac disciplinæ modestia.*

CAP. 9. *De stipendiis Ludirectorum.*

CAP. 10. *Ne Scholasticis mendicantibus liceat vulgares, neque infectas, aut novas, ab Ecclesia Catholica non approbatas, decantare cantilenas.*

CAP. 11. *De cura, & officio vulgarium scholarum Magistrorum.*

CAP. 12. *Visitatores Scholarum inspectionem curare debere.*

CAP. 13. *De scholasticis juvenibus, ad Chorales cantiones assuefaciendis.*

Anno 1569.

CONSTITUTIO XL.

De seminario Clericorum.

Cap. 1. *De utilitate seminariorum, & a quibus ea sint instituerda.*

Cap. 2. *De conscribenda forma seminariorum.*

Cap. 3. *De alendis scholasticis a quatuor inferioribus suffraganeis.*

CONSTITUTIO LXI.

De Xenodochiis, quæ hospitalia dicuntur.

Cap. 1. *De incommodis Xenodochiorum reparandis.*

Cap. 2. *De Xenodochiorum œconomis.*

Cap. 3. *De ratiociniis œconomorum.*

Cap. 4. *De visitatione Xenodochiorum, eorumque reductione, in quantum possibilitas permittit, ad fundatorum institutionem.*

CONSTITUTIO LXII.

De Visitationibus.

Cap. 1. *De necessitate, ac utilitate visitationum.*

Cap. 2. *De ordine visitandi quasque Ecclesias.*

Cap. 3. *De visitatione Prælatorum, & Officialium Ecclesiasticorum.*

Cap. 4. *De visitatione minorum Clericorum.*

Cap. 5. *De visitatione sacrarum ædium.*

Cap. 6. *De visitatione Parochialium Ecclesiarum.*

Cap. 7. *De inquirendo numero Cooperatorum retinendorum, & Concione in visitationibus habenda.*

Cap. 8. *De quibus investigandum sit apud Parochos, & eorundem Cooperatores.*

Cap. 9. *De morum inquisitione.*

Cap. 10. *De inquisitione populari, & educatione juventutis, atque visitatione Xenodochiorum.*

Cap. 11. *De investigatione pauperum Xenodochii.*

Cap. 12. *De admonitione, & correctione lapsorum in hæreses, nec non aliorum criminosorum.*

Cap. 13. *Visitationes per eadem loca, eademque tempora, fieri debere, in quibus Episcopi Sacramentum conferunt Confirmationis.*

Cap. 14. *Per visitationes generales non tolli speciales, quæ ab inferioribus Officialibus fieri solent.*

Cap. 15. *De visitatione Archidiaconorum, & aliorum Ecclesiastica munera ferentium.*

Cap. 16. *De visitatione Monasteriorum.*

Cap. 17. *De inquisitione Prælatorum religiosorum.*

Cap. 18. *De visitatione Officialium monasticorum.*

Cap. 19. *De ratiociniis Monasteriorum.*

Cap. 20. *De numero conventualium perquirendo.*

Cap. 21. *De visitatione Monialium.*

Cap. 22. *In visitationibus utriusque sexus religiosorum, tam ea, quæ in hac, quam quæ in superiori Constit. XXX. sunt notata, observari prorsus debere.*

Cap. 23. *Adhortatio ad Monasteria, ab Ordinariis Episcopis exempta.*

Cap. 24. *De scopo, & summa visitationis.*

Cap. 25. *De visitationum sumptibus, atque eorum moderatione.*

CONSTITUTIO LXIII.

De Pœnis.

Cap. 1. *Ut delinquentes meritis afficiantur pœnis.*

Cap. 2. *Ne mulcta, ob avaritiam, exigatur.*

Cap. 3. *Ne pœna excedat delictum.*

CONSTITUTIO LXIV.

De Synodis celebrandis.

Cap. 1. *De institutione, divisione, usu, commodo, necessitate, ac tractatione Synodorum.*

Cap. 2. *De Synodis diœcesanis.*

Cap. 3. *Singulo quoque triennio, Provinciales Synodos esse habendas.*

Cap. 4. *Synodis habendis nunc certum tempus præfigi non posse.*

Cap. 5. *De controversiis in Synodis proponendis, ac dirimendis.*

Cap. 6. *De publicatione Constitutionum Synodalium.*

Cap. 7. *De inspectoribus defectuum constituendis.*

CONSTITUTIO LXV.

De Fine hujus sanctæ Synodi.

Cap. 1. *Gratiarum actio ad Deum propter bonum Synodi finem.*

Cap. 2. *Approbatio Synodalium constitutionum per Metropolitanum.*

Cap. 3. *De observatione harum Constitutionum Synodalium.*

Cap. 4. *Protestatio de salvo judicio, & authoritate Apostolica.*

Ad

Ad Laudem Omnipotentis Dei.

Anno 1569.

Nos Joannes Jacobus Dei gratia Ecclesiæ Salisburgensis Archiepiscopus, & S. S. Apostolicæ Legatus, de consilio, & assensu Reverendorum D. D. Coepiscoporum & suffraganeorum nostrorum, atque reliquorum Prælatorum, ac aliorum, qui de Jure, vel consuetudine huic nostræ Synodo interesse debuerunt, in hac ipsa nostra Provinciali Synodo has quæ sequuntur Constitutiones & Decreta, statuimus atque edidimus.

CONSTITUTIO I.

De Religione & fide Catholica.

Caput I.

Quare istarum Synodalium Constitutionum tractatio a Religione & fide Catholica exordium capiat.

Cum omnis vitæ bonæ, beatæque via, qua unus Deus in trinitate, & vicissim trinus in unitate, per fidem, sanctissimæ nostræ religionis fundamentum, colitur, & syncera pietate cognoscitur, in veræ, & Catholicæ Religionis tramite, non autem hæreticorum diverticulis, constituta sit: commodissimum fore duximus, has nostras constitutiones instar directorii cujusdam, quod viam ad bene beateque vivendum, ceu digito monstraret, idque vel inprimis ad usum Cleri nostri statuentes, hanc ipsam tractationem a Religione & fide Catholica auspicari.

Caput II.

Ut tam Laici quam Clerici unam solamque fidem Catholicam in Provincia Salisburgensi observent atque colant.

Quare primo omnium constituimus & ordinamus, ut omnes tam Laici quam Clerici nostræ Provinciæ, unius sacræ fidei professionem, veramque regulam teneant, & profiteantur, sicuti ea a Christo tradita, & edocta, a sanctis Apostolis prædicata, a sanctorum Patrum Orthodoxis Conciliis, & scriptis rite exposita, probata, & confirmata est: nec quidquam credant, colant, aut venerentur, quod Romana Ecclesia, aut Patrum decreta, a veritate Catholica alienum, & repudiandum censent.

De Tridentini, aliorumque Conciliorum constitutionibus.

CONSTITUTIO II.

Caput I.

Patres hujus Synodi Concilii Tridentini sanctiones amplecti, suisque subditis easdem in posterum observandas exhibere pollicentur.

Licet in præcedenti Synodo Salisburgensi anno 1549. sub Archiepiscopo & Principe Domino Ernesto, fel. rec. celebrata, concilii Tridentini tunc, Pauli III. Pont. Max. authoritate incepti, Actis, Decretisque omnibus, non tantum eo tempore jam editis, verum etiam in posterum edendis, atque sanciendis, se parituros, eaque omnia servaturos, ut obedientiæ decet filios, omnes qui eidem Provinciali Synodo interfuerunt Patres, totius Provinciæ nomine polliciti fuerint, nihilominus ad majorem nostrum in ipsius universalis Concilii Trid. Canones & Decreta ostendendum animum, præsertim ut ipsius SS. Concilii, & Sum. Pont. Pii IV. fel. rec. mandato, tanquam filii obedientissimi pareamus, omnia & singula ab eodem Concilio

Anno 1569. cilio condita & definita, optimo animo palam recipimus atque amplectimur, & omnibus nostris subditis, tam Clericis quam Laicis, ea observanda exhibere promittimus, & ut ab ipsis executioni mandentur, pro viribus, & quo ad ejus fieri poterit, curabimus. Quod si aliqua difficultas hac in re exorta fuerit, Reverendissimus Metropolitanus consulatur. Quia autem ipsa Oecumenica Tridentina Synodus præcipit, quod si in recipiendis decretis aliquæ difficultates oriantur, de his referatur ad Sanctissimum D. N. ut Provinciarum necessitatibus pro Dei gloria, & Ecclesiæ tranquillitate consulat: Nos in his, quæ ad reformationem pertinent, nonnulla vel addendo, vel explicando, ad Provinciæ nostræ captum & necessitatem accommodavimus, quæ omnia & singula, sanctæ Sedi Apostolicæ, & ipsi Sanctissimo D. N. vel corrigenda vel approbanda subjicientes, rogamus S. suam, ut matura habita deliberatione, Provinciæ nostræ, pront S. S. melius visum fuerit, consulere dignetur.

Sess. XXV. cap. de recip. & obser. decret.

Caput II.

De professione fidei Catholicæ præstanda &c.

Sess. XXV. cap. 2. de Refor.

Et quia supradicta sancta Synodus Tridentina Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus aliis, qui de jure, vel consuetudine in Concilio Provinciali interesse debent, præcipit, ut in ipsa prima Synodo Provinciali post finem ejusdem Tridentini Concilii habenda, non solum ea omnia, & singula, quæ ab ipsa universali Synodo definita, & statuta sunt, palam recipiant: sed & veram obedientiam Summo Romano Pontifici spondeant, & profiteantur: simulque hæreses omnes, a sacris Canonibus & generalibus Conciliis, præsertim vero ab eadem Synodo Tridentina damnatas publice detestentur & anathematizent: idemque in posterum quicunque in Archiepiscopos, Episcoposque promovendi, in prima Synodo Provinciali, in qua ipsi interfuerint, omnino observent, nos omnes a primo usque ad ultimum, qui huic nostræ Provinciali Synodo interfuimus atque subscripsimus, hoc ipsum, juxta sequentem verborum formam præstitimus. Videlicet:

Ego N. omnia & singula, quæ in sacrosanctis universalibus Synodis, præsertim Tridentina, definita & statuta sunt, palam accepto, nec non veram obedientiam Summo Pontifici Romano spondeo & profiteor, simulque hæreses omnes a sacris Canonibus, & generalibus Conciliis, præsertim a prædicta Synodo Tridentina damnatas, publice detestor, & anathematizo.

Caput III.

De eadem in posterum observanda.

Deinde itidem a nostris successoribus in posterum fieri, in prima Synodo Provinciali, cui ipsi interfuerint, dignum & æquum judicavimus.

Caput IV.

De eadem fidei professione in Synodis diœcesanis, & etiam ab omnibus beneficiatis præstanda.

Sess. XXV. cap. 2. de Reform.

Postremo eodem sacri Tridentini Concilii innixi Decreto, omnibus & singulis, qui sive in præsenti habeant, sive in futurum beneficia Ecclesiastica sint habituri, & qui in Synodo Diœcesana convenire debent, ut supra, in ea Synodo, quæ quoque tempore celebrabitur, faciant, & observent, serio mandamus atque injungimus. Quod ut quam citissime fiat, cuilibet Episcopo in sua Diœcesi erit curæ.

curæ. Quapropter ipsam Synodum Diœcesanum quilibet Episcopus non tardabit celebrare. Si qui vero huic Decreto parere neglexerint, secundum sacrorum Canonum formam punientur. *Anno* 1569.

CAPUT V.

Ut hujus atque præcedentium, futurarumque Synodorum statuta observentur.

Cæterum sacrorum etiam Canonum statuta omnia, ac constitutiones Provinciales, tam a nostris prædecessoribus, quam a nobis in præsenti Synodo editas, ab omnibus nostris Provincialibus non solum cognitas esse, sed etiam diligenter observari mandamus. Dicit enim Canon primi Carthag. Concilii: Si quis statuta supergressus corruperit, vel pro nihilo habenda putaverit, si Laicus est, communione, si Clericus est, honore privetur. *C. in his rebus. Dist. XI.*

CAPUT VI.

De Agendario in lucem emittendo, eodemque ab omnibus Parochis omnino observando.

Insuper cum in diversis Colloquiis Provincialibus Salisburgi celebratis, semper fuerit pro necessitate hujus Provinciæ determinatum, atque statutum, ut liber Agendorum hujus Archiepiscopatus, juxta moderni temporis calamitosi necessitatem accommodaretur, eique adderentur, quæ digna & nostris Parochis, atque eorum cooperatoribus, & Vicariis necessaria esse viderentur, præsertim circa Sacramentorum clariorem intelligentiam, ipsorumque administrationis instructionem, & nunc solicitudine nostra opus jam sit perfectum a nobis, ac nostris Coepiscopis, aliisque Prælatis, & reliquis in hac sancta Synodo congregatis perlustrandum, perlegendumque exhibitum, & ab omnibus approbatum, nostris etiam sacerdotibus valde ex usu fore judicatum, ideoque acceptatum: omnibus & singulis nostræ Provinciæ Parochis, Parochorumque cooperatoribus, & Vicariis, & aliis quibuscumque animarum, sive Ecclesiarum quomodocumque curam habentibus, mandamus atque præcipimus, quod in administrandis sanctissimis Sacramentis, & circa ipsorum instructionem, erudiendis populis, atque celebrandis benedictionibus, & id genus aliis exequendis, quæ in nostris Ecclesiis, juxta rerum, sive temporum necessitatem, consueverunt hactenus celebrari: alium modum, vel formam, postquam hic liber in lucem excusus venerit (quod brevi futurum speramus) nolint servare, neque aliam doctrinam populum docere, quæ doctrinæ in hoc ipso libello traditæ sit contraria, vel quomodocumque ab ipsa aliena, sed huic libello in omnibus & per omnia, unumquemque ipsorum se accommodare volumus & sancimus.

CAPUT VII.

Quomodo & quando hæ Constitutiones Synodales quoque loco publicari & promulgari debeant.

Ne autem quis sub prætextu ignorantiæ, transgressionem suam excusare valeat: Ideo statuimus & ordinamus, ut hic Constitutionum nostrarum liber in omnibus Metropolitanæ nostræ ditionis Ecclesiis Cathedralibus sub Episcopi sigillo, aliquo in loco commodo omnibusque parulo legendus exhibeatur, harumque Constitutionum copiæ fide dignæ per manum Notarii publici subscriptæ, in Monasteriis, Ecclesiis quoque collegiatis, & domibus Parochorum, circa unamquamque Ecclesiam Parochialem, infra tres menses post earundem Constitutionum publicationem, habeantur & retineantur impressæ:

Ita

Anno 1569. Ita ut unusquisque & conditionis suæ, dum legerit, recordari & quomodo se gerere debeat, instrui possit.

De Consuetudine.

CONSTITUTIO III.

Caput unicum.

Consuetudinem antiquam hactenus in Ecclesia Catholica observatam, etiam in posterum constanter esse retinendam.

Magna vis est, & non levis auctoritas, in Ecclesia rationabilis ac rectæ Consuetudinis. Nam licet multa in libris non inveniantur Apostolicis, neque in posterioribus scripta Conciliis, nihilominus quia per universam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis Apostolis tradita & commendata, & verbo Dei minime contraria creduntur, Quinimo & consuetudo in particularibus etiam Ecclesiis vim legis obtinuit, ut in his rebus in quibus nihil certi divina statuit scriptura, observationes populi Dei, vel instituta majorum pro lege teneantur: potissimum autem mos illorum, quibus populorum congregatio regenda commissa est. Cum autem nostris temporibus piæ fidelium consuetudines, a quibusdam parum admodum curentur, & Canon dicat ridiculum esse, & satis abominabile dedecus, ut traditiones, quas antiquitus a Patribus suscepimus, patiamur infringi: tanto itaque magis præcipimus & mandamus, ut consuetudines piæ ac Christianæ quæ multis temporibus per nostram Provinciam circa ferias, jejunia, benedictiones, orationes, peregrinationes, cantica, pias recordationes, ac repræsentationes Christi salvatoris nostri actorum & gestorum, quæ suis quibusque & statutis diebus, & temporibus celebrari, observarique solitæ fuerunt, futuris quoque temporibus nequaquam omittantur, sed ita, ut per manus piorum Patrum atque antecessorum nostrorum recepimus, observentur. In Parochos enim Ecclesiarum Parochialium, atque aliarum Rectores, & quoscunque, qui in præmissis negligentes fuerint, Nos, cæterique Provinciæ Episcopi, & suffraganei, meritas pœnas certo statuere, non intermittemus.

C. in his Dist. 2. glos. in c. de cleric. in 6. & in c. ex literis. de consuet. l. de quib. caus. ff de Leg.

De Cæremoniis Ecclesiasticis.

CONSTITUTIO IV.

Caput unicum.

Ut ritus & Cæremoniæ Ecclesiasticæ observentur.

Quoniam Cæremoniæ a Patribus in Ecclesia potissimum sunt institutæ, tum ut mentes simplicium (quæ alias ob tarditatem intellectus difficulter moventur) in Dei cognitionem eleventur, tum ut eorundem, atque aliorum Christianorum corda in commemorationem beneficiorum a divina bonitate collatorum, ac subinde ad pias & utiles cogitationes, gratiarum actiones, & laudes altissimi, aliquo modo veherentur, atque ut ad divina mysteria, non cum levitate, & irreverenter, sed cum aliquali maturitate & majestate accederetur, tum ob alias rationabiles causas, penes sacros Canones, & Doctores sanctos descriptas, quibus Christi fideles ad pietatem excitarentur, illas non abolendas, neque in minimo immutandas, sed syncere & pie, omnique diligentia retinendas, & observandas censemus, atque jubemus: eas præsertim, quæ ab antiquo per nostram Provin-

Provinciam, in qualibet Diœcesi juxta Catholicæ Ecclesiæ traditionem, sunt observatæ. Quales sunt, quæ in Sacramentorum administratione adhiberi consueverunt, quibus adnumeramus, ut templa (velut orationum, & divini cultus, & Sacramentorum officinæ) per loca idonea habeantur, ad quorum ornatum (simul etiam velut divini cultus & promovendæ pietatis instrumenta) in iis signa crucis, aliasque Sanctorum imagines, vexilla, vestes sacras, Altaria, & vasa sacra, conservari & in usu posita esse volumus. Si qua tamen alicubi Cæremoniis ludicra magis, quam seria fuerint admixta, quæ majestatem auferant, & jocum, ac risum potius, quam devotionem excitent, ludumque magis, quam veram repræsentent historiam, illa per Episcopos cum discretione tamen submoveri volumus, atque præcipimus. Insuper statuimus, ut Pastores, & verbi Dei concionatores, quovis tempore, & per omnem occasionem, plebem doceant, quæ per tales Cæremonias mysteria significentur. *Anno* 1569.

De hæreticis, atque eorum libris.

CONSTITUTIO V.

CAPUT I.

Doctrinam, quæ Tridentini, & aliorum Conciliorum generalium sanctionibus adversatur, esse erroneam, ejusque sectatores esse hæreticos, ac pro hæreticis damnandos.

Cum in unaquaque facultate non solum ea, quæ ad ipsius substantiam faciunt, sint perlustranda, verum & quæ illi sunt contraria, ut vitari possint, tanquam nociva, pariter sint inquirenda, atque cognoscenda: ideo & nos perlustratis omnibus Ecclesiæ Catholicæ convenientibus, & saluti nostræ necessariis, operæ precium esse duximus, etiam quæ illis contraria sunt, assignare, ut tanquam saluti nostræ noxia, possint vitari. Contraria autem Christianæ veritati declaramus esse omnia & singula, quæ de Articulis fidei, de septem Sacramentis Ecclesiæ, de sacrificio Missæ, de purgatorio, de Mortuorum suffragiis, de Invocatione, & intercessione sanctorum, de Indulgentiis, de Sanctorum imaginibus, & id genus aliis, aliter docentur, quam sancta Romana & universalis Ecclesia, generalia Concilia (quorum postremum fuit SS. Concilium Tridentinum) docuerunt, docent, prædicant, & observant, nostraque hujus provinciæ decreta præcipiunt. Quapropter universos, qui impia & pestifera dogmata inter alios sparserunt, vel ipsi tenent, docent, prædicant, aut tuentur, vel ejuscemodi faverint, eos tanquam hæreticos homines, & Ecclesiæ Dei pestes devovemus, eorum doctrinam & scripta, non secus quam pestilentissima venena evitanda, a nemine Christiano, & qui iram Dei effugere velit, habenda, legenda, vel quovis modo publicanda esse, cum sacrorum Conciliorum, summorumque Pont. constitutionibus, & Rom. Imperatorum Catholicorum mandatis, sentimus, atque decernimus, talesque præposteros, & a fide Christianæ Ecclesiæ aversos homines etiam a nostræ Provinciæ omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, pro erroneis, hæreticis, cæcorumque ducibus habendos, & reputandos, serio mandamus. Inhibentes atque mandantes ne eorum damnata doctrina, sive publice, sive privatim in nostra Provincia quoquo modo doceatur, vel audiatur, neque illorum quicunque libri legantur, emantur, dono accipiantur, vel quoquo modo venales proponantur, sub pœnis tam in S. Pontificum, & Concilii Tridentini condemnatione, quam Cæsa-

Anno 1569. reæ Majeſtatis fel. rec. Caroli V. ac noſtrorum Prædeceſſorum Archiepiſcoporum, & Coepiſcoporum Salisburgenſis Provinciæ publicatione expreſſis, & comprehenſis.

Caput II.

Nemini vel Clerico, vel Sæculari licere hæretica ſcripta, ſeu libros penes ſe habere, niſi qui ejus rei gratia veniam a ſede Apoſtolica habeat.

Et ſi qui timore Dei poſtpoſito, pœnisque tam ſpiritualibus quam temporalibus ſpretis, atque contemptis, hactenus hujusmodi libros, auſu temerario tenuerint, vel quomodocunque habuerint, & adhuc etiam habent, ut a ſe illos rejiciant, & de perpetrato delicto pœnitentiam agant, ordinamus atque præcipimus. Quod ut fiat ſub eisdem ſupraſcriptis pœnis, & aliis temporalibus a nobis, noſtrisque Coepiſcopis juxta delinquentium protervitatem, & contumaciam imponendis, ac ſuſpicione hæreticæ pravitatis, ſtatuimus & mandamus, ut omnes qualescunque Prælati, Præpoſiti, Decani, Canonici, Parochi, Prædicatores, Eccleſiarum Proviſores, Cooperatores, Beneficiati, Capellani, & quorumcunque ordinum religioſi, ac paſſim quicunque Clerici, Moniales, & utriusque ſexus Laici, & ſæculares, cujuscunque ſint dignitatis, & conditionis, per noſtram Provinciam ubilibet conſtituti, qui absque ſanctæ ſedis Apoſtolicæ licentia, in ſcriptis obtenta, Lutheranorum, Zuinglianorum, Oecolampadianorum, Anabaptiſtarum, Calviniſtarum, Trinitariorum, atque hujus generis omnium aliorum Hæreticorum libros, ſermones, ſcriptave penes ſe habeant, ea omnia infra ſpacium unius menſis, ab inſinuatione hujus noſtri mandati Provincialis legitime computando, noſtris, atque noſtrorum Coepiſcoporum Officialibus, Archidiaconis, aut Commiſſariis noſtris, cum effectu aſſignent, tradant, atque præſentent, nullo eorum penitus reſervato, vel retento. Cuncta enim ſcripta, quæ Deum ad iracundiam provocarent, vel animas violarent, ne in hominum quidem venire aures, jam olim pientiſſimi Imperatores Theodoſius, & Valentinianus AA. prohibuere, publica lege ſancientes, ut ſi quis, vel Epiſcopus vel Clericus nefarias hæreticorum doctrinas ſequeretur, ab Eccleſiis ſacroſanctis ejiciantur, Laici vero hac eadem in culpa deprehenſi, anathematis fulmine percuterentur, juxta etiam hæretica pravitate infectos libros incendi, ac perfectiſſimo interitui mancipari, eos vero, qui tales libros, ſeu ſcripta haberent, & legerent, ultimo ſupplicio affici præceperunt: nec immerito, quemadmodum enim hæretici damnati ſunt ab Eccleſia, ita quoque eorum ſcripta exploſa; quandoquidem, D. Ambroſio teſte, nulla exhibeatur fides Chriſto ab iis, qui evacuant, atque diſtrahunt paſſionem ejus.

C. Sancta Rom. Diſt. XV. C. ad-vocavit Cauſa XXIV. Q. 1.

Caput III.

Quod Epiſcopi debeant habere Corycæos, qui Bibliopolarum aliorumque inferentium libros, inſpiciant, obſervent, & ſuſpectos tollant &c.

Et ne diabolo operante, hujuscemodi infecti libri a perverſis hominibus in hanc noſtram Provinciam venales, ſive alias quomodocunque in poſterum introducantur, unusquisque Epiſcopus curam habebit, non ſolum in civitate ſua Epiſcopali, ſed & in aliis ſuæ Diœceſis locis, aliquos inſtituendi, qui introductos libros antequam a quoquam videantur, ſigillatim perluſtrent, & ſi qui hujusmodi inventi fuerint peſtiferi, introductor condignam luat pœnam, a ſacris Canonibus determinatam, & libri tales igni tradantur.

Caput

Caput IV.

Coryceai indicem vetitorum librorum exacte cognoscant, & juxta ejusdem regulas, prohibita, & iis similia scripta e medio auferant &c.

Hi vero qui ad hoc fuerint deputati, diligenter animadvertere debent, non solum regulas cum Indice librorum vetitorum in sacro Concilio Tridentino editas (quas accurate servari volumus) verum etiam quoscumque alios libros, ab aliis in Indice non contentos post Tridentinum Concilium in lucem emissos, haud segniter esse perlustrandos atque percunctandos: Indies enim a serpente maligno similes suscitantur spiritus, qui non dissimiles emittunt foetus venenosos.

Caput V.

Ut quotannis Typographi & Bibliopolæ, juxta formam superius descriptam, fidei Catholicæ facere teneantur professionem.

Ordinamus quoque ut in singulos annos, juxta formulam superius descriptam, ex Conc. Trid. excerptam, coram ab Ordinariis locorum deputatis omnes nostræ Provinciæ Typographi & Bibliopolæ profiteantur, simulque obedientiam sanctæ Sedi Apostolicæ, cum renunciatione & abnegatione omnium hæresum polliceri teneantur. Quod ut nunc post hujus nostræ Provincialis Synodi tractationem præstare incipiant, Episcopi locorum curabunt.

De custodiendis gregibus, ne hæreseos labe inficiantur.

CONSTITUTIO VI.

Caput I.

De diligentia Prælatorum & Parochorum, circa tam clanculariorum, quam manifestorum Hæreticorum inquisitionem, correctionem & extirpationem.

Quia etiam nonnunquam sub specie Religionis, variæ insurgunt sectæ, & conventicula damnosa, quibus erumpentibus, perversissima venena, atque pestiferi errores inter Christi fideles seminantur, ideo præcipimus & mandamus omnibus Prælatis, & Clericis, præsertim autem Ecclesiarum parochialium Rectoribus nostræ Provinciæ, ut diligenter vigilent super greges suos, ne ipsis dormientibus, pseudoprophetæ, & falsi Apostoli, sive superstitiosæ aliquæ Religionum umbræ emergant, hominesque inficiant, quæ, si radices egerint, difficillime eradicari possint. Idcirco quisquis intra limites cujuscunque Parochiæ de hæresi aliqua, errore, vel superstitione, sive jam orta, sive futura, & nova, quomodocunque diffamatus fuerit, Plebanus, sive Rector illius Ecclesiæ, teneatur eundem, sub pœna privationis beneficii sui, & alia arbitraria, statim & recta suo Ordinario denunciare, ut principiis obstari, & ignis dum adhuc in favilla est, extingui, atque populus Christianus a futura perditione tam temporali, quam perpetua custodiri valeat. Hæresi autem notandi sunt, quicunque in fide pertinaciter vacillant, qui se ab Orthodoxa Ecclesia avertunt, qui cum sancta Orthodoxa & Catholica fide pugnantia ingerunt, & docent, aut qui falsam opinionem, contra Christianæ religionis fidem, tuentur: imo & eos, qui vel probabili argumento a Catholicæ Religionis judicio, & tramite detecti fuerint deviare, sub hæreticorum vocabulo censendos, cum his nihil quicquam communicandum. Hæresim enim crimen esse publicum (nam quod in Religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam) in mortem quoque hæreticorum inquisitionem extendi volue- *C. inter hæres. XXIV. Q. 3.*

Anno 1569. re ipsi etiam Piiss. Impp. Gratianus, Valentinianus, atque Theodosius. Quia, si in criminibus (inquiunt) majestatis, licet memoriam accusare defuncti; non immerito & hæreticum debere subire tale judicium, & longe gravius esse, æternam, quam temporalem offendere majestatem.

Caput II.

De observandis iis, qui ex locis suspectis adveniunt, & conventiculis vitandis.

Eos quoque observare debent Parochi, qui ex hæreticorum locis, sive de hæresi suspectis veniunt, singulorumque dicta & facta animadvertant, ac de eorum vita, consuetudine, & ratione cognoscant, & si qua de iis suspicio fuerit, Ordinarium admoneant. Pari modo animadvertere debent Plebani, si in illorum Parochiis occulta conventicula & suspecta, sive in die, sive in nocte, in quibuscumque angulis, fieri cœperint, ut ea statim, sub pœna præmissa, Ordinariis indicent.

Caput III.

Neminem, nisi cui hoc specialiter licitum est, de Religione disputare, seu concionari debere.

L. nemo Cler. C. de sum. Trin. Imperatoris etiam Martiani Augusti legem antiquam, nostris autem temporibus repetere necessariam, amplectentes, prohibemus, ne quisquam cujuscumque conditionis, de fide Christiana, extra scholas universalium studiorum, in nostra Provincia vigentium, publice turbis coadunatis, vel etiam in locis privatis, populo tamen illic conveniente, tractare, neque nisi Ordinarii loci super eo licentia obtenta, disputare conetur. Cui id quoque addimus, ne Laici occulta conventicula in arcibus, domibus, vel in angulis, prædicationis officium sibi illic vendicantes, celebrent. Qua conscientia, *Hebr. XIII.* quo spiritu, audet quis hoc sanctum prædicandi munus sibi usurpare non vocatus, & a superioribus, qui pro suorum subditorum animabus Deo reddere debent rationem, non destinatus? Audiant *Rom. X.* quid dicat Apostolus, Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Abstineant igitur & caveant, & si quispiam deprehensus fuerit, juxta sanctiones Canonicas, severe puniatur. Deus enim qui lux vera est, in angulis non latens, illorum nequitiam, licet occultam, faciet palam.

De magicis artibus, sortilegiis, veneficiis, incantationibus divinationibus, & id genus aliis prohibitis.

CONSTITUTIO VII.

Caput unicum.

Magica insania, hujusque species, studium & sequela prohibentur.

Reprobamus quoque & damnamus omnes divinationes, incantationes, sortilegia, præstigia, artemque magorum, & maleficarum, ac Pythonissarum, quibus decepti homines, bona posse sibi evenire, vel mala vitare, futura prædicere, thesauros absconditos invenire, & id genus alia perficere sibi persuadent. His etiam eos adjicimus, qui credunt verbis quibusdam, quorum formam benedictionem appellant, aut certis characteribus, ligaturis, nodis vel observantiis, aut quibuscumque hujus generis præstigiorum demoniacorum aliis, quæ species sunt Idololatriæ, quibus simplices seducti, putant hisce hominum mentes posse perturbare, hominum & brutorum animalium

lium languores curare, vel eis morbos inducere, corporum figuras immutare, ventis, tempestatibus, fulguribus, aëri, ac mari imperare: statuentes & ordinantes, ut si quispiam talium repertus, ac judicialiter convictus fuerit, juxta Jurium sanctiones, acerrime puniatur. Insuper quod si aliquis Clericus, aut Laicus, talem aliquem repererit, vel sciverit, cujuscumque sexus, vel conditionis hominem Clericum, sive Laicum, hisce erroribus involutum, aut alias demoniacis familiaritatibus, conventionibus, pactionibus, sive confœderationibus esse deditum, Episcopo suo, vel ejus officiali illum patefacere debet; nec est, quod delatoris nomen suspicionemque propterea formidet, cum fides, atque industria ejus, tam laude, quam honestate, ac pariter pietate non careat, cum scelus tale detexerit, & veritatem in lucem deduxerit. Episcopus deinde, depositore non manifestato magna adhibita prudentia atque diligentia, omni cum charitate operam dabit, ut illum lucri faciat, sin minus, juxta Canones procedat. Si vero quispiam talis occultus fuerit, & in confessione sacerdoti duntaxat errorem suum aperuerit, tunc confessor talem, vel tales (si plures fuerint) paterne instruat, qualiter hæc tantummodo illusiones sint demoniacæ, quæ a quocumque vero Christiano alienæ esse debeant, ac subinde adhortetur, ut deinceps ab illis prorsus abstineat: Quod si se facturum pollicitus fuerit, ipsum sacerdos est lucratus: at si illum in viam reducere non poterit, vel is de errore apud alios diffamatus fuerit, eum non absolvat, sed Ordinarium sive ipsius Pœnitentiarium prius consulat, ab eoque auctoritatem illum absolvendi, si pœnituerit accipiat, personam tamen non designando, neque nominando. *A. 1569.*

De Electionibus Episcoporum.

CONSTITUTIO VIII.

CAPUT I.

Qui & quomodo ad Episcopatus dignitatem sint eligendi, sive postulandi.

Quanta diligentia Ecclesiarum Episcopi eligi debeant, officium ipsorum satis demonstrat. Præficiuntur enim curæ animarum, pro quibus Christus mortuus est, preciosissimumque sanguinem suum fudit. Quo factum est, ut majores nostri in eo negocio diu, multumque desudarint, tum etiam Leo, & Anthemius Rom. Impp. ante annos 1100. quemadmodum Episcopus sit eligendus, publica lege, non minus sancte, quam eleganter constituerunt, ut si quemquam ad Episcopatus gradum provehi, Deo autore, contigerit, cum puris hominum mentibus, nuda electionis conscientia, syncero omnium judicio proferendum. Nemo enim (ajunt) gradum sacerdotii, precii venalitate mercetur; quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat æstimetur. Profecto enim quis locus tutus, & quæ causa esse poterit excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis, aut vallum fidei providebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat? Quid denique cautum esse poterit, aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset altaribus imminere profanus ardor avaritiæ, & a sacris adytis repellatur piaculare flagitium: itaque castus, & humilis eligatur: non precio, sed precibus ordinetur Antistes. Si quis vero hanc sanctam, & venerandam Antistitis sedem, pecuniæ interventu subiisse, aut si quis, ut alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepisse detectus fuerat, is ad instar publici criminis, & læsæ maje- *L. si quemquam C. de Episc. & Cler.*

Anno 1569. majestatis, accusatione proposita, a Sacerdotii gradu retrahebatur, neque hos solum deinceps honore privari, sed perpetua quoque infamia damnari, eadem lege decretum fuit, ut eos, quos par facinus coinquinaret, & æquaret, utrosque similis pœna comitaretur. Quare tandem in Concilio Basil. Sessione XII. universale editum est decretum, quod eligentibus normam præscribit, qualiter se ad digne eligendum præparare, qualem virum eligere debeant. Insuper & vias secundum quas electiones ordinari debeant, exponit, sed quia satis exploratum habemus, quod nostris temporibus a regula præscripta, sæpius circa electiones recessum sit, ideo futura pericula, quantum possumus, præcavere volentes, hoc nostra Provinciali Constitutione mandamus, Ut quoties posthac se Actus electionis, sive Episcopalis, sive alicujus alterius prælationis, seu dignitatis electivæ offert, hi, ad quos eligendi Jus pertinet, ante omnia publicas supplicationes, & preces, quibus devote a Deo postuletur, ut neminem permittat ad illam ministerii sedem assumi, nisi quem ipse vocaverit, quemque ad legitimam functionem dono Spiritus sancti accommodaverit, faciant: deinde se dicto Basileensis Concilii decreto per omnia & exacte conforment, nihilque horum, quæ vel ad præparationem, aut personæ eligendæ excussionem, seu etiam viæ procedendi electionem, requiruntur, prætermittant. Nos enim & nostri Coepiscopi totum id quod secus factum fuerit, præsenti hac nostra Constitutione annullamus, reprobamus, suoque effectu carere decernimus. Insuper & ipsi eligentes, qui contrarium fecerint, a divinis sint suspensi per unum mensem ipso facto, beneficioque eligendi ulterius, pro hac vice qua deliquerunt, sint privati. Quod si Commissarii, quos Nos Ordinarii pro dirigendis electionibus ad Ecclesias vacantes mittere solemus, electionibus, quæ contra formam decreti Basileensis fiunt, interfuerint, vel eorum absentiæ affectatæ conniverint, in eos quoque Nos digna pœna animadvertemus.

Caput II.

De omnibus sacris Ordinibus ab Electis sive Postulatis, infra statutum tempus suscipiendis, deque eorundem consecratione.

Statuimus etiam & ordinamus, quod exinde Capitula nostræ Metropoliticæ, atque Ecclesiarum Cathedralium, ad Episcopatus nullum eligant, postulent, vel assumant, nisi sit sacerdos, aut promittat se velle ordines, quos nondum habet, post adeptam Canonicam confirmationem, omnes intra tempus a Jure statutum: deinde consecrationis munus, intra tres menses absque fraude, dilatione, aut tergiversatione suscipere. Quod si non præstiterit, secundum Tridentini Concilii decisionem, puniatur. Consecratio vero si extra curiam Romanam fiat, in Ecclesia, ad quam promotus fuerit, aut in Provincia, si commode fieri poterit, celebretur.

Seß. XXIII. Cap. 2. Decret. de Reform.

De Electionibus minorum utriusque sexus Prælatorum.

CONSTITUTIO IX.

Caput I.

Monasteriis religiosorum vacantibus, quomodo providendum sit de Prælatis.

Cum nostris temporibus usu veniat, quod pleraque Monasteria conventuales non habeant, aut in aliquibus dummodo vacaverint, debitum numerum eorum, qui Canonicam electionem celebrare possent, inve-

inveniri non detur, Ideo statuimus & ordinamus, ne Monasteria vacantia maneant, sed de consensu Ordinarii, electio vel postulatio Prælati, advocatis duobus, vel uno Prælato ejusdem ordinis, Monasteriis sic vacantibus per viam compromissi simplicis, provideatur, & etiam de persona alicujus Presbyteri sæcularis, ita tamen, ut ad postulationem hujusmodi sæcularis Presbyteri, quamdiu religiosus ejusdem ordinis reperiri poterit, non procedatur, neque postulatio rite facta confirmetur ab Ordinario, nisi postulatus habitum Religioni debitum induerit, atque professionem tali ordini competentem, solemniter fecerit. At si sufficientes fuerint & habiles in uno qualicumque Monasterio conventuales, pro eligendo, vel postulando illorum Prælato, tunc capitulum sextum Decreti Reformationis Sess. 25. Concilii Tridentini observabunt, non neglectis etiam quæ in superiori titulo de Electionibus Episcoporum sunt præscripta. *Anno* 1569.

Caput II.

Qualis & quomodo in Prælatam monialem sit eligenda sive postulanda.

In electione vero, sive postulatione uniuscujusque Monasterii Monialium Prælatæ, eadem quoque observabuntur, quæ de Viris conventualibus sunt dicta, nisi quod eis sunt addenda, quæ in sequenti capitulo ejusdem Synodi sunt tradita, quæ sic se habent: Abbatissa, & Priorissa, & quocumque alio nomine Præfecta, vel Præposita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem, laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem Monasterio; ex alio ejusdem ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præest, videatur, ex iis, quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem, recte vixerint, Episcopo, vel alio Superiore consentiente, eligatur. Duobus vero Monasteriis nulla præficiatur. Et, si qua duo, vel plura quocumque modo obtinent; cogantur, uno excepto, intra sex menses, cætera resignare. Post id vero tempus, nisi resignaverint, omnia ipso jure vacent. Is vero, qui electioni præest, Episcopus, sive alius Superior claustra Monasterii non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestellam, vota singularum audiat, vel accipiat. In reliquis serventur singulorum ordinum vel Monasteriorum Constitutiones. *Sess. XXV. Cap. 7. Decret. de Reform.*

De examine Electorum, sive postulatorum in Metropolitanum, sive in Episcopos, ad Sum. Pont. Rom. transmittendo.

CONSTITUTIO X.

Caput I.

Cur sequens examinis forma, Electis vel Postulatis in Metropolitanum, sive Episcopos præscribatur.

Quoniam ob varios diversarum nationum mores, sacrosancta Synodus Tridentina mandavit & statuit, ut in qualibet Provinciali Synodo per Metropolitanum habenda, præscribatur quibusvis ejusdem Provinciæ locis propria examinis, seu inquisitionis aut instructionis faciendæ forma, S. R. P. arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis utilis, atque opportuna esse videbitur: ita tamen, ut cum deinde hoc examen, seu inquisitio de persona promovenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio, ac professione fidei ab eo facta, quamprimum ad S. R. P. omni- *Sess. XXIV. Cap. 1. de Reform.*

Anno 1569. omnino transmittatur: ut ipse S. P. plena totius negocii: ac personarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo, de illis, si idonei per examen, seu per inquisitionem factam, reperti fuerint, Ecclesiis possit utilius providere: nos hanc sequentem formulam a Pio IV. P. M. fel. rec. jam approbatam, & a moderno S. P. Pio V. approbandam, in nostra Provincia semper observandam exhibemus.

Caput II.

Quomodo ad inquisitionem sit procedendum & de testium qualitatibus.

Cum supradictum de aliquo ad Provinciæ nostræ Episcopatum electo, vel postulato, examen erit faciendum, Metropolitanus, sive alius vicinior Episcopus, mandato prius a S. P. accepto, adsistentibus ad minus tribus Prælatis, vel Canonicis, aliisque honoratis Ecclesiasticis personis, notario fideli, probato, ac legitimo pariter præsente, qui de omnibus juridicum conficere possit processum, testes ad hoc vocatos, qui ad minus quatuor probi, graves, docti, & omni exceptione majores esse debent, infrascripto modo juxta singula, quæ in Decreto Concilii Tridentini continentur, & a sacris Canonibus in eo, qui ad Ecclesias Cathedrales sit assumendus, requiruntur, interrogabit. Quod etiam in examine Electi in Metropolitanum, per viciniorem Coepiscopum est observandum.

Interrogationes autem fiant, hæ videlicet.

An natalibus, ætate (annorum enim triginta, nec minus esse debet) moribus, & vita, ac aliis,quæ a sacris Canonibus requiruntur, plene sit præditus. An incommodo, aliquo crimine, vel vitio, quibus jure repelli posse videatur, sit diffamatus, scilicet, An sententias aliquas tutatus sit hæreticas, vel cum hæreticis, ipsorum opinionibus quasi assentiendo, consuetudinem habuerit, vel alias vitam turpem duxerit. *Sess. XXII. cap. 2. de Reform.*

Item an sex mensium spacio in sacro ordine antea fuerit constitutus.

An in universitate studiorum Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel Jure Canonico merito sit promotus, aus publico alicujus Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos approbatus. Si vero nobilis, & in examine habilis ac sufficiens fuerit repertus, similiter admitti poterit.

Si autem Regularis fuerit, a Superioribus suæ Religionis similem fidem de moribus & vita habere debebit.

Caput III.

Testium synceritatem ac fidem, in hoc negocio inquisitionis maxime requiri.

Ipsi autem testes de hujuscemodi ornamentis, qualitatibusve interrogati, quibus promovendus debet esse dotatus: præ oculis Deum habentes, & manibus super pectus positis, syncere, absque fraude respondeant, quomodo hæc ipsa sciant, plane, aperte affirmantes, vel negantes, quod ipsi in conscientia affirmandum vel negandum esse judicaverint. Unde sacra Synodus Tridentina: Prædicti autem omnes, unde instructio, seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter & gratis referre teneantur: alioquin eorum conscientias graviter oneratas esse scient, ac Deum, & superiores suos habebunt ultores.

Caput

CAPUT IV.

Quod Electus, five Postulatus doctrinæ suæ specimen aliquod edere debeat.

His autem peractis, Metropolitanus, sive alius Episcopus quicumque fuerit Examinator, duobus vel tribus adhibitis Theologis, totidemque Juris Canonici peritis, de promovendi aptitudine aliquod faciat periculum, eidem aliquas quæstiones Theologicas, tum etiam Pontificias proponendo, ab ipso discutiendas.

CAPUT V.

De Fidei professione Electi, five Postulati jam Examinati, ab eodem præstanda.

Postremo est Electo, sive Postulato jam examinato, fidei facienda professio, cujus exemplar est quod sequitur, nobis a Sum. Pont. Pio IV. fel. rec. transmissum.

Forma professionis fidei præstandæ ab Electo, sive Postulato, examine completo, coram suo Metropolitano, vel alio Coepiscopo examinatore, ac notario & testibus.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia & singula, quæ in fidei continentur Symbolo, quo sancta Romana Ecclesia utitur in Missa, videlicet:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, & ex patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis: Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum, sed & ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit: Qui cum Patre & filio simul adoratur & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes, & constitutiones, firmissime admitto & amplector.

Item sacram scripturam, juxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto: nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum Patrum, accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere, & proprie Sacramenta novæ legis, a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis (licet non omnia singulis) necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solenni administratione, recipio, & admitto.

Anno 1569. Omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de juſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, & proprium, ac propitiatorium ſacrificium, pro vivis, & defunctis: atque in ſanctiſſimo Evchariſtiæ Sacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter, corpus, & ſanguinem, una cum anima & divinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis, in corpus, & totius ſubſtantiæ vini, in ſanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia Tranſſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie, totum, atque integrum Chriſtum verumque Sacramentum ſumi.

Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animasque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari.

Similiter confiteor, & ſanctos, una cum Chriſto regnantes, venerandos, atque invocandos, eosque orationes pro nobis Deo offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas.

Firmiter quoque aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum ſanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam.

Indulgentiarum etiam poteſtatem a Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo.

Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco: Romanoque Pontifici, beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac juro.

Cætera item omnia a ſacris Canonibus & Oecumenicis Conciliis, ac præcipue a ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo.

Hanc veram, Catholicam fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam, usque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime (Deo adjuvante) retinere & profiteri, atque a meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, me curaturum promitto. Ego idem N. ſpondeo, voveo, ac juro, ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Quibus finitis omnibus, proceſſus per Notarium ſuper his confectus, tectus, & obſignatus, ad ſanctiſſ. Rom. Pont. quam primum erit mittendus.

De Confirmationibus minorum Prælatorum, atque Prælatarum ab Ordinariis præſtandis.

CONSTITUTIO XI.

Caput I.

Electi, ſive Poſtulati, aut præſentati, utriusque ſexus minores Prælati quomodo, & ubi confirmandi ſint.

Cum deprehenderimus in Confirmationibus electionum ſive poſtulationum, aut præſentationum minorum utriusque ſexus Prælatorum,

rum, sæpius negligenter admodum agi: ita ut magis ludus, aut spectaculum aliquod, quam actus Ecclesiasticus videatur exhiberi, majorum nostrorum, a quibus magna in æstimatione tales confirmationes habitæ, & non nisi cum maturitate & severiori tractatu fuerint impensæ, zelum & sanctiones in pristinum usum reducere satagentes, statuimus & ordinamus, quod posthac nullis Electis, vel Postulatis, aut legitime Præsentatis, impendantur Confirmationes, nisi prius, tempore, & loco Confirmationis habendæ, publicatis, & cæteris, quæ infra notantur, observatis. Ea vero publicatio, non solum in eo loco, in quo Electus, vel Postulatus, aut Præsentatus, sive Electa, vel Postulata degit, sed etiam ubi Confirmationis actus celebrandus est, affixione edictorum fiat: ut si quis forte hujusmodi Electis, sive Postulatis, aut Præsentatis quicquam voluerit objicere, ante Confirmationem id possit facere: hoc autem non tam opportunitas, quam necessitas facere jubet. Sancimus præterea, ut duo saltem homines Ecclesiastici bonorum morum, vitæque probatæ, ad loca, in quibus ipsi confirmandi per anni saltem spatium vitam duxerunt, mittantur, qui non solum confirmandis contradicentes, sive opponentes (si qui fuerint) audiant: sed etiam eorum locorum nonnullos circa ea, quæ sequuntur (ubi confirmandorum examinis forma præscribitur) medio juramento, de fide, doctrina, & moribus Confirmandi interrogent, atque examinent, eos præsertim, qui talium noscuntur diuturnam, & intimam habuisse conversationem. Quo facto omnibus authentice descriptis, & in instrumenta redactis, manuque, & sigillo uniuscujusque Amandati corroboratis, negocium totum ad Ordinarios, sive ipsorum Commissarios perferant, vel perferri curent, si quidem illi, casu quodam impediti, hoc agere nequirent. Anno 1569.

Caput II.

De studio, ac diligentia adhibenda in hujusmodi Confirmationibus.

In ipso autem die Confirmationis celebrandæ, Ordinarius, vel ipsius Commissarius, viam, & processum Electionis, sive Postulationis, aut Præsentationis, studiose inquirat, quo Canonice reperto ad indagandam personæ promovendæ habilitatem, sufficientiam, & industriam, non segniter, sed tali cum studio procedat, quale officium, ad quod Electus sive Postulatus, vel Electa aut Postulata confirmari debet, exigit. Quod ut diligenter præstetur, sequentes, primo circa Prælatos admittendos, & confirmandos, deinde circa Prælatas, observabuntur modi, & formæ.

Caput III.

De examine promovendi ante Confirmationem.

Per diem unum atque alterum, juxta Ordinarii, sive ejus Commissarii dispositionem, Electi, sive Postulati, aut Præsentati, coram locorum Ordinariis, sive ipsorum Commissariis, in præsentia ad minus trium virorum Ecclesiasticorum sufficientium, atque intelligentium, in aliqua dignitate constitutorum, privatim in loco separato, debent examinari: Primo circa habilitatem, hoc est, an aliquo detineantur impedimento Canonico, quin possint confirmari.

Secundo de fide, eruditione, conversatione, vitæ morumque honestate, studiose fiat inquisitio. Ad quorum majorem percipiendam informationem, Ordinarii, sive illorum Commissarii, instrumenta in locis promovendorum a suis Amandatis confecta, coram eisdem examinatoribus, ipsis confirmandis e loco examinis interim emissis, legi faciant.

Anno 1569. Tertio examinentur in his (si regulares fuerint) quæ concernunt ipsorum regulas: alias de his, quæ sua concernunt officia: deinde in his, quæ curam respiciunt animarum.

Quibus omnibus peractis, si digni & idonei judicati fuerint Confirmandi, die sequenti, vel alia, ad commoditatem Ordinariorum, sive eorum Commissariorum confirmentur. Si vero quispiam minus aptus ad officium inventus fuerit, infirmetur Electio, sive Postulatio aut Præsentatio, & provideatur Ecclesiæ, vel officio, de alio aptiore, atque magis idoneo.

Approbato itaque Confirmando, sequens adhibebitur modus procedendi.

Caput IV.

De modo procedendi circa Confirmationem: & quale juramentum, fideique professio Confirmando incumbant.

Loci Ordinarius, sive ipsius Commissarius, determinatis, die, loco, & hora confirmationis, per aliquem suum Officialem, omnes Prælatos, Canonicos, Consiliarios (si qui illic pro loci ratione extant) aliosque in dignitatibus constitutos, ad eum Actum convocabit. Quibus tempore jam præfixo congregatis, Ordinarius, sive ipsius Commissarius, per suum notarium, aut alium quendam officialem, universo cœtui proclamabit, Confirmandum ibidem præsentem nomine N. legitime ac canonice in Abbatem, sive Præpositum Ecclesiæ N. Electum, seu Postulatum, aut Præsentatum, bonorum virorum testimonio, deinde prævio examine, juxta Canonum præcepta habilem, idoneum, atque sufficientem esse repertum: dignumque habitum, qui tali Ecclesiæ N. præficiatur. Quamobrem cum Reverendissimus Archiepiscopus, sive Episcopus N. & N. &c. hunc præfatum reverendum Patrem, vel Dominum in Prælatum jam nominatæ Ecclesiæ N. velit confirmare, eos omnes, ut huic Actui intersint, jusserit congregari. Et ut omnibus præsentibus de confirmatione canonicæ Electionis, sive Postulationis, aut Præsentationis, constet, debitisque modis hac in re procedatur, eundem Reverendiss. D. Ordinarium, ejusque Commissarium mandasse, Promovendi, Confirmandique Electionem, sive Postulationem, aut Præsentationem, in omnium adstantium conspectu pro more perlegi: Post hæc legatur Instrumentum.

Perlecto autem hujuscemodi coram omnibus Electionis, sive Postulationis, aut Præsentationis instrumento, Confirmandus ad præstandum juramentum debitum atque præscriptum, a Notario, vel alio ad hoc negocium deputato præsente hujus Actus Promotore ad conspectum Domini Præsidentis, Archiepiscopi scilicet, vel Episcopi, sive utriuslibet Commissarii ducatur.

Quo cum pervenerit, a Præsidente interrogari debet in hunc modum

Dominus Præsidens ad confirmandum.

Vis solitum & consuetum juramentum, atque fidei professionem?

Confirmandus respondere debet.

Reverendissime in Christo pater D. D. &c. (si ipse est Ordinarius, sin autem Commissarius tantum fuerit, dicat) Reverende Domine Commissarie dignissime, volo.

Quo dicto Reverendus Confirmandus, qui hac in re a Promotore erit instruendus, flexis genibus, & manu dextra super librum Evangeliorum extensa, sequens præstabit juramentum, atque fidei professionem.

Fidei

Fidei professio, & juramentum a Confirmando præstandum. *Anno* 1569.

Ego N. Electus, sive Postulatus in Abbatem, sive Præpositum Monasterii, vel Ecclesiæ N. Diœcesis N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet; Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium, Et in unum Dominum nostrum Jesum Christum, filium Dei unigenitum. Et reliqua superius in fine Decimæ Constitutionis contenta: ubi integra ipsius professionis fidei forma traditur. Item & vobis Reverendissimo & Illustrissimo Principi, ac D. D. N. Archiepiscopo Salisburgensi, Apostolicæ Sedis Legato, vel Episcopo N. Domino meo clementissimo, vestrisque successoribus, canonice intrantibus, veram obedientiam spondeo & profiteor: promittens (si Regularis fuerit) regulam N. (si vero non fuerit Regularis) statuta meæ Ecclesiæ N. in me, & meis canonice subjectis, tum etiam antiquas, sanctas, bonas, laudabiles & honestas consuetudines libertatibus, privilegiis, ac juribus Ecclesiasticis non adversantes inviolabiliter observaturum. Non ero in consilio, vel facto, contra vestram personam neque Ecclesiam vobis commissam: Et consilia, quæ audiero, vobis, vel Ecclesiæ vestræ contraria, vobis revelabo: Consilium etiam vestrum nulli pandam: auxilium vobis, contra qualemcunque hominem, quidpiam tentantem adversus vestram personam, vel Ecclesiam vobis commissam (salvo ordine meo in his, quæ ad ipsius justam spectant defensionem) exhibebo. Res quoque & possessiones Ecclesiæ meæ, vel Monasterii, non vendam, non infeudabo, non oppignorabo, neque ullo quovis titulo alienabo, nisi in casibus a jure concessis: Jura Ecclesiæ mihi commendatæ pro posse defendam, & amissa recuperabo: Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia. Deinde jusjurandum adversus omnem simoniam, infra circa finem Constitutionis de modo præsentandi, acceptandi, seu promovendi Clericos ad quævis beneficia Ecclesiastica, præsertim curata, positum, immediate præstabit, mutatis solum mutandis.

Caput V.

De examinati Confirmatione, & literarum Confirmationis exhibitione.

Quibus sic præstitis, Dominus Præsidens eum confirmet, juxta consuetudinem illius Diœcesis, & deinde ipsius confirmationis literas accommodas, eidem confirmato exhibendas quanto citius expediri mandet.

Caput VI.

De inquisitione & examine monialium Electarum, sive Postulatarum in Prælatas.

Si vero Monialis aliqua a suo Monasterio, in quo est professa, canonice, juxta supradicta, in ipsius Prælatam fuerit electa, vel ab alieno postulata: tunc Ordinarius illius Diœcesis, in qua situm est illud Monasterium, Prælata destitutum, antequam eidem Monasterio electam præficiat, sive postulatam, si non personaliter, ad minus per suos Commissarios, Moniales illius Monasterii, in quo electa, sive postulata habitum suscepit, professionemque fecit, & aliquamdiu commorata est, medio juramento, manibus videlicet dextris, ad sinistram pectoris partem, ut fieri assolet, adhibitis, pro eruenda veritate, prius diligenter examinabit circa ætatem, vitam, mores, prudentiam, honestatem, conversationem, industriam, habilitatem, sufficientiam, atque tempus professionis supradictæ monialis, ab ipsis

In

Anno 1569. in Prælatam electæ, ſive ab alio Monaſterio poſtulatæ: Quarum informatione percepta, ſi idonea, & officio par comperta fuerit, examinetur, quo conſtare poſſit, an cæterarum Monialium teſtimonia, hujus aptitudini correſpondeant, nec ne. Quod ſi voto, & exſpectationi ſatisfeciſſe, & idonea, habilis, absque ullo impedimento Canonico, ac ſufficiens reperta fuerit, Monaſterio, a quo electa, ſive poſtulata fuit, præficiatur.

Caput VII.

De juramento cum fidei profeſſione ab ipſis monialibus promovendis præſtando.

Sed antequam confirmetur, fidei profeſſionem & juramentum præſtabit ſupraſcriptum, primo latine, deinde germanice, hoc eſt, in linguam Germanicam verſum, atque translatum. Quo præſtito confirmetur, & confirmationis literæ cum ſubſcriptione & ſigillo Ordinarii, eidem dentur.

Caput VIII.

A quibus, & quomodo Confirmandæ informatio ſumenda.

Hi vero qui propter Electæ ſive Poſtulatæ informationem ſuſcipiendam, non ſolum ipſam, ſed & alias Moniales debent examinare, ſive Epiſcopi fuerint, ſive alii quicunque, juxta ea quæ ſuperius ex Concilio Tridentino dicta ſunt, clauſtra Monaſterii non ingrediantur, ſed ante cancellorum feneſtellas, ſingularum informationes audiant, & accipiant: quibus in locis & promovendæ ſemper erunt confirmandæ, niſi Ordinarius neceſſitate aliqua adductus, expediens arbitrabitur, per ſe vel ſuos Commiſſarios ingredi, pro his tamen rebus peragendis duntaxat, quæ ante dictas feneſtellas cancellorum expediri non poſſunt.

De Renunciationibus dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum.

CONSTITUTIO XII.

Caput unicum.

Ne ulla renunciatio, ſeu reſignatio ſine cauſa canonica fiat, & quomodo fieri, & acceptari debeat.

Renunciationes, Reſignationes, & Dimiſſiones dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, præcipue quibus cura animarum annexa eſt, ſicut apud Patres ſemper, ita apud nos merito debent eſſe odioſæ, neque ſine bona aliqua & canonica cauſa admitti, cum enim inter paſtorem & Eccleſiam, quaſi Matrimonium aliquod ſpirituale contrahatur, tolerari non debet, ut facilis fiat inter eos ſeparatio. Quod ut eo ſtrictius obſervetur, ſtatuimus & ordinamus, ne Renunciationes, ſeu reſignationes dignitatum, & beneficiorum, maxime Curatorum, aliter quam ad manus Ordinariorum, ad quorum officium tam inſtitutiones, quam deſtitutiones jure pertinent, aut ad eorum Officiales, qui ad hoc ab Ordinario habeant mandatum ſpeciale, fiant. Qui tamen etiam reſignationum cauſas primum diligenter examinent, ſi ſint juſtæ: quæ niſi tales ſint, reſignationes non admittantur. Quoties etiam fieri contigerit Reſignationes beneficiorum, quæ de jure Patronatus Laicorum fuerint, Ordinarii non inſtituant, niſi quos Patroni canonice præſentaverint. Volumus etiam quod hujusmodi reſignationes fiant omnino pure, & in nullius

lius favorem, ne magis successiones, quam dimissiones appareant. *Anno* 1569.
Præstet etiam resignans, per se ipsum, aut suum Procuratorem, ad hoc speciale mandatum habentem, juramentum, juxta formam circa finem sequentis Constitutionis descriptam, quod in resignatione nulla illicita, vel de jure prohibita pactio intervenerit. Nolumus etiam, quod pacta & consensus privati Pensionum super Beneficiis resignatis, absque auctoritate sedis Apostolicæ, interveniant, quæ pacta si accesserint, nullam obtineant firmitatem. Quod si resignatio aliqua secus quam statuimus, fiat, ipsa non valeat, & provisio, seu præsentatio, ad eum devolvatur, cui alias de jure proprio, seu communi, aut de consuetudine competit. Si vero renunciatio juste & canonice fuerit facta, pro rata habeatur, atque admittatur, sed ei nulla dabitur possessio, neque confirmatio, quousque fidei uon fecerit professionem, ad finem proximæ Constitutionis positam.

De modo præsentandi, acceptandi, seu promovendi Clericos, ad quævis beneficia Ecclesiastica, præsertim curata.

CONSTITUTIO XIII.

CAPUT I.

De idoneis ad beneficia Ecclesiastica assumendis, ineptisque ad suos Patronos remittendis: & de pœna eorum, qui acceptando præsentatos, magis affectibus, quam conscientia reguntur.

Cum juxta sacrorum Canonum traditiones, ad beneficia Ecclesiastica debeant præsentari, promoveri, vel assumi, qui digni sunt, atque idonei, & quibus vitæ honestas, atque literarum scientia suffragantur, cujus tamen contrarium sæpius fieri non sine magno Ecclesiæ incommodo experimur: Ideo præsentis statuti tenore, omnibus & singulis dignitatum, personatuum, Ecclesiarum, Canonicatuum, atque quorumlibet beneficiorum Ecclesiasticorum Patronis, Collatoribus, & Electoribus, per nostram Provinciam ubivis locorum constitutis mandamus, ut ad beneficia qualiacumque, ad quæ ipsis & eorum cuilibet jus providendi, vel præsentandi competit, quando vacaverint, intra tempora a sacris, præsertim Concilii Tridentini Canonibus statuta, legitimo impedimento cessante, dignas, & idoneas personas præsentent, non attendentes affectionem sanguinis, familiaritatis, lucri vel commodi cujuscumque, sed judicium rectæ rationis, Ecclesiarum profectum, atque salutem animarum, quæ talibus committuntur. Quod ut efficacius fiat, & doli, fraudesque penitus in talibus excludantur, volumus & ordinamus, quod omnes ad quæcumque beneficia præsentati, non instituantur, nisi prius a nostro, cæterorumque Episcoporum nostræ Provinciæ officialibus, eorumque adjunctis, juxta formam a Concilio Tridentino traditam, inferius descriptam, fuerint instar ordinandorum, sufficienter examinati, & idonei reperti, atque propterea admissi. Quod si tales non fuerint, ut beneficiis, ad quæ præsentantur, præesse possint, eos decernimus ad suos Patronos, & Præsentatores, cum denunciatione inhabilitatis suæ remittendos. Qui Patroni, si exinde in tempore ad hoc de jure statuto, alium idoneum Ordinariis non præsentaverint, jure præsentandi, pro illa vice privati sint, Ordinarioque, in cujus Diœcesi beneficium est concessum, de eodem secundum Deum providere liceat. Quod si Capitula, aut singuli Canonici, in conferendis canonicatibus vacantibus se suspectos reddiderint, & magis secundum suos affectus, quam rectum judicium,

Anno 1569. cium, atque Ecclesiarum honorem & utilitatem attendere voluerint, Ordinariorum erit in his etiam pœnali judicio prospicere, ut omnia debito modo & canonice fiant. Si vero ab Ordinariis absque alia præsentatione fuerit providendum, id juxta sacri Concilii Tridentini & præsentis nostræ Synodi sanctiones præstare non negligant, quod ab aliis præstari desiderant: ne omnipotentis Dei iram, & indignationem, sacrorumque canonum pœnam incurrant.

Caput II.

De quorumdam Conciliorum constitutionibus observandis circa præsentatorum acceptationem: & sine causa evidenti, absentiæ alicujus veniam nemini concedendam.

Trident. sess. VII. Cap. 3. de Reform. Præterea etiam animadvertendum est, ne hujuscemodi inferiora beneficia Ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia, personis non solum dignis, & idoneis, sed etiam quæ in loco residere, ac per se ipsos curam exercere valeant, juxta constitutionem Alexandri tertii in Lateranensi Concilio, quæ incipit: Quia nulli &c. & aliam Gregorii decimi in generali Lugdunensi Concilio, quæ incipit: Licet Canon &c. editam, conferantur: aliter autem facta collatio, sive provisio, omnino irritetur: & Ordinarius collatas pœnas constitutionis Concilii generalis, quæ incipit: Grave nimis &c. se noverit incursurum. Quapropter cum Ecclesia a cura animarum non immunis digno committi debeat, talis ad hanc dignitatem persona quæratur, quæ in loco residere, & curam ejus per seipsam valeat exercere, nisi forte de licentia sui Episcopi, vel studio literarum, vel pro aliis honestis causis (dum non ultra tempus a Concilio Tridentino præfixum) contigerit aliquem abesse. Quam nos constitutionem repetentes, volumus eandem stricte observari. Hoc etiam adjicimus, quod si Officiales nostri, atque suffraganeorum nostrorum, aut nosipsi, pro concedenda licentia absentiæ a beneficiis & Ecclesiis curatis, interpellati fuerimus, ea licentia nulli concedatur, nisi audita & approbata causa, propter quam quis credit se merito abesse posse: quæ licentia tamen ultra unum annum nulli concedi debet, nec finito anno in alium annum prorogari, nisi novæ & canonicæ causæ absentiæ emerserint, vel priores adhuc durantes tales sint, quibus Jus commune alias licentiam non denegat.

Caput III.

Nullum Vicarium sine Ordinarii authoritate, vel constituendum vel etiam dimittendum esse.

Quod si causa fuerit perpetua, vel auctoritas major pro absente intervenerit, ita quod necesse fuerit Ecclesiam, & animarum regimen alteri committere, exinde volumus, & ordinamus, quod nullus Vicarius ad aliquam Ecclesiam, seu beneficium curatum, sine consensu Episcopi assumatur, neque etiam destituatur sine consensu ejusdem, in cujus Diœcesi Ecclesia vel beneficium situm fuerit, ita ut si aliquis Pastor Vicarium suum, quem cum authoritate Episcopi assumpsit, amovere voluerit, id fiat ex causa rationabili, coram Ordinario producta, & per cognitionem Ordinarii approbata.

Caput IV.

Pastores non residentes de proventibus Ecclesiarum nihil percipere debere, nisi quod ultra sufficientem Vicariorum sustentationem, & sartorum tectorum conservationem, reliquum fuerit.

Cum autem plerumque contingat pastores non residentes proventus Ecclesiarum cum pecuniis absentiarum, quas vocant, ita extenuare

tenuare, ut laborantibus apud Ecclesias parum admodum relinquatur: cæteri tanquam Vicarii, & Cooperatores, stipem quasi a plebe sibi commissa, & pro Sacramentorum administratione exigere, etiam ab invitis cogantur, qnod utique tolerandum diutius non est: Quare nostris, ac Coepiscoporum, & suffraganeorum nostrorum Officialibus (coram quibus omnes concessiones Ecclesiarum, & beneficiorum, dummodo causæ, de quibus jam mentionem fecimus, adfuerint, fieri volumus) serio committimus, & mandamus, quod in constituendis concessionibus primo omnium id agant, ut Vicario, Cooperariis sacerdotibus, & Capellanis, de proventibus Ecclesiarum, ubi aliunde ipsis provisum non sit, necessaria constituantur: Deinde provideatur ædificiis domorum Parochialium satis, & tunc demum assignetur portio absenti Pastori de reliquo, si quod superfuerit: dummodo ex legitima causa, & cum licentia sui Episcopi, juxta dispositionem Concilii Tridentini, absit, vel abfuerit. *Anno 1569.*

Caput V.

Ad curam animarum non nisi legitimæ ætatis homines, ac jam presbyteros, aut quam primum futuros admitti debere.

Licet sacrosanctum Concilium Tridentinum decreverit, neminem deinceps ad dignitates quascunque quibus animarum cura subest, promovendum esse, nisi qui saltem XXV. suæ ætatis annum attigerit, & in Clericali ordine versatus, doctrina, ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur, juxta Constitutionem Alexandri III. in Concilio Lateranensi promulgatam, quæ incipit: Cum in cunctis &c. nihilominus ad majorem hujus rei explicationem, & nostræ conscientiæ satisfactionem, renovando Decretum præcedentis Synodi Salisburgensis statuimus & ordinamus, ne cuiquam, cujuscumque sit conditionis & dignitatis, Parochialis Ecclesia conferatur, nisi etiam post conditiones a sacro Concilio Tridentino suprascriptas, revera sit sacerdos, vel intra annum a die adeptæ possessionis, sacerdos efficiatur: præsertim cum etiam in alio loco ejusdem capituli dicat eadem sancta Synodus Tridentina, Neminem deinceps, ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipi debere, nisi qui eo ordine sacro sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda aut portio requirit, aut in tali ætate, ut infra tempus a jure, & ab ipsa sancta Synodo statutum, initiari valeat. Quamobrem & Nos iis, qui Parochialibus Ecclesiis, necdum sacris initiati præsunt, mandamus, ut infra spacium sex mensium ab hujus Synodi publicatione, non solum Sacerdotalem suscipiant characterem, sed & Missas celebrent: quod si quispiam negligeret, vel diutius quam decet, sine legitima causa differret, eum immediate illo parochiali beneficio privatum esse, ipsumque beneficium vacare declaramus. *Sess. XXIV. Cap. 12. de Reform.*

Caput VI.

Quomodo Ecclesiis vacantibus sit providendum, & de promovendorum examine ac confirmatione.

Ut autem Parochialium Ecclesiarum vacantium provisio, omnium pectoribus magis insigatur, dignum duximus huic nostræ præsenti constitutioni Tridentini Concilii Decretum hujus rei gratia editum, esse inferendum, quo commodissime docetur, quonam modo hujuscemodi Ecclesiis vacantibus immediate sit providendum, & promovendi a quibus, & quomodo sint examinandi, & confirmandi: Decretum vero est, quod sequitur: Expedit maxime animarum saluti,

Anno 1569. *Seff. XXIV. Cap.* 18. *de Reform.* luti, a dignis atque idoneis Parochis gubernari, id ut diligentius, ac rectius perficiatur, statuit sancta Synodus, ut, cum Parochialis Ecclesiæ vacatio, etiam si cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures administretur, etiam in Ecclesiis Patrimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat, per obitum, vel resignationem, etiam in Curia, seu aliter quomodocumque contigerit, etiam si ipsa Parochialis Ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu privilegii in favorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum: debeat Episcopus statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur. Porro Episcopus & qui jus patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus, ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet. Liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cujuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio. Et si Episcopo, aut Synodo Provinciali, pro regionis more, videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari. Transacto constituto tempore, omnes, qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo, sive, eo impedito, ab ejus Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus non paucioribus, quam tribus: quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur. Examinatores autem singulis annis in diœcesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Adveniente que vacatione cujuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant; indeque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. Sint vero hi examinatores, Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut jure Canonico, vel alii Clerici, seu Regulares, etiam ex ordine mendicantium, aut etiam sæculares, qui ad id videbuntur magis idonei, jurentque omnes ad sancta Dei Evangelia, se quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros. Caveantque ne quidquam prorsus occasione hujus examinis, nec ante, nec post, accipiant: alioquin simoniæ vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrant; a qua absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant; & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non solum coram Deo, sed etiam in Synodo Provinciali, si opus fuerit, rationem reddere teneantur; a qua, si quidem contra officium eos fecisse compertum fuerit, graviter ejus arbitrio puniri possint. Peracto deinde examine renuncientur, quotcumque ab his idonei judicati fuerunt ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis; ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit; atque illi, & non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre. Si vero juris Patronatus Ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopum, & non alium pertineat, is, quem Patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit, Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituatur. Cum vero institutio ab alio, quam ab Episcopo erit facienda; tunc Episcopus solus ex dignis eligat

digno-

digniorem, quem Patronus ei praesentet, ad quem institutio spectat. *Anno* 1569.
Quod si jus Patronatus laicorum fuerit; debeat qui a Patrono praesentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra, examinari, & non, nisi idoneus repertus fuerit, admitti. In omnibusque supradictis casibus, non cuiquam alteri, quam uni ex praedictis examinatis, & ab examinatoribus approbatis juxta praedictam regulam, de Ecclesia provideatur, nec praedictorum examinatorum relationem, quo minus executionem habeat, ulla devolutio, aut appellatio, etiam ad sedem Apostolicam, sive ejusdem sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuncios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita impediat, aut suspendat: alioquin Vicarius, quem Ecclesiae vacanti antea Episcopus arbitrio suo ad tempus deputavit, vel forsan postea deputabit, ab ejus Ecclesiae custodia, & administratione, non amoveatur, donec aut eisdem aut alteri, qui probatus & electus fuerit, ut supra, sit provisum: alias provisiones omnes, seu institutiones, praeter supradictam formam factae, subreptitiae esse censeantur: non obstantibus huic decreto exemptionibus, indultis, privilegiis, praeventionibus, affectionibus, novis provisionibus, indultis concessis quibuscumque universitatibus, etiam ad certam summam, & aliis impedimentis quibuscumque. Si tamen adeo exigui redditus dictae Parochialis fuerint, ut totius hujus examinationis operam non ferant; aut nemo sit, qui se examini quaerat subjicere; aut ob apertas factiones, seu dissidia, quae in aliquibus locis reperiuntur, facile graviores rixae, ac tumultus possint excitari; poterit Ordinarius, si pro sua conscientia cum deputatorum consilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omissa privatum aliud examen, caeteris tamen, ut supra servatis adhibere. Liceebit etiam Synodo Provinciali, si qua in supradictis circa examinationis formam addenda, remittendave esse censuerit, providere.

Caput VII.

De juramento, quo se promovendus a labe Symoniae alienum testari debet.

Postremo ad tollendam omnem Symoniam, quae in collatione, sive praesentatione, aut electione, vel renunciatione, seu qualicumque promotione supradictorum beneficiorum Ecclesiasticorum solet oriri, ordinamus, & sancimus, ne cuiquam per electionem, sive postulationem, aut collationem, vel renunciationem, pro beneficio hujusmodi praesentato, seu quomodocumque promoto, concedatur possessio, neque confirmatio, nisi prius infrascripto jurejurando ab omni labe Symoniae se immunem ostenderit.

Jusjurandum a quocunque ad quodlibet beneficium Ecclesiasticum promovendo praestandum.

Ego N. Electus, vel Postulatus, sive praesentatus, vel quomodocumque provisus, ad beneficium N. juro per haec sancta Dei Evangelia, me non cupiditate, avaritia, vel ocii sectandi studio, beneficium hoc Ecclesiasticum ambivisse, vel expetivisse: multo minus impetrandi ejus causa Patronum, Collatorem, Resignantem &c. aliquo munere, pollicitatione, spe futuri lucri, seu aliquo contractu nominato, vel innominato induxisse, aut corrupisse: neque id ulla alia machinatione, qualem humana calliditas excogitare potest, procurasse, sed ad hoc ipsum beneficium cumprimis spirituali & religionis zelo, & in domo Dei constanti fide, & veritate Catholica inserviendi affectu promotum, & adductum esse, cui beneficio, seu functioni Ecclesiasticae in

Anno 1569. in omnibus, quæ ad eam requiruntur, pro virili, ac rite incumbam; Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta ipſius Evangelia.

Caput VIII.

De fidei & obedientiæ profeſſione ejusdem.

Quo juramento præſtito, Promovendus antequam confirmetur, vel ad beneficii ei oblati poſſeſſionem admittatur, debet coram Ordinario, vel ejus Officiali, fidei profeſſionem facere, obedientiam Summo Pontifici præſtare, & omnes hæreſes publice deteſtari, atque anathematizare, juxta infra ſcriptam verborum formam. Videlicet:

Fidei profeſſio ſub juramento facienda a promoto in Parochum, vel alium quomodocumque beneficiatum.

Ego N. promotus in Parochum (vel quicquid Eccleſiaſticæ conditionis fuerit) Eccleſiæ N. hujus Diœceſis N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo ſancta Romana Eccleſia utitur, videlicet; Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium. Et in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, filium Dei unigenitum. Et reliqua ſuperius in fine decimæ Conſtitutionis contenta, ubi integra ipſius profeſſionis fidei forma traditur. Item: & vobis Reverendiſſimo D. D. N. Archiepiſcopo Salisb. &c. (ſi præſens Ordinarius fuerit, ſin vero alius, ejus loco ſurrogatus fuerit, dicat) & Reverendiſſimo D. D. N. Archiepiſcopo Salisburgenſi &c. Apoſtolicæ ſedis legato: vel Epiſcopo N. Domino meo clementiſſimo, veſtrisque, vel ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus, veram obedientiam ſpondeo & profiteor, promittens me talem pro viribus meis velle exhibere, qualem hoc ipſum requirit beneficium, cujus bona tam mobilia per inventarium mihi conſignanda, quam immobilia, absque Reverendiſſimi Domini mei Ordinarii &c. conſenſu & licentia, non vendam neque impignorabo, aut quocumque titulo alienabo, ſive commutabo. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Caput IX.

De Confirmatione Promoti, & ne Officiales eundem injuſta exactione premant.

Quibus peractis, confirmetur, & literæ confirmationis authenticæ ei exhibeantur: ſed a Notariis, ſcriptoribus, aliisque Epiſcoporum Officialibus & miniſtris, pro omnium opera, ſumptu, ac labore in hujuscemodi literis conficiendis, quibus ejusdem beneficii collatio, confirmatio, inſtitutio, proviſio continentur, Promotus admodum non gravetur. Quod ut fiat, quilibet Epiſcopus in ſua Diœceſi, pro ſimilibus ſuorum Officialium, ac miniſtrorum laboribus, & ſumptibus ſatisfaciendis, aliquod juſtum conſtituet præmium, dum non excedat ſummam a Concilio Tridentino præſcriptam. Si vero a ſancta Sede, vel ab Apoſtolicis legatis, ſive Nunciis quispiam legitime, & absque fraude tali aliquo proviſus fuerit beneficio, poſt ſubſcriptam fidei profeſſionem, ſine alia mora ei dabitur poſſeſſio.

De

De pluralitate beneficiorum.

Anno 1569.

CONSTITUTIO XIV.

Caput I.

Ut ex pluribus beneficiis unum retineatur: vel cæterorum tituli, jura & dispensationes Ordinariis pro ampliori deliberatione edantur.

Quandoquidem fine gravi Ecclesiarum detrimento accidere non solet, ut aliquis plura, quam unum (maxime si curata sint) occupet beneficia: Ideo Decretum superioris Synodi Salisburgensis renovando præcipimus & mandamus, ut omnes & singuli cujuscumque sint conditionis, & præeminentiæ, Prælati Presbyteri & Clerici, qui plura obtinent, & actu, maxime incompatibilia, habent beneficia, unum duntaxat ex his, quod optaverint retineant, alia vero in spacio sex mensium a publicatione horum statutorum Provincialium computando canonico modo dimittant, nisi a sede Apostolica legitimam dispensationem obtinuerint. Quod si putaverint se omnia illa de Jure communi, vel speciali retinere posse, tunc his omnibus, qui illius spei, vel opinionis fuerint, sub pœna privationis injungimus, ut in dicto spacio sex mensium suis quilibet Ordinariis, vel illorum Vicariis aut Officialibus generalibus titulos suorum beneficiorum, jura quoque & dispensationes super his obtentas edant, atque ostendant, ad quorum examinationem postea super retentione vel dimissione hujusmodi beneficiorum agetur, quod canonicum & justum fuerit, quamvis sanctæ Synodi Tridentini Decretum hac de re editum, satis sit clarum, videlicet:

Caput II.

Plura beneficia contra Canones impetrata, ac retenta, cadere in privationem.

Quicumque de cætero plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine & titulo, contra formam sacrorum Canonum, & præsertim constitutionis Innocentii tertii, quæ incipit: De multa &c. recipere, ac simul retinere præsumpserit; beneficiis ipsis, juxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso jure, etiam præsentis canonis vigore, privatus existat.

Trid. Sess. VII. Cap. 4. de Reform.

Caput III.

Quomodo subveniendum his, quibus exiguum accidit beneficium.

Cum autem beneficia Ecclesiastica non sint æqualiter dotata, & nonnunquam aliqua tam exilia, quod eorum proventus ad debitam sustentationem unius sacerdotis non sufficiant, qui forsitan defectus nonnunquam occasionem dedit, plura conquirendi beneficia: Idcirco ne bovi trituranti obturetur os, & cuilibet Clerico pro modulo suæ dignitatis & conditionis competens assignetur sustentationis portio, Nos atque alii Ordinarii, postquam in proxima per nos instituenda visitatione, de præmissis inquisitionem diligentem fecerimus, debitis & canonicis modis, & in quantum auctoritas nostra se extendit, honeste providebimus. Ad hoc vero institutum, voluimus Decretum sacri Concilii Tridentini ea de re juxta antiquos Canones editum, in medium adducere, quod sic se habet.

Caput

Anno 1569.

Caput IV.

Decretum de Pluralitate beneficiorum tollenda.

Trident. Sess. XXIV. Cap. 17. de Reform. Cum Ecclesiasticus Ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum; sancte sacris canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Ecclesiis conscribi. Verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu, se ipsos non Deum decipientes, ea quæ bene constituta sunt, variis artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt: Sancta Synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præsenti decreto, quod in quibuscumque personis, quocumque titulo, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, mandat observari, statuit: ut in posterum unum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur, honeste sustentandam non sufficiat; licet nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferre. Hæcque non modo ad cathedrales Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia tam sæcularia, quam regularia quæcumque, etiam commendata, pertineant, cujuscumque tituli, ac qualitatis existant. Illi vero, qui in præsenti plures Parochiales Ecclesias, aut unam cathedralem, & aliam Parochialem obtinent, cogantur omnino, quibuscumque dispensationibus ac unionibus ad vitam non obstantibus, una tantum Parochiali, vel sola cathedrali retenta, alias Parochiales, infra spacium sex mensium dimittere: alioquin tam Parochiales, quam beneficia omnia, quæ obtinent, ipso jure vacare censeantur; ac tanquam vacantia libere aliis idoneis conferantur; nec ipsi antea illa obtinentes, tuta conscientia, fructus post dictum tempus retineant. Optat autem sancta Synodus, ut resignantium necessitatibus commoda aliqua ratione, prout summo Pontifici videbitur, provideatur.

De assumendis ab Episcopis, sive aliis minoribus Prælatis, Coadjutoribus.

CONSTITUTIO XV.

Caput unicum.

Ne Prælati Coadjutores sibi cooptent, nisi forte aliquis per accidens aliquod fit redditus ad functionem inhabilis: & hoc casu qui & quomodo sint cooptandi.

Optandum esset, quod Prælati omnes erga suas Ecclesias ea ducerentur affectione, qua in suos cognatos plerumque rapiuntur, sed (proh dolor) multi sunt, qui magis quæ sua sunt, & carnis, quam *Luc. C. XVI.* Jesu Christi promovere curent. De quibus recte dicit Christus, filios hujus sæculi prudentiores esse filiis lucis, in generatione sua. Nonnulli enim sub colore pietatis & auxilii, simulato desiderio suis Ecclesiis subveniendis, sibi dari procurant successores, quos nominant coadjutores, non quod illorum indigeant opera, sed ut eis suas relinquant Prælaturas, tanquam hæreditarias. Id quod hujus sæculi *Rom. C. VIII.* homines forte prudenter factum existimant, cum Paulus Apostolus ejusmodi conatus prudentiam carnis vocet, qua, cum mors ipsa sit, anima occidatur: quare coram Deo stultitia est talis prudentia, & abominabilis iniquitas. Huic itaque malo volentes occurrere, ordinamus & statuimus, ne in posterum in hac nostra Provincia, aliqua hujusmodi admittatur coadjutoris Electio, sive Postulatio, nisi Prælatus, qui Coadjutorem petit, regularis non fuerit, & ad suo satisfaciendum officio inhabilis effectus sit, utpote senio admodum confectus,

ctus, vel contractus, sive valetudinarius, & viribus mentis, vel corporis destitutus, aut in maximis, utilibus, atque necessariis suæ Ecclesiæ diuturnis negociis, præcipue spiritualibus occupatus, ipsius tamen causa (si Episcopus fuerit) a sede Apostolica (sed si alius minor extiterit) a suo Ordinario, rationabiliter approbata, dummodo non sit cum futura successione (*) Proinde talis Electio, seu Postulatio penes capitulum illius Prælaturæ, vel Dominum, qui de Jure Patronatus, ordinarie, cum vacat, quemlibet idoneum habet præsentandi potestatem, manere debet libera, tandem ab eo, ad quem spectat confirmatio, approbanda, atque confirmanda est. At si quis Prælatus regularis fuerit, & Coadjutorem postulaverit, nullus ei omnino est concedendus: sed si inhabilis & impar officio fuerit, ab eo liberetur, atque removeatur, & alius illo aptior substituatur: ita tamen ut remoti, juxta ipsius merita, congruens habeatur ratio. *Anno 1569.*

De vita, qualitatibus, & officio Episcoporum, atque cæterorum Prælatorum.

CONSTITUTIO XVI.

CAPUT I.

Quibus dotibus præditi esse debeant Episcopi, cæterique Prælati.

Si unquam Pastoribus, præsertim Episcopis, qui inter Pastores, Apostolorum vice, primatum tenent, opus fuit ea pectori infigere, quæ ipsis competunt, atque de jure divino conveniunt, nunc in istis calamitosis ac turbulentissimis temporibus est pernecessarium. Duo autem potissimum spectare videntur ad Episcopum, seu alium quemcumque Prælatum, quorum alterum ad mores & doctrinam, alterum vero ad functionis solicitudinem spectat: utrumque a D. Paulo Apostolo præscriptum extat. Primo siquidem Episcopum, seu Prælatum oportet esse irreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, continentem, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, non superbum, non iracundum, sed modestum, non litigiosum, sed benignum, non turpis lucri cupidum, sed justum, sanctum, & amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere &c. Deinde ut curam animarum pervigilem geraut, & non solum sibi ipsis, sed & universo gregi in quo Spiritus sanctus eos posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, attendant. Quod si non præstiterint, summo Pastori Christo, & rationem, & pœnas daturi sunt, testante eodem Apostolo, cum subditos ad obedientiam hortatus, ait: Præpositos rationem pro animabus subditorum olim reddere oportere. Cura autem, qua Pastores fungi debent, & Prælati, non est tyrannidem in subditos exercere, vel cum tumore eis imperare, ipsorum bona inique usurpare; sed Dei pabulo pascere, in necessitatibus, etiam corporalibus, subvenire, captivos redimere, tumultuosos in lenitate spiritus corrigere, ignorantes instruere, devios atque dispersos conquirere, & ad viam salutis reducere, hallucinantes dirigendo a rugientis leonis voragine tueri & defendere, a falsis, pestiferisque doctrinis immunes conservare, & id genus alia, quæ diligentioribus cognita

I. Timoth. Cap. 3. — *Actor. c. XX.* — *Hebr. Cap. XIII.*

(*) *Metropolitæ Salisburgenses Suffraganeorum suorum Sedes cathedrales elargiuntur veteri Jure, quin causæ cognitio, aut approbatio ab Apostolica Sede requiratur. De quo uberius in Prolegomenis.*

Anno 1569. gnita esse debent. Ii enim quam maxime caveant Ezechielis Prophetæ, imo Dei ultoris, comminationes, dicentis: Væ Pastoribus, qui pascunt semetipsos: nonne greges a Pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum non alligastis, quod abjectum non reduxistis, & quod perierat non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset Pastor: & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Erraverunt greges mei in cunctis montibus, & in universo colle excelso, & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat, inquam, qui requireret. Propterea Pastores audite verbum Domini: Pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium bestiarum agri (neque enim quæsierunt Pastores mei gregem meum, sed pascebant Pastores semetipsos, & greges meos non pascebant) ecce ego ipse super Pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius Pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam. Quare unusquisque nostrum hæc ipsa quam diligentissime animadvertet, ne coram divina justitia summo Pastore Christo Jesu infidelis inveniatur minister.

Ezech. C. XXXIV.

Caput II.

De officio Episcopi ejusque Vicario.

Porro quoniam perversa sunt in quæ incidimus tempora, & homines ad omne malum procliviores, ideo necessarium est, ut ea, quæ sunt Episcopalis functionis, eo diligentius exerceantur. Verum enimvero cum crebro accidat, ut & Nos, vel Coepiscoporum nostrorum quispiam gravissimis occupationibus detenti, in muneris nostri continuatione, ceu per interruptionem quandam inevitabili modo præpediamur, distrahamurque: ideo ne quid inde sequatur detrimenti, quod ad Nos attinet, diligenter providebimus, cæteris vero & inprimis illis nostris Coepiscopis, quorum Dioeceses paulo amplius extenduntur, mandamus, atque adeo hortamur, ut dispositiones Innocentii tertii, & quæ habentur in C. Quoniam, & in C. Inter cætera. De off. ord. stricte atque exacte custodiantur. Ita quod vel Episcopi ea, quæ sunt Pontificalis ordinis, per se ipsos exequantur, aut a tempore publicationis horum statutorum, infra sex menses aliquem ex Episcopis constituant suum in Pontificalibus Vicarium, cui pro dignitate Episcopali ita provideant largiter, ne pro impartiendis Sacramentis, aliisque Juribus Pontificalibus exactiones populares imponere, sit necesse, ne spiritualia venalia habere judicentur, salvis tamen procurationibus honestis, atque debitis, juxta C. cum sit Romana. de Symo. & juxta formam Concilii Tridentini.

Caput III.

Episcopum qui concionari non potest, aptos Concionatores, & alios quo cætera ministeria rite exequantur, justo stipendio alere debere.

Simili modo sancimus, & volumus, ut illi, qui donum prædicationis non habent, viros idoneos ad tam sanctum, & inprimis necessarium officium salubriter exequendum, quanto citius assumant, potentes in opere, & sermone, qui plebes sibi commissas, vice ipsorum solicite visitent, easque non minus exemplo quam verbo ædificent. Et quia Episcopis in audiendis confessionibus, injungendis pœnitentiis,

tiis, cæterisque ad salutem animarum pertinentibus, eos cooperari oportet, æquissimum est, ut condigna ferant præmia, & ad necessitatem victus nihil illis desit. *Anno 1569.*

Caput IV.

Episcopos vigilantes, & circumspectos esse debere.

Neque tamen hoc quisquam eo decretum esse arbitretur, quod Nobis Episcopis interim utramvis in aurem ociose dormiendum putemus: imo pro viribus quisque studere debet, ut ovium exactam habeat notitiam & curam: sed & præcipue Cooperatoris (per quem oves juxta reguntur) fidem & diligentiam exploret, & in eo valde oculatus sit, ut suum quisque munus fideliter in Ecclesiis exequatur. Cum etenim omnes oves nosse supra vires nostras sit, compastores tamen, & in opere Dei Coadjutores nostros convenit nosse, ut sciamus, quomodo præsint, quomodo doceant, quomodo traditiones, & ritus Ecclesiæ servent, quomodo vivant, ædificentne, an corrumpant gregem.

Caput V.

Decretum exhortatorium ad Episcopos, quibus præscribitur modus & forma vivendi.

Sess. XXV. Cap. 1. de Reform. Et ut omnia suprascripta nobis sint magis cordi & curæ, dignum judicavimus, sanctissimum sacri Concilii Tridentini admonitorium Decretum, nostri, aliorumque Episcoporum & Prælatorum causa editum, hic quoque annotandum esse, quod est tale, videlicet: Optandum est, ut ii, qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sint partes, agnoscant, ac se non ad propria commoda, non ad divitias, aut luxum, sed ad labores, & solicitudines, pro Dei gloria vocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamque facilius inflammandos, si Præpositos suos viderint non ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes. Hæc cum ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam præcipua esse sancta Synodus animadvertat, admonet Episcopos omnes, ut secum ea sæpe meditantes, factis etiam ipsis, ac vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes ostendant: inprimis vero ita mores suos omnes componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, sanctæ humilitatis exempla petere possint. Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi non solum jubet, ut Episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota ejus domo caveant, ne quid appareat, quod a sancto suo instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ se ferat. Omnino vero eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ, consanguineos, familiaresve suos augere opibus studeant: cum & Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent: sed, si pauperes sint, iis, ut pauperibus, distribuant, eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa: imo quam maxime potest, eos sancta Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant. Quæ vero de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque beneficia Ecclesiastica, tam sæcularia, quam Regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione observare, sed & ad sanctæ Roma-

Anno 1569. Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit: quorum consilio apud sanctissimum Romanum Pontificem, cum universalis Ecclesiæ administratio nitatur, nefas videri potest, non iis etiam virtutum insignibus, ac vivendi disciplina eos fulgere, quæ merito omnium in se oculos convertant.

Caput VI.

Episcopos ea negotia, quibus ipsi interesse non possunt, gravibus & bonæ existimationis Viris demandare debere.

Hoc unum postremo etiam monendum, & ab Episcopis est quam diligentissime animadvertendum, quod aliquando diversis Ecclesiasticis causis emergentibus, ipsi personaliter negotiis præesse cum non possint, ita ut aliis, in quibusdam actionibus, vices suas committere cogantur, ne authoritatem suam, juxta præcedentis Salisburgensis Synodi, atque omnium aliorum canonum, Juriumque sanctiones, alii quam Ecclesiastico homini probo, ac sufficienti rem committant, ordinamus atque præcipimus: unde & ultima Coloniensis Synodus sancit & statuit, ut Episcopi, qui functionem munerum suorum non per se, sed per ministros, aut Commissarios seu collectores, solent obire, vices suas non committant hominibus levibus, vitiosis, nec etiam conjugatis: sed tantum Ecclesiasticis gravibus, & probatæ opinionis viris. Idem fere & Moguntina. Turpe est enim (ut bene alias annotatum est) Clericos sive actiones Ecclesiasticas Laicorum subire debere judicium.

De residentia Episcoporum, aliorumque minorum Prælatorum & Pastorum omnium, ac beneficia Ecclesiastica quomodolibet habentium.

CONSTITUTIO XVII.

Caput I.

Ecclesiarum Rectorum residentiam omnibus modis esse necessariam: venia autem absentiæ quousque sit concedenda.

Quanta sit ovibus necessaria proprii Pastoris præsentia, nullus sanæ mentis est qui ambigat, cum veritas ipsa summus omnium Pastor Christus, duplici ratione insinuaverit, tum quia alienum oves non sequuntur, sed ab eo fugiunt, eo quod ejus vocem non cognoscunt, tum quia mercenarius, & qui non est Pastor, cujus non sunt oves propriæ, videns lupum venientem, dimittit oves, & fugit, & lupus rapit, atque dispergit, mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus: sed verus Pastor, cujus sunt oves propriæ, a suis ovibus cognoscitur vere, & ejus vocem oves audiunt: Et quum eas emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia vocem ejus sciunt: & quum lupus venit, se opponit, & vitam ponit pro ovibus suis. Quapropter non immerito omnes leges Ecclesiasticæ, omnia Jura canonica sanxerunt & sanciunt, clamaverunt & clamant: Pastores suis ovibus a Deo commissis debere residendo præesse, ut cognita earum necessitate, eis, cum opus esse viderint, possint prodesse, & animas suas pro ipsis ponere. Ideo & sacrosanctum optime ait Concilium Tridentinum: Cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bono-

Joan. Cap. X.

Sess. XXIII. Cap. 1. de Reformat. & Sess. VI. de Reformat.

bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum aliarum- *Anno 1569.*
que miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia Pastoralia incumbere; quæ omnia nequaquam ab his præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt; sacrosancta Synodus eos admonet, & hortatur, ut divinorum præceptorum memores, factique forma gregis, in judicio, & veritate pascant, & regant. Unde &
Tom. II. D. Gregorius: Qui regimen animarum suscipit, hunc censura Eccle-
Expl. 5. in 1. Reg. C. 14. siastica susceptum gregem deserere, & remotæ vitæ otiis vacare non sinit. Quod cum a multis haud parum fuerit neglectum, lac ab eis tantum mulgendo, lanamque detondendo, & avaris mercenariis (utinam nec lupis quandoque) curam illarum committendo: hinc factum, ut plurimæ interierint, aliæ a lupis raptæ, aliæ dispersæ, aliæ præ timore, partim in cavernis, partim densissima inter arbusta absconditæ. Qua de causa sacrosanctum Oecumenicum Tridentinum Concilium a spiritu sancto edoctum, ut uniuscujusque Pastoris ovibus consuleret, omnibus sub reatu peccati mortalis, & diversis temporalibus pœnis, (vilescente spirituali pœna, & conscientia parum firma) mandavit Pastoribus, Episcopis, ac reliquis cujuscumque conditionis animarum curam habentibus, ut in propria residentia maneant, hoc est, semper præsentes adsint, nec usquam a caulis ovium Christianarum discedant, nisi hoc urgentissimæ & inevitabiles causæ fieri jubeant, quibus nimirum vel grave damnum avertitur, vel maxima utilitas Ecclesiæ accedere potest: ita tamen, si Episcopus fuerit, ut evidens illa causa, vel summo Pontifici, vel Metropolitano, vel ei, qui hujus locum tenet antiquiorem, innotescat, & approbetur: nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & Reip. officium Episcopatibus adjunctum, cujus causæ sunt notoriæ, & interdum repentinæ, ne eas quidem Metropolitano, vel ejus locum tenenti significare tenebitur. Meminerint tamen discessuri, ita ovibus suis providendum, ut quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum canonum sententia non videntur abesse, qui statim sunt reversuri: sacrosancta Synodus Tridentina decernit, illud absentiæ spatium singulis annis, sive continuum, sive interruptum, extra prædictas causas, nullo pacto debere duos, aut ad summum tres menses excedere: & haberi rationem, ut id æqua ex causa fiat, & absque ullo gregis detrimento, Quos etiam admonet, & in Domino hortatur, ne per illius temporis spatium, Dominici Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, item & Corporis Christi diebus, quibus refici maxime, & in Domino gaudere Pastoris præsentia oves debeant, ipsi ab Ecclesia sua Cathedrali ullo pacto absint, nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos alio vocent. Si vero quempiam, qui Episcopus non fuerit, sed alius inferior Prælatus, vel quomodocumque curam animarum habens, vel exercens, abesse contingeret, ejus absentiæ legitimam & gravem causam per Episcopum suum debere ante discessum cognosci, ac in scriptis probari. Cui tamen ultra bimestre tempus abesse minime conceditur. Interim admonetur, ut Vicarium idoneum, ab Ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquat, Ideo ut non solum sanctissimis Conciliorum, Tridentini præcipue sanctionibus satisfiat, & pœnæ, hujus rei causa determinatæ, subterfugiantur, sed & Nos summo Pastori Christo ut pareamus, conscientiæ, officio, ac ovium nobis commissarum saluti consulamus, per præsens Decretum mandamus, atque præcipimus omnibus & singulis, præsentibus & futuris nostris

Anno 1569. Coepiscopis & Suffraganeis, Abbatibus, Præpositis, Decanis, Parochis, cæterisque omnibus curam animarum gerentibus, ne sub pœnis a sacro Concilio Tridentino assignatis, quisquam nisi juxta ipsius Concilii concessionem, a sua Ecclesia se absentare audeat.

Caput II.

Canonicis, qui in suis Ecclesiis dignitates, & officia gerunt, præcipitur continua residentia.

Sunt & alii, qui in Ecclesiis tam collegiatis, quam Cathedralibus, licet Præpositi non sint, sive Decani, neque animarum curis dotati, aliis tamen titulis & officiis cum emolumentis insigniti, Scholastici scilicet, Custodes, & Cantores, qui pro suis officiis non minus quam Præpositi & Decani residere debent, cum constet (ut optime annotavit sancta Synodus Moguntina) harum dignitatum officia, Majores nostros ideo in Ecclesiis instituisse, ut essent, qui disciplinam Ecclesiasticam, tanquam Inspectores & moderatores conservarent. Jam vero videmus, ea ab iis occupari, qui dignitatum titulos tantum gerunt, & emolumentis gaudent, & tamen ab Ecclesiis suis absunt, nihil minus quam vocationibus suis respondentes. Quare statuimus, ut posthac omnes qui in Ecclesiis Cathedralibus vel collegiatis, non solum Præpositorum, vel Decanorum, sed etiam Scholasticorum vel Custodum, aut Cantorum dignitatibus (quatenus hæ ad nostram, aut comprovincialium nostrorum pertinent dispositionem) jam potiuntur, aut in posterum sunt potituri, præsentes suis Ecclesiis utilem & nomine dignam operam præstent: non absentes, fructus tantum auferant: neque liceat cuiquam absenti ullam harum dignitatum gerere, sed quisque tali titulo insignitus, suæ Ecclesiæ non absens, neque conducta aliorum opera, sed residendo præsens ipse inserviat.

Synod. Moguntт. C. 71.

Caput III.

De residentia, officio, ac diligentia beneficiatorum.

Alii vero sunt beneficiati, Ecclesiasticis redditibus fruentes, qui licet nullo peculiari officio in Ecclesiis præfulgeant, neque curam animarum habeant, illis tamen Ecclesiis, vel Capellis, quarum fructus, vel fructuum partem annuatim accipiunt, quotidie in Psalmis, Hymnis & Canticis Deum laudando, vel sacra faciendo, inservire, devotisque illorum locorum populis in spiritualibus, & temporalibus, præsertim pauperibus prodesse, & pro illorum animabus, qui suis beneficiis, vel Ecclesiis annuos reliquerunt redditus, vel quomodocumque aliis donis illas Ecclesias, vel beneficia dotaverunt, coram divina bonitate preces effundere teneantur. Non enim gratis, neque ut eis ipsi futuri beneficiati abuterentur, illa in sua tantum commoda trahentes, tot tantique utriusque sexus pii homines, his ipsis Ecclesias & Capellas infinitis dotarunt bonis, & proventibus. Nos pias eorum mentes iri defraudatum nolentes (cum ea bona ex illorum medullis, & sudore pauperum constent) sed cultui divino, beneficiatorumque saluti consulere volentes, mandamus & præcipimus omnibus & singulis beneficia Ecclesiastica personalem residentiam de jure, sive consuetudine exigentia, in titulum sive in commendam obtinentibus, ut juxta antiqua, & sacri Concilii Tridentini Decreta absque tergiversatione in locis suorum beneficiorum resideant: Neque volumus authoritate ejusdem Concilii Tridentini, privilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis, alicui suffragari.

Caput IV.

Indulgentias rationabiles firmas manere, interim tamen curam animarum negligi non debere.

Indulgentiis vero, & dispensationibus temporalibus, ex veris, & rationabilibus causis tantum concessis, & coram Ordinario legitime probandis in suo robore permansuris, quibus casibus nihilominus officium sit Episcoporum, tanquam in hac parte a sede Apostolica delegatorum, providere, ut per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur: nemini, quoad hoc, privilegio, seu exemptione quacumque suffragante.

ADMONITIO.

De tempore Canonicis ad residendum præscripto.

De tempore Canonicis ad residendum præscripto.

De Canonicorum residentia, ut Ecclesiæ suæ ministerio jugiter deserviisse recte censeantur, decernit Concilium Tridentinum, eos saltem oportere per novem menses resedisse; ita quippe illud Sess. XXIII. Cap. I. de Reformat.: Quoniam autem, qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum canonum sententia non videntur abesse, quia statim reversuri sunt, sacrosancta Synodus vult, illud absentiæ spatium singulis annis, sive continuum, sive interruptum, extra prædictas causas, nullo pacto debere duos, aut ad summum tres menses excedere. *Item Sess. XXIV. Cap.* 12. *de Reformat.* Obtinentibus in eisdem cathedralibus, aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt. *Causas legitimas excusantis. a residentia canonicum has adfert Concilium Tridentinum Sess. XXIII. Cap.* 1. *de Reformat. nempe: Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ vel Reipublicæ utilitas. Ad quas causas etiam revocantur: si quis absit ob corporis infirmitatem, vel quamcunque violente illatam detentionem: qui item boni publici causa docent in Universitate Theologiam, aut eidem student, qui denique Episcopo adsistunt, & obsequium præstant in Ecclesiæ utilitatem, quemadmodum Honorius III. Papa concessit Episcopo Meldensi duos canonicos ad latus, eidemque pro Ecclesiæ bono deservientes.* Cap. Ad audientiam de Clericis non residentibus. *Interim dum Concilium Tridentinum residentiæ tempus non tantum adstrinxit ad novem menses, sed etiam probavit consuetudines illorum capitulorum, absentiæ minus trium mensium spatio tribuentium, procuderunt Capitula quæpiam cum suis Episcopis novas Constitutiones, quæ residentiæ tempus longe infra novem menses, nempe ad quadrimestre duntaxat avocarunt; quod hodie passim obtinet in Germaniæ Capitulis.*

De Episcoporum Vicariis, sive Officialibus generalibus, atque eorum Assessoribus.

CONSTITUTIO XVIII.

Caput I.

Qui ad Officialatus, seu Vicariatus generalis dignitates, ac munera, sint adsciscendi.

Varia rerum, & controversiarum negocia, quæ indies, vix ulla interposita quiete, ob hominum diversa studia & contentiones, immenso pene cumulo sese offerunt, in causa sunt, ut tanto oneri non sufficiant Episcopi, quantumvis suis Diœcesibus præsto sint, & omnibus, quod dici solet, nervis laborent, & fatigentur: idcirco jam olim apud Ecclesias cathedrales, præcipue quæ cum amplis Diœcesibus conjunctæ sunt, consuetudo ex necessitate orta est, ut Episcopus quilibet in disponendis rebus, aliisque occurentibus negotiis aliquem

Anno 1569. aliquem sibi adsciscat cooperatorem, quem vocant Officialem, sive Vicarium generalem. Quam laudabilem, antiquissimamque consuetudinem Nos, nostrique Coepiscopi, tamquam inevitabilem libenter amplectimur, eamque passim per nostram Provinciam retineri mandamus: hac tamen conditione, quam sub præcepto servari volumus, ne Nos, aut Coepiscoporum nostrorum aliquis, quempiam ad hoc officium, nisi idoneum, Virum scilicet Ecclesiasticum, honestum, bonorum morum, maturæ ætatis, atque prudentem assumat. Absurdum enim foret, in iis rebus, quæ forum Ecclesiasticum spectant, religiosum prophani, sacerdotem Laici, superiorem inferioris judicio, & censuræ subjectum esse debere. Quapropter, ne quid tale inconditum, atque præposterum in nostris accidat Ecclesiis, jubemus, ut in nostra Metropolitica & qualibet cathedrali Ecclesia, talis Judex, Officialis, sive Vicarius generalis præficiatur, qui sacris initiatus, in cognoscendis, discernendis, ac examinandis controversiarum causis, iisque judicandis, nec non & in quarumcumque aliarum actionum sententiis ferendis, juxta Canones optime sit peritus, ut inter lepram & non lepram sciat discernere, ne innocentes condemnet, vel reos justificet. Nec mirum. Nam si Archidiaconi, quibus, teste experientia, Synodoque Tridentina, in quibusdam determinatis duntaxat partibus uniuscujusque Diœcesis, sua exercenda est officii facultas, juxta sacros canones præsertim Tridentinæ Synodi, Magistri in Theologia, ubi fieri poterit, seu Doctores aut Licentiati in Jure canonico debeant esse: quanto magis id observandum venit in deligendis Officialibus, seu Vicariis generalibus, quorum authoritas, non ad unam tantum partem suarum Diœcesium restringitur, sed longe, lateque per Diœceses suorum Episcoporum extenditur: cujus rei gratia, & generales Vicarii, sive Officiales in omnibus passim, etiam sacris canonibus nuncupantur, & primi, sive proximi post Episcopos dignoscuntur, ita ut etiam Archidiaconi eorum communiter subsint authoritati, qui licet oculi dicantur Episcopi, Vicarius tamen generalis seu Officialis, veluti alter est Episcopus, eo quod ejusdem per omnia vices gerit. Quod ut sic fiat, sacrum Tridentinum Concilium statuit, & Synodus Moguntina Episcopos cavere jubet, dum ipsi officiis suis præesse non possunt, ne vices suas hominibus dubiæ famæ, aut ab ordine Ecclesiastico prorsus alienis committant, sed in suum locum quoties suis muneribus per se non præsunt, viros bonos, graves, peritos, prudentes & in primis Ecclesiasticos substituant.

Caput II.

Vicarium generalem, seu Officialem, citra Episcopi expressum mandatum, seu datam facultatem, nil agere posse.

Ipsi vero Officiales, sive Vicarii generales, licet ad tale assumantur officium, nihil tamen (quod etiam præcedens Synodus Salisburgensis præcipit) in civitatibus, sive extra, possunt, neque debent exercere, seu quicquam peragere, nisi juxta facultates, eis ab Archiepiscopo, vel suis Episcopis præscriptas, horumque sigillis munitas. Unde & Synodus Ancyrana ait, Vicariis Episcoporum non licere vel Presbyteros, vel Diaconos ordinare, id est, ad ordines promovere: sed nec Presbyteris civitatis, sine Episcopi præcepto, amplius aliquid imperare: nec sine authoritate literarum ejus in unaquaque Parochia aliquid agere. Cujus rei causa est, quod cum ad Ordinariorum beneplacitum, plerumque sint mutabiles, ac Jure nulla eis determinata assignatur potestas.

Conc. Ancyranum C. XIII.

Caput III.

Anno 1569.

De juramento præstando a Vicario generali, seu Officiali.

Nemini autem generalis Officialatus, seu Vicariatus literæ cum facultatibus dentur authenticæ, nisi prius in manibus sui Episcopi, fidei cum juramento fecerit professionem, ex sacro Conc. Trid. desumptam, videlicet:

Fidei Professio cum juramento ab Officialibus, sive Vicariis generalibus, atque eorum Assessoribus præstenda.

Ego N. a vobis Reverendissimo D. D. N. Episcopo N. assumptus in generalem Vicarium, sive Officialem hujus suæ Dioecesis, N. firma fide credo, & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum nostrum Jesum Christum, filium Dei unigenitum, & reliqua superius in fine decimæ Constitutionis contenta: ubi integra ipsius professionis fidei forma traditur. Item: & vobis Reverendissimo D. D. N. veram obedientiam spondeo & profiteor: cui etiam promitto in omnibus perficiendis examinibus, processibus, inquisitionibus, sententiis, visitationibus, reliquisque actionibus similibus mihi commissis atque committendis, me non aliter quam sacri canones docent, atque exigunt, processurum: Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Caput IV.

Officiales ne sint pathetici, id est, ne ab affectionibus regantur.

Præstito itaque hujusmodi juramento, & ab Episcopis suarum facultatum literis authenticis acceptis, meminisse debent ipsi Officiales sive Vicarii generales, ne in suis actionibus respectores sint personarum, neque amatores pecuniarum sive aliorum munerum: nec odio, aut amore se moveri sinant: sed juxta canones, Deum semper præ oculis habentes, procedere, suaque omnia acta dirigere debent ac tenentur.

Caput V.

Officiales neminem sibi, nisi authoritate Episcopi, subdelegent.

Animadvertentes interim, cum aliquo impediuntur negocio, vel ab aliqua detinentur corporis infirmitate, ita ut suo satisfacere non possint muneri, ne Officialatus, seu Vicariatus vices, aliis committant, præsertim cum in Jure cautum sit, ne Vicariis substituat Vicarium, sed suis Ordinariis Episcopis hoc faciendum permittant, quos ea de re cum necesse fuerit, certiores facient, ut illi id præstare non negligant: nisi ipsis ab Episcopis in facultatibus datis, potestas substituendi concessa fuerit: quia tunc & ipsi hoc idem curare poterunt, dummodo viros habiles Ecclesiasticos, idoneos, ac sufficientes substituant.

Caput VI.

Sede vacante a Capitulo constituendum esse Officialem, seu Vicarium generalem, seu pro tempore existentem approbandum.

Et quia vacante sede per mortem alicujus Episcopi, authoritas Officialis, sive Vicarii generalis, solet expirare: sacrosancta Synodus Tridentina ne jacturam patiatur Jurisdictio Ecclesiastica, statuit, Capitulum omnino teneri infra octo dies post mortem Episcopi Officialem,

Sess. XXIV. C. 16. de Reform.

Anno 1569. cialem, seu Vicarium constituere, vel existentem confirmare: qui saltem in Jure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, aut alias, quantum fieri poterit, idoneus. Si secus factum fuerit, ad Metropolitanum hujusmodi deputationem declarat esse devolutam. Quod si casus accideret in Metropolitana sive exempta quadam Ecclesia, ejusdemque capituli Patres circa hoc negocium essent remissiores, tunc antiquiori Coepiscopo, in Metropolitana: & propinquiori Episcopo, in exempta, Vicarium idoneum, sive Officialem constituendi potestas conceditur. Qui tamen sive antiquus, sive a Capitulo recens constitutus, confirmatusque omnium sui ministerii actionum a die, qua fuit constitutus, sive confirmatus, usque ad investituram novi Episcopi requisitus rationem reddere debet.

De Assessoribus.

CONSTITUTIO XIX.

Caput I.

Qualis Officiali sit arrogandus Assessor.

Caeterum cum in nonnullis nostrae Provinciae cathedralibus Ecclesiis moris sit, ad majorem sacrorum Canonum observantiam, securioremque Officialium sive Vicariorum Generalium, in rebus peragendis intelligentiam, suo Officiali alium, utriusque tamen Juris peritum, tanquam consultorem assignare, virum quem Assessorem vocant, qui omnibus actionibus Officialatus assistere debet, ut suo consilio, atque peritia nihil fiat, vel statuatur, quod sacris contrarium videatur Canonibus: Hanc itaque consuetudinem, non improbamus, sic tamen, ut nullus in Assessorem sumatur, nisi doctrinae respondeant etiam mores, gravitas, prudentia, sagacitas, & modestia: profuerit etiam, Ecclesiasticum, vel saltem coelibem eum esse hominem. Is tamen, nisi juramento, quod supra Officialibus injunctum est (mutato solum verbo *Processurum* in dictionem *Consulturum*) prius dato, ad muneris sui functionem non admittetur.

Caput II.

De officio Assessoris, & quid in eo agere, vel omittere debeat.

Praeterea monendi sunt tales Assessores, quod tametsi Officialibus, adjuvandi, & communicandi consilii causa sint adhibiti, non tamen hoc eo intelligi, ut & ipsi judicent, sententiam ferant, vel praesideant, ne ex ista vicissitudinaria quadam commixtione apud plebejos ambiguum fiat, uter sit potior, Officialisne, an vero Assessor. Qui error, ne cui unquam obrepat, sancimus, quod in qualibuscumque Officialatus, sive Vicariatus generalis, aut cujuslibet fori nostri Ecclesiastici, sive (ut vocatur) Consistorii actionibus, quibus licet quandoque plures cum potestate sententiam dicendi intersint, pro examinandis ad sacros Ordines, seu ad Ecclesias praecipue curatas promovendis, aliisque emergentibus negociis, Ordinariorum jussu & mandato expediendis, Assessores votum duntaxat habeant consultivum, & non decisivum: Idque duas ob rationes: Primo, quia cum ut plurimum Assessores hujuscemodi meri sint Laici, & ut supra monuimus, a Laicis sacerdotes parum decenter judicari. Secundo, quoniam Assessores Officialibus in supplementum quoddam sunt adjuncti: nam si Officialis esset juris Canonici satis peritus, Assessoris opera minime indigeret: itaque Assessoris suffragium per se nihil praestat: sed

quod

quod ferre debet Officialis suffragium, id Assessoris consilio & ingenio limatum, accommodatum, & canonice formatum esse debet. Hinc dicitur Assessor, quasi assidens Judici, in causarum cognitione suum præbens consilium. Ejus igitur est officium, non judicare, sed præsidi judicanti assidere, & in causis, cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, atque id genus aliis, assidendo consulere: Itaque & in nostra Provincia Assessores Officialibus sive Vicariis nostris debent assidere. Anno 1569.

De Prædicatione verbi Dei, & officio Ecclesiastæ.

CONSTITUTIO XX.

Caput I.

Munus prædicationis diligenter esse curandum a Prælatis vel eorum surrogatis.

Perinde, ut corpus nostrum carnale nutritur pane frumentario: sic anima pascitur verbo Dei, & quanto anima præstantior est corpore, tanto spiritualis cibus excellentior est corporali. Munus autem hujus distribuendi panis, præcipue Episcopis (nam hi Apostolorum locum obtinent) post deinde cæteris Prælatis, nec non Parochis incumbit: nam hi Episcopis, in quorum partem solicitudinis arrogati sunt, auxilio esse debent. Quamobrem ut officio satisfaciamus, nostrorum Prædecessorum vestigia secuti, sacro etiam Concilio Tridentino idem suadente, atque mandante, omnes Episcopos, & alios minores Ecclesiarum Prælatos, atque Parochos, in Domino hortamur, ut (qui id possunt, & legitime impediti non fuerint) per se ipsos saltem in Ecclesiis residentiæ, sanctum Christi Evangelium velint prædicare. Si vero contigerit Episcopos, vel alios prædictos legitimo detineri impedimento, juxta formam generalis Tridentini Concilii, viros idoneos ad hujusmodi prædicationis officium salubriter exequendum, omnino assumant. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtæ subjaceat ultioni. Dies vero in quibus conciones hujusmodi debent haberi, sacra Synodus Tridentina ostendit, inquiens: Omnibus saltem Dominicis, & solemnibus diebus festis; tempore autem Jejuniorum Quadragesimæ, & Adventus Domini quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus; & alias, quotiescunque id opportune fieri posse, ipsi judicaverint Prælati.

Sess. V. C. 2. de Reform.

Caput II.

Ut Concionatores verbi Dei non tam sint diligentes in sua doctrina, quam etiam cauti, orthodoxi, & prudentes, & quorum Doctorum enarrationibus potissimum uti debeant.

Hi vero qui ad hoc prædicandi officium fuerint ab Ordinariis ut idonei assumpti, perquam diligenter, & caute circa hoc ministerium se habeant. Humani enim corporis ventriculus, ut cibo male cocto, crudo, difficili, aut intoxicato, vel debilitatur, vel humidum radicale (prout Physici loquuntur) plane extinguitur: sic anima verbo Dei, vel male digesto, vel juxta crudam literam cocto, vel veneno hæretico adulterato, male afficitur, & tandem perimitur. Quo fit, ut verbi Dei prædicatoribus in administratione cibi illius nobilissimi prudenter admodum incedendum sit, ne vel ad sinistram, scilicet Judæorum fermentum, vel ad dexteram, id est hæreticorum, & schismaticorum virus, & blasphemias declinent. Quod ne fiat, omnibus & singu-

Anno 1569. fingulis divini verbi prædicatoribus præcipimus, injungimus, & mandamus, ne verbum Dei ex proprio metiantur ingenio, idque juxta fua fomnia, & conjecturas temere interpretentur, vel opiniones, aut eum fenfum, quem ipfi fibi inde eliciunt, fed omnino ad intellectum, quem fancta mater Ecclefia, atque fedes Apoftolica, doctoresque, & Patres ab eis recepti, inftinctu Spiritus fancti tradiderunt, & tenent, populo exponant. Quod tunc præcipue fiet, fi antiquorum illorum Ecclefiæ Catholicæ doctorum fanctorum Dionyfii, Clementis, Ignatii, Cypriani, Athanafii, Cyrilli, Hilarii, Bafilii, Jo. Chryfoftomi, utriusque Gregorii Nazianzeni, & Nyffeni, Hieronymi, Ambrofii, Auguftini, Gregorii Magni, Thomæ Aquinatis, & ven. Bedæ, Haimonis, & id genus aliorum, ac etiam recentiorum, quæ non folum in fcholis univerfalibus, & fanis a labe hæretica legi & obfervari folent, fed & a Romana Ecclefia fcripta non reprobata legant. Veluti Dionyfii Carthufiani, Joannis Eckii, Friderici Naufeæ, Michaelis Epifcopi Merfeburgenfis, Joannis Feri, Joannis Hofmeifteri, Egidii Topiarii, Roiardi, Jodoci Clichtovci, Antonii a Königftain, & his fimilium homilias, & poftillas: ac fermones etiam Thefauri novi, ex quibus orthodoxæ doctrinæ congruas, & ad Ecclefiæ Dei ædificationem commodas prædicationes colligere poterint. Sed animadvertere debent, ut femper etiam fecundum proprietatem linguæ ftudeant prædicare. Ab aliis vero damnatis, & prohibitis authoribus, nifi a S. fede Apoftolica quispiam facultatem eorum libros legendi adeptus fuerit, eos prorfus abftinere volumus: quorum fcripta eisdem prædicatoribus noftris, quemadmodum & aliis utriusque fexus, cujuscumque fint conditionis perfonis, horum lectionem, librorumque talium ufum, fub pœnis fupra in Articulo de hæreticis defcriptis, ferio prohibemus, atque interdicimus.

Caput III.

Modus vitandi hæreticorum fcriptorum lectionem.

Ne fint autem concionatores noftri anxii neque folliciti, dicentes, fe neceffario debere libros hæreticorum legere, ut eorum fallaciis, peftiferisque dogmatibus, in fuis fermonibus pro fidelium inftructione poffint technas illorum folvendo obviare, atque refpondere: nec dicant, quomodo illorum laqueis delufum populum extricare, eautioremque reddere poterimus, nifi eorum dolos perceperimus, ipforum fcripta legendo? Quia habent complures Catholicos fcriptores, qui hoc optime in fcriptis jam præftiterunt, & indies juxta neceffitatem, fuperiorum authoritate innixi, præftare non definunt, quorum annotationibus eruditis, hæreticorum fraudes, & venena, fub melle exhibita, luce clarius deteguntur, oraque obftrepentia illis clauduntur: Ex quibus prædicator quilibet, fidei Catholicæ partes defendendi avidus, non folum ea ipfa perverfa hæreticorum dogmata, fed & conveniens ad illorum fingula refponfum juxta uniuscujusque rei neceffitatem elicere poterit, quibus in unaquaque materia ab hæreticis tractata, fidelem populum, veritatem aperiendo, erroneisque doctrinis refpondendo, rectius atque tutius poterit inftruere, quam fi ipfos hæreticorum libros legeret, & illis proprio captu, & ingenio refpondere vellet: quia non omnibus contingit divinarum literarum penetrare myfteria. Et quoniam a noftræ ætatis hominibus nulla eft prodita hærefis, quæ non etiam antiquitus in Ecclefia Dei graffata fit: ita Deus Opt. Max. hodie non minus quam olim pia & præclara excitat ingenia, quæ non folum technas & dolos hæreticorum detegunt, fed & modum atque viam incautis tradunt, ut illorum laqueos

queos evitent, neque uspiam impingant: illaqueatis vero, quomodo se explicent. At ii non propterea in Hæreticos stylum exacuunt, ut ad nova quædam commenta respondeant (nihil enim dictum est, quod non dictum sit prius) sed ut repetitas hæresium doctrinas denuo sanctorum Ecclesiæ Patrum argumentis convellant: ne si (ut bene ait D. Cyprianus) falsas eorum criminationes contemneremus refutare, videamur crimen agnoscere, vel nobis tacentibus nostræ tribuatur diffidentiæ, & ipsi in sua glorientur malitia. Propterea non frustra nos docuit sapiens, stulto juxta ipsius stultitiam esse respondendum, ne sibi sapiens esse videatur. Ex horum itaque scriptis, tanquam ex penu, debet ernere argumenta Concionator, ad evertendam impiam & adulterinam hæreticorum doctrinam, idque longe tutius fecerit quam ex illorum pestilentissimis libris, ex quibus incautus lector antequam prævideat, labe aliqua aspergi, & infici potest facillime.

Anno 1569. *Tract. contra Demetrian.* *Proverb. XXIII.*

CAPUT IV.

De modestia, & ratione inter Concionandum observanda.

Prædicatores insuper neque divino verbo prophana, incerta aut fabulosa debent inepte miscere, neque inter prædicandum rixari, aut furiose contendere: nec Episcopos, aliosve Prælatos, sive civiles Magistratus, cum auditorum offensione, asperius objurgent, sed modeste potius admoneant. Nullius hominis Christiani, cujuscumque sexus, censuræ se palam vociferando subjiciant, sed populum Præpositis suis, etiam dyscolis, juxta doctrinam Apostolicam, obedire doceant, atque hortentur. Ab obscuris, nodosis, & difficilibus quæstionibus abstineant. Non laudem, non quæstum, sed animarum salutem anxie quærant. Fidem & opera, misericordiam, & justitiam Dei, conjunctim inculcent, nec alterum ab altero separent. Vitia quoque detestentur, ad virtutes exhortentur, & alliciant: Et in summa qualem ipsi gregem Christi esse voluerint, tales ipsi priores sint, ut quod alios docuerint, ipsi primum præstent & exhibeant, idque Christi exemplo, qui primum incepit facere, deinde docere: Exemplum enim dedit nobis, ut quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus. Præterea Tridentini Concilii, & hujus nostræ Synodi Provincialis Decreta, & Constitutiones, præsertim quæ ad mores, & disciplinam Christianam pertinent, inculcare non desinant. Neve etiam quidquam obscure exponant & doceant, quo adstantium aures incertæ, suspensæ, vel offensæ relinquantur.

CAPUT V.

Quibus locis, & quando non sit Concionandum.

Cum præterea ex Concionibus, quæ in privatis locis, puta sacellis castrorum, vel quæ ab hominum conversatione remotiores sunt, ut in campestribus, sylvestribus, aliisve solitariis locis fiunt, plerumque suspiciones nascantur, verbumque Dei non angulis, sed publico gaudeat: Ideo prohibemus, ne in similibus locis, in quibus ante annos viginti, nulli habiti sunt sermones, nec posthac prædicetur (præterquam in diebus Dedicationum, & unius Patroni, ubi ab antiquo consuetum fuerit his diebus sermones fieri) sub pœna suspensionis a munere prædicandi ad quatuor menses, quoties Prædicatorem hæc facere contigerit.

Anno 1569.

CAPUT VI.

Neminem sine legitimo mandato Concionari debere.

Et cum nullus prædicare debeat, nisi mittatur; Ideo Prælatis Ecclesiarum, cæterisque omnibus, quibus Prædicatoribus opus est, mandamus, ne aliquem huic muneri præficiant, nisi sit a suo Ordinario examinatus ad hoc, atque admissus.

De Theologis, ab Episcopis suis Ecclesiis cathedralibus, aliisque collegiatis designandis atque deputandis.

CONSTITUTIO XXI.

CAPUT I.

In metropolitana, & quatuor præcipuis cathedralibus Ecclesiis &c. eruditum Theologum ali debere, qui cæterum Clerum, sacras literas statutis horis prælegendo, informet.

Cum nobis Episcopis magna sacerdotum debeat esse cura, juvenum præcipue, ac eorum quibus animarum cura ex officio non incumbit, de quorum numero cum primis sunt, qui apud Metropoliticam, cathedrales, ac collegiatas Ecclesias divino inserviunt cultui: Ne igitur tales, horis a ministerio vacantibus, ocio dediti in laqueos incidant diaboli, sed eorum opera Nobis in aliis officiis Ecclesiasticis usui esse possit, non tantum renovatam, sed ampliatam quoque decisionem Cap. 1. & 4. de Magistris a Conc. Lateran. pridem institutam, & a superiori Synodo Salisburgensi sub Illustrissimo D. Ernesto celebrata pariter amplexatam, & a sacro Concilio Trident. tanquam hac nostra ætate valde necessariam renovatam, atque promotam volumus; Ideo ut Prædecessorum nostrorum pias & laudabiles imitemur sanctiones, & sacri Tridentini Concilii pareamus determinationi, nostræque subveniamus, consulamusque necessitati, ordinamus & statuimus, ut in nostra Metropolitana, & cathedralibus Ecclesiis Frisingensi, Ratisponensi, Passaviensi, & Brixinensi, nec non & in aliis collegiatis opulentioribus Ecclesiis habeatur Theologus, sacerdos doctus, & approbatus, licet in eadem facultate doctoratus insignibus non fuerit decoratus, qui ipsos sacerdotes, & alios Clericos, & egenos scholasticos (qui parentum opibus, neque juvari, neque sustentari in universitatibus possunt) hora pomeridiana in sacris literis edoceat, & in his præsertim informet, quæ ad cujusque ministerium & curam animarum spectare dignoscuntur. Cui circa victum provideatur, quemadmodum canon iste, & sacrosanctum Tridentinum Concilium disponunt. In Ecclesiis vero collegiatis, in quarum facultatibus non est, ut Theologum sustentent, curent Decani, & Capitula, ut Canonicis, & aliis sacerdotibus constituatur tempus quotidianum, quo aliquid in sacris literis legant, ne torpentes & somno dediti, tempus irrecuperabile male perdant. Ordinarii autem Decanis, contra reluctantes, inobedientes & inertes, ut in aliis licitis, honestis, & necessariis, ita & hoc loco suppetias pro conservanda obedientia ferant. Qui si in officio suo negligentiores fuerint, per Ordinarios corripiantur: Ipsique ordinarii Decanorum negligentiam suppleant.

Seß. V. C. 1. de Reform.

De Consideratione ab Episcopis habenda in admittendis iis, qui ad sacros ordines aspirant. *Anno 1569.*

CONSTITUTIO XXII.

Caput I.

Præfatiuncula ad sequentis materiæ tractationem.

Monente Apostolo, manus cito nemini esse imponendas, sed unumquemque antequam ad sacrarum ministerium admittatur esse probandum, ut dignus, non criminosus, neque inhabilis pro tanto munere obeundo adscifcatur: itidem & a sanctissimis Conciliis & Patribus, ut custodiatur, copiose sancitum atque præceptum cum sit: multos tamen propter nostrorum temporum malitiam, ab eadem Apostoli doctrina, & Majorum nostrorum limitibus longe discessisse (proh dolor) non sine magna animi nostri perturbatione conspexerimus, in hisce nostris constitutionibus, renovando Decretum præteritæ Salisburgensis Synodi, super hoc nonnulla statuere atque ordinare necessario duximus.

Caput II.

De examinatione Ordinandorum, & a quibus ea fieri debeat.

Licet hoc munus eos examinandi atque approbandi, qui se in sortem Domini adscribi desiderant, proprium sit Episcoporum, qui juxta antiquorum canonum, etiam Tridentini Synodi traditiones, sacerdotibus, & aliis prudentibus viris, peritis divinæ legis, ac in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi adscitis, eorundem Ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem, ac reliqua diligenter deberent investigare, nihilominus propter varias & diversas, quæ indies ipsis occurrunt occupationes, quibus admodum implicati detinentur, quod præsertim his evenit, qui amplissimas habent Diœceses, eis indulgendo consentimus, ut qui per se ipsos hoc præstare non valent, per suos Officiales, sive Vicarios generales, & alios sacerdotes, eos præsertim, qui in cathedralibus Ecclesiis illa obtinent officia, quibus ex antiqua consuetudine hoc munus est injunctum: nec non & alios (si visum fuerit) graves tamen & pios, ac hujus negocii peritiam habentes, atque in majorum ordinum aliquibus saltem constitutos: Laicos enim, & eos, qui in minoribus tantum sunt ordinibus, ab hoc munere prorsus excludimus. Non negamus autem, quin boni viri, sacris etiam non initiati, veluti Assessores, & cathedralium Ecclesiarum Judimoderatores, ut illi, ne sacris canonibus derogetur, intendant, & hi ut nniuscujusque promovendi in humanioribus literis sufficientia comprobetur animadvertant, & experiantur, hujusmodi ordinandorum examini possint interesse, sed non judicare. Turpe est enim Clerico, quod in his, quæ ad Ecclesiæ ministerium attinent, illius, qui vel Laicus, vel inferioris ministerii, quam ipse in Ecclesia est, subeat judicium.

Caput III.

Summos Scholasticos, & Cantores, vel eorum Vicarios idoneos, examini ordinandorum interesse debere.

Hortamur quoque & paterne injungimus nostræ Metropoliticæ, atque cathedralium Ecclesiarum summis Scholasticis, & Cantoribus, ut hac in re officiis suis facto respondeant, & dum futuri Ecclesiæ

Dei

Anno 1569. Dei ministri probantur, ipsi personaliter cum Officialibus atque in spiritualibus Vicariis generalibus suorum Ordinariorum intersint, atque his cujuslibet Ecclesiæ cathedralis minorem Scholasticum, nec non & Theologum ab illius Ecclesiæ Episcopo assumptum, vel alium ad Episcopi beneplacitum adjungant. Quod si tales quandoque fuerint absentes, aliqui alii sacerdotes, hujus rei non ignari, maturi ab Ordinario in absentium locum subrogentur. Si autem proventus officiorum summi Scholastici, & Cantoris, ita tenues extiterint, quod mercedem laboribus debitam non ferant: Volumus, quod Episcopi & capitula provisionem aliquam faciant, ut tam necessaria in Ecclesiis officia pinguiora, & talia reddantur, ne omnino extinguantur.

Caput IV.

Electionem, promotionem, atque examen ordinandorum, tanquam rem maximi momenti, non segniter, sed summa fide, ac solicitudine esse peragendam.

Et quia in hujusmodi eligendis Ecclesiæ ministris, maxima est difficultas, neque res ipsa per transennam contuenda, vel agitanda, sed summa cum diligentia est tractanda: Nos illos, qui huic negocio a nobis, sive ex ipsorum officiis præficientur, serio hortamur, admonemus, atque sub interminatione districti Dei judicii ipsis injungimus, ne rem illam tam arduam perfunctorie agant, sed memores etiam, quod si secus, quam debent, egerint, alieni se peccati (ut Paulus dicit) participes faciunt: memores tandem, quod sicut boni operis sibi comparat fructum, qui rectum sectatur in eligendo sacerdotum judicium: ita gravi semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis Collegium sublimat indignum, suo per omnia satisfaciant officio, nullius potestatem pertimescant, non corrumpantur cupiditate præmii, nihil moliantur odio, neque amor favorve eorum obnubilet judicium, sed eam mercedem exspectent, quam ipsis dabit Judex justus in illa die, qua mali pœnis, boni vero præmiis afficientur.

Caput V.

Parentes admonentur, ut filios sacris ministeriis dedicandos a prima juventa in bonis literis atque moribus educent.

Ut autem Ordinandi, idoneos coram Examinatoribus se facile possint exhibere, suis parentibus erit curæ, ut si quos filios ad hoc tantum Ecclesiæ ministerium constituerint mancipare, illos a primis statim cunabulis Ecclesiasticæ disciplinæ submittant, hos enim majores nostri demum idoneos sacris administrationibus censuere; quorum omnis ætas a puerilibus exordiis usque ad provectiores annos per disciplinæ Ecclesiasticæ stipendia cucurrisset. Neque enim poterit de ejus professione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci præmium debetur.

Caput VI.

De modo inquirendi, & examinandi Ordinandos.

Forma vero juxta quam ad Ordines aspirantes in ordinario examine probari debeant, peculiari libello, nostra opera & solicitudine, brevi in publicum juxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ emittetur: Interim autem ordinamus, ut sacris initiandi, in his primo & principaliter diligenter probentur articulis: Nempe de persona, affectu, fide, scientia, & doctrina, ætate, libertate, continentia, bigamia, moribus, & natalium corporumque defectibus. De persona, An hujus, vel alterius sit Diœcesis oriundus: & si alienigena, an a suo Episcopo literas habeat dimissoriales, quas si non præsentaverit,

taverit, prorsus ejiciatur. De affectu vero: An voluntarie & proprio motu, vel parentum aut aliorum persuasione petat ad ordines promoveri. De fide: An semper crediderit, & credat, quæ sancta mater Ecclesia docet, vel si de ipsis quandoque dubitaverit, & quid de unoquoque sentiat, vel credat; An etiam sit Neophytus. De scientia atque doctrina: quia labia sacerdotis custodiunt scientiam. De ætate, quia nulli est sacer ordo conferendus, nisi conveniente tempore, a sacro Concilio Tridentino determinato, fuerit præditus. De moribus vero, quia si oculus corporis initiandi fuerit nequam, totum corpus erit tenebrosum: & ne dum alios docere voluerit, ipse reprobus inveniatur. De libertate autem: An Domino alicui, vel mulieri jure matrimoniali sit adstrictus. De continentia, An continens perpetuo perseverare voluerit. De Bigamia, An uxorem unquam duxerit: & si habuerit, an unam duntaxat, & virginem. De natalium autem vel corporis defectu, quia si ex illegitimo thoro fuerit procreatus, vel aliquo membro mancus, secundum sacras Canonum sanctiones, neque in numerum ministrorum altaris Dei potest assumi. Deinde & circa reliqua progrediatur, quæ in Concilio quarto Toletano C. 18. enumerantur, quæ & in Decretis habentur canonicis, C. Qui in aliquo. d. 51. ita tamen quod circa ætatem jura novissima Concilii videlicet Tridentini observentur: in quo est definitum, ut nullus in posterum ad Subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoveatur. Quapropter ut Examinatores unumquemque probandum citius, & in conscientia securius expediant, statuimus etiam & ordinamus, juxta sacri Concilii Tridentini instructionem, ut ordinandorum quilibet, legitimæ ætatis a parentibus & præceptoribus, suæ educationis, institutionis, eruditionis, honestatis &c. nec minus a Parochis, vel Prælato aliquo, si casu apud quempiam in proximo triennio, ante illud tempus commoratus fuerit, vitæque suæ consuetudinem egerit, literas secum afferant testimoniales. A qua testimoniorum exhibitione, præcedentis Synodi Salisburgensis sequentes decretum, nullum plane sive regularem, sive Clericum sæcularem qualiscumque sit conditionis & dignitatis excipimus, quia volumus apud omnes æqualitatem observari, ita tamen, ut regulares suæ conversationis ac vitæ testimonium a suis exhibeant Prælatis.

Anno 1569.

Sess. XXIII. C. 12. de Reform.

Sess. XXIII. C. 5. de Reform.

Caput VII.

Ne quispiam Ordinandus, cujuscumque sit gradus & conditionis ab examine sit immunis, nisi gradu aliquo theologico decoratus fuerit, qui etiam licet non sit ipse examinandus, alios tamen examinare debebit, ut de ipsius eruditione periculum fiat.

C. 8. de ordine & qual. ministror. Eccl.

Simili modo, juxta ejusdem Salisburgensis Synodi constitutionem ordinamus & statuimus, ut ordinandi indifferenter omnes cujuscumque sint gradus, dignitatis & præeminentiæ, tam Clerici sæculares, quam regulares, in ordinario examine juxta suprascripta omnia interrogentur, atque probentur, nisi quispiam doctoratu, vel licentia, sive Baccalaureatu in Theologia fuerit insignitus, tales enim circa doctrinæ sufficientiam, absque examine (nisi circa ea quæ doctrinæ tentamen non attingunt) erunt admittendi. Et ut de ipsius eruditione periculum etiam fiat, alios, unum vel alterum, ordinandus ipse examinabit.

Caput

Anno 1569.

Caput VIII.

Quis ordinandos Episcopo præsentare debeat.

Quia etiam abusum non exiguum in actu conferendorum ordinum irrepsisse reperimus: quod cum ordinandi, pro suscipiendis ordinibus, per Archidiaconum aliquem Episcopo debeant præsentari, non per ipsum, neque per aliquem alium in dignitate constitutum, sed per Laicum, vel nullius reputationis simplicem Clericum præsententur: quod in vilipendium vertitur ipsius Sacramenti ordinis. Quapropter ad majorem tanti Sacramenti collationis majestatem ostendendam, talem abusum tollentes, volumus atque præcipimus, ut deinceps Ordinandorum præsentatio, qualibet vice per Archidiaconum, vel ad minus, eo impedito, per aliquem alium sacerdotem alicujus dignitatis hominem, Archidiaconi vice & nomine constituatur, qui etiam usque ad finem officii Episcopalis maneat, & diligenter attendat, quomodo ordinandi se in recipiendis ordinibus honeste & devote gerant, & postquam aliquis ordinem susceperit, ad librum Cantionum accedat, aliisque sit in cantando Officio auxilio. Pœnas autem his, qui indignos ad ordines admiserunt, statuimus, quas Concilium Ilerdense commemorat.

Caput IX.

Quis ordines conferre debeat, & de Dimissorialibus concedendis nec ne.

Trident. Seff. XXIII. Cap. 3. de Reform. Episcopi autem per semetipsos, si possunt, ordines conferant: sin minus, per suos Ordinarios suffraganeos, si qui habent. Quod si uterque etiam in una Diœcesi fuerit ægritudine impeditus, subditos suos non aliter quam jam probatos, & examinatos, ad alium Episcopum nominatum ordinandos dimittant. Si vero quispiam ad sacros ordines aspirans, in longinquas partes studiorum, vel alterius rei gratia profecturus, literas petat dimissoriales, ut temporibus suis ab alio Catholico Episcopo sacris ordinibus valeat initiari: statuimus & ordinamus, ut nullus nostrum aut Officialium nostrorum generalium, vel in spiritualibus Vicariorum, cuipiam suæ Diœcesis ad ordines aspiranti supradictas dimissoriales literas, ad quoscumque Episcopos ulterius generaliter concedat, quemadmodum hactenus male usurpatum est, sed ad unum, vel duos nominatim determinatos. (Trid. Seff. VII. Cap. 11.) Quæ etiam concedi non debent, nisi is qui illas obtinere desiderat, justas & relevantes suæ petitionis assignaverit causas, in literis exprimendas, & ab examinatoribus, in fide, moribus, & literis, rite & sufficienter, pro illius ætate, ipse supplicans fuerit probatus, & ab omni canonico impedimento immunis repertus. Nonnulli enim eruditionis & vitæ non satis probatæ, aut alioqui censuris Ecclesiasticis obnoxii, conscientiam eorum quibus noti sunt subterfugientes, ad remotiores Diœceses quærunt se conferre, ut ab ignotis Episcopis ordines, qua possunt fraude, valeant extorquere.

Caput X.

Ea quæ ad ordinandorum promotionem spectant, gratis conferre debere; at si alicubi consuetudo aliud obtineret, Notariis taxatur modus exactionis.

Seff. XXI. Cap. 1. de Reform. Ultimo, quoniam ab Ecclesiastico ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet, renovantes constitutionem prioris nostri Concilii Salisburgensis mandamus cum Decreto sacri Concilii Tridentini, ne pro examine ordinandorum, sive pro collatione quorumcumque ordinum, etiam Clericalis Tonsuræ, ne pro literis dimissoriis, aut testimonialibus (quas Formatas vocant) nec pro Sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, sive eorum Officiales,

vel

vel Vicarii, aut Examinatores, vel alii Ordinum collatores, aut eorum ministri, quovis prætextu quicquam accipiant. Notarii vero, sive alii scribæ vel ministri, in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo gratis dandi, pro singulis literis dimissoriis, aut testimonialibus, hoc est formatis, sextam tantum unius taleri partem, & non majorem, (ne summa a Concilio Tridentino præscripta excedatur) accipere possint, dummodo eis nullum salarium pro officio exercendo sit constitutum: nec Episcopo ex notarii commodis aliquod emolumentum, ex eisdem Ordinum collationibus, directe vel indirecte provenire possit: tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potius abusus, & corruptelæ, simoniacæ pravitati faventes, nuncupari possunt, penitus cassando, & interdicendo: & qui secus fecerint tam dantes, quam accipientes, ultra divinam ultionem, pœnas a jure indictas ipso facto incurrant. *Anno* 1569.

De Præpositis, & Decanorum, atque Scholasticorum cathedralium, & aliarum collegiatarum Ecclesiarum officiis.

CONSTITUTIO XXIII.

CAPUT I.

Præpositi, qui, & quare sic dicantur, & de eorumdem officio.

Quamquam omnes, qui in aliquo officio aliis præponuntur, Præpositi rite dicantur, usus tamen in omnibus per Germaniam Ecclesiis, non solum cathedralibus, sed etiam aliis collegiatis obtinuit, eos nuncupari Præpositos, qui omnibus canonicis, etiam (quod ad dignitatis gradum attinet) Decanis præsunt: Quibus propterea convenit, non ut de Ecclesiæ redditibus luxurientur (quem abusum quoque Coloniensis Diœcesis formula reprehendit) vel ubilibet dissolutam vitam agant, neque ut (sicuti alii dicunt, & aliqui faciunt) titulo una cum redditibus tantum gaudeant, & fruantur, & quovis in loco vel angulo tempus immodica libertate, absque ullo Ecclesiæ fructu, consumentes, Præpositurarum proventus ad vitæ humanæ delicias, & fastum impendant, vel alias ad insatiabilis avaritiæ barathrum corradant: sed ut, non solum in Præpositurarum locis, juxta ea, quæ superius in Constitutione de Residentia ex Concilio Moguntino dicta sunt, resideant: verum etiam Ecclesias, quarum emolumento victitant, & viris canonicis præsunt, certis quibusdam personis, proprio sumptu constitutis, custodiant, tueantur, atque defendant; & breviter, in omni vita sua, cum erga Clerum, tum etiam sæculares homines, tales se gerant, & exhibeant, ut in ædificationem Ecclesiæ Dei, exemplum, norma, & speculum sanctitatis, & innocentiæ ubique agnoscantur. Hanc enim ob causam, & non propter luxum, seu avaritiam, talis dignitas est instituta, quod & veterum sacratissimi Canones testantur, Christiana modestia jubet, & ratio ipsa docet. Cum etenim hoc in sæcularibus quoque officiis usuveniat, ut is, qui delegatam jurisdictionem cum emolumento suscipit, eam omni conatu in justitiæ tramite contra caluminantium iniquitates conservare, tuerique studeat: quanto magis id fieri debet in officio spirituali, & tam sublimi gradu collocato, ut is, qui illic præest, tanquam in specula positus, ea, quæ Ecclesiæ noctura ceu a longinquo prospicit, declinare, Ecclesiamque suam, una cum iis, qui ei subsunt, in optimo statu pro virili conservare

Anno 1569. servare debeat? nec abs re. Nam qui cæteros ejusdem Collegii dignitate, honore, & reddituum facultate antecellit, æquum est eundem quoque labore, solicitudine, & largitate præire, juxta id, quod dicitur: qui sentit emolumentum, is debet etiam sentire onus. Quam ob causam optimo jure vocantur Præpositi, ut loco, præeminentiæ authoritate, & virtutum exemplo cæteris præponantur, & cum usus postulat, intra & extra Ecclesiam primi semper adsint, ejusque jura studiose tueantur. Sed utinam nostrorum aliqui non etiam tangerentur Coloniensis postremæ Synodi querela (quod tamen dolendum est) quæ lamentatur, Præpositos quosdam ad quos præstito juramento pertineat Jura, & statuta Ecclesiarum tueri atque defendere, nihil agere minus, sed percipere tantum fructus amplos: cæterum Ecclesias, quarum causa illos percipiunt, relinquere indefensas, immemores jurisjurandi, & ejus, quod beneficium datur propter officium. Quare Nos, nostrique Coepiscopi, ut nostro satisfaciamus muneri, & huic malo provideamus, omnes hujusmodi Præpositos ex intimo pectoris cohortamur, eisque injungimus, ut suis satisfaciendo conscientiis, in propriis posthac resideant Præposituris, & suis, juxta laudabiles & approbatas locorum & Ecclesiarum consuetudines, satisfaciant obligationibus, nisi ex mandato nostro a suis Episcopis, tanquam sacrorum canonum contemptores, acerrime puniri velint. Et si aliqui essent Præpositi (quos tamen paucos hujusmodi in nostra Provincia esse credimus) qui ex suis Præposituris tam exiles colligerent proventus, qui ad vitam eorum honeste sustentandam sufficere non possent: supplicent particulariter sedi Apostolicæ, ut aliqua præbenda canonicalis, in eadem suæ Præposituræ Ecclesia existens, uniatur perpetuo ipsi Præposituræ una cum titulo ipsius canonicatus: sic enim confidimus fore, ut sanctissimus D. N. singularum Præposituarum necessitatibus provideat, adeo ut ex annuis tam Præposituræ quam unius canonicatus redditibus, cum distributione quotidiana, quæ vocatur Præsentia, secundum dignitatis exigentiam honorifice residendo vivere possint.

L. unit. §. pro secundo. in fine C. de caduc. tollend.

CAPUT II.

De officio Decanorum.

Decanorum vero officium licet ubique non sit idem, eo quod juxta varia Ecclesiarum statuta, quæ singulis sunt peculiaria, variatur: usus nihilominus ubique fere obtinet, Decani officium esse, pervigili studio curare, ut Clerici, horumque imprimis sacerdotes, munus suum Ecclesiasticum diligenter obeant atque devote, nec perfunctorie velut in transcursu, ut dicitur, exequantur. Item ut tam Canonicorum, quam Vicariorum mali mores & excessus, mature, digneque corrigantur. Ideo volumus & ordinamus, ut Decani suo huic officio, præcipue & diligenter intendant; animadvertantque, ne in Ecclesiis divinorum officiorum præsertim tempore, a Clericis præcipue, tumultus, rixæ, dissensiones excitentur, cachinni sive dissoluti risus audiantur, neque colloquia habeantur, nec levitates aliquæ perpetrentur: sed omni cum devotione & pietate ac tremore procurent sacra peragi, & reliqua divina officia celebrari, juxta ea quæ a sacris canonibus sunt tradita, & a superiore Synodo Salisburgensi. Quum enim psallendi gratia ibidem conveniatur, muta vel clausa labia nemo tenere debet, sed omnes pariter, senes cum junioribus, præsertim qui cæteros honore & dignitate præcedunt cum inferioribus, in Psalmis, Hymnis & Canticis Deo alacriter concinentes, nomen Domini laudent, ipsique de tantis ab eo receptis beneficiis gratias agant. Quapropter nemo qui ad horas decantandas tenetur, tum, cum publice

aut

aut preces horariæ, vel facra cantando peraguntur, quemlibet librum, *Anno* 1569. five literas, aut fcripturas alias legat, vel privatim officium dicat: nam hisce moribus debitum officium intermittitur, animi offenduntur, cæteri pfallentes quodammodo interturbantur, & a pfallendi confonantia (quæ in choro maximo ftudio debet obfervari) retrahuntur. Porro Decani munus requirit, ut fuos Canonicos, ac cæteros Clericos ad piorum rituum obfervationem provocet, defuetos reducat, ad agendamque vitam Clericis dignam perpetuo cohortetur, ac impellat, & a negociis ftatui fpirituali haud convenientibus, mundanisque curis ac folicitudinibus dehortetur, ne magis mundo, quam Chrifto militare videantur: commeffationes, ebrietatem, proftibula, & id genus peftilentiffimos fomites, gravi comminatione illis interdicat, in officium redigat, adeoque compellat, delinquentes emendet, increpet, caftiget, inobedientes vero, juxta ipforum demerita corrigat, ac puniat. Quod, ut rectius fiat, nihilque horum, quæ nunc recenfendo monuimus, intermittatur, feu negligatur, mandamus & præcipimus ferio, ut Decani apud fuas Ecclefias perfonaliter (juxta ea, quæ fuperius ex Concilio Moguntino funt dicta) refideant, & officio fuo per feipfos ftrenue perfungantur, fub pœna privationis fructuum Decanalium, pro rata temporis, quo abfque caufa rationabili non refederint, nifi forte neceffitatis caufa, ab Ordinariis fuis prius approbanda, eos abeffe contigerit. Quo cafu, Capitulari alicui, qui fufcepti officii rationem reddere queat, quemque inferiores revereantur, vices fuas committant: nifi talem abfentis Vicarium peculiaria collegiorum ftatuta defignent. Infuper etiam ordinamus, ut Decanus quilibet non folum in fuo refideat Decanatu, fed etiam ut (five eo propter aliquam rationabilem caufam impedito alius loco ipfius) a principio ufque in finem divinis femper interfit officiis. Videmus enim Decanis abfentibus, vel officio fuo fegniter perfungentibus, leviffimorum quorumque Canonicorum & Vicariorum, atque aliorum Clericorum, etiam ftudioforum in choris canentium, infolentiam adverfus meliores fere prævalere, pietatem, & zelum bonorum haberi ludibrio, officia negligi divina, neque ab omnibus perfolvi, cantum præcipitari, vitæ & morum honeftatem periclitari, difciplinam prorfus nullam effe, breviter, licere pravis quibusque quicquid libeat facere. Et ne fub prætextu, & colore aliarum rerum peragendarum, hoc noftrum pium ac fanctum defraudetur inftitutum, ordinamus, quod nullus Decanus in aliis qualibuscumque occupetur officiis, fed hoc folo quilibet contentus effe debet, ut ei, quemadmodum in confcientia tenetur, pro fua virili fatisfacere poffit. At fi in aliqua Ecclefia provifio Decanatui applicata, pro Decani fuftentatione, juxta ipfius perfonæ & dignitatis gradum, haud fuerit fufficiens, omnino debet a Capitulo augmentari, ut nullus caufam habeat, fub prætextu egeftatis, feu tenuitatis, fuæ Ecclefiæ curam deferendo, fe aliis actionibus implicare, vel immifcere. Quamobrem non illaudabilem tum noftræ, tum aliarum quarundam Ecclefiarum confuetudinem arbitramur, qua Decanis fuis duplicata quotannis conceditur præbenda, ut relictis omnibus aliis officiis, atque occupationibus, quorum gratia aliqua inde adipifci poffunt emolumenta, fe penitus ad honorem & gloriam Dei, Ecclefiarumque fuarum utilitatem, ac propriarum confcientiarum fatisfactionem, fuorum officiorum mancipent fervituti.

Anno 1569.

Caput III.

De summorum Custodum officio, ac diligentia.

Summorum vero in cunctis cathedralibus ac collegiatis Ecclesiis Custodum, qui etiam Thesaurarii, seu Sacristæ appellantur, officium est, non solum suarum Ecclesiarum, sed & rerum in eis, & in sacrariis contentarum curam habere, ut omnia, præsertim venerabilis Sacramenti corporis Christi tabernacula, Sanctorum reliquorum altaria, sacerdotalia indumenta, ac id genus alia Ecclesiastica ornamenta, & reliqua bona, sint tuta, & bene clausa, ac munita, providere: & cum opus est, per personas idoneas illa reparare, renovare, munda & nitida facere, præcipue calices, corporalia, altarium mappas, sive pallia, vel linteamina, albas, & cætera. Præterea sanctissimo Evcharistiæ Sacramento de lampadibus, sive cereis, & in aliis rebus necessariis Ecclesiæ providere: Et ut chorus, cum tota Ecclesia ab inquinamentis sedulo repurgetur, Canonicorumque, ac aliorum sacerdotum, atque Clericorum omnium sedes mundentur, idque suis æditiuis mandare, cæteraque eis injungere debent, quæ ipsi tenentur, juxta illorum munus, præstare. Deinde ut horis debitis, signis congrua pulsatione præmissis, laudes divinæ celebrentur, negligentes non sint. Animadvertere insuper debent, ut in accendendo, seu extinguendo lampades & laternas, æditui sint pervigiles: ne aut supra modum lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obscurior Ecclesia remaneat: sed ut omnia discrete ac moderate administrentur.

Caput IV.

De summorum Cantorum officio.

Ex Concil. penult. Colon. Cap. 5. de Metropol.

Summorum autem Cantorum, provincia est, ut divinum officium in choro per singulas horas, non cursim, ac festinanter, sed sensim, ac pedetentim, non truncate, sed integre, distincte & cum interspiratione decenti, præsertim in medio cujuslibet versiculi psalmorum, debitam faciendo inter solemne ac feriale officium differentiam, devote, reverenterque ab omnibus persolvatur, præsertim a Vicariis, Regentibus, Cantoribus, & Lectoribus, qui sæpe vociferatoribus magis, quam concinentibus similes, incompoſite clamitant. Cum enim omnia, quæ ad Dei gloriam, & fidelium utilitatem spectant, rite & ordine, juxta Apostolica & antiqua majorum, & Apostolicorum virorum instituta peragi debeant; inter quæ psalmorum & hymnorum decantatio haud minimam partem obtinet: quis non videt etiam hic ordinem, & gratiam quandam requiri? Sacræ siquidem literæ eum execrantnr, qui divinum negotium negligenter agit: non minus itaque execrabiles videntur, qui divinorum officiorum cantica, psalmos, hymnos, antiphonas, & id genus alia indecore & absurde peragunt: ferri etenim non debent, qui, cum Angelorum, & cœlestium spirituum in psalmis, & hymnis Deo decantandis, in Ecclesia Dei speciem quandam repræsentent, inconcinnos clamores edendo, agresti, & incondita vociferatione, & ad feritatem quandam barbaricam composito sono rigidas voces extorquentes, audientium non raro animos, quos mulcere debuerant, exasperando magis, ac obstrependo conturbent. Si qui ergo in choro, vel dissonantium vocum confuso strepitu verba discerpere, lacerare, & obruere, vel clamoris strepitu incusso quodam audientibus horrore, aures & animos percellere, atque turbare fuerint deprehensi, eos Cantor summus corrigere, atque asperiores voces mediocritate quadam leniri, quantum ejus fieri potest, curet; neque id admodum

modum difficile fuerit, quandoquidem multi ejuscemodi ſtentoreas voces de induſtria, & pene natura repugnante, ſibi comparare ſoleant, perinde ac ſi laudabile ſit clamoſum quemque ſua voce, citra ullam loci, & cantionis rationem, poſſe vincere: quod ſi eſſent, qui emendationem, vel temeritate, vel naturæ vitio reſpuerent, ii exauthorentur, eorumque in locum aptiores aſſumantur. Anno 1569.

Caput V.

De ſummorum Scholaſticorum officio, quod eſt, de cura adhibenda circa ludos litterarios, & eorum moderatores.

Summorum demum Scholaſticorum munus eſt, ſuis ſcholis de Catholicis, piis, doctis, ac diligentibus ludimoderatoribus providere, ſcholas ſæpe, & ſcholares præſertim præbendarios viſitare, & quæ illis prælegantur lectiones, ac quomodo in ſtudiis, & in moribus proficiant intelligere, atque diligenter animadvertere, ne aliqui inter eos ſint hæreſis labe infecti, vel libros habeant hæreticos, aut quomodocumque prohibitos, ſive ſtudioſo juveni non convenientes: quodſi quiſpiam talis (quod Deus avertat) inter ipſos repertus fuerit, illico ab aliis debet ſeparari, ne tota maſſa corrumpatur, juxta ſua demerita puniendus. Sint quoque ſoliciti, ut ipſi ſtudioſi, præcipue præbendarii, ſub diſciplina & correctione ſuorum maneant Præceptorum, neve per civitatem ulla deſerant arma, neque noctu ſint vagantes, aut tumultuoſi, ſed domi manentes, quieti omni cum modeſtia perſeverent, ſuis prælectionibus, earumque repetitionibus aſſiduam navent operam.

Caput VI.

De animadverſione in negligentes Officiarios ſupradictos.

Horum autem omnium, ſi quiſpiam ſupradictorum Officialium, quicquam ad ſuum ſpectans officium animadvertere neglexerit (exceptis Præpoſito, & Decano, qui admonendi ſunt ab Ordinario) ab Archidiacono, cui ſecundum jura ſupradicta, minora officia ſubſunt, vel a ſuo increpetur Decano, etiam (ſi opus eſt) in capitulo: Et ſi ipſe Decanus negligentiam talium parum curaverit, vel alias proprio ſuo officio ſegniter fungetur, ab Epiſcopo loci emendetur. Quod ſi non profecerit, & de ſua negligentia, ipſe Decanus, vel aliorum quiſpiam Officialium, ſe non emendaverit, omnino deponatur: quando quidem ſacra etiam ſcriptura maledictioni ſubjiciat eum, qui opus Dei negligenter operatur, illius igitur loco alius quiſpiam ſubſtituatur, qui ſaniori mente, conſcientiaque ductus, prædictis omnibus, pro Dei honore, & Eccleſiæ commodo rectius invigilet.

Caput VII.

Quæ qualitates requirantur circa ejuſcemodi Officiarium.

Nullus autem ad quamlibet ſupradictarum dignitatum, vel aliarum ſimilium, præſertim in Eccleſiis cathedralibus, promoveatur, niſi talis perſpectus fuerit, qui ſuo muneri ſatisfacere valeat. Et antequam admittatur, ei poſſeſſio non detur, niſi prius ſecundum ſacri Concilii Tridentini ſanctionem, non ſolum coram Epiſcopo, ſive ejus Officiali, ſed etiam in capitulo, orthodoxæ ſuæ fidei publicam fecerit profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſurum ſpoponderit, ac juraverit, juxta formam ſuperius, in Articulo de Tridentini, aliorumque Conciliorum conſtitutionibus, deſcriptam: exceptis Præpoſitis a ſuis Ordinariis confirmatis, qui cum aliis

Seſſ. XXIV. Cap. 12. de Reform.

Anno 1569. aliis minoribus Prælatis facere habent cum juramento fidei professionem, superius peculiariter eis præscriptam.

De Canonicis.

CONSTITUTIO XXIV.

Caput I.

Præfatiuncula ad sequentia.

Quoniam experti sumus apud Metropoliticam, & cathedrales, aliasque collegiatas nostræ Provinciæ Ecclesias, non paucos exortos esse abusus, & a nonnullis canonicis parum ea curari, quæ ipsorum exigit officium, necessarium duximus, infrascriptis constitutionibus & decretis, eis subvenire.

Caput II.

Minorennes, sed tamen puberes nobiles Germanos, ex speciali gratia ad titulum Canonicatuum admitti posse; dummodo alio canonico impedimento non fuerint irretiti.

Licet sacrum Concilium Tridentinum statuerit, neminem ad dignitates vel personatus, quibus etiam nulla animarum subest cura, nisi XXII. compleverit annum, admitti: nihilominus, si dispensatio sedis Apostolicæ accesserit, quæ in singulis casibus & personis petenda erit, ad titulum Canonicatuum Ecclesiarum cathedralium Domicelli, alioquin in cæteris idonei & majores XIV. annis, possint assumi: qui tamen vel in servitiis Ecclesiasticis Metropolitanæ aliarumve cathedralium Ecclesiarum, vel in sacris literis apud aliquod universale Catholicum gymnasium usque ad annum XXII. instruantur, & quibus, si de suo non poterunt se sustentare, capitula dictarum Ecclesiarum cathedralium teneantur interim pro eorum necessitate providere, prout infra C. VI. & VII. cautum est. Hac tamen id fiat moderatione, ut ii ad annalem canonicatus præbendam non admittantur, antequam capitulares extiterint: quod eorum nemini conceditur, nisi in subdiaconatus ordine saltem sit constitutus: qui neque ante XXII. annum ulli confertur. Quinimo ordinamus, & serio præcipimus, ne in numerum capitularium, præsertim Metropoliticæ & cathedralium Ecclesiarum, quisquam Domicellus assumatur, neque admittatur, licet Subdiaconus, tempore congruo fuerit ordinatus, nisi secundum sui capituli conscientiam idoneus & dignus fuerit judicatus. Pravis enim moribus deditos, & ignavos, a capitulari dignitate & emolumento tantisper volumus detineri, donec emendatione vitæ, ac profectu virtutum, hunc mereri videantur locum; & si incorrigibilis quispiam erit, seu minus idoneum se exhibere perseveraverit, ad dimissionem canonicatus debitis modis, juris scilicet remediis, tanquam inhabilis & insufficiens prorsus cogatur: sed si se emendaverit, & profecerit, admitti poterit, atque debet.

Trident. Sess. XXII. Cap. 12. de Reform.

Caput III.

Sine juramento ac professione fidei Catholicæ, neminem ad Canonicatus possessionem admitti debere.

Trident. Sess. XXIV. Cap. 12. de Reform.

Nemini autem de qualiscumque Ecclesiæ cathedralis canonicatu proviso, suffragetur possessio, nisi secundum determinationem Concilii Tridentini, non tantum coram Episcopo, seu eo impedito, coram generali ejus Officiali, sive Vicario, sed etiam in capitulo, ortho-

thodoxæ suæ fidei publicam fecerit professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansurum spoponderit, ac juraverit, juxta formam superius in Constitutione, de examine electorum sive postulatorum in Metropolitanum, sive in Episcopos &c. descriptam, a Pio IV. Pont. Max. traditam. *Anno 1569.*

Caput IV.

Minorennes Canonicos, etiam Præsentiarum distributione, non tamen annali præbenda, gaudere posse.

Assumpti vero in numerum Canonicorum Juvenes hujuscemodi, licet ob ætatis defectum, ad præbendam annalem non admittantur, volumus tamen, tum in gratiam commodioris ipsorum sustentationis, tum ut divinis ferventiores intersint, ut quotidiana & integra distributione, quæ vulgo Præsentia nuncupatur, dummodo in choro præsentes fuerint, gaudeant.

Caput V.

Juniores æque ac majores natu Canonicos clericali vestitu incedere debere.

Ordinamus insuper & statuimus, ut juvenes Canonici Domicelli, sive Domicellares nuncupati, licet in sacris ordinibus non fuerint constituti, non solum in Ecclesia, sed etiam extra, tam in domibus, quam per civitatem, in quibus eorum sunt canonicatus, ad instar aliorum Canonicorum sacris initiatorum, indumenta clericalia deferre debeant, cui decreto si quis, suæ conditionis immemor, contrafecerit, pro prima vice, a Decano loci objurgetur, si secundo deliquerit, acerrime ab Ordinario puniatur.

Caput VI.

De cura, & institutione Domicellorum.

Quoniam porro juventus istis calamitosis præsertim temporibus, ad mundanas illecebras valde est prona, haud exigua junioribus canonicis adhibenda est cura, ut non tantum in literis, verum etiam in moribus, ac disciplinis Ecclesiasticis non segniter erudiantur, ut adultiores effecti, eorum opera Ecclesiæ utilitatem, bonorum vero morum exempla populo fructum afferre possint. Bonum etenim est
Cap. XI. & XII. viro, ut Ecclesiastes inquit, portare jugum Domini à juventute sua: nam adolescens, ad quam vitæ rationem assuefactus est in juventute, ab ea, cùm senuerit, vix recedet. Ad cujus corroborationem ait
Proverb. Cap. XXII. Ecclesiasticus: Fili a juventute tua excipe doctrinam, & usque ad canos invenies sapientiam. Quam ob causam ordinamus, & statuimus, ut quotiescumque aliquis talis Domicellus, sive Domicellaris juvenis in numerum canonicorum alicujus Ecclesiæ cathedralis assumitur, & ibidem per tempus aliquod perseverare voluerit, præsertim primo anno, qui est velut probationis, eum a capitulo summo Scholastico vel alicui canonico seniori commendandum esse, qui illius plenam habeat curam, & super omnia de præceptore Catholico ei provideatur. Et si a loco canonicatus, studiorum vel alterius negocii gratia discesserit, vel abfuerit, suorum erit parentum, si superstites sint, pro virili laborare, ut coram Deo, & mundo sibi ipsis meritum, & filio laudem, ad Dei gloriam, Ecclesiæque suæ utilitatem comparent.

Anno 1569.

Caput VII.

De sustentatione Domicellorum in liberalibus studiis, & fidejussione.

Ne vero eorumdem canonicorum juniorum commodo aliqua obstet difficultas, volumus, ut in aliqua Academia, seu Universitate Catholica operam dent studiis, & inprimis Theologiæ, ubi in humanioribus literis prius nonnihil fuerint progressi. At ne forte parentes, illi præcipue, quibus ob liberorum multitudinem usus domesticus est contractior, vel alias facultates sunt tenuiores, graventur: statuimus, ut Capitula, hujuscemodi Domicellis, ad ea, quæ jam diximus amplectenda studia, per tempus juxta eorum statuta præscriptum, subsidium mediocre (quantum scilicet pro modulo personæ, & quæ de ea spes est, sufficit) suppeditent. Hac tamen conditione, ut ipsi Domicelli antequam a suis capitulis quicquam tale accipiant subsidii, fidejussores aut alias sufficientem cautionem exhibeant, qui capitulis spondeant omnem summam pecuniarum, quæ hoc modo, ut dictum est, in studiosos Domicellos impensa fuerit, plane restitutam iri, si forte progressu temporis contingeret, eundem Domicellum suscepti clericatus pœnituisse. Non est enim æquum, neque justum, ut, quod exponendum est pro educandis Clericis, ad Ecclesiarum, & fidei Catholicæ utilitatem, malitiose usurpetur a Laicis, cum dedecore, & detrimento Ecclesiæ Catholicæ: cum interim eisdem plane sumptibus & eodem tempore, alii syncerioris mentis educari atque instrui potuerint, qui sibi laudi, Ecclesiæ utilitati, & Catholicæ fidei gloriæ futuri erant.

Caput VIII.

Ut bona pars Canonicatuum conferatur, juxta decreta Concilii Tridentini, Doctoribus &c.

Trid. Sess. XXIV. C. 12. de Reform. Quibus vero in cathedralibus Ecclesiis capitulares Canonici, & si non omnes, & in omnibus, majori tamen ex parte, præditi esse debeant qualitatibus, ex sacrosancto Tridentino Concilio Sess. 24. C. 12. Decre. de Refor. satis est clarum; quod præcise observari mandamus.

Caput IX.

Canonicos legitimo accedente tempore, aptitudine, & habilitate, presbyterio initiari debere.

Sequi cupientes antiquam hujus nostræ Provinciæ laudabilem, & sanctam consuetudinem, nec non & renovantes Decretum ultimæ præcedentis Synodi Provincialis Salisburgensis, simul atque sacrosancti Concilii Tridentini Decreto parere volentes, decernimus atque statuimus sub pœna privationis canonicatuum, ut canonici tam cathedralium Ecclesiarum, quam aliarum collegiatarum, quamprimum ad justam pervenerint ætatem, juxta Decretum Concilii Tridentini, & laudabilem consuetudinem Provinciæ & cathedralium Ecclesiarum (nisi canonica impedimenta vel urgentes ac rationabiles causæ pro arbitrio & judicio Ordinarii obstent) sacro Presbyterii ordini initientur, mox Primitias, ut vocant, id est, primam Missam celebrent, idque ultra intervallum sex mensium minime differant. *Sess. XXIV. C. 12. de Reform.*

Caput X.

Quamdiu Canonicis, occurrente negocio, a Canonicatibus abesse liceat.

Sess. XXIV. C. 12. de Reform. Licet sacrosancta Synodus Tridentina statuerit etiam, ne obtinentibus in Ecclesiis cathedralibus, aut collegiatis canonicatus, præbendas, aut portiones, liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis,

dinis, ultra tres menses, ab eisdem Ecclesiis, quolibet anno abesse: *Anno 1569.*
salvis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt: nihilominus considerantes nos hoc ipsum Decretum cum annexa executione, regionum nostrarum Ecclesiis observatu difficillimum fore, & variis de causis multa inde exspectanda esse incommoda, his præsertim, qui longo itinerum spatio, patriam, vel parentes a suis canonicatibus habent distantes, a quibus varias, & aliquando urgentissimas ob causas avocantur, ibique exigente necessitate longius commorandum fuerit: res ipsa postulare videtur, hoc ipsum Decretum ita in hac nostra Provincia esse moderandum (cum consensu tamen, & approbatione sanctæ sedis Apostolicæ, sine cujus assensione nihil præsumimus) ut ei præter omnem difficultatem, canonicus quilibet valeat acquiescere, atque obedire. Nostra autem circa hoc moderatio est, quod Canonicis cathedralium Ecclesiarum, rationabilem & licentia dignam aliquo proficiscendi, ibidemque aliquamdiu, juxta eorum urgentes necessitates, commorandi habentibus causam, a suis Episcopis & a Capitulis approbandam, si locus, ad quem proficiscentur, distabit ultra tres dietas, ut eis a suis Ordinariis ultra tres menses, a Tridentino Concilio permissos, etiam quartus, at semel tantum in anno, concedatur: quibus completis, si ad suorum canonicatuum residentias reversi non fuerint, vel denuo propter easdem, vel alias similes rationabiles causas, obtenta etiam a suis Ordinariis licentia discesserint, tantum de præbendis annalibus, secundum proportionem, ab eis dematur, quantum illud requirit tempus, quo absentes fuerunt. Æquum enim non est, ut is, qui suis vel amicorum incumbit negociis & utilitatibus, tantum de altari accipiat, quantum ille, qui continue, & assidue suæ inservivit Ecclesiæ. Satis nempe est, ut talibus, ex gratia quatuor & quinque mensium remittantur servitia.

CAPUT XI.

Quomodo in residentia, & inter horarias decantationes se gerere debeant Canonici.

Residentiæ vero satisfecisse is intelligitur, ut revera est, qui non solum in loco sui Canonicatus, vel beneficii residet, sed etiam ea omnia præstat, quæ illa exigunt beneficia, propter quæ ipsis tanta accedunt emolumenta. Nam multum aberrant, qui existimant sese non divini operis in Ecclesia exercendi, sed quietis & inertiæ tantum causa canonicatus esse adeptos: perinde atque satis sit, paucis quibusdam Clericis admodum ignaris, tenui precio conductis, curam divini officii committi, quod deinde ejuscemodi mercenarii, non servatis temporum interstitiis, syncopando transcurrunt, interim ipsis canonicis vita torpentibus. Quamobrem nos paterne admonemus omnes nostræ Provinciæ cathedralium præcipue Ecclesia-
Sess. XXIV. C. 12. de Reform. rum canonicos, ut non tantum sanctis Oecumenici Tridentini Concilii, atque aliorum omnium præcedentium Decretis pareant, quæ ad hoc exequendum, atque præstandum, eos compelli mandant, sed & suis conscientiis consulant, atque prospiciant, quod divina per se, & non per substitutos obire debeant officia. Igitur in choro eis voce canora psallendum esse meminerint: nec vero mutos spectatores, tanquam in scena quadam, se exhibeant: a confabulationibus, literarum, vel quorumcumque librorum lectione illic penitus abstineant, nec Horarum quidem preces tunc legendo absolvere liceat, quod etiam superius dictum est, sed uno omnes ore, tam majores, quam infimi, psalmorum, hymnorumque canticis, horis

Anno 1569. ris ſtatutis, quas canonicas vocamus, Deum reverenter, devote, diſtinctisque verbis collaudent. Eam enim ob cauſam ibidem convenitur, & a Canonicis quidem horæ Canonicæ, non horæ Vicariæ, nuncupantur. Dei nomen reverenter, diſtincte devoteque laudent. Illi tamen non intelliguntur, qui ſenio, vel voce minus idonea, vel alia legitima de cauſa pſallere non poſſunt.

Caput XII.

De miniſterio Canonicorum circa Pontificalia.

Hoc etiam non eſt prætereundum, quod cum a Reverendis canonicis, vel Nobis, vel in Eccleſiis cathedralibus, ſuis Epiſcopis, eſt miniſtrandum, hujusque malus obtinuit uſus, ut duo ex iis, qui infimum in capitulo locum habent, ad Epiſcoporum miniſteria vocentur. & ſæpe contingat eos ſolos per totius anni feſta hisce miniſteriis occupatos eſſe, cæteris perpetuo vacantibus, & feriantibus: in quo bina committuntur vitia, nam ſeniores longa intermiſſione deſueti, modum oblivifcuntur miniſtrandi, juniores vero per non uſum addiſcere nequeunt. Cui abuſui volentes providere, ut labor omnibus communis fiat canonicis, tum ne duo duntaxat totum pondus diei, & æſtus ſubeant, & alii ocioſi remaneant, tum ne ſeniores ea, quæ in juventute didicerunt, tandem dediſcant, ſed juniores omnes addiſcant, quæ præſtare tenentur: ordinamus & ſtatuimus, quod quotiescumque Nos, vel noſtri Coepiſcopi, pro ſolemnitate celebraturi, aut alia Pontificalia exercitaturi ſumus, ut mutatis vicibus alternatim ex tota Canonicorum ſerie deligantur, qui ad feſtiva miniſteria parati ſint, habita tamen ratione ſeniorum, ita ut ſeniores in majoribus, juniores vero in minoribus inſerviant feſtivitatibus, quod munus diſcernendi erit ſummi Cantoris. Ii vero, qui ad hoc miniſterium delegati fuerint, Epiſcopo celebranti, vel alias Pontificalia exercenti aſſiſtant, atque decenter comminiſtrent.

Caput XIII.

De veſtitu, cultu, & moribus Canonicorum in communi.

Trid. Seſſ. XXIV. C. 12. de Reform. Veſtitu proinde decenti, & honeſto, tam extra, quam in Eccleſia, aſſidue utantur: veſte chorali quoque munda obtegantur in Eccleſiis. Ab illicitis venationibus, aucupiis, choreis, tabernis, luſibusque abſtineant: & licitis etiam raro indulgeant, ne magis hujus ſæculi, quam Jeſu Chriſti ſacerdotes eſſe videantur, & in ſumma, tali morum integritate polleant, ut ſacerdotis vocabulo digni ſint, & ſuarum Eccleſiarum ſenatores merito dici poſſint.

Caput XIV.

De Præſentiarum diſtributione, & quibus eæ dentur.

Quoniam a ſacris Canonibus, ſanctiſſimisque Patribus, in Eccleſiis tam collegiatis, quam cathedralibus, non ſolum annales Præbendæ, ſed etiam diſtributiones quotidianæ, (quæ vulgo dicuntur Præſentiæ) ſunt inſtitutæ, ut divinus cultus a Canonicis magis frequentetur, atque diligentius peragatur: Nos hanc ſanctiſſimam laudantes inſtitutionem, eamque conſervare volentes, Decretum præcedentis Saliſburgenſis Synodi renovamus, ipſumque obſervari mandamus, in quo ſancitum fuit, deciſionem C. 1. de Cler. non reſid. lib. 6. obſervandam eſſe: videlicet, ut hæ ipſæ diſtributiones quotidianæ ſolum præſentibus, qui interſunt divinis, dentur, conſuetudine non obſtante. Et qui aliter de diſtributionibus ipſis quicquam acceperit

rit (exceptis illis, quos infirmitas, seu justa, rationabilis, & corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusaret) rerum sic acceptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas, imo ad omnium restitutionem, quæ contra hujusmodi nostram constitutionem acceperit, teneatur. Et idem de distributionibus, quæ dantur pro defunctorum anniversariis, illa constitutio decernit observandum. At si quis de quotidianæ distributionis privatione non curans, divina negligeret, aut raro visitaret, is ipse juxta Concilii tertii Aurelianens. decreta puniatur. Cui constitutioni non solum simplices Canonicos, sed & Præpositos, Decanos, atque alios Officiales subjacere intelligimus. Est præterea animadvertendum, quoniam ista pecuniarum numeratio, & distributio, speciem habet, ac si inter fœneratores, nummularios, mensariosve, nummorum versura fieret, atque propterea apud imperitum vulgus offendicula exoriantur: quapropter necessarium arbitramur, earum præsentiarum distributiones, in alio extra chorum loco, a populi conspectu separato, commodius fieri posse, atque debere. *Anno 1569.*

Caput XV.

Numeratio Præsentiarum quare sit instituta, & de ejusdem continuatione, auctione, & distributione.

Cum autem supradictæ distributiones quotidianæ ea de causa sint institutæ, ut non tantum diebus festivis, sive in majoribus duntaxat solemnitatibus, sed quotidie cultus Dei majori diligentia celebretur a Canonicis, quapropter & nomen inde acceperunt, quia hæ non festivæ, sed quotidianæ vocantur distributiones, statuimus itaque, ut non solum in solemnitatibus & aliis diebus festivis, sed etiam omnibus diebus ferialibus, pro singulis horis, & summa Missa, quotidiana & honesta detur distributio, habita tamen dierum festorum a ferialibus consideratione: ita ut plus in diebus festis, & magis in solemnitatibus, quam in aliis distribuatur diebus. Et quia in nonnullis forsitan Ecclesiis tam cathedralibus, quam collegiatis, pro diebus ferialibus nullæ habeantur distributiones, in festivis vero quandoque tam tenues, ut non solum in ferialibus, sed etiam in ipsis diebus festivis multoties propterea cultus divinus ab iis, in quibus amor Dei refrixit, negligatur: rursus ordinamus, ut in omnibus Ecclesiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, pro hujusmodi quotidianis distributionibus, peculiares redditus non habentibus, a propriis capitulis, huic piæ institutioni, pro quotidianis scilicet distributionibus faciendis tantum ex suis annalibus præbendis applicetur, quantum juxta superius descripta cum consensu suorum Episcoporum judicabitur fore sufficiens, & condignum. Quo vero modo & ratione isthæc augmentatio sit perficienda, id S. Conc. Trident. Decretum haud negligendum edocet, cujus verba hæc sunt: Cum beneficia ad divinum cultum, atque Ecclesiastica munia obeunda, sint constituta: ne qua in parte minuatur divinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur: statuit sancta Synodus in Ecclesiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam dignitatum, quam Canonicatuum, personatuum, portionum, & officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros divinis interessentes, proportionabiliter, juxta divisionem ab Episcopo, etiam tamquam Apostolicæ sedis delegato, in ipsa prima fru-

Sess. XXI. Cap. 3. de Reform.

Anno 1369. ctuum deductione facienda, dividantur: Salvis tamen consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu n n servientes, nihil, vel minus tertia parte percipiunt: non obstantibus exemptionibus, ac aliis consuetudinibus, etiam immemorabilibus & appellationibus quibuscumque: crescenteque non servientium contumacia, liceat contra eos procedere, juxta juris, & sacrorum Canonum dispositionem.

Caput XVI.

Exhortatio ad Canonicos, ut pro conservanda & augenda Præsentiarum pecunia libenter quidpiam contribuant, quod ipsum, si soliciti fuerint, ad eos redundabit.

Neque hoc cuipiam Capitulo, sive Canonico minus æquum, aut durum esse videatur, cum neque Capitulis, nec Canonicis quicquam suorum redditnum dematur, neque abstrahatur, sed partim tantum ipsorum redditnum ex uno veluti marsupio, in aliud eisdem Canonicis, si suo satisfecerint ministerio, pariter exbibendum, transferatur, ut hoc modo divino cultui sint intentiores. Quapropter nostri Canonici, cultus divini cupidi, magis debent lætari, quod eorum laborum peculiaris habeatur ratio. Nec credimus Canonicorum quempiam eam ob rem tristatum fore, nisi illius hominum generis sit, qui non, quæ Jesu Christi, & Ecclesiæ, sed quæ sua sunt, tantnm quærunt: quibus nos neque connivere, nec eorum injustæ cupiditati arridere, sed prorsus adversari, & repugnare animati sumus, ne coram Divina majestate, cum animæ detrimento pro ipsis ratio nobis sit reddenda. Si enim scriptura dictante, nemo de altari vivere possit, nisi qui serviat altari, consequens est, indignissime agere eos, qui alimenta expetunt ab Ecclesiis, quibus debitum officium nullo modo exhibent: stipendium autem, non nisi militanti debetur. Ideo Apostolus victu, adeoque ipsa vita, indignos judicat homines ociosos, qui panem non labore suo partum, cum gravamine aliorum edunt: sed quanto graviori putandum est eos divinæ subjacere ultioni, qui census Ecclesiæ, sanctorum Martyrum patrimonia, & piæ plebis donaria, ad divini ministerii sustentationem collata, ociose absumunt, atque abliguriunt, pro iis non curantes debita Ecclesiis rependere obsequia? Propterea audiant hujusmodi (& qui sunt recalcitrantes Canonici, & resistentes divinæ jussioni) quid super hoc Apostolus dicat: Quod si quis non obedit verbo nostro, per Epistolam hunc notate; & ne commisceamini cum illo ut confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem.

I. Corinth. Cap. IX.

II. Thess. Cap. III.

Caput XVII.

Quod nullus ad præsentiarum perceptionem admitti debeat, nisi a principio divinorum usque in finem in choro præsens perseveraverit.

Porro ne quispiam vana persuasione ductus, somniet, nos frivolas hic, & momentaneas condere sanctiones, ant ex levitate, ad quamvis legem adduci nebulam, atque imposturam posse, malitiose cogitet, divinis paululum tanto se præsentando, acceptæque Præsentiarum stipe, se mox subducat, putans se huic nostræ constitutioni, suoque officio satisfecisse, eum, quicumque fuerit, ex traditione superioris Synodi Salisburg. item Coloniensi penultima & Moguntina, nec non & aliis Synodis astipulantibus, commonendum esse duximus, ne suæ supinitati, vel deceptioni ignorantiam prætexere possit. Cupientes igitur ex rebus divinis, etiam temporaneum capere emolumentum, necessarium fuerit eos cultui divino integre, hoc

hoc est, a principio ad finem usque interesse: ita quod si quis ab ultimo Kyrie eleison, exinde toti Missæ, & a primo psalmo, usque in finem, matutinis, ac reliquis horis minime interpellatim (nisi forsan necessitate avocante, petitaque, & obtenta a Præsidente chori licentia) non interfuerit, pro illa hora absentes censeantur (salvis Ecclesiarum consuetudinibus, si quæ forte circa hoc arctiores existant) & consequenter in totum illius horæ, aut officii Præsentia, hoc est, emolumento carebunt. Neque vero hoc in casu quenquam diverticulo seu effugio juvari ullo volumus: utpote, si arbitretur se & sacris, & lucris pariter fecisse satis, si circa idem ipsum, quo Præsentiarum nummi distribuuntur, momentum, in choro affuerit, tanquam sacræ cujusdam ignaviæ, non devotionis mercedem accepturus, etiam si ante Præsentiarum perceptionem durante officio divino, intra Ecclesiæ continentia sit, extra chorum tamen stans, deambulans, colloquens, confabulans, vel seria vel ludicra tractans (ut in nonnullis nostræ Provinciæ cathedralibus Ecclesiis sæpenumero fit) tanto magis pro absente censendus erit, quanto minus Christus omnium summus & maximus sacerdos, Dei Ecclesia dignos judicavit, qui in templo Hierosolymitano columbas vendebant, & rem nummariam exercebant. Quamobrem tales rerum divinarum illusores, non solum Præsentiarum nummis carere, verum etiam meritæ subjici animadversioni jubemus: ne pietas, & impietas, gravitas, & levitas, pari passu ambulare, & æquali præmio procedere videantur. *Anno 1569.*

Caput XVIII.

Rem sacram a Canonicis non tam propter lucrum, quam pietatem esse sectandam.

Tametsi vero spes præclara nos foveat, Canonicos nostros conscientiæ, vel saltem iræ divinæ stimulis tandem excitatos officio suo functuros esse gnaviter: hos tamen omnes & singulos juxta hortamur, atque adeo rogamus, & per viscera Domini nostri Jesu Christi obsecramus, ut non magis lucri, quam devotionis gratia, rem sacram curent, sed potius eam Christiano affectu, & sponte, & ex animo frequentent: ut cum Propheta vere possint dicere: Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, quoniam bonum est. *Ps. LIII.* Pietas enim, teste Apostolo, ad omnia utilis est, quæ & in hoc, & in futuro sæculo, suas a Deo habet promissiones: nam hi, qui eam colunt, ultra remunerationem spiritualem, consequentur etiam temporalem sustentationem, scriptura asserente: Non alligabis os bovi trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Et, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & rursus: Qui altari deserviunt, de altari participant. Sed interim meminerint se vivere, non ut edant, sed edere, ut Christo vivant; Salvatoris verba semper recolentes, dicentis: Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis. *I. Timoth. Cap. V. & I. Corinth. Cap. IX.*

Caput XIX.

Canonicorum excitatio ad pietatem, & cultum divinum.

Neque vero grave fuerit Canonicis, quod eos hoc nostro mandato officii sui admonemus: nempe, ut sacro integro semper intersint, & horas Canonicas uno animo, & voce cantando in choro absolvant. Quandoquidem non solum res ipsa hoc ab eis efflagitare videatur, verum etiam diligentiæ suæ præmium temporale, haud aliunde, quam ex canonicatus sui præbenda, hoc est, bonis Ecclesiasticis percipiant, & idem ipsum S. Trident. & aliorum Conciliorum sanctiones præcipiant:

Anno 1569. piant: tum quoque Prophetarum voce moveri debent, qui nusquam
Ps. XCVII. non inclamant: Jubilate Deo omnis terra: Cantate & exultate & psallite. Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra. Cantate Domino & benedicite nomini ejus: annunciate de die in diem salutare ejus: Istam autem propheticam cohortationem ad Ecclesiasticos homines inprimis spectare, dubium non est: hue namque perinde ut ad communes ad Deum pro se ipsis, & universo populo supplicationes, constituuntur, Ecclesiasticisque bonis invitantur. Quanto itaque magis quis in dignitate positus est, tanto minus dedignari debet hoc ipsum præstare, sacra scriptura attestante his verbis:
Ecclesiast. Cap. III. Quanto major es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam: quoniam magna potentia Dei solius & ab humilibus honoratur. Propterea etiam David cum esset & Rex, & Propheta, non est dedignatus saltando coram Domino, Arcam testamenti Domini in jubilo, & clangore buccinæ comitari: quem cum Michol uxor
II. Reg. Cap. VI. risu exciperet, ajebat: Ante Dominum, qui elegit me potius, quam patrem tuum, & quam omnem domum ejus, & præcepit mihi, ut essem Dux super populum Domini in Israel, & ludam, & vilior fiam plusquam factus sum: & ero humilis in oculis meis &c. Et si tantus Rex, & Propheta propter figuram duntaxat non dedignabatur illa omnia in honorem Dei facere, quanto magis a nostris Canonicis in templo, imo & in præsentia præfigurati Salvatoris nostri Jesu Christi, laudes, & gratiarum actiones, ob tanta nobis præstita beneficia, aliaque mirabilia, extra omnem dedignationem debent decantari?
Matth. Cap. X. Recordentur verborum Christi ubi ait: Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego
Luc. Cap. IX. eum coram patre meo, qui in cœlis est. Et alibi: Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. Non indignemini igitur Reverendi Canonici, sed potius cum gratiarum actione suscipite, & amplectimini hæc nostra pia monita, pensum vestrum psalmis & hymnis, loco, & tempore, juxta prædicta, absolvite, senes & juvenes laudes dicere Domino non deficite, neque erubescite, ne & Redemptor noster vos erubescat in illa die, quando cœli movendi sunt, & terra. Nam & situs istarum vestrarum Ecclesiarum cathedralium & aliarum collegiatarum, ad hoc vos incitare videtur, qui quamdam nascentis Ecclesiæ ministrórum repræsentat vetustatem
Actor. Cap. II. (quorum erat cor unum, & anima una, quotidie perdurantium unanimiter in templo, & frangentium circa domos panes, in orationibusque perseverantium, Deum collaudantium & gratiam ad omnem plebem habentium) eo quod omnium Canonicorum habitacula, sacras ædes, quibus proxima esse solent, cingant, ut procul a promiscua multitudine separati, divinis pariter laudibus jugiter insisteretis, indicat: juxta illud Prophetæ: Ecce nunc benedicite Domino omnes
Psalm. XXXIII. servi Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. Viam interim Canonicis ad negotia pro Ecclesiæ, Episcopi & Capituli necessitate obeunda minime præcludimus: iis enim quousque sunt occupati, neque diutius, non solum a choro, sed etiam (cum opus fuerit) a residentiæ loco abesse licebit. Verum Decanos, aut illos, quibus ea cura pro tempore incumbit, monitos esse volumus, ne extra magnam necessitatem, tempore divinorum suos onerent Canonicos, neque etiam eo tempore capitula celebrent, ne ob illa, Divinum officium vel suspendatur, vel præcipitetur, vel denique ab ipsis negligatur Canonicis: sed illa, aut maturius, aut serius haberi curabunt: ut non tantum simplices Canonici, sed etiam ipsi Prælati divinis officiis

ciis commodius interesse queant: debet enim Dei cultus omnibus aliis *Anno 1569.* anteponi.

Caput XX.

Canonicis plures titulos Canonicatuum in gratiam nobilitatis Germanicæ ob certas rationes concedi.

Seß. XXIV. Cap. 17. de Reform. Cum sancta Synodus Tridentina ad Dei laudem, & Ecclesiæ fructum, præcedentium Oecumenicorum Conciliorum, Chalcedonensis præcipue, sanctiones secuta, decreverit, neminem in duabus Ecclesiis conscribi oportere: quia qui uni est intentus, alteri inservire non potest, & alterius locum occupat, qui ei ministrare posset, *Seß. XXIV. Cap. 12. de Reform.* præsertim quoniam & Nos ejusdem sacri Tridentini Concilii authoritate innixi, alioque Decreto moti, ordinaverimus, statuerimusque, unumquemque Canonicum, non diu posse, neque debere a residentia sui Canonicatus abesse: illud impedimentum, quod redditu um tenuitas affert, effugere eo minus potuimus, quo magis his calamitosis temporibus nostræ Ecclesiæ plurium Canonicorum præsidio egent, neque iis suppressione præbendarum, imminutioneque canonicatuum satis bene consuli judicamus: quamobrem ancipiti consilio diu deliberantes communi tandem consensu in eam sententiam descendimus, ut in omnibus Ecclesiis cathedralibus, moderna canonicorum quantitas ad minorem & determinatum reducatur numerum. Veluti 40. ad 25. vel 20. & 30. ad 20. vel 16. & 24. ad 16. vel 12. & sic de singulis, de communi consensu Ordinarii & Capituli: ita tamen, ut tot supersint, quot divino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commode sufficiant: qui propterea, juxta ea, quæ superius sunt dicta, continue debeant residere, & annalibus præbendis soli gaudere: cæteris ab isto determinato numero amotis, cum a residentia, tum ab emolumentis annuis, liberis remanentibus, vocem tantum activam & passivam retinentibus, dummodo a cœtu Capituli in numerum ipsorum fuerint acceptati: qui etiam a residentia restrictum numerum excedere non debent: ita quod omnibus, his videlicet, & aliis residentibus computatis, prior quantitas non transeatur. Et ne hujusmodi Canonici a Capituli emolumentis annalibus amoti, remaneant absque condigna sui sustentatione, eis facultas conceditur, ut in alia cathedrali Ecclesia, ipsorum quilibet possit cum emolumentis annalibus in Canonicum promoveri, vel jam promotus perseverare: ita tamen, ut ibidem juxta sanctiones suprascriptas residendo, eis frui mereatur: quemadmodum & versa vice, aliis Canonicis jam de præbenda unius Ecclesiæ provisis, ut in alia, vel pluribus aliis cathedralibus Ecclesiis, similem vel similes canonicatus titulares, solo voto in Electionibus gaudentes, facultatem concessam intelligimus: hac etiam ratione, ut quotiescumque titularis alicujus Ecclesiæ Canonico ibidem residendi locus, per alterius obitum, vel renunciationem fuerit oblatus, eam acceptare possit, dummodo, si alium similem, alio in loco antea habuerit, illum prius Capitulo illius loci, vel alteri idoneo renunciaverit, vel titulum solum, absque annali fructu, sibi retinuerit. Quæ res, titulum alicujus canonicatus, absque obligatione residentiæ, & utilitate integræ annalis præbendæ, tantum habendi, nemini videatur nova; quandoquidem talis mos jam antea in nonnullis nostræ nationis Germanicæ Ecclesiis fuerit usitatus: in quibus hujusmodi Canonici titulares per vacantiam aliquorum canonicorum residentium, in illorum locum secundum ordinem suscipiuntur. Quod cum etiam in nostra Provincia (modo tamen infrascripto) executioni demandatum fuerit, unusquisque, nisi rationis expers fuerit, luce clarius

Anno 1569. rius perſpiciet, non ſolum canonicatibus noſtris tenuioribus: ſed etiam cathedralibus longe melius, quam antea proſpectum fore Eccleſiis, uti de unoquoque ſigillatim ſine difficultate poſſumus, ac volumus docere. Nam illis, quibus ampliori proventu opus eſt, ut ſe pro dignitate ſuſtentent, ea ratione ſubvenietur, quod plures ex continua unius Eccleſiæ, quam plurium ut antea, reſidentia conſequentur redditus annales: quia duarum Eccleſiarum proventus, qui antea multis, & ſæpe eisdem dividebantur canonicis, nunc unius tantum Eccleſiæ prioris canonicorum multitudinis duntaxat medietati, & alterius alii reſervantur annales redditus dividendi: ita quod unusquisqne tantum nunc, & utilius de unius canonicatus reſidentia obtinere poterit, quantum antea de duabus reſidentiis accipiebat, quia tantum eſt, & melius, quidpiam in uno loco habere integrum, quam in duobus locis, valde præſertim diſtantibus, diviſum, eo quod eundo, & redeundo, & ſingulis annis in duobus locis rem domeſticam inſtruendo, ſive mutando (uti a noſtris fit canonicis) non parum conſumitur pecuniarum, quibus profecto expenſis parcetur, ſi in una perſeveraverint reſidentia, & uniuscujusque ipſorum magis tuta erit conſcientia, quia ſuo ſatisfacient muneri. Quod etiam neque hic novum eſſe quisquam cenſebit, cum eadem lex, & conſuetudo, tum in aliis quibusdam Germaniæ, tum etiam in noſtris partim Eccleſiis obſervetur; neminem ſcilicet in uno anno poſſe pro utraque conſequenda præbenda, in duabus Eccleſiis reſidere. Id quoque ſic fieri conſultius erit; quia, licet cathedrales Eccleſiæ magnum habeant canonicorum numerum annales præbendas accipientium: pauci tamen, & quandoque (præcipue in ſolemnitatibus) vix quarta pars eorum, in ipſius Eccleſiæ miniſterio, cum magna populi admiratione, utinam etiam non offenſione, deprehenduntur, eoque cum in una reſideant, ab alia abeſſe coguntur: ſub cujus mutationis loci prætextu, magna quoque temporis pars privatis negociis, ne dicam ſolatiis, ac recreationibus teritur. Conſulitur præterea noſtris cathedralibus Eccleſiis, de pluribus perſonis ad regendum idoneis: eo quod canonicis permittatur, ut in diverſis adſcribantur Eccleſiis. Poſtremo, licet in duabus noſtri Canonici conſcribantur Eccleſiis: in una tamen duntaxat unusquisque reſidere tenebitur: cujus proventibus etiam ſolis juxta ſacræ Synodi Tridentinæ intentionem, illum ſuſtentari decrevimus, ſolo alterius titulo, absque ipſius Eccleſiæ detrimento, ſed potius beneficio, ei remanente, eo quod talium canonicorum ratione, & favore, a multis inſidiis, & inconvenientibus, quemadmodum ſupra dictum eſt, ipſæ præſervantur cathedrales Eccleſiæ. Quæ tamen omnia & ſingula judicio & cenſuræ S. S. Apoſtolicæ ſubmittimus, ſine cujus authoritate nihil decernimus.

ADMONITIO.

De Canonicatuum pluralitate.

De Canonicatuum pluralitate. *Cum Summus Pontifex hanc Concilii conſtitutionem, plures ſimul canonicatus Nobilibus Germanicæ Nationis tribuentem, ad ſe delatam excepiſſet, rei novitate permotus hoc modo reſpondit*: Se neque concedere, nec prohibere, ſed illis, qui eam condiderunt, melius conſiderandam relinquere. *Certum quippe eſt, pluralitatem beneficiorum ejusmodi, neque eccleſiaſticis legibus, neque naturali etiam rationi ſat feliciter cohærere. Tridentinum namque Concilium, paulo ante hanc Salzburgenſem Synodum celebratum Seſſ. XXIV. Cap. 17. de Reformat. decernit*: Ut in poſterum unum tantum beneficium eccleſiaſticum ſingulis conferatur; quod quidem ſi ad vitam ejus, cui confertur, honeſte ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem

Anno 1569.

eidem conferri. *Sequitur in hoc Tridentina Synodus vetus Ecclesiæ institutum, jam anna 451. a Concilio Generali Chalcedonense, canone X. evulgatum:* Μὴ ἐξεῖναι κληρικῷ ἐν δύο πόλεων καταλέγεσθαι ἐκκλησίαις κατὰ τὸ αὐτό. non licere clerico conscribi simul in duarum civitatum ecclesiis; *hoc quippe idem & Nicænum Concilium II. anno 787. habitum edixit Canone X:* ἀλλότριον ἐκκλησιαστικῆς συνηθείας; ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum: ἐμπορίας γὰρ καὶ αἰσχροκερδείας ἴδιον τοῦτο. & negociationis esse, & turpis lucri proprium. *Sed & Salisburgense Concilium, quod supra anna 1274. attulimus, jam prahibuit pluralitatem beneficiorum Canone VII; Qui canon, quod Patrum in hoc anni 1569. concilio congregatorum oculis non fuerit abversatus, mirum quidem videri debet, in tanta cæteroquin Archiepiscopi Joannis Jacobi solicitudine. Sed vis obtinentis consuetudinis, & susceptum pro nobilitatis prærogativa studium, facile abripuit ecclesiasticos judices, ac vestigium quadcunque præteritorum temporum illius causa abolevit. Quanquam ipsa ratio, naturæ insita, ejusmodi beneficiorum pluralitatem aversatur; propterea, quod beneficia a fundatoribus sint constituta, & sufficientibus ad vitam sustentandam proventibus aucta, ut clerici, seu canonici, Ecclesiæ muneribus affixi, sedulo iisdem pro Dei honore perfungantur; quem Dei honorem plurium beneficiorum passessor vehementer imminuit, dum beneficia plura, quorum singula suos ad collaudondum Deum beneficiarios cæteroquin attinerent, ille ad se solum avide avocat, atque ita vel hic, vel ibi, laudes divinas supprimit. Quinam vero redditus sufficientes censeri debeant ad canonicum honeste sustentandum, quin opus sit alterum, ut permisit Tridentina Synodus, capessere beneficium, conscientiæ cujusque, & pietati relinquitur, ut secum cordate reputet: qua ubertate, quibusve commodis ex patrimonio Christi vitam honeste sustentare sacri canones decernant?* Avorum abundantiam, atque educationem in paterna domo affluentem deliciis, *ait Sghuanin in Tractatu Beneficiario fol.* 194. pertinere ad filios hujus sæculi, non ad ministros Dei, quos oportet imitari suum divinum magistrum, qui, uti mitis erat & humilis corde, ita non potentia, sed virtutibus & exemplis suam sponsam Ecclesiam informabat.

Caput XXI.

Pinguiores Canonicatus in suo statu & numero relinquendos esse.

In his vero cathedralibus Ecclesiis, quæ vel uberes habent redditus, vel sufficienter juxta S. Concilii Trident. permissionem, simplicibus beneficiis ditari possunt, ita, ut antiquus Canonicorum suorum numerus, juxta illorum gradum & conditionem, absque alterius cathedralis adminiculo, posset sustentari, eos debere minui non intelligimus; sed volumus, ut eorundem Canonicorum quantitas in pristino perseveret statu, & ut in eisdem Ecclesiis omnes resideant, hac tamen conditione, ut eorum quilibet, quemadmodum & alii, in alia Ecclesia titulum retinere, vel obtinere valeat. Et si quis in hujuscemodi Ecclesiis residere renuerit, alteri Canonicatum renunciare necesse erit. In aliis vero cathedralibus Ecclesiis, fiet ut jam dictum est.

Caput XXII.

Quomodo Episcopi, Præpositi, ac Decani Ecclesiarum, de residendo in uno loco, inter Canonicos disponere, ac componere debeant, si forte inter aliquos suboriretur disceptatio.

Et quia hæc nostra Constitutio circa selectionem Canonicorum residendorum, ab aliis titularibus, & e converso, in unaquaque cathedrali Ecclesia faciendam, aliquam fortassis in principio difficultatem pati posset, ex eo, quod aliqui forsitan in una libentius, quam in alia cupiant residere, Episcopi & ipsarum Ecclesiarum cathedralium Præpositi atque Decani, postquam ab ipsis, cum suis Capitulis, de numero residentium, certa ac determinata fuerit conclusio facta, omni charitate procurabunt, ut omnia absque tumultu, & secundum ordinem prudenter fiant: cuilibet canonico de residentiæ canonicatu, juxta uniuscujusque beneplacitum, in quantum possibile fuerit, prospiciendo: ita tamen, ut cui in una residendum est, in alia (juxta ea, quæ superius sunt dicta) titulo tantum gaudeat Et si alicubi inter

Anno 1569. inter aliquos oriretur disceptatio, qui contra præfixum illius Ecclesiæ residendorum numerum, ibidem optarent, vel instarent locum habere residentiæ: tunc si aliter illorum dissensio sedari non potuerit, ordinamus, ut Domicelli, id est, nondum Capitulares existentes, qui adhuc pro annali præbenda residere non possunt, juxta necessitatem a junioribus incipiendo, vel omnes, si opus fuerit, titulum canonicatus duntaxat retineant, aliis jam Capitularibus residentiam relinquentes: si vero aliquo in loco omnes jam fuerint Capitulares, vel tot non fuerint Domicelli, quibus a titulo residentiæ amotis, reliquis aliis omnibus etiam residendi secundum decisionem illius Ecclesiæ, non adesset locus, & inter ipsorum nonnullos adhuc de illius loci residentia perseveraret controversia; tunc statuimus, ut seniores, hoc est, qui illius Ecclesiæ priores fuerunt canonici, usque ad numerum determinatum, residentiæ loco debeant gaudere: reliqui vero titulum duntaxat retinere, & in alio loco residentiam facere. Sed si contigeret, quod aliquis ex junioribus jam Capitularibus nullibi residentiæ locum posset adipisci, talis alicubi ultra præfixum illius loci numerum, dummodo antea ibidem is ipse Capitularis extiterit, resideat, hac tamen conditione, quod quam primum aliquis locus residendorum, per obitum alicujus, in illa vacaverit Ecclesia, nullus illius loco, sed titularis duntaxat substituatur, ut determinatus residendorum numerus non excedatur.

Caput XXIII.

De sufficiendis Canonicis in locum defunctorum.

Quando vero quispiam residentiæ Canonicorum, ex hac migraverit vita, ex titularibus senior, vel alius per ordinem sequens, si prior renuerit, est in locum defuncti assumendus, deinde in loco titularis ad residentiam assumpti, alius erit creandus. Sed si titularium nullus, loco defuncti, in illa residere vellet Ecclesia, tunc alius quicunque assumatur, ab illis dandus, quibus de jure convenit collatio.

Caput XXIV.

Episcopos, ex gratia Apostolicæ sedis, canonicatus in aliis Ecclesiis obtinentes, non nisi inevitabili de causa, ad fructuum perceptionem, aut residentiam, admitti debere.

Quanquam superius ex sacris literis, & Oecumenicis Conciliis satis commonstravimus, omnia jura tam divina, quam humana clamare, Nosque ibidem propterea ordinavimus, omnes Pastores, præsertim Episcopos, qui Apostolorum vices gerunt, in propriis Diœcesibus residendo, suis debere ovibus præesse: nihilominus quia quandoque evenit ex gratia sedis Apostolicæ, confirmatis Episcopis priores suos canonicatus relinqui, vel alios ipsis conferri: ad majorem hujus rei observantiam, ordinamus, & statuimus, ne hujusmodi Episcopi confirmati, ad residentiam suorum canonicatuum admittantur, nisi ab Episcopatu quispiam expulsus fuerit: vel pro eo tempore duntaxat, quo illis a Concilio Tridentino permissum est abesse a suo Episcopatu: sed titulis duntaxat, cum utraque voce frui debeant. Piaculum enim est, & omnem contra conscientiam, quod propter cupiditatem Episcopus propriam relinquat Diœcesim, & sibi a Spiritu sancto commendatis non præsit ovibus.

Caput XXV.

Anno 1569.

De moderatione, & restrictione statutorum Capitularium, & pœna æquitatem transgredientium.

In reliquis vero, Nos, nostrique Coepiscopi, ac cæteri Prælati, hac in Synodo congregati, omnia tam Metropoliticæ quam Ecclesiarum cathedralium, ac collegiatarum totius Provinciæ nostræ Capitula in Domino Jesu requirimus, admonemus, ipsisque injungimus, ut sua revideant, ac contemplentur statuta, & ubi laxiora & licentiosa esse cognoverint, contrahant, suorum memores officiorum ac ministeriorum vocationem suam considerent, eoque modo & forma moderentur statuta, ut Canonicorum splendor, cultusque divinus, cui ipsi Canonici diligenter, cum exhibitione ministeriorum, absque tergiversatione debent interesse, reviviscant, populusque Christianus eorundem exemplo ædificetur. Si qui vero sui status immemores, divini cultus atque suorum officiorum negligentes, ociosi, rixosi, sive litigiosi, aut percussores, susurratores, delatores, scortatores, lusores, aut aliis criminibus irretiti fuerint, mansuete primo erunt admonendi, juxta doctrinam Christi. Quam fraternam admonitionem si quis nihili fecerit, etiam in Capitulo coram reliquis canonicis corrigatur, dicente Apostolo: peccantes, publice videlicet, coram omnibus esse corrigendos, ut & cæteri timorem habeant. Tum si resipiscere non admodum curaverit, fructus participare prohibeatur, a sacrisque arceatur, donec ad meliorem vitæ frugem revertatur: sic tamen, ut regula servetur Apostolica: corripite inquietos, consolamini pusillanimes, patientes estote ad omnes: ita quod neque ira, neque odium, neque rancor ullas sibi vendicet partes. Quod ut omnino fiat, Capituli, vel saltem Officialium, præsertim Decanorum, erit munus & officium: ne, ubi post hujus nostræ Provincialis Synodi commonitionem & jussionem negligentiores in his reperti fuerint, necesse sit eorum negligentiam, cum suo dedecore, juxta juris communis dispositionem, per superiores suppleri. Quod ipsum quoque fiet, si Officiales ipsi, præcipue Decani, quibus aliorum cura principaliter est commissa, eisdem criminibus fuerint irretiti.

I. Timoth. Cap. V. — *I. Thessal. Cap. V.*

De Archidiaconis, Archipresbyteris, & ruralibus Decanis.

CONSTITUTIO XXV.

Caput I.

De Archidiaconatus, Archipresbyteratus, & Decanatus ruralis dignitatibus.

Lib. I. Decretal. Tit. XXIII. & XXIV.

Quamquam Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, inter cathedralium Ecclesiarum, & alter ipsorum, etiam collegiatarum officia connumeretur in Dei Ecclesia, uti in Jure habetur canonico: nihilominus quoniam per nostras Diœceses, ob ipsarum amplitudinem multi, juxta regionum exigentiam, sint instituti, quorum præcipue est habenda consideratio, peculiarem de ipsis, ab aliis Officialibus superius descriptis, distinctam habere voluimus rationem: eo maxime, quia in nostris cathedralibus Ecclesiis, Archipresbyterorum tituli non sunt usitati, quorum officio fere funguntur, qui nominantur Præpositi, atque magna ex parte Decani; & Archidiaconorum officium subeunt, quoad jurisdictionem exercendam, ordinariorum Vicarii generales, qui vocantur etiam Officiales, ab ipsis Episcopis

Anno 1569. ſcopis propterea inſtituti. Quod de aliis per Diœceſes diſtributis, præſertim Archidiaconis non eſt aſſeverandum: cum ipſi ſuorum Ordinariorum, tamquam ſubofficiales exerceant jurisdictionem, juxta formam tamen ac regulam eis præfixam: ideo de ipſis merito particularis habenda eſt ratio. Circa quod, hoc unum prius eſt animadvertendum: jurisdictionem ſcilicet plebanorum, non ad titulum provinciæ noſtræ Archipresbyterorum proprie ſpectare, ſed eos illam tantum exercere debere, quibus a ſuis committitur Ordinariis, quemadmodum & aliis, eamdem facultatem obtinentibus, qui propterea & Decani vocantur rurales, quorum officia licet ab Archipresbyteris nomine videantur diſcrepare, revera tamen ſunt idem: Cujus etiam teſtimonium reddit Jus Canonicum, & formula viſitationis Diœceſis Colonienſis: quamobrem, non tantum de Archipresbyteris, ſed & de hiſce ruralibus Decanis ſermo debet fieri: præſertim cum per noſtram Provinciam, horum nominum reperiantur quam plurimi.

Caput II.

De diverſa poteſtate Archidiaconorum, Archipresbyterorum, & Decanorum ruralium.

Cum hujuſcemodi Archidiaconi per noſtram Provinciam conſtituti, æqualis ubique non ſint poteſtatis, neque authoritatis: & alii ipſis minoris dignitatis, eisdem, Archidiaconis ſecundum Jura ſubjecti, ſive ſint Archipresbyteri, ſeu rurales Decani inter ſe, quo ad facultatem eis conceſſam exercendam multum ſint differentes: nihil enim in ipſa exercenda jurisdictione, contra ſuorum ordinariorum Decretum ordinare, neque agere poſſunt: ideo ut quilibet eo certior ſit, quænam ſuæ functionis ſint negocia, hac præſenti noſtra ſancimus Conſtitutione, ut quando quispiam a Nobis, aut Provinciæ noſtræ Coepiſcopis, in Archidiaconum, aut ruralem Decanum aſſumitur, ſeu alicui Archipresbytero, vel alteri aliqua exercendi poteſtas committitur, huic ſpecialis conſtituatur, & aſſignetur commiſſio, atque mandatum, ſigillo noſtro, aut illius Epiſcopi, a quo aſſumitur, munitum ac corroboratum: in quo peculiariter cauſæ exponantur, in quibus, & quousque aſſumptus cognoſcere, tractare, corrigere, ordinare, atque determinare habeat, una cum ſufficienti, bona, & clara inſtructione, ut quomodo in talibus, ſecundum ſanctiones Canonicas, ſe gerere debeat. Quæ nullus talium, ſub indignatione ſui Ordinarii, & pœna condigna, audeat præterire. In reliquis vero, quæ præter jurisdictionem exercendam, ad unamquamque ſpectant dignitatem ſupradictam, præſertim ad Archidiaconatum, & Archipresbyteratum, ſe juribus unusquisque talis accommodabit canonicis, quæ habentur L. 1. Decretal. tit. 23. & 24.

Cap. ut ſingulæ de Archipresb.

Caput III.

Quales perſonæ requirantur ad ſupradicta officia, quæ etiam conſtitui non debent, niſi prius fidei fecerint profeſſionem.

Ad ſupradictas autem dignitates, & officia, ad Archidiaconatus præſertim, aſſumi non debent, niſi viri ſacerdotio inſigniti, ætate maturi, graves, vita honeſti, prudentes, & commendabiles, atque eruditione, & experientia probati. Decet enim, ut cum ipſi Noſtram, & Epiſcoporum perſonas referunt, ipſi tales ſe exhibeant, quales Epiſcopos eſſe oportet. Ex familia enim, & miniſtris relucet, quales ſint domini. Unde & Tridentinum Concilium, Decretum de Archidiaconis ſtatuens ait: Archidiaconi, qui oculi dicuntur

Seſſ. XXIV. Cap. 12. de Reform.

tur Episcopi, sint in omnibus Ecclesiis, ubi fieri poterit, Magistri *Anno 1569.* in Theologia, seu Doctores, aut Licentiati in Jure Canonico: qui etiam in supradictis dignitatibus, & officiis, vel aliis similibus confirmari non debent, nisi prius in manibus suorum Ordinariorum, vel eis impeditis, coram generalibus eorum Vicariis, seu Officialibus, orthodoxæ suæ fidei publicam fecerint professionem, & in Romanæ Ecclesiæ, & suorum Episcoporum obedientia se permansuros spoponderint ac juraverint.

Caput IV.

De justitia, & æquitate ab Archidiaconis, & cæteris hujusmodi Officialibus exercenda.

Ipsi vero Archidiaconi, Archipresbyteri, & rurales Decani, & hujus generis alii, tale a suis Episcopis consecuti cum authoritate officium, & dignitatem, tales se reddant, ut conceptæ de ipsis exspectationi, & suo muneri, ac suorum Episcoporum satisfaciant voluntati, non lucrum, neque munera respicientes, sed quod justum est & rectum judicantes, nemini ad malum, vel turpitudinem habenas laxantes, neque illorum pravis actibus conniventes, verum eos, juxta demerita, acriter punientes, & unicuique, quod æquitas exigit, tribuentes. Et si contigerit eos quandoque ita impediri, quod functionem munerum suorum, non per se, sed per ministros, aut Commissarios, seu collectores necessario debeant obire, vices suas hominibus non committant levibus, vitiosis, aut etiam conjugatis: sed tantum Ecclesiasticis, gravibus, & probatæ opinionis viris (quod *Cap. 77.* etiam Episcoporum est, ut suo loco diximus.) Unde hæc Synodi Moguntinæ verba extant: Caveant autem Episcopi, & Archidiaconi, dum ipsi officiis suis præesse non possunt, ne vices suas hominibus dubiæ famæ, aut ab ordine Ecclesiastico prorsus alienis, committant: sed in suum locum, quoties suis muneribus per se non præsunt, viros bonos, graves, peritos, prudentes, & imprimis Ecclesiasticos substituant: nec unquam crimina subditorum, per se, aut suos substitutos, mulcta pecuniaria punire præsumant: sed aliis debitis, & a jure constitutis pœnis coërceant.

Caput V.

Archidiaconi nati &c. non præsumant exercere Officium, antequam Ordinario se præsentarint, & ab ipso approbati fuerint, & fidei professionem præstiterint.

Unum autem circa hoc non est prætereundum, quod cum in diversis nostræ Provinciæ locis, non pauci in aliqua dignitate constituti, quorum alii sunt Præpositi, alii Archipresbyteri, alii Parochi, & id genus alii, utinam vero non concubinarii, indocti, avari, turpis lucri cupidi, & infames viri, qui supradictam Archidiaconorum, & Decanorum ruralium, non ex speciali vocatione, sed quasi ex suorum antecessorum hæreditaria successione, sibi omnimodam tribuunt potestatem: ita ut sibi persuadeant, se eo officio, & jurisdictione, ob quamcumque causam non posse destitui: quo fit, ut nonnunquam, si non in pluribus, in suis administrationibus cum animarum jactura & perditione, Ordinariorum dedecore, atque gravamine, populorum scandalo, & causarum partiumque periculo versentur: cui incommodo, omniumque piorum virorum justæ querelæ mederi cupientes, ordinamus, & statuimus, ne quisquam inposterum, cujuscumque dignitatis, vel beneficii, aliquod supradictorum officiorum, Archidiaconatus videlicet, vel ruralis Decanatus, aut hujus generis alterius, suæ (etiam ex privilegio aliquo sibi a nostris Prædecessoribus

Anno 1569. foribus concesso) annexum habens dignitati, sub pœna amissionis dignitatis, vel beneficii, & insuper alia a suo Ordinario imponenda, hujusmodi officio fungi, neque in minimo illud exercere audeat, nisi prius suo se præsentaverit Ordinario, & ab ipso, secundum sacrorum Conciliorum, præsertim Tridentini sanctiones, & suprascriptas nostras leges, fuerit sufficienter approbatus, atque admissus: Deinde & orthodoxæ suæ fidei, quemadmodum & alii, in manibus sui Episcopi, publicam fecerit professionem. Nostra equidem sententia non est, cuiquam loco, vel dignitati in minimo suorum privilegiorum, a nostris Antecessoribus ipsis concessorum, derogare: nam hujusmodi loca, sive dignitates, suis privilegiis privare, vel destituere non intelligimur, dum hoc studemus, ut ad regimen illorum locorum, sive dignitatum, tales fuerint viri assumpti, qui ad supradicta Archidiaconatus, vel Decanatus ruralis, aut alterius similis officii munera exercenda, juxta sacros Canones, & has nostras Constitutiones, idonei fuerint, & sufficientes. Cujus sane mentis procul dubio fuerunt & nostri Prædecessores, talium privilegiorum largitores. Non parum enim est, quod talia loca, sive dignitates, annexa habere possunt hæc officia, ad nos pertinentia, si ad illa habiles assumpti fuerint homines. Idcirco si hoc ipso destitui nolunt privilegio, procurent tales assumere, qui etiam annexorum Officiorum muneribus valeant respondere: alias nullum prorsus admittendum esse decernimus. Qua in re neque alicui fit injuria, cum hujuscemodi munera, mera sint Episcoporum officia, quibus suis providere ac consulere debent ovibus, sibi a Spiritu sancto commissis.

De Parochis, atque eorum cooperatoribus.

CONSTITUTIO XXVI.

Caput I.

Eamdem prope solicitudinem requiri in Parocho, quæ in Episcopo.

Quoniam superius in Constitutione de modo præsentandi, acceptandi, seu promovendi Clericos ad quævis beneficia Ecclesiastica, præsertim curata, satis diffuse ostensum sit, quales debeant esse, & quomodo experiendi, qui ad Parochiales Ecclesias sunt assumendi: idcirco in præsenti articulo, de ipsorum duntaxat munere noster erit sermo. Cum Parochi in partem solicitudinis Episcoporum in his, quæ ad curam animarum pertinent, sint vocati, eis pariter convenit ea considerare, quæ supra, non solum de ipsis Parochis, sed etiam de Episcopis ad curam animarum spectantia, sunt dicta. Ideo Parochus diligenter consideret officium Episcopi circa curam animarum, ut & ipse pro sua virili illud expleat in sua Ecclesia. Quod apte fiet, si quemadmodum nostrum est mandatum atque decretum, sequentia accurate considerabit atque exequetur.

Caput II.

De tribus virtutibus, quibus Parochi præditi esse debeant, & quarum prima est, oves suas cognoscere: atque etiam de libris ab ipsis in promptu habendis, in quibus oves suas sigillatim describant.

Joan. Cap. X. Cum Salvator noster summus Pastor Christus, tres Pastoris, cui sunt oves propriæ, describeret proprietates, hanc primo posuit loco, ut suas nominatim vocare sciat oves: quod haud facere posset, nisi illas singulariter omnes cognosceret. Nos omnibus & singulis nostræ

ſtræ Provinciæ Parochis, quibus oves propriæ, illorum ſunt Parochiani, mandamus atque præcipimus, ut quisque libros in procinctu habeat tres: Primum quidem, in quo omnes totius Parochiæ utriusque ſexus homines, nominibus propriis & cognominibus, ſenes & juvenes, magnos & parvos, una cum cujuslibet ætate, ac conditione inſcribat. In ſecundo annotabit eos, qui vel ex hac mortali ad æternam, vel ex ſua Parochia in aliam commigraverunt & commigrabunt. In tertio Parochianorum ſuorum natos infantes utriusque ſexus, & ſeparatim alienigenas, in ſuam Parochiam habitatum venientes, conſignabit. Circa quæ magna ab ipſis Parochis adhibenda eſt diligentia, ut omnium, tam veteranorum, quam adventitiorum ſuornm ſubditorum, ſive incolarum mores & ſtudia non oſcitanter inquirant, animadvertant, atque cognoſcant, præſertim quoad ſidem Orthodoxam, & Sacramentorum perceptionem. Deinde quas mulieres ſecum habeant, conjugatasne, concubinas, vel ſuſpectæ pudicitiæ. Si conjugatas, an conſanguinitatis, vel affinitatis vinculo viris ſint conjunctæ, ſciſcitentur. Diligenter quoque ac ſtudioſe omnes ſuarum Parochiarum pauperes, præſertim puellas nubiles, viduas, orphanas, pupillos, ægrotos, ſenio confectos, aliasque perſonas, utraque miſericordia, ſpirituali & temporali indigentes, obſervent, atque intelligant. Meminerint enim, ut ovium ſuarum exactam, & piam habeant notitiam, admonente his verbis Salomone: Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuosque greges conſidera. Et hoc, ut eos nominatim poſſint vocare. Quid eſt enim oves ſuas nominatim vocare, niſi ſuorum ſubditorum ſingulos determinate, ac ſufficienter noviſſe? Veritate ipſa dicente: Ego cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ. Quod nihil aliud eſt, quam omnium mores contemplari, quid ſingulis expediat, perpendere, in omnes eſſe manſuetnm, & humanum, non imperioſum, rigidum, ſeverum, vel auſterum, ſed omnibus in Chriſto ſe conformet, juxta illud Apoſtoli: factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem: omnibus omnia factus ſum, ut omnes ſacerem ſalvos: unicuique ſecundum propriam capacitatem, ac indigentiam providendo, in adverſitatibus ſubveniendo, vel conſolando, ad meliora adhortando, a malis dehortando, & ad æternam felicitatem invitando. Quemadmodum enim medicus, corporum diſpoſitiones, complexiones, atque morborum diverſitates conſiderat, quatenus unicuique medicamentum ſuæ diſpoſitioni ac morbo conveniens apponat, ne quod uni prodeſſet, alteri obſit: ſic Parochus, & quilibet hujusmodi Paſtor, cum ſit animarum medicus, ſingulorum inclinationes, ſtudia, & affectus attendere debet, ut unumquemque per media aptiora a malo poſſit retrahere, & ad virtutes provehere, quod factu quidem eſt nonnihil difficile, ſed utiliſſimum tamen: propterea non inepte D. ait Gregorius: Qui ad curam animarum eligitur, duræ & aſperæ vitæ debere eſſe judicatur: quia magna profecto perfectio, exercitatio, functio, diſcretio exigitur in bono Parocho, ac quocumque alio Prælato. Idcirco non ſine cauſa dicebat Moyſes: Date ex vobis ſapientes, & gnaros, quorum converſatio ſit probata in Tribubus veſtris, & ponam eos vobis Principes.

Anno 1569.

Proverb. Cap. XXVII.

I. Corinth. C. IX.

Tom. II. ... l. 5. in I. Reg. C. 14.

Deuteron. Cap. I.

Caput III.

De ſecunda Parochi proprietate, quæ eſt ſuis ovibus notis optime proſpicere, illarum ſaluti conſulendo.

Et quia non ſatis eſt Parocho, ſuos ſubditos, ſufficienter eos cognoſcendo, nominatim vocare, ſed illis etiam, prout neceſſitatem expo-

Anno 1569. expostulare judicaverit, pro utroque homine, necessaria, in quantum suæ permittunt vires, suppeditare: supremus enim Pastor Christus Jesus, Pastoris veri describendo proprietatem ostendit, inquiens: *Joan. Cap. X.* & educit eas: quid est autem Pastores ovas suas proprias educere, nisi ipsarum necessitatibus, optime antea cognitis, pro viribus succurrere? Is nempe Pastor suos educit subditos, qui de via ad patriam, de carne ad spiritum, de mundanis desideriis ad divinorum *Ecclesiast. Cap. XV.* contemplationem, de stabulo famis ad panem intellectus & vitæ, quæ spiritualis alimoniæ pascua sunt, de tenebris ignorantiæ ad lumen scientiæ, de luto spurcitiæ ad lavacrum, quo anima expurgatnr, viam commonstrat, atque adeo manu ducit: hoc autem tum fieri sciant Parochi, cum in omnibus suis concionibus, quæ frequentes esse debent, singulis præsertim dominicis diebus, & festivis, & extra conciones, uti opus fuerit, instruent, docebunt, admonebunt, exhortabuntur, &, si res postulaverit, increpabunt: Ideò & *Sess. XXIV. Cap. 7. de Reform.* Sancta Synodus Tridentina omnibus mandat Parochis, ut inter Missarum solemnia, aut divinorum celebrationem, sacra eloquia, & salutis monita, vernacula lingua, singulis diebus festis, vel solemnibus explanent, eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant. Debent quoque Parochi (ut & præcedens Salisburgensis statuit Synodus) parvulos, quæ pulchra Ecclesiæ portio est, & apta disciplinæ pietatis, non negligere: sed quemadmodum & alios rudes suarum Parochiarum, certis temporibus instruere & catechizare.

Sess. XXIV. Cap. 4. de Reform. Quando autem hoc fieri debeat, Concilium Tridentinum peculiari Decreto indicat his verbis: Saltem Dominicis, & aliis festivis diebus, pueros in singulis Parochiis, fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes, diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curabunt Episcopi. Quod si aliqui negligenter prætiterint, a suis coerceantur Episcopis, & si opus fuerit, etiam per censuras Eccle- *Sess. XXIV. Cap. 7. de Reform.* siasticas, præcipiente hoc eodem Concilio Trident. Suos præterea subditos in primis ad panis Sacramentalis, id est Sacramentorum perceptionem educere debent: sine quibus homo spiritualis, nec vivere, nec salvari poterit. Ad quæ, ut cum majori omnes accedant reverentia, animique devotione, debent Parochi, in his, quæ ad ipsorum spectant ministerium, quemadmodum & Episcopi, cum hæc per se ipsos erunt populo administranda, illorum vim, & usum, pro suscipientium captu, in vulgari nostra lingua Germanica explicare, juxta ea, quæ in Cathechismo Romano, sane utilissimo & his temporibus maxime necessario (qui etiamnum in linguam Germanicam trans- *Sess. XXIV. Cap. 7. de Reform.* latus, ab omnibus, vel exiguo ære comparari potest) cui sancta Synodus Tridentina formam præscripsit, continentur, omnibus etiam observatis, quæ in libello Agendorum nostræ Ecclesiæ Salisburgensis jam composito, & brevi in lucem venturo, annotantur. Proinde quam vigilantissime observent, & annotent eos Parochi, qui forte sanioris doctrinæ (quæ nusquam nisi in Ecclesia Catholica est) pascua nauseaturi sint, vel qui ab hæretica labe vindicati, in errores relapsi, & instar canis, ad vomitum reversi fuerint, vel denique, qui se ex ovili Catholico penitus subducere student, & magis delectantur cum lupis, evangelicæ pellis apparentia obtectis, ululare, quam cum ovibus Christi in fidei concordia & synceritate conversari, quorum (proh dolor) istis temporibus, non parvus est numerus, de qui- *II. Timoth. C. 3.* bus recte prædixit Apostolus: In novissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes: ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benigni-

benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis, quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, veritatem autem ejus abnegantes. Et hos devita. Ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum Jannes, & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed ultra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Si quis igitur hoc modo, & sub specie veri seductus a via veritatis Catholicæ, ut ovicula errans deflectere deprehensus fuerit; eum Parochus non solum ad ovile, sed etiam ad pascua quantum poterit omni cum amore, & charitate reducat, memor doctrinæ summi Pastoris Christi dicentis: Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto: & vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam? Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam supra nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia. At si hujusmodi ovem perditam Pastor de ore leonis, & bestiarum agri, id est a falsa & perversa doctrina hæreticorum, qui instrumenta sunt diaboli, etiam omni adhibita cura, & solicitudine, ad sanctam Catholicam Ecclesiam retrahere haud potuerit, Episcopum tanquam universalem illius Diœcesis Pastorem, nulla interposita mora, ejus rei certiorem faciat. Satis enim fuerit Parocho, hoc tantum effecisse; Nam qui fecit, quod potuit, legem adimplevit.

Anno 1569.

Luc. Cap. XV.

Caput IV.

Quod Parochi non tantum quoad spiritualia, sed etiam temporalia suis subditis pro viribus opitulari, & illis in omnibus, quantum ejus fieri potest, succurrere debent.

Parochorum præterea munus est, non solum ad spiritualia suprascripta, sed etiam ad temporalia suos subditos educere pascua, hoc est, eis quomodocumque indigentibus, pro virili opitulari, aliosque ad idem faciendum hortari. Quod autem circa hoc Parochis dicimus, & aliis quibuscumque beneficiatis, maxime Pastoribus, dixisse intelligimus. Non enim ea bona, quibus gaudent, a tot, tantisque piis utriusque sexus personis (quarum animæ vivunt in cœlis) eis sunt credita ad luxum, neque ad augendas proprias, aut cognatorum divitias: sed partim ad ipsorum vitam honeste, ut fidelem Dei ministrum, & Christianæ pietatis magistrum decet, traducendam: partim vero ad Ecclesiam, pro conservando cultu divino, ejusque ornatu, & splendore spectabit: quod reliquum est, pro sublevanda viduarum, orphanorum, pupillorum, atque aliorum pauperum, & peregrinorum inopia, distribuent, atque elargientur: Quinimo non tantum de superfluis, sed etiam de aliis bonis, quibus secundum ipsorum dignitatem Pastores indigent, genium suum nonnihil defraudantes, hoc est, eo frugalius victitantes, pauperibus, & egenis in magna necessitate constitutis, subvenire tenentur; exemplo D. Martini Turonens. Ecclesiæ olim Episcopi, qui, cum non quidem Episcopus, sed adhuc in castris hominum militans, nihil præter arma, & vestem haberet, & nudum pauperem vidisset, mediam chlamydem nudo algenti præbuit. Quod si adhuc sæcularis fecit, quanto magis Parochis,

Can. Videntis Causa XII. Q. 1.

Anno 1569. chis, & Pastoribus conveniet: præsertim cum & hoc illis sacræ injungant literæ dicentes: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Et D. Hieronymus aliena eum rapere dicit, qui ultra necessaria sibi retineat. Neque enim minus est criminis habenti tollere, quam cum possis, & abundans sis, indigentibus denegare. Esurientium panis est (inquit D. Ambrosius) quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, tantorum te ergo scias invadere bona, quantis præstare possis, quod velis. Nam si cuilibet Pastori, necessitatis casu etiam anima (teste Christo) pro ovibus suis ponenda est, quanto magis atque promptius hæc fluxa, & temporalia bona, juxta illud, pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua, in egenos sibi commissos exponere non dubitabit. At si quorum parochiales proventus tam fuerint tenues, quod ultra necessarium victum nihil sibi pios in usus reliquum facere possent, his implorandum erit Episcoporum suorum subsidium, quibus incumbet ejuscemodi egestati pro pietate sua, quantum ejus fieri potest, subvenire.

Luc. Cap. III. — Can. Sicut. dist. XLVII. — Joan. Cap. X. — Jobi. Cap. II.

Caput V.

De tertia Parochi proprietate, quæ continet vigilantiam, solicitudinem, & charitatem, qua etiam animam suam pro ovibus suis, si necessitas expostulaverit, exponere debet.

Quod si fidelis Pastor his omnibus, præscripto modo, perfunctus fuerit, meminerit etiam quam maxime sibi enitendum esse, ut subditos ab omnibus nocivis, atque inimicis tueatur, ab eo præcipue, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret. Quid enim prodesset ovibus, eas nominatim vocari, & ad optima quæque pascua educi, nisi etiam a bestiarum dentibus & ungulis vindicarentur? Ideo ne id negligentiæ a nostris committatur Parochis, omnium Pastor Christus, loco superiori, tertiam assignando Pastoris proprietatem, eos instruit dicens: Et cum proprias oves emiserit, id est, prædicto modo ad pascua eduxerit, atque de tenebris ignorantiæ, & omnis immunditiæ, ac peccati, in veritatis lucem, ac virtutum splendorem transtulerit, ante eas vadit, non ut Dominus, non ut Princeps, sed ut optimus ac fortis minister, propugnaculum, ac velut robustus armiger, suum præcedens gregem, maximos habentem, atque timentem inimicos, ubique, ac diversis artibus, vitæ ipsius insidiantes, ut hinc inde respiciendo, omniaque perlustrando, non solum tutam ab inimicorum insidiis reddat viam, sed etiam, si quid periculi, aut insidiarum apertum fuerit, vel insidiatores repererit, se illis opponere, & vitam pro charis ovibus exhibere præsto sit. Sic præcessit Christus, sic Apostoli, sic etiam omnis Parochus, seu Pastor, suos præcedere debet subditos. Non enim servus major Domino suo. Quod & Salvator ipse, noster optimus Pastor, post trium veri pastoris proprietatum descriptionem, nominatim videlicet ovas suas vocandi, & illas ad pascua educendi, illasque præcedendi, ostendit, paulo post subjungens: Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.

I. Petri Cap. V. — Joan. Cap. X. — Joan. Cap. XV.

Caput VI.

Prosequitur instructionem circa officium Parochi.

Cæterum cum Pastor quilibet sit velut signum, ad quod omnium subditorum oculi diriguntur, idcirco Parochi suos etiam præire debent Parochianos, in via Dei eos exemplariter præcedendo, & in virtuosa conversatione ambulando: quia nihil magis ædificat subditos,

tos, vel ad omnem ipsorum tantum confert profectum virtutum, ut bona & irreprehensibilis eorumdem vita: frequens namque occursus, & quotidianus aspectus, in habitum vertitur, atque in cordibus subditorum veram in virtutibus constantiam operatur. Quod optime præstabunt, si id, quod verbo docuerint, opere prius ipsi compleverint, exemplo Christi, qui cœpit primo facere, deinde docere, non ignorans exempla & opera magis movere quam verba. Et qui secus faciunt, ante oves profecto non eunt: sed in devia eas ire sinunt: quod fit, si aliud subditis suadeant, ipsi vero aliud agant, de quibus recte dicit Apostolus: Qui alios docent, se ipsos non docent: qui prædicant non furandum, furantur: qui dicunt non mœchandum mœchantur: qui abominantur idola, sacrilegium faciunt: qui in lege gloriantur, per prævaricationem legis Deum inhonorant. Quod nil aliud efficit, quam opere omnia ea subvertere ac destruere, quæ verbo conantur suis subditis persuadere. Idcirco Apostolus Paulus suum prædilectum discipulum Timotheum, ne in hoc munere impingeret, admonet dicens: Esto exemplum fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, ut profectus tuus manifestus sit omnibus: hæc enim faciens, te ipsum salvum facies, & eos, qui te audiunt. Et ad Titum: In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate: verbum sanum, irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Sed ad quid tantum temporis consumimus ad hoc persuadendum, cum universalis omnium Pastor Christus dicat: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est? Unde Alcuinus ad hujus, & supradictorum omnium corroborationem hanc pulcherrimam tradidit sententiam: Pascere oves, est credentes in Christo, ne a fide deficiant, confortare, terrena subsidia, si necesse est, subditis providere, & exempla virtutum, cum verbo prædicationis, impendere, adversariis obsistere, errantes subditos corrigere.

Anno 1569.

Actor. Cap. I.

Rom. Cap. II.

I. Timoth. Cap. IV.

Tit. Cap. II.

Matth. Cap. V.

In Cap. XXI. Joannis.

Caput VII.

Quas præterea virtutes sequi debeat Pastor, & quæ vitia vitare.

Oportet præterea unumquemque Pastorem, in virtute & sapientia stabilem esse, ne affectionibus indulgeat, ne personarum acceptor sit, ne alterum præ altero pungat, vel odiose taxet, ne privato amore, vel odio corrumpatur, sed Deum semper præ oculis habeat, jugiter formidet, ne per suam imperfectionem aut injustitiam, aliquem ex suis offendat commissis. Pastor quippe est judex, & caput, sive principium gregis sui. Talis autem, secundum philosophum animata quasi esse debet justitia, lexque viva, nusquam ab æquitatis devians tramite. Quod si unusquisque præstiterit Parochus, verus suorum Parochialium pastor erit, & summo Pastori Christo gratissimus, & subditi eum, & non alienum sequentur. De quibus omnibus plura undique ex sacris literis, & Patrum monumentis adduci possent, si tantam prolixitatem sanctiones (quæ breves, & dilucidæ esse debent) paterentur, & ea lecturientibus non essent passim obvia. Quamobrem omnes & singulos Provinciæ nostræ Pastores in Domino hortamur, ut non tantum ea, quæ supra dicta sunt, sed & quæ conscientia ipsis digne suppeditabit, in effectum ducant, eos etiam ex S. Conc. Trid. Decreto commonentes, atque adeo præcipientes omnibus, quibus animarum cura commissa est, ut oves suas cognoscant, pro his sacrificium offerant, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exem-

Sess. XXIII. Cap. I. de Reform.

Anno 1569. exemplo pascant, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerant; & cæteris muniis pastoralibus incumbant.

Caput VIII.

De collaboratoribus Pastorum, eorumque mutuo officio, atque illorum sustentatione.

Cæterum cum omnes fere parochiales nostræ Provinciæ Ecclesiæ, tam sint amplæ, quod Parochi soli suis ovibus haud valeant satisfacere, idcirco eis in partem solicitudinis ipsorum alii adjuncti sunt sacerdotes: non ut illi integrum suscipiant laborem, & otiosos reddant Parochos, quemadmodum multi hujus temporis Parochi, non solum contra Canones, sed etiam contra sacras scripturas, & proprias conscientias (quod dolendum est) faciunt, dignitate tantum, & fructibus gaudentes: sed ut Parochus una cum sacerdotibus, suis collaboratoribus, curam animarum conjunctis viribus, & animis exerceant: alioquin eorum utrinque nomina fallerent, & hæc res aliud in fronte, aliud in recessu (quod parum laudatæ fidei esset) haberet. In hos autem potius conveniret, quod D. Gregorius inquit: scilicet: Nonnulli, cum curam animarum suscipiunt, putant, se sic aliorum solicitudinem gerere, ut sibi ipsis valeant per solicitudinem vacare, & tamen quietem, quam in prælatione quærunt, nunquam inveniunt: sitque, ut dum impetrare a Domino gratiam tantæ puritatis nequeunt, quasi iram incurrissent Domini, pertimescant: quia eum, quem se putabant in prælatione habituros amorem quietis intimæ, amplecti non possunt. Ipsi vero Cooperatores in officio suo ita se exhibere tenentur, ut ipsa actio cooperatorum titulo correspondeat. Non minus enim, quoad curam animarum exercendam, & plebes eis commissas divino pabulo pascendas requiruntur, quam ipsi Parochi. Ne autem pro habita fide, diligentia, & labore suo, quo digni sunt, defraudentur præmio, Parochi omnino animadvertant, ut secundum dignitatem, ac eorundem laborem, commode & honorifice possint sustentari, ne fervore laboris deficiant, vel indignentur. Nam & Apostolus Paulus jubet tales duplici honore esse afficiendos. (1. Timoth. C. V.) At si horum quispiam desidiosus, iners, malis moribus præditus, & incorrigibilis fuerit deprehensus, talem illico amoveri mandamus, Ita tamen, ut ob ejuscemodi culpam apud Ordinarium accusetur, atque convincatur. Quem modum etiam observari volumus in suscipiendis ipsis Cooperatoribus: ita ut nullus suscipiatur, nisi ab Ordinario, vel ejus generali Officiali, vel Vicario, sufficiens fuerit approbatus. Et hæc omnia juxta ea, quæ superius In Constitutione de modo præsentandi, acceptandi, seu promovendi Clericos ad quævis beneficia Ecclesiastica, præsertim curata, C. 3. & 4. de Parochorum Vicariis, & ipsis Cooperatoribus sunt tradita atque descripta.

De disciplina, vita, honestate, & moribus Clericorum.

CONSTITUTIO XXVII.

Caput I.

Clericos, cum sint Christi milites, soli Deo militare debere.

Quandoquidem communis hominum vita super terram militia est, quæ alias in cœlestem atque sæcularem dividitur, Clerici autem, qui Deo non solum in Baptismi, sed etiam in Ordinis Sacramento nomina dederunt, cœlestem sibi merito vendicant militiam, quæ divinis depu-

deputata laudibus, ad similitudinem æterni sacerdotis Domini nostri *Anno 1569.*
Levit. Cap. XI. Jesu Christi, dicente scriptura: Estote sancti, quia & ego sanctus sum, undequaque sanctitatem sapere, atque spirare debet; vita, gestu,
II Corinth. Cap. VI. conversatione, moribus, & habitu a sæculari secernetur militia: tum ne nomen Dei propter ipsos inter gentes blasphemetur, & ipsorum ministerium vituperetur: sacrorum Canonum, Tridentini præsertim Concilii dogmata, & nostrorum Antecessorum vestigia sequi volentes, hæc quæ sequuntur, præcedentis Synodi Salisburgensis sanctiones renovando, edidimus Decreta, ab omnibus tam ab Episcopis, Præpositis, Abbatibus, quam ab aliis Clericis, Canonicis, Parochis, & quibuscumque sacerdotibus, atque in sacris ordinibus, etiam minoribus constitutis, nec non & utriusque sexus religiosis, sub pœna condigna, omnino observanda.

Caput II.

Clericos inculpate vivere debere.

Cum enim sacerdotii majestas, atque dignitas, passim apud plebem, non aliam ob causam, quam propter multorum Ecclesiasticorum hominum levem, scurrilem, inconcinnam, & pene abominabilem vitam, obsorduerit, viluerit, & propemodum conciderit: operæ precium, imo necessarinm fuerit, nos tandem e somno expergisci, & relictis peccatorum tenebris, ad lucis opera recurrere, antequam maiorum ruina, & præsertim furor Dei (qui etiam hac nostra infelici ætate, per multa Regna & Nationes, cum lachrymabili Ecclesiarum detrimento, & strage, pervagatus est, neque dum cessare videtur) nos obruat, & opprimat. Ne autem status Ecclesiasticus plane contemptum, atque perditum eat, ex D. Pauli verbis nos omnes
II. Corinth. Cap. VI. commonefaciendi serio sumus, qui ait: Nemini demus ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per
I Corinth. Cap. X. arma justitiæ, a dextris, & a sinistris &c. Et alibi: Sive ergo manducatis, sive bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote Judæis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens, quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant &c. Quod si Clerici nostri reipsa præstiterint id, quod Apostoli verbis admonentur, non solum ora detrahentium obturabunt, verum etiam eos ad sui imitationem
Sess. XXII. Cap. I. de Reform. inducent: quia nihil est (ut bene animadvertit Synodus Trid.) quod magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur: in eos, tanquam in speculum reliqui oculos conjiciunt, ex iisque sumunt quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum, præ se ferant, levia etiam delicta (quæ in ipsis maxima forent) effugiant; ut eorum vita cunctis afferat venerationem.

Caput III.

Decenti vestitu domi & foris uti debere Clericos.

Quoniam vero uniuscujuscumque Principis exercitus, ut ab alieno discernatur, peculiaria ac distincta usurpat indumenta, & signa: idcir-

Anno 1569. idcirco non incongruum judicavimus esse, ab ipsorum Clericorum habitu, seu amictu, initium capere, ut cœlestis militiæ stipendiarii, ab hujus sæculi militibus, breviter, Clerici a Laicis, dignoscantur. Jam pridem enim ex diversorum hominum relatione, non sine perturbatione animi, accepimus, nostrorum Clericorum permultos, & communiter quidem, domi suæ ita nudos versari, ut membra eorum nihil nisi camisia, thorax, & caligæ obtegant, & illæ non satis quidem, sed tam dissolute, ut vix caligæ coxendicem cooperiant, sicque spurce inambulantes non pudere adventantes ad se quoscumque excipere, quorum vita tam barbara, & ab ingenuo pudore adeo aliena est, ut domestica tunica (quam nostro vulgari, ein Leibrock vocant) se cooperire minime curent: alios vero, tametsi hujuscemodi veste interiori non careant, ita tamen eas habere curtas, & concisas, ut fimbria vix ultra zonam se extendat: nonnullos per civitatum, oppidorum, vel aliorum locorum, ubi degunt, vicos, & plateas, pileo tectos, & brevi diploide, seu pallio amictos, cerdonum more incedere: non paucos per hyemem fastigiata gestare capitia, ex omni parte pellicea, vel pellibus suffulta, quasi gentem Scyticam, seu Sarmaticam imitaturi, ita ut magis sub Bachi alicujus, vel Martis, quam Christi signis militare videantur. Tales itaque abusus, habitusque absurdos, indecentes, ac portentosos, partim emendare, partim e medio penitus tollere cupientes, mandamus omnibus & singulis Ecclesiasticis personis, cujuscumque conditionis, & dignitatis, sub pœna ab Ordinariis imponenda, ut tam domi, quam foris, tam in Ecclesia, quam extra, non alio quam Clericali utantur habitu, unicuique congruenti, ac decenti, simplici, & honesto, non limbis ad vestium extremitates, neque laciniis, non caligis, vel manicis scissura hiantibus, atque diffluentibus: ab ornatu delicatiore, utpote monilibus, torquibus, seu catenis, corollis, & similibus illecebris penitus abstineant. Si enim Apostolorum principes, in mulieribus modestiam desiderarunt habitus, quem jubent esse verecundum, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per bona opera; quam turpis putanda est in Clericis tanto gradu sublimioribus, deformissima illa nostræ tempestatis habituum variatio, & auri vana coruscatio?

I. Timoth. Cap. II. I. Petri. Cap. III.

Caput IV.

De forma vestimenti Clericalis.

Forma vero honestioris, & accommodatioris indumenti, hæc erit, quod & domi suæ, & alienæ, vel ubicumque locorum fuerint, ubi res postulat exteriorem vestem deponere, domestica tunica (de qua etiam paulo superius) quæ vel minimum ad mediam suram, seu spithamam infra genua promissa sit, protegantur, ita tamen, ut ea tunica, pectus, & ventrem usque ad genua, fibulis aduncis, vel nodulis connexa, seu fascia quadam circum latera constricta, cooperiat: ne anterius patente veste ipsum pectus, venter, & inguina promineant, & obscœnum quodammodo conspectum de se præbeant. Eam porro tunicam intrinsecam Clericorum in publico incedentium circumdabit toga talaris. Caput vero teget mitra quadrangularis, quam communiter biretum vocant. Quod si hyemalis, vel alias austerior tempestas capitis calidius postularet tegumentum, poterunt sibi applicare capitia hemispherica, vel pellibus, vel alia materia, quæ magis placebit, suffulta, cui deinceps nihilominus mitram quadrigonam imponent. Peregrinantibus contractiore, & ad iter commodiore uti

licebit

licebit habitu, fimplicitate tamen quadam confpicuo, in quo fpiritualis conditionis honeftas atque decorum eluceat. *Anno 1569.*

Caput V.

De armis Clericorum.

II. Corinth. Cap. X. Licet autem Clerici, qui militiæ Chrifti funt adfcripti, in carne ambulent, fecundum carnem tamen militare non debent. Nam arma militiæ noftræ non carnalia funt, fed potentia Dei ad deftructionem munitionum, confilia deftruentes, & omnem altitudinem extollentem fe adverfus fcientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum, in obfequium Chrifti, & in promptu habentes ulcifci omnem inobedientiam, quum impleta fuerit veftra obedientia. Hinc *In Orat. contra Auxent. Lib. V. Epift.* etiam D. Ambrofius ait, milites Chrifti, non pila ferrea, non gladios, non arma quærere, fed dolorem, fletum, orationes, & lachrymas, arma Clericorum, & vera munimenta facerdotis effe. Quare facri Canones, ne Clerici armis uterentur, fed nec portarent quidem prohibuerunt. Decet enim Clericos, ut profeffionis fuæ vocabulum, religiofis moribus, & religiofo habitu præbeant, imitantes Moyfen, qui licet effet Dux Hebraici populi a Deo conftitutus, non tamen ad bella vadit, non pugnat contra inimicos, fed orat, & donec orat, vincit populus ejus. Oret ergo facerdos Ecclefiæ indefinenter, ut vincat populus antiquum ferpentem, qui dicitur Diabolus. Quapropter ftatuimus, ut Clerici Provinciæ noftræ ab omni genere armorum, utpote gladiis, pugionibus, pilis, fuftibus, bombardis &c. (nifi hoftilitatis periculum aliud fuadeat, vel peregrinandum fit) penitus abftineant: qui fecus fecerint, Canonum graves pœnas fubeunto. Et fi quis percuffor repertus fuerit, tanto magis & gravius punietur, & fecundum enormitatem delicti, mulcta augmentabitur: nam fi cui arma ferre non licet, quanto minus in homines vi armata graffari eidem licebit?

Caput VI.

Clericos a malorum hominum confuetudine, publicis fpectaculis, Choreis, Conviviis fufpectis &c. abftinere debere.

Omnes præterea, inprimis illi, qui in majoribus ordinibus conftituti funt, erga homines, tam domi, quam foris, honefte fe gerant, & (ut dici folet exemplariter) bono viro nihil turpe faciendum, etiamfi ex omni parte lateat, etiamfi omnes homines, Deumque ipfum celare poffimus: nihil tamen in nobis avare, nihil injufte, nihil libidinofe, nihil incontinenter effe faciendum, nihil quod pœnitere poffit, fed fplendide, conftanter, graviter, honefte omnia. Quoniam diverfis obfervationibus, (ait Auguftinus lib. de doctrina Chriftiana) nulla difciplina melior gravi, & prudenti Chriftiano, nifi, ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclefiam, ad quam forte devenerit, ad difcendum quod opus eft. Converfatio, feu confuetudo eorum fit cum bonis, & ex bonis eligant optimos, quibufcum victitent, ut & ipfi me- *Proverb. C. XIII.* liores fubinde reddantur: nam, ut eft in Proverbiis, qui cum fapientibus graditur, fapiens erit, amicus ftultorum fimilis efficietur. Chorearum, ludorum, fpectaculorumque vanitates procul fugiant: cum *Epift. V. ad Lucil.* etiam Senecæ judicio nihil damnofius bonis moribus, quam in fpectaculis defidere, quod tunc facilius vitia furrepant: fed fi quid in aliquibus ex fordida converfatione, fervile eft, id honeftorum convictus excutiet. Choreas autem hic peculiariter Clericis noftris prohibendas effe neceffario duximus, quoniam ad aures noftras pervenit, eos non folum nuptiarum, ad quas nonnunquam invitantur, choreis, ac tripudiis fe immifcere, verum etiam ad alias quafcumque fe ultro

Anno 1569. ultro conferre, & illuc mutato habitu, vel etiam nec mutato quidem, inter promifcuam plebem, quovis fcurra vilius faltare, difcurrere, ac turpiffimos de fe motus, & gefticulationes præbere: hinc fieri, ut non raro inter eos, & mœchanicam cohortem turbæ ac fimultates exoriantur: quafi vero nulla alia fuorum morum pravitate fefe vulgo exofos, & infeftos reddiderint, nifi etiam ifthac levitate homines Laicos exafperent, invidia fe onerent, & publica offendicula edant. *Can. non oportet de Conf. dift. V.* Cum itaque Canon falubriter præcipiat, miniftros altaris, vel quoslibet alios Clericos a fpectaculis, quæ in nuptiis, aut fcenis exhibentur, fe continere debere, eo magis nos cupimus, & ferio mandamus, ut a faltationibus illis penitus fint alieni: & fi ad nuptias invitati fuerint, poffint quidem accedere, memores tamen fint Ecclefiaftici decoris, & non nifi Clericali honeftate dignos geftus præ fe ferant: fecus facientes Ecclefiafticis pœnis fubjecti funto. Convivia etiam publica, præfertim hæreticorum & fchismaticorum, omnino vitent, ea enim tum propter alias, tum hanc quoque caufam prohibentur: cum facerdotalis fenfus tenuis effe debeat, ne pinguis venter craffam mentem generet: fefta namque mundanorum (ut B. Thomas refert) funt in epulis, & deliciis corporum, fed fefta fpiritualium *In Joan. VII. Lect. I.* verfantur in delectione fpiritus. Porro meminerint Clerici, ut a fœminarum cœtu & confuetudine, quantum ejus fieri poteft, fe contineant, neque velint cum ftolido illo malle cum mulieribus effe, quam cum Philofophis: ne audiant etiam id, quod quidam ad fatui illius verba refponderat: nempe, & fues in cœno libentius, quam in pura aqua verfari. Demum juxta Patrum antiquas traditiones, neque comam ultra medium cervicis, neque barbas, inftar militum, vel Laicorum, nutriant, & in omnibus præterea geftibus, inceffu, & ftatu, fe facris Patrum fanctionibus accommodent, ut nemini fint offendi- *Matth. Cap. V.* culo, fed exemplo, illud dictum Salvatoris recolentes: Sic luceat lux veftra coram hominibus, ut videant opera veftra bona, & glorificent Patrem veftrum, qui in cœlis eft. Et qui fcandalizaverit unum de pufillis iftis, qui in me credunt, expedit ei, ut fufpendatur mola afinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.

Caput VII.

Ne fæcularibus negotiis fe immifceant.

II. Timoth. Cap. II. Cumque fecundum Apoftolum, nemo militans Deo, fefe negociis fæcularibus implicare debeat, qua de re multa providentia olim vetitum eft, ne Clerici, vel monachi, mercaturam, & quamlibet, cujuscumque generis negociationem, ac id genus alia, quibus turpis lucri caufa moventur, exerceant: Quocirca omnibus, & fingulis noftræ Provinciæ facerdotibus, aliisque Clericis, ac monachis, ne monopolia, propolia, mercaturas, vilius fcilicet tempore meffis, vel vindemiarum emendo, ac poft deinceps carius vendendo frumenta, vina, annonam, jumenta, equos, feu alias quafcumque res animatas, vel inanimatas, quas inhonefto lucro, quovis modo vel tempore comparare, & turpiori diftrahere, tam incommodo, quam fcandalo aliorum hominum ftudent, nec non & id genus omnes alias negociationes prohibemus, atque interdicimus, fub pœna privationis omnium beneficiorum (fi quæ habebunt) & fufpenfionis Clericalis functionis, & fi beneficia eis non fuerint, fub pœna alia pofitiva & condigna, ab Ordinario imponenda.

Caput VIII.

Ne exerceant Monopolia, & negotiationes.

L. uni. C. de Monopol. & convent.

Cum enim lege Imperiali, etiam inter Laicos, Monopolia privatione bonorum, & perpetui exilii pœna sint damnata, quis ea feret inter Ecclesiasticas personas? Neque vero cætera quoque mercandi, & lucrandi avara studia iis sunt concedenda, præsertim cum difficile

C. Qualitas dist. VI. de Pœnit.

sit, Leone Papa teste, inter ementis, vendentisque commercium non intervenire peccatum, & leges civiles asserant, inter contrahentes quodammodo naturale esse, ut sese invicem decipiant: indignissimum foret ejuscemodi tenebrarum retibus se implicare viros Deo consecratos.

L. item si pretio §. quemadmodum ff. Locat. L. in causæ II. §. idem ff. de minoribus C. Quicunque C. XIV. Q. IV.

Bene igitur Canonum statutis firmatum est, ut quicumque in Clero esse voluerit, emendi vilius, & vendendi carius studio non utatur, quod turpe hoc secum afferat lucrum: turpe autem lucrum sectatur, quicumque messis, vel vindemiarum tempore annonam, vinum, vel quolibet tempore quidvis aliud, non ex necessitate, sed propter cupiditatem vilius coëmit, qnod deinceps insatiabili avaritia ductus longe carius vendat. Quæ res Deo non potest non displicere, quandoquidem Christus vendentes, & ementes de templo exturbaus, significare voluit, talem mercatorem abominabilem esse Deo. Qua de causa motus D. Chrysostomus non veritus est dicere, nullum Christianum esse debere mercatorem, aut si voluerit esse, de Ecclesia, hoc est de cœtu Christianorum, projiciendum: dicente Propheta: Quia non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini: mercatorem etenim non vacare mendacio, & perjurio, eorumque substantiam stabilem esse non posse, neque ad bonum proficere, eo quod de malo congregetur: perinde enim, ut si triticum, aut aliud hujusmodi cernas in cribro, dum huc & illuc jactatur, omnia grana paulatim deorsum cadere, ac tandem in cribro nihil nisi inania remanere: sic de substantia negotiatorum nihil remanere, nisi solum peccatum. Proinde Baldus, Juris tam civilis, quam Canonici interpres clarissimus, de salute mercatorum propemodum desperare videtur, cum alicubi dubitandus exclamat: O quo vadit igitur anima mercatoris? Si quis itaque rem ideo comparans, ut amplius quidpiam sibi lucrifaciat, ex eo mercatorum numero sit, qui de Ecclesia Dei ejicitur: merito omnes cujuscumque status Clerici a tali quæstu abhorrere debent, ne Diaboli reticulis intricentur, nec tam sæva cupiditate sacerdotium, cui divino instituto inaugurati sunt, contaminent: id, quod sancte monet vir ipse sanctis. Leo Rom. Pont. virum nempe Catholicum, & præcipue sacerdotem Domini, sicut nullo errore implicari: ita quoque nulla cupiditate violari debere, juxta id, quod scriptum est: post concupiscentias tuas ne eas. Mens enim divitiarum avida, nec abstinere novit a vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum.

Pf. LXX. *In C. cum causam. de Testib.* *Epist. XV.* *Eccles. XVIII.*

Caput IX.

Nemini Ecclesiasticorum nisi qui mixtum & merum habent imperium, licere exercere rem metallicam.

Prælatis autem, temporales Principatus dignitati Ecclesiasticæ annexos habentibus, non ad illorum lucrum, sed ob ipsorum sustentationem Principatnum, eorundemque conservationem Jurium, ac bonum publicum, & utilitatem incolarum, permittimus atque concedimus, ut metallorum salisque fodinas habere, fovere, eisque (cum opus fuerit) necessaria suppeditare, & exinde temporibus suis emolumenta colligere valeant, ita tamen, ut non ipsi, sed per alios eis præsint, neque illis tantum inhient, ut propterea ab eis negli-

Anno 1569. gantur divina, quæ illis omni modo sunt anteponenda. Aliis vero minoribus, cujuscumque sint conditionis, vel dignitatis, hoc ipsum, & hujus generis quæcumque alia prorsus denegamus, cum ipsi, non ob publicum, seu fiscale bonum, quibus nec ærarium, nec fiscus est: sed propter turpis lucri cupiditatem, hujuscemodi amplectuntur prohibitas, Clericoque homine indignas negociationes. His tamen, qui aliqua inopia laboraverint, ab Ordinariis suis de sufficienti sustentatione prospiciatur. Si quis autem huic nostræ Constitutioni adversum agere deprehensus fuerit, is noverit pœnis, atque censuris Ecclesiasticis ita in se animadversum iri, ut intelligat ea enormitate nos haud mediocriter læsos esse, & data gravi pœna aliis omnibus exemplo sit futurus.

Caput X.

Ne Clerici exerceant cauponariam.

Aliud quidpiam fere simile nostro succurrit animo omnes admonendi Clericos, præsertim Parochos, sive rurales, sive urbanos, quod omittendum nullo modo existimavimus. Licet enim sanctæ literæ, Christus ipse, Apostoli, & Prophetæ, ac sacri Canones doceant, Clericos, præsertim Pastores, Parochos, & alios, esse debere hospitales: non tamen caupones, ut tabernam exerceant, vel œnopolium in domibus suis, præcipue Parochialibus instituant, vina mensuratim divendendo, rusticos, seu alios quosvis homines bibulos ad diurnas, nocturnasve potationes, vel commessationes precibus, vel precio suscipiant: Cum accidere soleat, ut non raro compotores illi mero æstuantes, in omnem libidinem despument, & clamosa vociferatione jubilantes, obscœnas, petulantes, & nonnunquam aperte impias, sub alicujus Psalmi prætextu, cantilenas stentoreis vocibus cantando, aures omnium non solum oppleant, verum etiam inquietiores ad contemptum religionis extimulent: vel ut sues gruniendo, & ructando homines afficiant fœda molestia: vel vini furiis exagitati omnis generis rixas, conflictus, & sæpe clades committant: adeo, ut locus ille hara, porcorum stabulum, omnis spurcitiæ, & fœditatis lerna, atri denique cacodæmonis latibulum potius, quam domus religiosa, & Christianorum sacerdotum receptaculum videri possit. Cum itaque hinc revera permulta offendicula, & mala existant: tum etiam sacris Canonibus, ne ullus Clericus tabernam, aut ergasterium habeat, recte cautum sit: Si enim huic generi hominum edendi, vel bibendi causa (nisi id peregrinationis necessitate fiat) tabernas ingredi nefas sit: quis eorum citra summum dedecus, & existimationis detrimentum, vino redolentem cauponem, ne dicamus impurum lenonem agere possit? Quamobrem serio mandamus, atque jubemus, si qui nostrorum Parochorum, vel aliorum sacerdotum, tali quæstu tabernario irretiti sunt, ab eo abstinere illico incipiant, nec eorum quisquam porro ejuscemodi audere, in mentem inducat. Hujus autem Constitutionis nostræ non minus quam præcedentis, Ecclesiasticis pœnis, & censuris roboratæ, Parochos nostros, cæterosque Clericos memores esse jubemus.

C. nulli Clerico dist. XLIV.

Caput XI.

Quibus vinum ex annuis redditibus venit, id non per se, sed sæculares personas venundari licere.

Non prohibemus tamen, quin omnes illi, utriusque sexus Ecclesiastici, qui non minimam suorum proventuum partem in vino colligunt, & ex veteri consuetudine, hactenus observata, jus publice vi-

num

num vendendi habent, morem antiquum, quoad vini venditionem, *Anno* 1569.
observare valeant: hac tamen conditione, ne per se ipsos, sed per sæculares aliquos, hoc vendendi munus expleant, & ne in propriis domibus, in quibus ipsi Parochi, sive alii venditores Ecclesiastici habitant, quemquam potare permittant.

Caput XII.

Clericos ab omni studio avaritiæ alienos esse debere.

At quoniam nullus Clericorum pietatis gratia, sed sola cupiditatis, & avaritiæ causa, ad supradictas movetur negociationes, eos omnes, in quantum possumus, in Domino hortamur, atque rogamus, & obsecramus, ut ab omni labe cupiditatis, & avaritiæ prorsus velint abstinere, & cavere, illasque ut pestem vitare & fugere: quia nihil detestabilius in Clerico, præsertim sacerdote, quam avaritia, quæ omnium est causa malorum: ex eo enim tempore, quo abominabile hoc vitium in Ecclesia Dei pullulavit, atque succrevit, quemadmodum ad Rusticum Narbonensem D. ait Hieronymus, periit lex de Sacerdote, & visio de Propheta. Et hoc ideo, quod nemo Deo possit servire, & mammonæ: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Ubi est enim thesaurus tuus,
I. Timoth. C. VI. ibi & cor tuum. Recordentur verborum Apostoli dicentis: Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, o homo Dei, hæc fuge, sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, & mansuetudinem.

Caput XIII.

Clericos temulentiam, & crapulam, ceu venena fugere debere.

Num. C. VI. Levit. C. X. Ezech. C. XLIV. Cæterum si Deus eos, qui tempore veteris legis se divinæ consecrarunt militiæ, sacerdotes præcipue, atque levitas, vino, & omni, quod inebriare poterat, eo præsertim tempore, quo tabernaculum testimonii, seu atrium interius ingressuri erant, abstinere jusserit, atque sub pœna mortis præceperit: quando nobis, nostrisque Clericis vinum erit bibendum, qui Deo consecrati quotidie ferme divina, non in figura, sicuti illi, sed realiter, & in veritate tractamus? Si igitur bibentes vinum sacerdotes, durum videntur exspectare judicium: de his, qui inebriantur quid fiet? illis præsertim, qui sic ebrii tempore divinorum ingrediuntur Ecclesiam, propriam ibidem, cum aliorum offensione, in conspectu Salvatoris nostri Jesu Christi, & sanctorum Angelorum, ostentantes insaniam, a vino generatam. Quamobrem tam detestabile vitium, crapulæ scilicet, temulentiæ, ebrietatis, ac compotationis, quantum in nobis est, avertere a Clero nostræ Provinciæ desiderantes, ut nostræ conscientiæ
Sess. XXII. Cap. I. de Reform. satisfaciamus, & Conc. Trid. pareamus, subditorumque saluti consulamus, serio mandamus, eum sacerdotem, diaconum, vel subdiaconum, vel cujuscumque ordinis, qui se inebriaverit, aut quem ebrium posthac publice fuisse, vel ad æquales haustus potando certasse constiterit, per Ordinarios suos Judices, pro qualitate delicti, ita puniri, ut cæteri illius exemplo ab hoc crimine avocentur. Quod si aliquis præmissorum a crapula & ebrietate, post alteram punitio-

Anno 1569. nem non abstinuerit, nec monitus a suo superiore destiterit, hunc volumus usque ad condignam satisfactionem, quam cujuslibet Episcopi nostræ Provinciæ arbitrio committimus, ab officio & beneficio suspendi.

Caput XIV.

Ut, nisi peregrinationis necessitate compulsi, tabernas & oenopolia non ingrediantur.

Ut autem causa amputetur, quæ sæpius presbyteris, & cæteris Clericis occasionem dedit, ut crapulæ dediti, etiam nimio vino perfunderentur, præsertim vero in popinis, atque tabernis publicis, ubi non raro sine omni pudore, etiam in conspectu Laicorum, epotandis calicibus student, alter alterum ad bibendi certamen provocando, qua re non tantum alios pernitiose offendunt, sed etiam ebrios, contentiosos, clamosos, sicuti rudentes asini, gesticulatores, obscœnos, tam lingua quam pedibus titubantes, ita, nt ille dicit, neque pes, neque mens officium faciat, se omnium risui, & contemptui exponant: & quis omnia, quibus se vitiis bibuli illi contaminant, recensere possit? cum ebrietas omnium vitiorum lerna sit, & D. Augustino teste, in utroque sexu cuncta mala appetat, &
I. Corinth. C. VI. nefanda committat, & ut Apostolus ait, regna cœlestia appetentibus denegat. Ideo non tam sacrorum Canonum, quam etiam Antecessorum nostrorum Archiepiscoporum Salisburgensium statuta & ordinationes sequentes, mandamus, ut Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, Monachi, vel quicumque Ecclesiastici, edendi, vel bibendi causa, & omnino sine causa evidenter rationabili & honesta, tabernas publicas, aut loca vicina tabernis servientia, vel alias publica, nisi peregrinationis necessitate compulsi, non ingrediantur: quod si fecerint, juxta arbitrium Ordinariorum, secundum gravitatem delicti, gravius vel levius puniantur; ita tamen, quod Ordinarii, in puniendis ebriis, non sint nimium remissi. Quod si quis deprehensus consuetudinem hanc malam non deserat, per sententiam sui Episcopi privetur beneficio, si quod habet, si autem non habeat, carcere puniatur: neque ad exercitium ministerii sui, ac vini potionem admittatur, donec spem & fidem dederit, se in posterum abstinere velle.

Caput XV.

Quibus conviviis interesse liceat Clericis, & quomodo illic se componere debeant.

Non vetamus tamen, quin sacerdotes, ac reliqui Clerici, amicitiæ, charitatis, confabulationis, benevolentiæ gratia, possint se mutuo, & etiam sæculares amicos bonæ famæ viros, quandoque non in hospitiis publicis, sed in propriis, aut amicorum domibus, ad refectionem invitare, sive ab ipsis invitari, & inter se, absque Dei, & proximi offensione læti esse: dummodo ebrietatem omnium malorum fomitem, & nutricem devitent, & præ oculis Deum semper habeant: inter convivandum modestiam, & mediocritatem adhibentes, omnem luxum fugiant: ne de patrimonio crucifixi, se inimicos faciant crucis Christi, sicuti faciunt illi, quorum Deus venter est, qui ter-
C. Convivia dist. XLIV. rena tantum faciunt, & non divina: illudque D. Gregorii præ oculis semper habeant, qui ait: Convivia communia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, non esse vituperanda, sed laudanda: veruntamen sciendum esse: quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla absentium vita mordetur: nullus ex irrisione reprehendi-

henditur: nec in eis inanes sæcularium negociorum fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiuntur: cum non plus quam necesse sit, servitur corpori, sed sola ejus infirmitas reficitur, ut ad usus exercendæ virtutis habeatur: hæc itaque si vos in vestris conviviis agitis, abstinentium (fateor) magistri estis. Ad convivium itaque congregati presbyteri, quisquis eorum, vel loco, vel eruditione, vel ætate dignior est, is preces ad benedicendum mensæ incipiat, cæteri respondeant, quo facto, quisque ut sibi commodum videtur accumbat, ita tamen, ut digniori suus honos reservetur, ne si quis temere, vel incogitantius agat, illud Christi audire cogatur: surge amice, & da locum hinc. Inter comedendum adsit, qui ex sacris quid legat, ita, ut pariter cum corpore, etiam anima alimentum capiat. Sumpto cibo, Hymnus dicatur, exemplo Christi. In summa, quod ad locum convivii attinet, ea ratione utantur Clerici, ne ex infami angulo, infamen contrahant maculam, & sacram personam vituperio exponant.

Anno 1569.

C. Quando dist. XLIV.

Caput XVI.

Alea prohibetur Clericis.

Vinum ac commessationes plerumque sequitur ludus, dicente scriptura: sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Cum igitur ludus, seu alea, etiam de jure civili Laicis prohibita sit, adeo, ut non solum lusores, verum etiam inspectores puniantur, & pecunia hoc modo perdita, jure possit repeti: quanto minus huic & aliis similibus ludis se immiscere licebit Clericis? quibus Imperator Justinianus idem ipsum peculiariter interdicendum censet. Quare Nos S. Concilii Trident. Canones, atque statuta Provincialia & Synodalia sequentes, volumus, ne Clerici in majoribus Ordinibus constituti, ad aleas, taxillos, vel chartas, neque etiam in privato, lucri gratiæ, in pecunias ludant: quinimo vel ludos voluptuosos, occasione quorum sub quadam civilitatis imagine, ad procacitatis materiam devenitur, penitus improbamus. Cui nostro statuto si quispiam contrafecerit, juxta Canones puniatur. Et si quis sæpius, vel in hospitio publico, aut alias palam itidem perpetraverit, duplici pœna plectatur.

L. ultim. C. de religios. & sumpt.

Sess. XXII. C. 1. de Reform.

Caput XVII.

De continentia Clericorum.

Ultimo, quia ex superfluis commessationibus, atque ebrietatibus communiter carnis ardor commovetur, dicente scriptura: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, ideo non indignum judicavimus, post illorum narrationem, & hujus immediate habeamus rationem; præsertim cum non parvo hæc res egeat remedio; eo quod permulti in hac nostra Provincia circa hoc delinquant Clerici. Licet enim quamplurima super eorundem Clericorum, atque Monachorum ac Monialium continentia, diversa sanctorum Patrum, atque Antecessorum nostrorum salubria emanaverint statuta, atque Decreta; quæ tamen, ob corruptissimam hominum naturam, & ad quæque vitia proclivitatem, raro satis ad effectum sunt traducta, ita ut in eodem detestandæ libidinis Clerus usque adeo insorduerit fœtore, donec callum contraxerit, & in perversam sit deductus consuetudinem. Nos qui quasi undecimam circa horam in Domini Sabaoth missi sumus vineam, ut de illa extirpemus nociva, nostrò cupientes satisfacere muneri, decrevimus hanc vineæ partem, nobis commissam, in quantum cunctorum largitor nobis vires suppeditaverit, ab omni-

Ad Ephes. C. V.

Anno 1569. omnibus expurgare immunditiis: Quod ut præstemus, hac sancta Synodo approbante, necessarium duximus aliquid, non autem novum, sed a veteribus nobis traditum, repetere atque renovare. Quare Clericos omnes, sacris præsertim initiatos, primo hortamur, rogamus, & per viscera Salvatoris nostri Jesu Christi obsecramus, ne impudicitiis amplius indulgeant, neque concubinis adhæreant, sed universi continenter & caste vivere studeant, quatenus in conspectu omnipotentis Dei, puro corde tantum sacrificium offerre, sanctissimum Sacramentum administrare, & digne sacrificanti inservire valeant, cujus causa ab omni etiam jubentur matrimonio abstinere.
I. Corinth. Cap. VII. Si enim Paulus Apostolus etiam Laicos conjugatos admonet, ut aliquanto tempore ab usu conjugali abstineant, quo commodius vacent orationi: quanto magis sacerdotes, quotidie ad altare Dei adstantes, veluti pudicitiæ &, castitatis custodes, a conjugio & carnis
Auth. sed neque C. de Episc. & Cler. operibus vacare debent? Unde & Justinianus Rom. Imp. Clericis matrimonia non convenire dixit, non solum ob carnis libidinem, sed & ne liberi, ac nepotes ipsis facesserent negocium, & in sacris peragendis irritarent. Convenit enim (inquit idem) hujusmodi eligi, & ordinari sacerdotes, quibus nec liberi sint, nec nepotes: etenim fieri vix potest, ut vacans hujus quotidianæ vitæ curis, quas liberi creant parentibus maximas, omne studium, omnemque cogitationem circa divinam liturgiam, & res Ecclesiasticas consumat; tum etiam indecens esse, Clericum in propriam sobolem, & cognatos impendere facultates, quas pii homines summa in Deum spe ad sanctissimas Ecclesias adferunt, ut in pauperes, & egentes, aliosque pios usus consumantur: & sacerdotem affectionibus carnalium liberorum, cum ipse fidelium spiritualis pater sit, minime impeditum esse oportere.
I. Corinth. C. VII. Quid quæso hoc aliud est, quam quod Apostolus ait, eum, qui sine uxore est, solicitum esse de iis, quæ Domini sunt: qui vero uxorem habet, solicitum esse de iis, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & talem propterea divisum esse. Quamobrem Clericos nostros a fœminarum consuetudine, & commercio segregatos esse, tum Ecclesiæ nascentis antiquissima consuetudo, tum alia quoque gravissima nos movent exempla. Quod si vero preces nostræ, & admonitiones, in aliquibus duræ cervicis, locum non habituræ sint, præcedentis Synodi Salisburgensis vestigia sequentes eis omnibus & singulis, cujuscumque sint conditionis, præeminentiæ, & dignitatis, etiam monachis, itidem observari mandantes, sub pœnis
Sess. XXV. C. XIV. a Conciliis, præsertim Tridentino sancitis; quas una cum pœnis Juris contra inobedientes exegi ordinamus atque præcipimus. Et si forsan in non beneficiatis executio, quæ de fructuum suspensione, aut beneficiorum privatione aliquid statuit, fieri non possit, volumus tamen illorum pœnas esse suspensionem ab executione ordinis, & privationem emolumentorum, quæ sui ministerii ratione alicui dantur, ac inhabilitatem ad beneficia & dignitates futuras. Et si quis prorsus incorrigibilis reperitur, perpetuæ depositionis pœna plectetur. Ad quas tamen pœnas gradatim per superiores procedi debet, instar graduum in Decretis supradictorum Conciliorum observatorum.

Caput XVIII.

Quo Clerici non solum a publicis tabernis, sed & Concubinarum fœdo convictu abstineant, ea quæ sequuntur illis præcipitur.

Et quia per nostram Provinciam nonnulli, quinimo infiniti sunt Clerici, Ecclesiarum rectores, & alii sacerdotes simplices, quorum aliqui sub colore cibum quotidianum sumendi, publica etiam cum plebejis

plebejis hominibus, & horis extraordinariis, sæpe, & utinam non *Anno* 1569. quotidie, ad compotandum ingrediuntur hospitia, in qnibus post longas potationes, communiter in profana incidunt colloquia, & sæpe ad verbera, ac quandoque ad arma, & vulnera deveniunt: Alii vero tabernas evitare putantes, in propriis ædibus cibum capiunt, & sub prætextu rei familiaris, mulieres, & plerumque suspectas, conducunt, quas honestatis, & cujusdam coloris gratia, coquas nominant, easque perinde, ut uxores proprias fovent, aliquando etiam, ut accepimus, cum illis clam, adhibitis quoque clandestinis testibus, matrimonium prætensum, & quod ipso jure nullum, sed sacrilegium est, contrahunt, fatuas illas mulierculas vanissima quadam honestatis umbra ludificantes, atque in fraudem tam divini, quam humani juris promittunt, matrimonium eorum hoc modo contractum, indissolubile fore, liberosque ab ipsis procreandos legitime natos iri: quin patiuntur insani illi homines scortilla sua, a se, tamquam a maritis, publice denominari, quo quid absurdius, quid etiam nefarius dici potest? Huic itaque impudentiæ occurrere volentes, ea quæ sequuntur sancienda duximus: & observari, sub pœnis non solum superius de concubinariis, & tabernas visitantibus, atque aliis a supradictis Conciliis statutis, sed & gravioribus, mandamus atque præcipimus.

Caput XIX.

Sacerdotes ampliorem alentes familiam, quibus oeconomis uti debeant.

Constituimus autem, ut sacerdotes omnes, ii præsertim, qui amplam habent familiam, pecora & prædia, ut plerumque habent rurales Parochi, qui in propriis ædibus sibi & suis domesticis debent providere de cibis, aliquam assumant mulierem consanguineam, veluti matrem, sororem, amitam, vel neptem: dummodo adultiores sint, & nulla infamia, vel alias sinistra suspicione laborent: Qualem si quispiam sacerdos habere non potuerit, ei concedimus, ut aliquam bonæ famæ, nuptam, & honestam, cum viro marito suo conducat mulierem, ad minus quadraginta quinque annorum, ut uterque, ipsa quidem in his quæ sunt mulieris, & maritus in aliis inserviat officiis. Vix enim hujusmodi reperietur sacerdos, qui juxta fœminæ coquinariam operam, non etiam indiguerit servitio virili. Quamobrem haud mediocriter iis consultum arbitramur, si rei suæ domesticæ, vel per cognatas, vel alias suspicione carentes personas, quæ castitatis, seu continentiæ sacerdotalis testes esse possint, consulant: quod si præstiterint, Deum non offendent, & mundum non scandalizabunt, propriæque conscientiæ satisfacient, ac suæ necessitati consulent.

Caput XX.

De convictu privatorum Sacerdotum.

Aliis vero Sacerdotibus simplicibus, quibus familia non est, neqne etiam, si habere cuperent, illam ex defectu redditnum sustentare valent, mandamus, ut supra: quod si in oppidis, aut villis degerint, ibidem Parochialibus Ecclesiis servientes, quemadmodum sunt Cooperatores, vel alias simplicia beneficia habentes, ut tales omnes apud Parochos eorum locorum sumant cibum; nisi qnispiam in domo habitaret paterna, aut consanguineorum absque scandalo: tunc ut ibidem apud suos perseveret, concedimus. In civitatibus autem, ubi frequens sacerdotum, eorum maxime, qui nuncupantur Vicarii, solet esse numerus, quibus difficile caderet, propter ipsorum

Anno 1569. rum multitudinem, apud Parochos cibum capere, statuimus, ut in qualibet civitate (cujus rei curam habebunt Ordinarii) una, vel duæ, aut plures, juxta necessitatem ipsorum sacerdotum simplicium, conducantur domus, in quibus pariter convictitent, atque habitent. Quod ut commode fiat, hic observabitur modus: Unicuique enim tali domui conductæ, sive ad hoc opus pium determinatæ, aliquis optimæ opinionis vir, prudens, & conjugatus, cujus uxor non sit infamis, aut suspecta, præficietur: qui in eadem domo, una cum uxore & familia separatim habitet, & Clericis eandem domum incolentibus, in una mensa, vel pluribus, ut ipsorum numerus postulaverit, de cibo provideat. Similiter cum aliquis decubuerit, ut ei de omnibus prospiciat necessitatibus. Ipsi vero domus procuratori vel oeconomo hebdomadatim, pro unoquoque illorum, ex ejus redditibus tantum dabitur, quantum ab Ordinariis locorum fuerit constitutum. Præterea ordinamus quoque, ne in talibus conductitiis domibus, inter ipsos sacerdotes, vel alios Clericos ibidem commorantes, excitentur tumultus, ut in qualibet tali domo, unus ex ipsis, qui Ordinario aptior visus fuerit, constituatur, cui parere reliqui teneantur.

CAPUT XXI.

Comminatio in prævaricatores.

In his autem omnibus & superioribus hujus Constitutionis capitulis, si qui transgressi fuerint, omnino juxta nostras sanctiones, absque remissione puniantur. Et si Officiales, Capitula, Præpositi, Abbates, Archidiaconi, Decani (etiam rurales) in puniendis, sive annotandis, & Ordinariis denunciandis transgressoribus, ac conservandis statutis nostris, desides, suique immemores esse voluerint officii, Nos, nostrique Coepiscopi, non tantum erga transgressores ad pœnas debitas procedemus, sed & negligentiam surrogatorum nostrorum supplentes, in ipsos, juxta demerita negligentiæ animadvertemus strictius; ita quod sic contra negligentes Officiales nostros procedetur, quemadmodum circa alios est constitutum. Et si ipsi transgressores fuerint deprehensi, in duplo ab Ordinariis suis plecti debent, ut subditi exemplum sumant.

CAPUT XXII.

De conjugio Clericis vitando &c.

Postremo cum nonnulli in sacris constituti, omni timore Dei prorsus postposito, contra propriam conscientiam, omnemque æquitatem, ac omnia jura, Ecclesiæque Catholicæ consuetudinem, cum maximo fidelium scandalo, se mulieribus publice & solemniter jure matrimoniali (proh dolor) copulant, atque conjungunt: quorum impietati succurrere volentes, cum sacris Canonibus declaramus, hujuscemodi in sacris constitutorum copulas, non nuptias, neque matrimonia esse, sed contubernia, ab omni Christiana pietate aliena, filiosque ex tali detestando connubio procreatos, non legitimos, sed ab omni hæreditate paterna alienos: mandantes omnibus & singulis in sacris constitutis, sub pœna privationis omnium beneficiorum illico incurrenda, & alia ab Ordinariis, illis tanquam hæreseos labe infectis imponenda, ne quisquam tantam temeritatem & flagitium audeat committere; & si quis sui status immemor hactenus prævaricatus fuerit, infra spatium quindecim dierum, ab hujus constitutionis publicatione, relicta uxore, scortatoria, pœnitentiam agat, & a suo Ordinario, præmissa abjuratione, tantæ enormitatis absolutionem accipiat. Si quis enim (inquit sacrosancta Synodus Tridentina) dixerit, Clericos in sacris Ordi-

C. Sane sacerdot. De Cler. Conjug. C. cum multæ Caus. XV. Q. VIII.

Sess. XXIV. Cap. IX.

Ordinibus constitutos, vel Regulares, castitatem solemniter professos, *Anno 1569.* posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, & oppositum nihil aliud esse, quam damnare matrimonium, posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiamsi eam voverint, habere donum, anathema sit; cum Deus id recte petentibus non deneget, nec patiatur nos supra id, quod possumus, tentari.

De obligatione, & modo Canonicas dicendi horas.

CONSTITUTIO XXVIII.

Caput I.

Clericos ad horarum Canonicarum preces adstringi.

Quoniam, ut supra dictum est, militiæ nostræ clericalis arma, non carnalia, sed spiritualia sunt, inter quæ cum orationes primum teneant locum, D. Augustino dicente, gloriosissimam Christiani pugnam esse orationem, qua pro nostris, & Christiani populi peccatis apud Deum incessanter instare debemus, divina attestante majestate: si peccaverit anima, agat pœnitentiam pro peccato, orabitque pro ea sacerdos: & alibi, inter vestibulum, & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes: Quare dicunt in populis; Ubi est Deus eorum? Omnes Ecclesiasticæ militiæ consecratos admonuisse pariter voluimus, se precibus supplicationibusque quotidianis Deo persolvendis addictos esse debere, illis præcipue, quæ ab Ecclesia sunt antiquitus institutæ, & nuper a sanctissimo D. N. Pio V. renovatæ: & quibus præcise sunt obligati hi, qui sacris initiati, aut beneficiis dotati, vel religiosi professi sunt: Ita enim sacri præcipiunt Canones, hoc Psaltes David ipse innuit, septies in die (inquiens) laudem tibi dixi, & iterum, media nocte surgebam ad confitendum tibi. Idem & religiosissimi legumlatores suis suaserunt sanctionibus, dicentes: ut omnes Clerici, cujuscumque Ecclesiæ sint, per se ipsi & nocturnas, & matutinas, & vespertinas preces psallant: neque in absumendis tantum Ecclesiæ facultatibus Clerici videantur, titulum quidem Clericorum sustinentes, sed officium, quod in cultu Domini Dei versatur, negligentes. Item Clericos ea re maxime constitui, ut suis precibus benevolentiam Dei clementissimi Rebuspubl. acquirant. Quam ob causam nostros quoque Clericos admonitos esse volumus, ut obligationis hujus immemores esse nolint, nisi in conspectu summi Dei ingrati, vacui & infideles ministri comparere velint. Cum enim ipsius ministri, atque pro totius Ecclesiæ necessitatibus intercessores simus, si id ipsum agere neglexerimus, Deum optimum max. debita laude, & gratiarum actione, & Ecclesiam intercessionis fructu defraudasse, ac nos ipsos inutiles servos reddidisse reperiemur: ut qui id, quod ex ministerio facere debuimus, non præstitimus. Unde quia ex multis fide dignis edocti sumus testimoniis, non paucos beneficiatorum, & aliorum Clericorum sacris initiatorum, etiam sacerdotum, easdem horas Canonicas quotidie celebrare non admodum curare, quinimo & nonnullos divina Missarum solemnia, nec unius horæ quidem precibus absolutis, & sæpius non inceptis, peragere non erubescunt, quod non tam scandalosum, quam impium plane est; quæ irreligiosa crimina, ceu piacula e medio tollere cupientes, sacrorum Canonum Decretis innixi, prioris Salisburgensis Synodi sanctiones renovantes, hæc, quæ sequuntur, statuimus.

Serm. 2. fer. 6. post 3 Domin. Quadr.

Psalm. CXVIII.

Anno 1569.

CAPUT II.

Clericum pœna amissionis fructuum teneri ad recitationem horarum Canonicarum &c.

Concil. Lateran. sub Leone X. Sess. X. C. 9.

Inprimis, ut quilibet habens beneficium cum cura, vel sine cura, si ultra sex menses, ab obtento beneficio divinum officium dicere distulerit, legitimo cessante impedimento, beneficiorum suorum fructus, suos non faciat, pro rata omissæ recitationis horarum, sed eos tanquam injuste perceptos, in fabricas hujusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si vero ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter quis permanserit, legitima monitione præcedente, ipso privetur beneficio: cum propter officium detur beneficium: officium autem omittere quis intelligatur, quoad hoc ut suspendi, & fructibus privari possit, si in octo diebus illud bis saltem non peroraverit; quoad beneficii vero privationem, intelligatur is preces intermisisse, qui eas in quindecim diebus, bis saltem non celebraverit: Quæ pœna in plura habentibus beneficia, toties quoties aliquis contrafecisse convincatur, est repetenda; quorum omnium (quod gravius est) Deo insuper eos rationem reddere oportebit.

CAPUT III.

Clericos in sacris constitutos non sacerdotes, intermittentes orationem horarum, suspendi a promotione sequentium ordinum.

Qui vero non beneficiatus, sacris tamen initiatus, eas ipsas horas prætermiserit Canonicas, præter peccatum mortale, quod totiens quotiens eas omiserit, committit, graviter etiam a suo est plectendus Ordinario. Is enim cum Subdiaconus fuerit, ad Diaconatum non promoveatur, sed usque ad proximum tempus celebrandorum Ordinum suspendatur: qui neque tunc erit admittendus, nisi sufficientes, & fide dignas secum tulerit testimoniales literas, quod a die suspensionis ipsas horas Canonicas diligenter peroraverit, negligentiamque præteritam studiose emendaverit. Idem per omnia & circa Diaconos hoc ipsum negligentes volumus observari, ut ab ordine Presbyterii, donec negligentiam, & omissa emendaverint, atque diligentiam a se adhibitam patefecerint, suspendantur.

CAPUT IV.

De pœna Sacerdotis simplicis negligentis horas Canonicas.

Si autem contigerit Sacerdotem aliquem tam vecordem esse, quod sui ministerii pensum absolvere præterierit, hunc volumus primo admonitione privata per suum corripi Superiorem, ad quam si se non emendaverit, publice perpetuæ suspensionis pœna populo denuntietur. Quam contemnens, si ab ipsa publicatione intra mensis spatium ad cor non redierit, neque obedientiæ, & correctioni se submiserit, exinde per nostras, aut Coëpiscoporum nostrorum Officiales, vel nos ipsos processu instituto, contra talem ad perpetuam suspensionem ministerii sacerdotalis sententialiter & summarie procedatur.

CAPUT V.

Ante Missæ celebrationem, matutinarum preces prius absolvendas esse, & quæ pœna negligentes maneat.

Si quis demum sacerdos divinum missæ mysterium tractare præsumpserit, nisi prius matutinas preces ad minimum peroraverit, ultra gravem Dei, quam incurrit, indignationem, sui etiam beneficii fructi-

fructibus, si beneficiatus fuerit, ad tres menses carebit: si autem beneficiatus non fuerit, ipso facto a Missarum celebratione quatuor mensibus suspensus erit, omnique emolumento, quod inde fuisset consecutus, privabitur. *Anno 1569.*

CAPUT VI.

Ut Episcoporum Officiarii in hujusmodi animadvertant negligentes.

Ut autem hæc nostra tam necessaria constitutio, suum eo melius consequi possit effectum, non tantum nostri, ac Coepiscoporum nostrorum Officiales, sive Vicarii generales, Archidiaconi, & Decani rurales, diligenter debent attendere: verum etiam Monasteriorum, & aliarum Ecclesiarum, Metropoliticæ, atque cathedralium, & collegiatarum Prælatis, Decanis, & Capitulis injungimus, & mandamus, ut & ipsi huic negotio vigilanter intendant, neque eos, qui contra hanc fecerint constitutionem, inter se tolerare audeant, sed hi, ad quos de jure, vel consuetudine istud officii spectabit, pœnis præmissis contra delinquentes animadvertant, cæteri vero proximioribus suis superioribus denuncient, alias in celatores, tanquam participes criminis, ad debitas pœnas procedetur. Omnes autem pœnas pro qualitate delicti, vel minuere, vel mutare, cum videbitur, pro arbitratu suo Ordinarius poterit.

CAPUT VII.

De horis Canonicis cum devotione perorandis.

Illud autem quam diligentissime mente tenere nostri debent Clerici, si suo satisfacere in Ecclesia voluerint muneri, ut non tantum vocis modulatione, sed & cordis devotione, juxta illud Sapientis: De omni corde suo laudabit Dominum, ipsas horas Canonicas curent absolvere, ne illorum numero adscribantur, de quibus ait Dominus: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me: quibus oratio hujusmodi parum prodesse poterit: quia, si cor non orat, secundum vetus illud proverbium, in vanum fere lingua laborat: propterea bene ait Apostolus Paulus: Nam si orem lingua, tantum scilicet, absque mentali & cordis meditatione, spiritus meus, hoc est, voluntas quidem mea, quæ labia ad orandum movet & impellit, orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? (inquit idem) orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente: hoc est, non solum vocali locutione, mota a voluntate, sed & mentis elevatione orabo. Nam cum psallere idem sit, quod canere, orationem sonat vocalem, quæ a mentis meditatione separata omnino non debet esse, si quis spiritu, & mente una cum vocis modulatione cupit orare, ut oratio grata fiat coram divina majestate.

Eccl. XLVII. — Isaiæ C. XXIX. Matth. C. XV. — I. Corinth. C. XIV.

De Clericis peregrinis, & aliis, absque suorum Ordinariorum dimissorialibus literis, ab alienis Episcopis ordinatis.

CONSTITUTIO XXIX.

CAPUT I.

Neminem extraneum non solum Provinciæ, sed etiam Diœcesis (nisi devotionis gratia, & visis formatis side dignis) ad exercenda sacerdotalia esse admittendum, nisi a suo Ordinario &c.

Quantum malum plerisque Ecclesiis nostris hisce temporibus accesserit, ex inordinata, ac nimium licentiosa acceptatione presbyterorum,

Anno 1569 rorum, maxime peregrinorum, & incognitorum, nemo est, qui nesciat. Quod si antiquissimos Canones, atque sanctorum Patrum traditiones revolverimus, statim inveniemus, quanto labore semper desudaverint, ne hic Episcopus alterius Clericum, eo inconsulto colligeret: vel peregrinis, ignotis, & vagantibus Clericis, inter notos daretur locus: honestati enim contrarium est, & a Patrum institutionibus alienum, sine consensu Episcoporum, Clericos aliarum dioecesium indifferenter in Ecclesiis admittere. Volentes igitur mala futura (ut tenemur) praecavere, ac majorum vestigia imitari, sacrorumque Conciliorum, maxime Tridentini Decreta amplecti, praesenti edicto, de consilio nostrorum Coepiscoporum concluso, prioris Synodi Salisburgensis Constitutionem, hac de re factam, renovando, omnibus & singulis tam Praelatis, Capitulis, presbyteris, curatis, & non curatis, quam Laicis, jus patronatus ad unum, vel plura beneficia habentibus, caeterisque omnibus per nostram Provinciam ubilibet constitutis districte prohibemus, ne aliquem alienae Provinciae presbyterum, neque etiam eum, qui licet Provincialis fuerit, de una tamen in alteram dioecesim, etiam ejusdem Provinciae peregrinatur, in Vicarium, Provisorem, Cooperatorem, aut Capellanum, in Ecclesia, vel beneficio suo, nec non in castra, villas, seu domos pro exercendo officio sacerdotali assumant, non ad divina, nisi devotionis causa, & visis formatis in forma fide digna, admittant, nisi sufficienter, & in scriptis doceat, & coram Officialibus, Archidiacono, aut Decano nostro aliquo rurali, sub cujus ditione morabitur, de susceptione omnium ordinum, tam minorum, quam majorum fidem faciat, offeratque literas testimoniales, ab Episcopo suo, aut illo, ex cujus dioecesi proxime recessit, continentes quidem, quod in fide Catholica, & unitate sanctae Romanae Ecclesiae permanserit, & in ea adhuc duret: Item a quo victus, sive sustentationis honestae provisionem, seu titulum habeat: nec non & ultimam causam, quare in hanc Provinciam nostram se receperit. Quod si Officiales, Archidiaconi, vel Decani rurales, nostrae, aut aliorum Coepiscoporum nostrarum dioecesium, & hi, qui ratione talium admissionum a nobis Ordinariis commissionem, vel mandatum habebunt, Clericum aliquem, & maxime sacerdotem, sic, ut praemissum est, peregrinum, & extraneum, aliter, quam jam diffinitum est, ad exequendum officium, & ministerium suum admiserint, priventur suis officiis, & facultate, quam ab Episcopis suis habuerint, & nihilominus pro arbitrio Episcopi puniantur; Clerici vero, & sacerdotes, qui sic furtive in Provinciam nostram, aut alienam dioecesim irrepserint, ab eadem Provincia nostra, utpote illis aliena dioecesi perpetuo excludantur.

Seß. XXIII. Cap. XVI. de Reform.

Caput II.

Ab alienis Episcopis, absque suorum Ordinariorum dimissoriis, quomodocunque ordinatos, ad sacerdotium non admitti: nisi Ordinariis suis, vel eorum Vicariis generalibus sese praesentarint &c.

Quoniam evenire soleat, ut nonnulli temerarii, eruditionis, morum, & vitae non satis probatae, aut alioquin Ecclesiasticis obnoxii censuris, conscientiam & examina eorum, quibus noti sunt, subterfugientes, aut ad alios pro dimissorialibus literis impetrandis accedant, ut absque praevio examine ubivis locorum possint ordinari; aut (quod pejus est) ad remotiores se conferant dioeceses, ut ab ignotis Episcopis ordines quo possunt dolo & fraude extorqueant, ut ita ordinati domum redeuntes, in nostra Provincia ministrare valeant. Quorum fraudem, & temerariam audaciam reprimere volentes, mandamus omnibus Abbatibus, Praepositis, Archidiaconis,

Deca-

Decanis, maxime ruralibus, Parochis, Parochorumque Cooperatoribus, sive Vicariis, reliquisque sacerdotibus, ac sacristis, & aedituis, atque omnium utriusque sexus Monasteriorum Praefectis, sive ministris, nec non & omnibus Laicis cujuscumque sint dignitatis, praeeminentiae, & conditionis, capellas in suis domibus, arcibus, sive palatiis babentibus, ne (si fuerint Ecclesiastici) sub poena amissionis omnium dignitatum, graduum, & beneficiorum (sed si Laici) sub poena excommunicationis latae sententiae eo ipso incurrendae, aliquem talium alicubi locorum divina celebrare, neque Sacramenta ministrare permittant, aut eis concedant: nisi prius suo Ordinario Episcopo, vel illius Officiali, sive Vicario generali se praesentaverit, & ab eo, quod admitti debeat, testimonium patentibus literis obtinuerit. *Anno 1569.*

Caput III.

De examine eorum, qui aliunde ferunt dimissoriales, & qua poena fraudulenti sint afficiendi.

Ipsi autem Episcopi, sive eorum Officiales, aut Vicarii generales, cum talium aliqui se eis praesentaverint, inprimis ubi, & a quibus, ac quomodo sint ordinati, diligenter inquirent. Et si quispiam literarum dimissorialium ab aliquo Legato, sive Nuncio Apostolico obtentarum vigore, alibi fuerit sacris initiatus, is tunc interrogetur, quam ob causam non suum, pro ipsis ordinibus suscipiendis, vel saltem literis dimissorialibus impetrandis, quemadmodum omnes jubent Canones, accesserit Ordinarium. Qui si aliquam legitimam, justam, & rationabilem, ac sufficientem, testibus idoneis comprobatam adduxerit causam, illico admittetur, atque ei admissionis literae gratis dabuntur: Si vero nullam ob causam, sed propter improbos mores, vitaeque inhonestatem, vel eruditionis insufficientiam, aut aliquod Canonicum impedimentum repertus fuerit (quod per examen debet fieri) sui Episcopi conspectum subterfugisse & mendaciis, ac fallaciis a Legato, sive Nuncio Apostolico, literas dimissorias obtinuisse: septem diebus carceribus, subtracto vino plectetur, & a sacrorum ministeriis, eo usque, quo omne Canonicum evacuaverit impedimentum in ipso repertum, arceatur. At si quispiam inventus fuerit, a nullo literis dimissoriis impetratis, dolo, vel fraude, sive aliter quomodocumque, ab extraneo ordinatus fuerit Episcopo, per integrum mensis spatium carceri mancipabitur, tribus diebus in hebdomada panis & aquae jejunio affligendus: deinde non solum usque ad Canonicorum impedimentorum, quorum causa sui Episcopi censuram subterfugerat, evacuationem, verum etiam ad majorem ipsius delinquentis poenam diutius, & quamdiu, juxta Tridentini Concilii decisionem, proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus.

Caput IV.

Ubi, & quomodo puniti tempore suspensionis degere debeant.

Ne vero hujusmodi suspensi interim eant vagabundi, neque in suorum corporum necessitatibus quicquam patiantur detrimenti, tum in moribus & literis, disciplinaque Ecclesiastica melius erudiantur, in aliquibus illarum Dioecesium reponi debent monasteriis, a quibus non tantum victum, sed & amictum capiant, & ipsi vicissim, ne illis frustra graves efficiantur, illorum locorum conventualibus, in horis Canonicis, atque aliis divinis officiis decantandis, sive celebrandis, sacrorum Ordinum functionibus, quibus sunt suspensi, exceptis, esse tenebuntur auxilio.

De

Anno 1569. *De vita regulari utriusque sexus religiosorum, Canonicorum regularium, & monachorum, etiam mendicantium.*

CONSTITUTIO XXX.

Caput I.

Præfatiuncula, sive exhortatio ad sequentium observantiam.

Cum monasteria ea de causa sint instituta, ut divini cultus sint velut officinæ, Christi Ecclesiæ splendor, pietatis, innocentiæ, prudentiæ, & virtutis specimen, hominum eruditorum fontes, atque pauperum hospitia, summopere, quinimo necessario (ut inquit & Synodus Tridentina) curandum est, ne quæ hactenus in pia eorum perseverarunt institutione, desolentur, sed omnino foveantur, & ubi ipsorum vetus & regularis disciplina est collapsa, omni modo instauretur. Quod ut fiat, omnes Abbates, Præpositos, Priores, Decanos, Abbatissas, Priorissas, cæterosque quorumcumque monasteriorum Præsides in Domino serio hortamur: & si exhortatio nostra in aliquibus fructum parere non poterit, cum sacro Trident. Concilio ipsis omnibus præcipimus sub pœna privationis omnium graduum, & alia positiva a suis Ordinariis imponenda: ut suos subditos, & se ipsos, ad regulam, quam professi sunt, præscriptam, vitam instituant, & componant, atque inprimis, quæ ad suæ professionis perfectionem, ut obedientiæ, paupertatis, & castitatis, & si quæ alia sunt alicujus regulæ, & ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum respective essentiam, nec non ad communem vitam, victum, & vestitum conservanda pertinentia, fideliter observent. Et ne in quoquam prætereatur, Ordinarii, & superiores alii, omnem adhibebunt diligentiam, præsertim in ipsorum Monasteriorum visitationibus, quas opportune instituere non prætermittent. Ut autem omnium Monasteriorum utriusque sexus, Ordinariis subjectorum, Præfecti, nostram apertius intelligant mentem, nonnulla quæ nobis, nostrisque Coepiscopis restauratione, atque emendatione necessario videntur digna, ipsis præscripsimus, omnino executioni mandanda: quæ non tam ex sacro Trid. Conc. quam ex priori Salisb. Synodo sunt desumpta, ita, quod nihil novi obtruditur, sed antiqua erunt renovata, & juxta hujus calamitosi temporis necessitatem accommodata.

(Marginal note: Sess. XXV. C. 1. de reg. & mon.)

Caput II.

Ut sui ordinis regulam teneant, ac rite observent.

Inprimis volumus & mandamus, ut uniuscujusque utriusque sexus Monasterii Præses, regulam, quam cum aliis suis conventualibus, sive Canonicis regularibus, aut monialibus professus est, tanquam caput inter membra stricte teneat, & servet, ut a suis subditis facilius servari faciat; quia tunc vere cum Christo, cujus vices gerit in Monasterio, poterit dicere: Quicumque vult post me venire, hoc est, sub mea disciplina esse, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me: non est me dignus. Quod, si secus agerent, tales Præsides, merito inter eos connumerandi forent, de quibus Christus ait: Dicunt, & non faciunt: alligant enim onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, sibi subditorum, digito autem suo nolunt ea movere. Nam subditi (uti superius diffuse satis dictum est) exemplo magis trahuntur, quam verbo: quapropter

(Marginal notes: Matth. Cap. XVI. Luc. Cap. IX. Matth. C. XXIII.)

propter eis omnibus Monasteriorum Præfectis, ut sibi commissos, Anno 1569.
non solum verbis, sed etiam exemplis, ac bonis operibus, ad suorum institutorum observationem velint inducere: quod fiet, si ipsi utriusque sexus Prælati, quemadmodum in mensa, ita etiam in choro, atque cæteris omnibus actionibus (nisi graviores occupationes obstent) primi fuerint: at non ita, ut apud nonnullos Prælatos more perversissimo receptum est, ut posthabitis ordinum Regulis, & Constitutionibus, ut meri Domini, & quasi fruges tantum consumere nati, ad primos recubitus, & supremas cathedras primi cursitent, & non solum a subditis, verum etiam plerisque aliis superbo titulo, utpote clementissimi, vel (quod pene in vulgatiori vocabulo est) gratiosi Domini, vel Dominæ (si Prælatæ sint) salutari gestiant, contra illud Salvatoris dicentis: Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim Magister vester; omnes autem vos fratres estis. Qui major est vestrum, erit minister vester. Summa enim Monachi (teste Isidoro) virtus est humilitas; summum vitium ejus, superbia est. Si qui igitur ab hac monastica modestia, humilitate, solicitudine, ac pietate alieni esse deprehensi fuerint, tales ab Ordinariis Episcopis, vel aliis suis superioribus omnino a suis amoveantur Prælaturis, & juxta demerita acerrime, ut aliis sint exemplo, puniantur. Nam qui se exaltaverit (dicit Dominus) humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

Lib. 1. de summo bono.

Matth. Cap. XXIII.

Caput III.

Qui, & quomodo sint acceptandi, & non cogendi; ad quemquam ordinem, & quod ante ætatem legitimam nemo ad professionem suscipiatur.

Deinde curabunt monasteria sua, juxta cujusque necessitatem, piis, honestis, religiosis, ac notis fratribus, vel sororibus, non adventitiis, & ignotis sustentare. Et si professos, quantum satis est, non habeant, dent operam, ut bonæ spei juvenes ad habitum recipiant, ita tamen, ne aliquem cogant: nemo enim invitus monasticis disciplinis subjici debet: quod si quidem aliquis non eligit, nec optat, id certe non diligit, quod autem non diligit, facile contemnit, nullum ergo bonum, nisi voluntarium, quapropter David voluntarie se Deo sacrificaturum pronunciat: neque porro ante ætatem legitimam ad professionem quemquam accipiant: In quacumque enim religione tam virorum, quam mulierum (inquit sacra Synodus Trid.) professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec qui in minore tempore quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Professio autem antea facta, sit nulla; nullamque inducat obligationem ad alicujus Regulæ, vel religionis, vel ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus. Finito autem tempore probationis alicujus, illius superior, eumdem Novitium, vel Novitiam, si judicaverit habilem ad profitendum, admittat; sin minus, e Monasterio dimittat.

C. Præsens Caus. XX. Q. IV.

Ps. LIII.

Sess. XXV. Cap. XV. de Regul. & mon.

Caput IV.

De assumendis & confirmandis monialibus.

Libertati vero professionis virginum Deo dicandarum prospiciens sancta Synodus Tridentina, statuit atque decernit, ut si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, major duodecim annis sit, non ante eum suscipiat, nec postea ipsa, vel alia professionem emittat, quam exploraverit Episcopus, vel eo absente, vel impedito, ejus Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat, & si voluntas ejus pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requi-

C. Puella Caus. XX. Q. III.

Anno 1569. requifitas, juxta monafterii illius & ordinis regulam, nec non monafterium fuerit idoneum, libere ei profiteri liceat: cujus profeffionis tempus ne Epifcopus ignoret, teneatur Præfecta monafterii, eum ante menfem certiorem facere: quod fi Præfecta certiorem Epifcopum non fecerit, quamdiu Epifcopo videbitur, ab officio fufpenfa fit.

Caput V.

Nullam debere cogi, vel invitam adduci ad ingreffum Monafterii, vel habitum fufcipiendum.

Anathemati pariter fancta Synodus Trid. fubjicit omnes & fingulas perfonas, cujuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quam Laicos feu fæculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, fi quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem invitam, præterquam in cafibus, in jure expreffis, ad ingrediendum monafterium, vel ad fufcipiendum habitum cujuscumque religionis, vel ad emittendam profeffionem; quique confilium, auxilium, vel favorem dederint; quique fcientes eam non fponte ingredi monafterium, aut habitum fufcipere, aut profeffionem emittere, quoquo modo eidem actui, vel præfentiam, vel confenfum, vel authoritatem interpofuerint. Simili quoque anathemati fubjicit eos, qui fanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo fine jufta caufa impedierint. Eaque omnia, & fingula, quæ ante profeffionem, vel in ipfa profeffione fieri oportet, ferventur non folum in monafteriis fubjectis Epifcopo, fed etiam in aliis quibuscumque. Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ Pœnitentes, aut convertitæ appellantur: in quibus Conftitutiones earum ferventur.

Caput VI.

De his, qui facta profeffione, ex ordine difcedere cupiunt.

Quicumque autem regularis prætendat, fe per vim & metum ingreffum effe religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam profeffum fuiffe, aut quid fimile, velitque habitum dimittere, quacumque de caufa, aut etiam cum habitu difcedere fine licentia fuperiorum, non audiatur, nifi intra quinquennium tantum a die profeffionis, & tunc non aliter nifi caufas, quas prætenderit, deduxerit coram fuperiore fuo, & Ordinario. Quod fi antea habitum fponte dimiferit; nullatenus ad allegandum quamcunque caufam admittatur, fed ad monafterium redire cogatur, & tanquam apoftata puniatur; interim vero nullo privilegio fuæ religionis juvetur.

Caput VII.

De cura erudiendi, & informandi Monachos, & Monachas juniores.

Statuimus etiam & ordinamus, ut in virorum monafteriis, præter vitæ regularis, ac cæremoniarum ordinis inftructorem, qui ejusdem profeffionis, & maturus, prudens, ac exemplaris effe debet, alius quoque vir pius, ac doctus habeatur, fi ille ad hoc præftandum infufficiens, feu impotens fuerit judicatus, qui novitios, & alios juvenes, in humanioribus inftruat literis, deinde in liberalibus artibus: quia (tefte S. Hieronymo) monachus, qui liberalibus in adolefcentia eft eruditus ftudiis, jugum Chrifti collo fuo impofuit. Et fi inter eos bonæ fuerint indolis, alicujusque exfpectationis, ad Univerfitates bene Chriftianas, aliquot annis Theologiæ operam daturi mittantur: ita tamen, quod illic non alio in loco, uti etiam Tridentinum

Ad Rufticum.

Sess. XXV. Cap. IV. de Regul. — *Anno 1569.*

tinum determinat Concilium, quam in monasteriis, & in habitu religionis, quam professi sunt, sub cura, & oculis honestorum præceptorum degant. At si quispiam eorum stupidior fuerit, quam quod literarum doctrinam assequi possit, is in monasterio circa sacerdotii necessaria ad minus, ut fieri poterit, instituatur: quod si nec ad ea percipienda fuerit aptus, tunc a sacrorum ordinum limine, tanquam inutile pondus terræ, arceatur. Moniales vero unam ex senioribus professis, Deum timentem, & in regulis, ac Constitutionibus sui ordinis bene educatam, prudentem, patientem, & charitati studentem, eligant, quæ novitias, aliasque juvenculas, in his, quæ ad ipsarum spectant professionem, instruat, & in lege Domini quotidie meditari doceat. Reliquæ vero moniales circa quodque Monasterium, habeant prædicatorem, qui ad minus omni die Dominica, in earum Ecclesiis concionetur.

Caput VIII.

Ut religiosi utriusque sexus circa divina tam diurna quam nocturna officia, aliaque munia Monastica diligentes sint.

§. Ordinatione post med. Auth. de Monach.

Eos quoque utriusque sexus (non discernentes hic nec masculum, nec fœminam, eo quod unum omnia in Christo consistant) religiosos admonere volumus, ut divina officia tam diurna, quam nocturna non solum juxta ea, quæ superius omnibus Ecclesiasticis sunt præscripta, sed etiam majori cum diligentia, ac intimo spiritus fervore, quotidie absolvant. Religiosi enim præ aliis debent invigilare divinis officiis, præcipiente hoc D. Gregorio: & inter leges quoque civiles bene sancitum est, ut Monachi circa divina ministeria non sint desides, sed aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhæreant, nocturnas, matutinas, & vespertinas preces psallant. Quamobrem universalis Ecclesia ordines monasticos ob id maxime approbavit, ut sæcularibus negotiis prorsus abdicatis, divinis laudibus, sacrisque lectionibus, ac spiritualibus contemplationibus, nonnullisque exercitiis eis convenientibus, penitus sint intenti, atque occupati. Unde D. Hieronymus monasticæ vitæ hominis officium describens ait: Monachus (quod idem intelligendum est & de monacha) de manu & oculis suis librum nunquam debet deponere, sed psalterium ad verbum discere, sine intermissione orare, sensu vigilare, vanis cogitationibus aditum præcludere, corpore pariter & animo in Deum tendere, iram patientia vincere, & scripturarum scientiam amare, si carnis vitia voluerit vitare, ac nullis mentis perturbationibus (quæ si insederint, ad maximum inducunt delictum) locum dare: aliquid operis semper facere, ne a diabolo inveniatur otiosus, sed semper occupatus. Et si nulla sint, quæ manibus operari liceat, libros tamen sacros describere, ipsis maxime conveniret, ut & manus cibum operetur, & anima lectione saturetur. Nam & Ægyptiorum monasteria hunc morem servasse leguntur, ut nullum absque operis labore susciperent, non tam propter victus necessitatem, quam propter animæ salutem: ne perniciosis cogitationibus vagarentur, (in desideriis est enim omnis otiosus) neve instar fornicantis Hierusalem, omni transeunti suos divaricarent pedes. Dum essem juvenis (inquit idem Hieronymus) & solitudinis me deserta vallarent, incentiva vitiorum, ardoremque naturæ ferre non poteram, quem cum crebris jejuniis frangerem, mens tamen cogitationibus æstuabat: ad quam edomandam cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi, ut post Quintiliani acumina, Ciceronis fluvios, gravitatemque Frontonis, & lenitatem Plinii, alphabe-

C. Quia tua Caus. XVII. Q. 1.

L. generaliter §. eos tamen, & l. 41. prætermissor. C. de Episc. & Cler.

Ad Rusticum de vivendi forma.

Anno 1569. tum discerem, & stridentia, anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperaverim, quotiesque eessaverim, & contentione discendi rursus incœperim, testis est conscientia, tam mea, qui passus sum, quam eorum, qui mecum duxerunt vitam: & gratias ago Domino, quod de amaro semine literarum, dulces fructus carpo.

Caput IX.

Monasticis personis non concedi licentiam evagandi.

Auth. de Monast. & Ascet. Col. X. L. decernimus in fine Cod. de Episc. & Cler.

Quoniam itaque solitaria vita, & in ea contemplatio res plane sacra est, & quæ suapte natura animas ad Deum adducat, consequens est, ut patientiam, & modestiam, quam leges, & publica disciplina, & ipsorum Monachorum nomen exposcit, studiose unusquisque Monachus perpetuo observare procuret. Quod ut rectius ipsis procedat, jubemus, ut magni Chalcedonensis Concilii Decretum frequenti studio ob oculos ponant, quo cautum est Monachos oportere quieti operam dare, jejunia, & orationes observare, nullas sæculares actiones tractare, in locis, in quibus se semel Deo voverunt, permanere, nunquam sua monasteria relinquere, nisi forte propter urgentes necessitates a suis jubeantur Episcopis, vel ab his (quod nos juxta nova jura addimus) qui Episcoporum loco, ipsorum supremam habent curam, ne nomen Domini blasphemetur. Quare libertas illa peregrinandi, seu exeundi, prætextu parentes, sive alios amicos invisendi, vel quidpiam aliud faciendi, omnino est moderanda, aut penitus tollenda; nisi a suis Superioribus talium causa sufficiens & omnino necessaria fuerit judicata: & tunc in scriptis est danda. Unde & Concilium Trid. Nec liceat regularibus a suis conventibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui vero sine prædicto mandato, in scriptis obtento, repertus fuerit; ab Ordinariis locorum tamquam desertor sui instituti puniatur. At si nulla rationabilis assignata fuerit causa, prorsus denegetur. Qua ratione enim parentum, consanguineorum curam allegabunt, quibus cognatio in terra nulla est, utpote, qui cœlestem vitam affectent?

Sess. XXV. C. IV.

Caput X.

De tribus regularis vitæ fundamentis, quorum primum est obedientia, quam si quispiam violaverit, eum juxta illius regulam, absque venia puniri debere.

Sunt præterea & regularis vitæ fundamenta, eisdem religiosis omnibus apprime inculcanda, quæ communiter sunt tria, obedientia, paupertas, & castitas: qnia si hæc, quæ totius monasticæ disciplinæ bases sunt, & sustentamenta, exacte non fuerint conservata, totum corruere ædificium necesse est. Et cum horum primum obedientia teneat locum, asserente Domino: Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, suis superioribus obediendo, dicente Apostolo: Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, & sequatur me: Qui pariter obediens factus est usque ad mortem: idcirco hanc ipsam obedientiam primo ipsis commendare decrevimus: ad illorum memoriam Samuelis auream reducentes sententiam, qui ait: Melior est obedientia, quam victima, & auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Quamobrem ita sibi vivendum meminerint, ita peragere omnia studeant, quo undique reprehensione careant. Si qui vero tanti voti fuerint immemores, protervi facti, &

Marc. C. VIII. Hebræor. C. XIII. Philipp. C. II. I. Reg. Cap. XV. Coll. X. de Monach. & Ascet. §. cum vero in fine.

& recalcitrantes, suis Prælatis obedire non curantes, juxta deme- *Anno 1569.*
rita, secundum eorum sanctiones, absque venia puniantur. Quod si quicquam prodesse non poterit: suis Ordinariis indicetur, ut ab ipsis coërceantur.

Caput XI.

Ne Prælatus monasterii cuiquam Monacho licentiam det extra monasterium ex quacumque causa commorandi, sine sui Episcopi Ordinarii expresso consensu.

Sunt autem religiosorum multi, qui obedientiam, quæ est cor professionis, & primum ac principale fundamentum vitæ regularis, subterfugere volentes, diversimode illam relinquant: quorum nonnulli, quibus vix aliqua conscientiæ scintilla remanet, ne datam fidem, & professionem penitus fallere videantur, miras technas, fucos, & & colores adhibent, ut sub specie majoris devotionis, & publicæ utilitatis, Prælatos suos artificiose persuadendo, omnibus suis viribus adhibitis, diversisque rationibus coloratis assignatis, procurant veniam, a propriis monasteriis discedendi, facultatemque in aliud monasterium se transferendi, & alicui Parocho, aut alteri Pastori, seu Ecclesiæ inserviendi impetrent, sed eam potissimum ob causam, ut ab obedientiæ jugo se subtrahant. Idcirco, præsertim cum satis compertum habeamus, monasteriorum Prælatos, absque legitima & rationabili causa, sed solum, tum ut subditorum summis precibus morem gerant, tum quia admodum gratos hujusmodi religiosos non habeant, eorum noxiis petitionibus connivere, & facultatem a monasteriis suis discedendi, aliisque inserviendi, vel ad tempus, vel (quod pejus ac nefandissimum est) ad dies illorum vitæ concedendo, quo fit, ut tales plerumque religionis habitum deponant, & mundanis illecebris deliburi, indies evadant corruptiores: quod exacte perpendens D. Augustinus, omnis bonæ religionis exemplar, & speculum, cum ex animo proferret, se fateri coram Domino Deo nostro (quem testem sibi super animam suam invocat) quod jam inde, quo Deo servire cœperit, difficile expertus sit meliores, quam qui in monasterio profecerunt, sed rursus neque deteriores, quam qui in monasterio defecerunt. Qua de causa etiam leges civiles ante mille annos cavisse liquet, ne Monachis potestas esset e monasteriis exeundi, dicente Imperatore. Qui apud sacrosanctas Ecclesias, vel monasteria permanent, non divagantes, neque circa divina ministeria desides, sed aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministeriis adhæreant. Nos itaque delinquendi occasiones, quantum possumus, amputare volentes, & utriusque partis, Prælatorum scilicet, & subditorum saluti, atque monasteriorum (quæ ea de re corruunt) necessitati consulere cupientes, de voluntate, & judicio nostrorum Coepiscoporum, atque cæterorum Prælatorum, hac in Synodo nostra Provinciali congregatorum, omnibus & singulis Abbatibus, Præpositis, Decanis, Prioribus, cæterisque monasteriorum Prælatis, & Præsidibus, per Provinciam Salzburgensem ubilibet constitutis, Ordinariorum tamen jurisdictioni duntaxat subjectis, in virtute sanctæ obedientiæ, atque inflictione dignarum pœnarum, quas nostro & cuilibet Coepiscoporum nostrorum arbitrio in sua Diœcesi reservantes, mandamus, ne alicui fratri, aut conventuali, sive Canonico, sive monasterii professo, in posterum ex quibuscumque causis, licentiam se transferendi extra locum, & monasterium professionis suæ, ad alium locum seu monasterium, non tamen alterius ordinis concedat, sine sui Episcopi, & Ordinarii expressa voluntate & consensu. Speramus etenim fore, quod per hoc medium Prælati monasteriorum sint a suis fratribus conventualibus & canonicis majo- rem

Can. Quantum libet dist. XLVII.

L. qui in Monast. & L. generaliter §. eos tamen Cod. de Episc. & Cler.

Anno 1569. rem habituri subjectionem, & obedientiam: Sicut etiam circa Prælatos monasteriorum, ne personæ in alia loca transferantur, statuimus, ita volumus etiam in monasteriis monialium per omnia observari, ut nulla persona ibi regulam professa, sine voluntate & consensu Episcopi, ad cujuscumque instantiam, vel ex quacunque causa in alium locum regularem, non tamen alterius ordinis transferatur.

Caput XII.

Ut religiosi, qui etiam cum bona Superiorum venia aliquamdiu extra monasterium fuere, illuc se recipiant, & qui sui ordinis habitum temere deposuerunt, acerrime puniantur. Si qui vero aliquam prætenderint legitimam extra adhuc commorandi causam, Ordinariis suis legendam atque approbandam exhibeant.

Si qui vero sunt religiosi, qui in præsentiarum quomodocunque extra monasteria commorandi a suis licentiam habent monasteriorum Prælatis (quorum non parvum credimus per nostram Provinciam esse numerum) eos per præsentem nostram Constitutionem certos facimus, nos hujusmodi omnium & singulorum qualemcumque abrogasse, & revocasse licentiam, ipsis sub pœna carceris, & alia a suis Ordinariis Episcopis, juxta demerita imponenda, ut infra unius mensis spatium, ab harum publicatione, ad sua monasteria, restitutis primo Collatoribus beneficiis, si quæ illis sunt commendata, sine mora redeant, ibique sub Prælatorum suorum obedientia vivant, & perseverent. Et hi puniri debent acerrime, qui sui Ordinis habitum deposuerunt temere, memores vulgatissimi apud nos Germanos proverbii: Aut protervam, aut insigniter ignavam pecudem esse debere, quæ velleris sui gerendi fastidium occipit. Si quispiam vero rationabilem & urgentem emanendi prætenderit causam, is eamdem cum literis sui Prælati testimonialibus, discutiendam suo præsentabit Ordinario.

Caput XIII.

Quando, & quamdiu liceat Monachis propter administrationem Parochialem abesse a Monasteriis.

Non prohibemus tamen, quin cujuscumque monasterii Prælatus in casu necessitatis possit per tempus aliquod cuicumque Parocho, vel qualicumque Ecclesiæ ex suis claustralibus unum, vel pluris concedere, nam hoc charitas expostulat, ita tamen, ut tempus illud mensem unum, aut tres ad summum non excedat: Et si necessitas id longius exigeret, facultas ab Ordinario Episcopo impetretur, qui etiam ultra annum nemini eam concedere debet, nisi maxima sæcularium sacerdotum esset penuria. Illos tamen excipimus, qui ob suam doctrinam, & majorem nostrarum Diœcesium utilitatem, ab Ordinariis in theologos, sive in diversarum Ecclesiarum assumuntur Prædicatores, quibus, ob majus & publicum bonum, facultas, & licentia conceditur, ad jussum & beneplacitum suorum Ordinariorum, extra sua monasteria commorandi: ita tamen, ut tales se in omnibus exhibeant, quales eorum requirit & postulat professio, ne nomen Domini propter ipsos blasphemetur: reliquis autem omnibus prorsus denegetur.

Caput XIV.

Monachos Ecclesiis monasterio unitis, sive commendatis, ministrare posse, dummodo regulariter ibidem vivant.

Inter hæc autem, Parochiales non intelliguntur Ecclesiæ, quæ monasteriis sunt annexæ, sive unitæ, penes quas domunculæ habeantur

tur claustrales, in quibus, sicut & in monasteriis, quorum sunt membra, a pluribus conventualibus, ibidem habitantibus, vivitur regulariter: quibus Parochialibus Ecclesiis libere possunt Præfecti monasteriorum, quibus sunt incorporatæ, quoscumque ex suis subditis idoneos, prius tamen ab Ordinario examinatos, & approbatos præficere: dummodo tales deputati, cum suis confratribus, in eadem cohabitent mansione, omniaque cum eis habeant communia. Aliis vero Ecclesiis Parochialibus, sive aliter beneficiatis, in quarum domibus nulla hactenus fuit usitata vitæ regularis observantia, licet earum collationes diversis spectent monasteriorum Prælatis: attamen nolumus quemquam suorum monasteriorum, sive aliorum religiosum præfici posse: nisi quemadmodum dictum est superius de aliis Ecclesiis, in casu necessitatis, & tunc etiam observatis omnibus ibidem notatis. *Anno 1569.*

Caput XV.

Monachum ad Parochiæ curam ob sæcularium sacerdotum defectum admissum, habere debere consortem, tanquam vitæ inspectorem, ac testem, nisi fratrum penuria aliud facere cogeret.

Ordinamus insuper, & statuimus, quotiescumque necessitas expostulaverit, alicui Parochiali Ecclesiæ de aliquo religioso providendum esse, provideatur quidem, sed de licentia sui superioris, & ad tempus, & hac quoque conditione, ut nullus (nisi fratrum penuria aliud facere cogeret) absque socio sui ordinis eidem Ecclesiæ præficiatur: ut alter alterius vitæ testis bonus, ac æmulator, nec non & uterque insimul communis professionis Zelator esse, atque ea quæ suæ sunt religionis observare possit. Hi vero, qui Ecclesiis Parochialibus in casu necessitatis, præficiendi sunt religiosi, procurent Prælati, & maxime Ordinarii, ut omnino idonei, maturi, docti, honesti sint, & exemplares, & quousque in hoc perseveraverint statu, quantum possibilitas permittit, boni, & diligentes vitæ regularis observatores. Cum enim religiosi erga Deum, & Ecclesiam se magis astrinxerint, quam cæteri præstiterint Clerici, ideo si erraverint, magis nocent, si deliquerint, magis offendunt, & scandalizant: Si extra regulam cesserint, magis damnabuntur: quorum omnium Prælati, si debitam curam non habuerint, exactam Altissimo reddent rationem.

Caput XVI.

Monachos extra Monasterium in Parochiis, vel alibi degentes, habitu regulari, & aperto semper uti debere, nisi aliqua rationabilis causa aliter postulaverit, ab Ordinario approbanda &c.

Admonere quoque volumus omnes tales religiosos ad Ecclesiarum curam, sive ad quidpiam aliud Ecclesiæ Catholicæ utile exercendum, per tempus aliquod ab Ordinariis suis Episcopis, de suorum Prælatorum consensu vocatos, ne eo tempore, quemadmodum neque alias unquam illis licet, religionis suæ, quam professi sunt, habitum deponant, nisi sacrorum Canonum pœnas velint incurrere. Et si qui deposuerunt, immediate recipiant sub aliis pœnis, præter illas, quæ a sanctis Canonibus sunt decretæ, a suis Ordinariis imponendis. Quem habitum neque in abscondito, sed palam ferre debent (neminem enim ejus debet puduisse, cujus honorem, & emolumentum habet) ita quod neque ipsi talem usurpabunt authoritatem, neque a suis superioribus, cuiquam eorum regularium dabitur licentia occulte ferendi habitum suæ religionis: nisi in longinquis, &

Conc. Trident. Sess. XXV. Cap. XV. de Regular.

Anno 1569. & periculosis itineribus ex obedientia obeundis, vel si oportuerit eos in curiis Principum, ob magni momenti negocia aliquamdiu commorari, tunc haud incommode, sed pene necessaria dispensatione id concedetur, isthac tamen conditione, & moderatione, ut super habitum Ordinis, qui integer debet esse, vestem clericalem possit deferre. Et hoc non in gratiam ipsorum religiosorum, sed ad majorem fructum pusillorum. Nam & Apostolus Paulus cum infirmis factus est infirmus, ut infirmos lucrifaceret. Hinc sanctiss. Christi martyr Sebastianus propterea sub chlamide terreni imperii, Christi militiam gerebat absconditam, ut Christianorum animos in tormentis deficientes, fortiter, & sancte in fide confirmaret, & ita martyrium constanter subirent.

I. Corinth. Cap. IX.

Caput XVII.

Monachos ex strictiori se non posse conferre ad laxiorem Ordinem, nisi a sancta Sede obtenta facultate.

Alii vero sunt utriusque sexus religiosi, qui ut suorum Prælatorum subterfugiant obedientiam, & majorem adipiscantur libertatem, religione sua cum habitu, propria audacia & temeritate relicta, contra omnes sacrorum Canonum sanctiones, laxiorem ingrediuntur Ordinem, quibus volentes obviare, atque eorum conscientiæ consulere, præsertim ut & sacro Trid. Concilio pareamus: mandamus sub pœna condigna cuique utriusque sexus religioso, ne etiam cujuscumque facultatis vigore, absque sanctæ Sedis Apostolicæ concessione, ad laxiorem transferatur religionem: Cui Decreto si quis temerarius contrafecerit, statuimus, ut habitu transmutato ad suum professionis Ordinem captivus reducatur, & secundum Canones puniatur, & in carceribus usque ad sui Ordinarii beneplacitum detineatur, nec liberandus, nisi optimam suæ emendationis dederit exspectationem.

Caput XVIII.

De religiosis, sive in habitu, seu absque, desertoribus, ad curam animarum non admittendis.

Alii autem sunt, qui postposito prorsus fere Dei timore, absque sanctæ Sedis Apostolicæ, vel suorum Ordinariorum authoritate, & suorum Prælatorum licentia, extra obedientiæ jugum, & Ordinis sui observantiam, partim in habitu, partim habitu cum religione rejecto, degentes, magna ex parte mulieribus, matrimoniali jure, se copulantes, regimini se intromittunt Ecclesiarum, Sacramenta conficiunt, & populo administrant, quod auditu est horrendum, cum sint excommunicati, & Sacramentorum omnium administratione destituti. Confessiones audiunt, cum absolvendi potestatem non habeant, multis modis populum decipientes, & seipsos censuris gravioribus illaqueantes: Nonnunquam etiam falsa dogmata disseminantes, quos cum animadverterimus esse Diaboli quædam instrumenta, quibus Ecclesiastica disciplina subvertatur, & pietatis prætenta specie, tam sibi, quam populo perniciem adferre: omnibus & singulis cujuscumque sint gradus, dignitatis, præeminentiæ, & conditionis, in nostra Provincia commorantibus, mandamus & præcipimus, sub anathematis vinculo, ne quispiam tales, non solum Ecclesiarum regimini, aut Sacramentorum administrationi, sive sacrarum Missarum celebrationi admoveat, vel retineat: sed neque suscipiat, foveat, aut eis quidquam subsidii conferat, vel auxilium quomodocumque præstet: nisi in his, quæ charitatis necessitas postulaverit. Alia ex parte, omnes quantum possumus rogamus atque obsecramus, ut potius

potius hujuscemodi apostatas, ad pœnitentiam, & ad reditum in sua monasteria adhortari velint. Quod ut fiat, Ordinarii locorum omnem movebunt lapidem. *Anno 1569.*

Caput XIX.

Apostatas a nullo, præsertim in dignitate constituto, tolerari, multo minus foveri debere.

Sicut enim plerumque monasteriorum Prælati in culpa sunt, quod utriusque sexus religiosi, monachi, ac regulares Canonici, a suis apostataverint ordinibus: ita non possumus, præsertim Ordinarios, aliosque Pastores, & Parochos omnino excusare, quin eorum etiam culpa elapsi non redierint. Nisi enim ipsi in nostris Diœcesibus, & Ecclesiis fuissent tolerati, atque etiam a multis ipsorum, in suam damnationem, ad divina exercenda admissi, haudquaquam a suis tamdiu abfuissent monasteriis. Cum autem apostatæ in sua nequaquam sint apostasia ferendi, quandoquidem (ut sapiens dicit) homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia seminat, huic exemplo veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit ultra medicinam: Et cum apostasia plerumque cum hæresi conjuncta sit, ideo sacratiss. Imp. Valentinianus, & Martianus ejuscemodi maleferiatos homines, non solum omnibus pœnis, quæ legibus adversus hæreticos constitutæ sunt, teneri, verum etiam extra Romani Imperii solum repelli voluerunt. Quis igitur non intelligit etiam sine jactura populi Christiani, hoc genus hominum tolerari non posse.

Proverb. Cap. VI.

L. Eos qui Cod. de Apostat.

Caput XX.

Ut apostatæ sub pœna excommunicationis latæ sententiæ &c. ad sua monasteria in spatia duorum mensium proximorum, a præsentium publicatione, redeant.

Quamvis utem contra Apostatas, suique ordinis desertores, tanquam contra excommunicatos, nec non ob celebrationem sacrorum mysteriorum, & ministrationem Sacramentorum, in excommunicatione, sicut contra irregulares hactenus obstinatos, & contumaces, secundum utriusque Juris sanctiones, ad pœnas Canonicas procedere possemus: nihilominus cupientes magis in spiritu lenitatis, quam vindictæ, cum illis incedere; ideo eos omnes, & singulos, cujuscumque ordinis utriusque sexus professos, monachos videlicet, & Canonicos regulares, nec non & moniales, quæ absque speciali Sedis Apostolicæ, & eo quidem sufficienti indulto, ac concessione, aut suorum Prælatorum canonica licentia, & consensu (quorum legalitatem judicare & examinare nobis, & Coëpiscopis nostris reservamus) in Provincia nostra extra sua monasteria ministrant, habitant, & vivunt, authoritate nostra Metropolitica, & ordinaria, requirimus, & ipsis, atque eorum cuilibet sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & quam in his scriptis ferimus, mandamus, ut in spatio duorum mensium proximorum post præsentium publicationem, sese ad sua monasteria recipiant, suis Prælatis, sicut tenentur, obediant: a ministerii tamen Ecclesiastici, quod ratione ordinis, quem habent, ipsis incumbit, exercitio, donec absoluti, atque cum ipsis legitime dispensatum fuerit, abstineant, ac superioris sui pœnam debitam Canonicam & regularem sustineant, & quilibet eorum suscipiat. Ne tamen isti jam elapsi forsitan pœnæ formidine, & quod timuerint pœnam duriorem futuram, quam regula tradat, & Canones imponant, simul ac futuris casibus providendo, renovamus statutum

Cap. a nobis de Apostat.

Anno 1569. tutum quoddam antiquum ea in re multum commodum, in hæc verba, quæ sequuntur:

Caput XXI.

Pœnitentes quando mereantur veniam, & quomodo sint suscipiendi.

Etsi contra monachos, & regulares Canonicos, & moniales, propter aliquos enormes excessus, aut animi levitate, temere fugientes, in sæculo sæculariter per aliquot temporum spatia conversantes, & tandem pœnitentia ducti, ad claustra, de quibus profugere præsumpserant, humiliter redire volentes, certæ, & variæ pœnæ, juxta qualitatem & quantitatem excedentium, a sanctis Patribus sint statutæ: quidam tamen Abbates, & Abbatissæ, ac cæteri magistratus, pœnis, sacris Canonibus, sive in sui ordinis regula, contra hujusmodi profugas personas expressis, non existentes contenti, graviores, & quasi importabiles pœnas ipsis in sui reversione imponere non verentur, vel (quod deterius est) easdem personas, quantumcumque humiliter postulantes aditum ad sua claustra, de quibus taliter exiverunt, admittere unanimiter contradicunt. Cum igitur juxta sacrorum Canonum diversas authoritates, pœnæ non ampliandæ, sed potius sint restringendæ, & longe securius sit, de misericordia quam crudelitate reddere rationem; cum etiam Dominus per os Prophetæ pollicitus sit, dicens: Peccator, in quacumque hora conversus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatum suarum amplius minime recordabor: Nosque advertentes, quod ubi paterfamilias largus dispensator existit, non decet familiam esse tenacem, ideo ut peccandi venia, & occasio pejus aliquid faciendi personis talibus præcludatur, provida deliberatione hujus sacri Concilii decrevimus statuendum, & sub pœna suspensionis universis Abbatibus, Abbatissis, & cæteris monasticis magistratibus, cujuscumque ordinis, vel conditionis existant, aut quocumque nomine appellentur, injungimus firmiter, & districte, ut suis fratribus & sororibus, in apostasiæ labem, ex quacumque causa prolapsis, desiderantibus ac petentibus cum humilitate & devotione regressum, sinum misericordiæ, quem sancta mater Ecclesia nulli pœnitenti claudere consuevit, more pii patrisfamilias, qui filium primo prodigum, & postmodum pœnitentem, paterne recepit, liberaliter studeant aperire: ita quod hujusmodi personas redire ad sua claustra volentes, quantumcumque eorum excessus graves fuerint, vel enormes, juxta cujuslibet ordinis disciplinam, sive regulam, & consuetudinem observatam, sine qualibet contradictione recipiant, & admittant, ita tamen, quod propter excessus, nec victus, nec vestitus subtrahatur eisdem, sed alias, sicut prædiximus, regulariter puniantur, alioquin prædictam suspensionis sententiam, per Ordinarios locorum, seu Officiales eorum in omnes contradictores, procedente tempore, juxta quod eorum protervia meruerit, præcipimus promulgari.

Can. Pœnæ dist. I. de Pœnit. Item L. de interpretatione L. Inspiciendum. L. Hodie ff. de Pœnis. L. Factum §. fin. ff. de Regulis Juris. Can. Alligant. C. XXVI. Q. VII. & Can. Ponderet. dist. L.

Caput XXII.

De his, qui ob diffidentiam ad sua monasteria redire pertimescunt.

Casu autem, quo aliqui, nec prædicto statuto contenti, aut suis Prælatis ex aliquibus causis forte diffiderent, hisce omnibus & singulis injungimus, quod quilibet in præfato duorum mensium spatio sese suo Episcopo & Ordinario præsentet, causas suæ apostasiæ, ac diffidentiæ erga suum Prælatum, fideliter, & vere exponat, qui exinde cognitis causis, atque a Prælato, si opus fuerit, informatione sumpta, quod justum fuerit inter ipsos judicabit.

Caput

Anno 1569.

Caput XXIII.

De pœna & processu perseverantium in apostasia.

Si vero aliqui tam duræ cervicis, & obstinati perseveraverint, quod neque suis se præsentare voluerint Episcopis, nec ad sua redire monasteria, vel si se præsentaverint, decretis ipsorum atque mandatis contumaciter obedire renuunt, tales omnes & singulos excommunicationis sententia innodatos, a nostra Provincia perpetuo decernimus excludi, ita quod ad Prælatorum instantiam, etiam singuli Episcopi nostræ Provinciæ, ipsis literas ad Archiepiscopos, vel Episcopos aliarum Provinciarum, ubicumque Apostatæ illi detinentur, impertiantur, ut eorum delicta & censuræ, quibus fuerint innodati, cunctis manifestentur & innotescant.

Caput XXIV.

Ne quis Apostatas occultet, & domo excipiat.

Cæterum ut talem detestandæ apostasiæ pestem ex nostra penitus propellamus Provincia, mandamus & præcipimus omnibus & singulis Abbatibus, Præpositis, Decanis, Prioribus, Abbatissis, Priorissis, Capitulis, omnibusque sacerdotibus, curatis, & non curatis, atque quarumlibet Ecclesiarum, sive Capellarum Præfectis, seu illarum curam habentibus, nec non & Patronis Laicis, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Nobilibus, aliisque quibuscumque per Provinciam nostram ubilibet constitutis: Ecclesiasticis quidem personis sub pœna excommunicationis, Laicis vero sub amissione jurium patronatus, & aliorum Ecclesiasticorum jurium, pro una vice, atque pœna & inhibitione ingressus Ecclesiæ ad duos menses: ne tales apostatas penes se ultra octo dies, post lapsum duorum mensium præmissorum, scienter detineant, nec alios, quocumque tempore in futurum, vel ad status, Capellanias, aut qualemcumque functionem Ecclesiasticam recipiant. Patroni Laici tales in suos Capellanos non conducant, non Ecclesias, Capellas, beneficia, vel altaria providenda committant: sed a talibus, nisi ab Ordinariis, & Episcopis, atque Prælatis suis habeant literas admissionis, sive testimoniales, quomodolibet interteneendis omnino abstineant, alioquin contra transgressores, Nos, cæterique Episcopi nostræ Provinciæ, aut Officiales nostri, ad dictas pœnas justitia mediante, procedemus.

Caput XXV.

De castitate, quæ est alterum monasticorum fundamentum, ad quam utriusque sexus religiosi opprime adhortantur amplexandam atque conservandam.

Substantialis monasticæ professionis hoc unum pariter est, castitatis conservatio, quæ D. Augustino teste, per edomitas vitiorum furias, munda & honesta totius corporis habitudo, &, ut alio loco dicit, virtus est, quæ sub jugo rationis impetum libidinis refrenat. Cum enim, ut Justinianus in suis Authenticis dicit, Deus præcipue suorum sacerdotum puritatem quærat, & in sacris ordinationibus nihil perinde diligendum, quam caste viventes, & ipsam castitatem eligentes, primum principium, & fundamentum manifestum, secundum divinas regulas, & residuæ virtutis constitutam: merito Apostolus Paulus discipulum suum ad castitatem hortatur: id quod omnes Clerici, inprimis vero Monachi, ad se spectare sciant: qui etiam plurimis exemplis & scripturis præterea a nobis commonefaciendi essent: sed cum superius in Constitutione de disciplina, vita, honestate, & moribus Clericorum, satisque in communi cum aliis Clericis, ipsis utriusque sexus religiosis, quæ ad hoc castitatis munus spectant, sint præscripta:

§. Si quis autem. Auth. Quomodo oport. Episc.

I. Timoth. Cap. V.

Anno 1569. pta: idcirco hic immorari diutius nolumus, ne id ipsum cum tædio repetatur: omnes tamen Canonicos regulares, monachos, & moniales, admonere volumus, ut hujus ipsorum voti, quod est secunda basis cujuscumque professionis, meminisse velint, & illa, quæ supra circa hoc constituta & tradita sunt, oblivioni mandare nolint. Nam si sæcularis Clericus propter sacros characteres, quibus est initiatus, hæc ille servare tenetur: quanto magis religiosus, qui non solum in sacris est constitutus, sed & voluntaria promissione solemniter, publice, in conspectu Ecclesiæ, suam omnem Deo consecravit, ac spopondit mentis, corporisque munditiam, & castitatem, ea ipsa præstare astringitur? Quod si non præstiterit, multo magis profecto Deum offendit, & mundum, quam Clericus sæcularis, ex consequenti acerbius plectendus. Qua pœna non multo minus & reliqui transgressores utriusque sexus religiosi professi sunt afficiendi, licet in sacris non sint constituti: quia professio majorem fere vim habet obligationis, quam sacer ordo, eo quod illa expresse, hic vero implicite tantum Deo promittit castitatem. Quicquid enim Deo libera mente promittitur, sive exhibetur, nullo pacto est revocandum, neque defrandandum, melius enim foret omnino non vovisse, quam votum non præstitisse. Si quis virorum (inquit Dominus) votum voverit Domino, aut juramento se constrinxerit, non faciet irritum verbum suum, sed omne, quod promisit, implebit. Item vidua, & repudiata, quicquid voverit, reddet. Et alibi: Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Ruina est enim homini (ait Sapiens) devotare sanctos, & post vota retractare. Considerent ergo utriusque sexus religiosi, in quo statu sint, & quid Deo promiserint, nec non & Christi sententiæ meminerint dicentis: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei: quia si retro respicientes, regno Dei non sunt apti, multo minus erunt digni, qui ex toto retro convertuntur, Satanam sequentes, de quibus etiam ait Apostolus: Quædam conversæ sunt retro post Satanam.

Can. Quod Deo C. XXXIII. Q. V. & Can. Ananias Caus. XVII. Q. I.
Num. Cap. III.
Deut. Cap. XXV.
Proverb. Cap. XX.
Luc. Cap. IX.
I. Timoth. Cap. V.

Caput XXVI.

Ut fœminæ abstineant a monasteriis virorum.

Ut autem tollatur in hoc castitatis voto, peccandi occasio, quæ apud effœminatos quosdam hactenus non infrequens fuit, mandamus, ne in monasteriis religiosorum virorum, sub qualicumque prætextu, seu colore, mulier retineatur: sed in omnibus suis officiis, viri habeantur, neque cuiquam mulieri claustri concedatur ingressus, sub pœna superius in Clericos concubinarios descripta, insinuando etiam excommunicationem a Sum. Pont. Pio V. esse institutam contra mulieres claustra virorum ingredientes.

Caput XXVII.

Quomodo circa fœminarum ministeria se gerere debeant, qui Parochiales administrant Ecclesias.

Quando vero necessitate postulante, aliqui religiosi, jussu Episcopi sui, Ecclesiis Parochialibus, vel aliis officiis extra monasteria præficiuntur, & opere muliebri, propter rem domesticam, uti in Parochialibus, præsertim ruralibus est Ecclesiis, carere haud possunt, tunc modum reliquis Clericis, sacerdotibus, maxime Parochis, præscriptum, omnino sub eadem pœna observabunt.

Caput XXVIII.

De pœna religiosorum prævaricantium legem castitatis.

Postremo ut eorundem religiosorum animos ab hujus voti violatione avertamus, tum etiam monasteriorum bonis consulamus, statuimus, ne quispiam, qualiscumque sit, qui concubinam tenuisse, vel fovisse, aut filios procreasse deprehensus fuerit, præter pœnam competentem, ad nullam sui vel alterius monasterii, sive qualiscumque Ecclesiæ Prælaturam, absque peculiari Sedis Apostolicæ dispensatione, possit, neque per Electionem, sive postulationem, vel præsentationem assumi: Ita enim non solum divinæ offensioni, & scandalis obstabitur, sed etiam monasteriorum bona conservabuntur: quæ per ejuscemodi scandalosos, & male moratos Prælatos, tum in sustentandis eorum concubinis, tum nutriendis atque ditandis liberis, solent perire.

Caput XXIX.

De voto paupertatis, quod est tertium vitæ regularis fundamentum, & quomodo utriusque sexus religiosi illud observare debent.

Sequitur tertium regularis vitæ fundamentum, quod est paupertatis votum, quo utriusque sexus religiosis, sine expresso suorum superiorum consensu, quicquam proprii habere, sive retinere, non licet: Et cum non sine magno animi nostri dolore acceperimus, quod in nostra Provincia, etsi in professione tam monachorum, & Canonicorum regularium, quam monialium, paupertas voveatur: voto tamen raro admodum satisfiat, quod nullo modo est tolerandum: Quamobrem huic fundamento, ne totum desuper constructum religiosorum ædificium corruat, opportunum adhibere volentes fulcrum, sacri Tridentini Concilii authoritate innixi, præcedentis Salisb. Synodi Decretum, hac de re editum, renovantes, omnibus & singulis monasteriorum, etiam Canonicorum regularium, sub nostra, aut Episcoporum nostrorum jurisdictione constitutorum, Abbatibus, Præpositis, Decanis, Prioribus, Abbatissis, & Priorissis, cæterisque tam virorum, quam mulierum superioribus monasteriorum, sub pœna suspensionis ab administratione officiorum suorum districte mandamus, ut in spatio unius mensis post publicationem harum nostrarum Constitutionum, apud uniuscujusque monasterii monachos, Canonicos, & moniales diligentem de peculio, vel proprietate uniuscujusque faciant inquisitionem, & quicquid occultatum apud quemlibet invenerint, ad se recipiant, atque juxta regulæ tenorem, de his disponant, delinquentes paterne corripiant, ac in futurum, ne tales transgressiones amplius fiant, debito modo provideant. Quod si Prælati in his exequendis fuerint remissi, nos, ac cæteri Ordinarii eorum negligentiam pro debito nostri Pastoralis officii supplebimus. Unde & Concilium Tridentinum: Nemini Regularium, tam virorum, quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine conventus possidere, vel tenere, sed statim ea superiori tradantur, conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam. Administratio autem bonorum monasteriorum, seu conventuum, ad solos Officiales eorumdem temporaneos, & ad nutum superiorum amovibiles, pertineat. Mobilium vero usum ita superiores permittant, ut eorum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat; nihilque superflui in ea sit, nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quod si quis

Sess. XXV. Cap. 2. de Regul. & monial.

Anno 1569. quis præterea quicquam tenere deprehensus, aut convictus fuerit; is biennio activa & passiva voce privatus sit, atque etiam juxta suæ Regulæ, & ordinis Constitutiones puniatur.

CAPUT XXX.

De diligentia superiorum circa monasticarum sanctionum observantiam, & tam conservationem, quam instaurationem Bibliothecarum.

In reliquis vero, quæ præter hæc tria vota, aliaque supradicta, ad uniuscujusque monasterii regulæ & Constitutionum spectant observantiam, superiores ipsi, ut omnia recto incedant tramite, officiose animadvertent. Qui præterea summa cum diligentia suis quoque prospicere debent Bibliothecis, ne libri illic pulveribus, seu carie pereant, neque hinc inde distrahantur, aut divendantur, sive veteres sint, vel novi authores, quos omnino tales, quales sunt, conservari, purgari, ornari, & evolvi volumus, atque præcipimus. Et in quibus, quatuor sanctorum Doctorum Ecclesiæ, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii opera non habentur, ea quamprimum mandamus comparari, & in eisdem Bibliothecis reponi, in quibus tempore visitationis, si defectus fuerit repertus, ab Ordinariis Prælati puniantur.

CAPUT XXXI.

De fovendis, & conservandis Monasteriorum scholis, & ab iis, quæ scholis carerent, instituendis.

Postremo antiquam & laudatam consuetudinem, quæ apud pleraque viguit monasteria, qua pauperes Scholares in scholis penes se constitutis educati, ipsisque vitæ necessaria administrata sunt, omnino approbantes, atque multum commendantes, cum experientia docuerit, ex hoc tam pio opere, non solum monasteriis, verum & aliis Ecclesiis multum accrevisse utilitatis, omnibus & singulis monasteriorum Prælatis, in virtute sanctæ obedientiæ, committimus atque mandamus, ne dictam sanctam consuetudinem interire, neque in desuetudinem venire patiantur, sed potius pietati magis, magisque studentes, scholas a suis prædecessoribus jam institutas restaurare, pinguioraque ipsis pauperibus studiosis emolumenta erogare sint inclinati. Quæcumque vero monasteria literarum scholis hactenus caruissent, eorum Prælati omnibus modis curent tales institui, ne tam utile, ac minime intermittendum opus illic per socordiam Prælatorum retardetur, aut penitus excludatur: ne etiam Dei omnipotentis indignationem, atque hominum exacerbationem incurrant.

De Monasteriis ab Ordinariorum obedientia olim exemptis, & sanctæ Sedi Apostolicæ immediate subjectis, nunc vero Ordinariis iisdem restitutis.

CONSTITUTIO XXXI.

CAPUT I.

Nimiam licentiam multis nocuisse Monasteriis.

Non mentitur profecto vetus illud proverbium, quo dicitur, importunam, & male consideratam libertatem non raro noxiam, sæpius perniciosam esse. Cum enim antiquitus Monasteria ob suorum incolarum sanctimoniam, fideique zelum, authoritate summorum Pontificum, a suis Ordinariis fuissent submota, & sanctæ Sedi immediate

diate

diate supposita, factum est, ut cum procul se a summo Pontifice, sic *Anno 1569.* procul quoque ab ejusdem censura se esse arbitrarentur, & interim quoque ab Episcoporum (quos minime verebantur) visitationibus essent immunes, sua libertate usque adeo perdite sunt abusi, ut bonorum morum consuetudine sensim deficiente, tandem regula & amussis vitae religiosae propemodum conciderit, & in contemptum abierit. Quamobrem SS. Synodus Tridentina a Spiritu paracleto salubriter edocta, idem ipsum, quod superiori proverbio comparavimus, in aliquot nostrorum temporum Monasteria sentiens quadrare, id, quod sequitur, promulgavit Decretum.

CAPUT II.

De instituendis congregationibus Monasteriorum exemptorum, seu ipsis subjiciendis Ordinariis.

Monasteria omnia, quae generalibus Capitulis, aut Episcopis non subsunt, nec suos habent ordinarios Regulares visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicae protectione, ac directione regi consueverunt, teneantur infra annum a fine praesentis Concilii, & deinde quolibet triennio sese in congregationes redigere, juxta formam Constitutionis Innocentii III. in Concilio generali, quae incipit, In singulis: ibique certas Regulares personas deputare, quae de modo, & ordine, de praedictis congregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis, deliberent, & statuant. Quod si in his negligentes fuerint; liceat Metropolitano, in cujus Provincia praedicta monasteria sunt, tamquam Sedis Apostolicae delegato, eos pro praedictis causis convocare. Quod si infra limites unius Provinciae non sit sufficiens talium monasteriorum numerus ad erigendam congregationem, possint duarum, vel trium Provinciarum monasteria unam facere congregationem. Ipsis autem congregationibus constitutis, illarum generalia Capitula, & ab aliis electi Praesides, vel Visitatores eamdem habeant authoritatem in suae congregationis monasteria, ac Regulares in eis commorantes, quam alii Praesides, ac Visitatores in caeteris habent Ordinibus: teneanturque suae congregationis monasteria frequenter visitare; & illorum reformationi incumbere; & ea observare, quae in sacris Canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta. Quod si etiam Metropolitano instante, praedicta exequi non curaverint; Episcopis, in quorum Dioecesibus loca praedicta sita sunt, tamquam Sedis Apostolicae delegatis subdantur.

Concil. Trid. Sess. XXV. de regular. Cap. 8.

CAPUT III.

Concluditur authoritate sacrosancti Concilii Tridentini, ut monasteria exempta, Sedique Apostolicae immediate subjecta, rursum subjiciantur suis Ordinariis &c.

Nos vero, & nostri Coepiscopi, atque caeteri Praelati, in hac nostra Synodo congregati, considerantes, in ista Provincia admodum pauca hujusmodi exempta esse monasteria, multoque pauciora in uno ordine convenientia, & (quod pejus est) paucissima iisdem Monasteriis subjecta, ita quod nobis impossibile videatur, ex his omnibus, etiam si unius ejusdemque essent ordinis, unam posse institui Provinciam; neque ea aliis Provinciis, tum propter itinerum distantiam, tum ob alias non paucas rationes, esse unienda, praesertim si illa optantur retineri sub obedientiae disciplina; consultius esse decrevimus, supplicare sanctissimo D. N. quod singulis Ordinariis id petentibus concedat per speciale privilegium, ut omnia & singula hujusmodi per nostram Provinciam cujuscumque sint ordinis constituta monasteria, quae hactenus authoritate Apostolica ab Ordinariis suis fuerunt exempta,

Anno 1569. empta, & sanctæ Sedi immediate supposita, in posterum eis Ordinariis, tamquam Sedis Apostolicæ delegatis subdantur.

De Fratribus mendicantibus.

CONSTITUTIO XXXII.

Caput unicum.

Ut monachi mendicantes Episcopis suis sint in licitis & honestis subditi, & privilegiis suis moderate utantur, & de eorum audiendis confessionibus, ac vita.

Cum ordines mendicantium a Sede Apostolica recepti, non in præjudicium, vel subtractionem Juris Episcopalis, aut ipsorum parochorum, sed magis in subsidium illis, atque in partem solicitudinis sint instituti, approbati, atque specialibus privilegiis, & prærogativis a quibusdam Pontificibus donati, decet utique, ut ea ipsa sua privilegia in hoc subsidium, propter quod ordines ipsi a principio instituti sunt, & non in contrarium dirigant. Quare nos eosdem fratres, quorumcumque sint ordinum mendicantium, & per nostram Provinciam ubilibet constitutos hortamur, ut se per omnia, & omnibus hisce nostris Constitutionibus Provincialibus conforment: nec suis privilegiis in libertatem carnis, aut divisionem unitatis Ecclesiasticæ abutantur, sed ita se nobis ac suis Ordinariis submittant, ne ex eorum separatione Christi fideles scandalizati, ad debita juris remedia nos contra se convolare, atque res ad unitatem reducere compellant; specialiter autem statuimus & volumus, quatenus ipsi fratres mendicantium moderationem suorum privilegiorum, per felicis recordationis Leonis Papæ X. Decretum, in Lateranensi Concilio Sess. XI. publicatum, & sanctiones ab Oecumenico Tridentino Concilio, præsertim in Constitutione de regularibus & monialibus Sess. 25. editas, factam, omnino, cum moderatione tamen etiam novi privilegii ipsis a moderno Pio V. Pont. Max. donati, observent, neque ultra limites ibidem constitutos, se extendant, sub pœnis in eisdem Decretis comprehensis, & expressis, & aliis ab Ordinariis, uti jura concedunt, infligendis. Confessores quoque a superioribus mendicantium Ordinariis (ut tenentur) præsentati, confitentes sibi fideliter conscribant, ac regesta, Parochis ad quorum Ecclesias pertinent, post festa Paschalia transmittant, in reliquis vero, quæ ipsorum religiosam concernunt observantiam, procurabunt se tales omnibus exhibere, quales eorum regulæ & Constitutiones, juxta supradictas nostras sanctiones, expetunt, atque requirunt, ne propter ipsos, & alii convicientur religiosi, sed gratias agant Deo omnipotenti: alias ad eorum excessus tollendos, si eis a suis superioribus tempore congruo non fuerit provisum, & removenda omnia scandala, ordinamus sacri Conc. Trid. aliorumque Canonum authoritate innixi, ut ab Ordinariis locorum Episcopis corrigantur: quod non in ipsorum confusionem, sed ad fidelium fiet ædificationem. Nam ait Synodus Trid. Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra monasterii degit, & extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit; Episcopo instante, a suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, severe puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat: sin minus, a suo superiore officio privetur, & ut delinquens, ab Episcopo puniri possit.

Sess. XXV. Cap. 14. de Regul.

De Monialibus.

CONSTITUTIO XXXIII.

Caput I.

Præfatiuncula.

Quamvis nonnulla, quæ etiam regularis vitæ viris communia sunt, monialibus supra præscripserimus sanctiones & decreta, nihilominus cum mulieres sexus sunt fragilioris, ita ut facilius quam viri seducantur, Apostolo Paulo dicente: Adam non est seductus; mulier autem seducta in prævaricatione fuit: necessarium judicavimus, prioris Synodi Salisburgensis de Monialibus publicatam constitutionem renovare, ut non solum eidem, sed & sacri Tridentini Concilii Decreto, simili ratione concinnato pareamus, nostro muneri satisfacientes, & monialium saluti, honestati, & existimationi consulamus, hæc pauca peculiariter subscribi statuta jussimus.

I. Timoth. Cap. II.

Caput II.

De monasteriis clausis, & restringenda vita monialium.

Inprimis decernimus, & mandamus, ut ipsæ moniales suis arcte contineantur claustris, nullum evagandi locum quærentes. Quod ut fiat, monasteria, quæ ab antiquo fuerunt clausa, minime aperiri, & quæ a paucis annis ex libertate inconcessa, fuerunt aperta, Episcoporum authoritate recludi jubemus: Ita quod non solum indecens illa consuetudo, quinimo intolerabilis abusus receptandi virorum promiscue atque fœminarum, seu utriusque sexus in specie cœtum profanum, convivandi, confabulandi, garriendi, discurrendive gratia, auferatur: quæ res tanto absurdior, quanto amplius hominum vulgus experitur, illic magis nugarum, & scurrilitatis officium sæpenumero, quam pietatis, & religiosæ disciplinæ domicilium esse, adeo, ut rerum novarum famam, & quid passim agatur, citius ibi, quam apud lippos, & tonsores rescire quis possit.

Caput III.

Quibus liceat ingredi Monasteria clausa.

Inhibemus quoque, ne viri Laici, seu Ecclesiastici, exceptis superioribus, vel confessoribus: & hi quidem non nisi postulante necessitate, & semper una cum gravi, & prudenti comite Virginum Monasteria ingrediantur. Illi quoque, quorum opera indigent moniales, ut sunt medici, aut mechanici (superiore tamen Virginum, seu Confessore comitati) accessum sibi interdictum esse non arbitrentur. Abbatissas proinde, & Priorissas, & omnes alias, quibus necessaria incumbunt officia, quorum causa cum colonis, aliisque monasteriorum subditis plerumque negotium est, nolumus, (dummodo extra loca regularia, & absque levitate fiat, & suspicione) in suis impediri officiis. Et ut hæc ipsa monialium pectoribus magis infigantur, tum ut apertius intelligatur, quid hac de re statuerit sacra Synodus Trid. sequens ab ea editum Decretum, hic recenseri dignum duximus. Et est tale:

Caput IV.

Moniales non solum viros intra monasteria non admittere, sed etiam ipsas evagari minime debere: & de Monasteriis extra civitates positis.

Concil. Trid. Sess. XXV. Cap. V. de Regular.

Bonifacii octavi Constitutionem, quæ incipit: Periculoso, renovans sacra Synodus, universis Episcopis, sub obtestatione divini judicii,

Anno 1569. dicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus monasteriis sibi subjectis, ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicæ authoritate, clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maxime procurent; inobedientes, atque contradictores, per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quod auxilium, ut præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur sancta Synodus, & sub excommunicatiouis pœna, ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus sæcularibus injungit. Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire a monasterio, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda: indultis quibuscumque & privilegiis non obstantibus. Ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat, cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel superioris licentia, in scriptis obteuta, sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis; neque alius ullo modo possit, etiam vigore cujuscumque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi. Et quia monasteria sanctimonialium extra mœnia urbis, vel oppidi constituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus, sine ulla sæpe custodia, sunt exposita; curent Episcopi, & alii superiores, si ita videbitur expedire, ut sanctimoniales ex eis ad nova, vel antiqua monasteria intra urbes, vel oppida frequentia reducantur, invocato etiam auxilio, si opus fuerit, brachii sæcularis: impedientes vero, vel non obedientes, per censuras Ecclesiasticas parere compellant.

Caput V.

De confessione & communione Monialium.

Admonemus insuper omnes Episcopos, & cæteros Superiores, monasteriorum monialium curam habentes, ut juxta sacri Trid. Conc. Decretum attendant diligenter, ut in Constitutionibus earum admoneantur sanctimoniales, ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant; & sacrosanctam Evcharistiam suscipiant; ut eo se salutari præsidio muniant, ad omnes oppugnationes Dæmonis fortiter superandas.

Sess. XXV. Cap. X. de Regular.

Caput VI.

Earundem monialium Monasteria, quæ S. Sedi Apostolicæ hactenus immediate fuerunt subjecta &c. ab Episcopis Ordinariis in posterum esse gubernanda.

Postremo declaramus ex Decreto Oecumenici Tridentini Concilii, omnia sanctimonialium monasteria, sanctæ Sedi Apostolicæ immediate subjecta, etiam sub nomine Capitulorum sancti Petri, vel sancti Joannis, vel alias quomodocumque nuncupentur, ab Episcopis, tamquam dictæ Sedis delegatis, in posterum esse gubernanda, non obstantibus quibuscumque.

De

De Ecclesiis, sive Sacellis, vel Altaribus, annuis redditibus dotatis, & secundum fundatorum institutionem non provisis, neque officiatis. Anno 1569.

CONSTITUTIO XXXIV.

Caput I.

De provisione beneficiorum vacantium.

Animo perturbato intelleximus, non pauca per Provinciam nostram esse Templa, Sacella, & Altaria, convenientibus annalibus, pro divinis celebrandis, donata proventibus, juxta piorum fundatorum mentes, nullis officiis curari, ita quod non solum injuste ac inique bona subtrahantur Ecclesiastica, & illorum sancta, utilissimaque Ecclesiæ defraudetur institutio, sed etiam domus Dei cultu spolientur divino, & eorum participatione cum scandalo priventur Christi fideles: Quibus providere cupientes, omnibus qualiumcumque beneficiorum curatorum, & non curatorum, Ecclesiarum, seu Capellarum, ant Altarium collatoribus, mandamus sub pœna privationis ipsius collationis, sive præsentationis, ut intra trium mensium spatium, ab hujus nostræ Constitutionis publicatione, suis Ordinariis confirmatoribus, pro illis suis beneficiis (si quæ hactenus vacarunt non provisa) idoneos & habiles sacerdotes præsentent, & fructus eorumdem vacationis tempore interceptos, atque usurpatos, intra anni terminum in ipsorum beneficiorum utilitatem exponant, vel in pauperes erogent. Quod ut sine fraude fiat, locorum Archidiaconi certiores reddentur.

Caput II.

Episcopi ut præsentatos, non nisi idoneos, confirment, & de modo approbandi eosdem.

Cap. Statuimus de supplend. neglig. Prælat. Mandamus præterea sub indignatione omnipotentis Dei, omnibus Ordinariis Episcopis, & aliis quibuscumque, ad quos quorumcumque præsentatorum spectat confirmatio, ut quotiescumque tempore opportuno, a Jure determinato, Jus patronatus habentes neminem idoneum præsentaverint confirmandum, ipsi illico alicui habili & idoneo conferant, eumque confirment: ita tamen, quod ex hoc nullum patronis præjudicium in posterum generetur. Et si aliquem post tempus præscriptum, licet idoneum præsentaverint patroni, eum admittere non tenentur Episcopi, nisi ex gratia singulari, vel aliquod rationabile se opposuerit impedimentum, a jure permissum, & ab Ordinariis approbatum: quia tunc etiam aliquem præsentandi longius conceditur tempus: sed ne Ecclesiæ patiantur, ab Ordinariis Oeconomi eis interim sint præficiendi, qui debeant fructus percipere, & eos in Ecclesiarum utilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reservare: Si autem Episcopi, ubi ad eos spectat conferre, distulerint: per eorum Capitula ordinetur. Quod si ad Capitula pertinuerit, & infra præscriptum terminum hoc non fecerint: Episcopi secundum Deum hoc cum religiosorum virorum consilio exequantur: vel si omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat.

Cap. IV. ibidem.

Cap. Nulla. De concession. Præbend.

Anno 1569.

Caput III.

De tempore præsentandi.

Cap. si Laicus de Jure Patronat. in VI.

Tempus autem congruum ad præsentandum, Laico conceditur quadrimestre, Ecclesiæ vero, etiam Monasterio, semestre, licet a laico jus acquisierit Patronatus. Et si eo tempore, quo vacant, collatores eis sufficienter de sacerdotibus approbatis non prospexerint, volumus similiter eos jure præsentandi, pro illa vice duntaxat privari, & redditus (si quos interim acceperunt) in illarum Ecclesiarum, sive altarium utilitatem, aut pauperum subventionem exponi.

Caput IV.

De pœna præsentantium indignos.

Cap. 2. de supplend. neglig. Præl.

Patroni autem indignos scienter præsentantes, præter mortale peccatum, quod perpetrant, abutentes potestate sibi a sancta Sede concessa, non sunt audiendi: qui si fuerint Clerici, ea vice privantur jure præsentandi: non autem, si sunt Laici, ut elicitur ex C. 4. de Off. Ord. cujus sententiæ sunt eodem in loco, & Innoc. Hostien. & nonnulli alii.

Caput V.

Quibus præsentare liceat.

Animadvertere quoque debent Patroni, neminem posse seipsum in sacris constitutum præsentare, sed bene quemcumque alium idoneum, & si Laici fuerint, etiam filium proprium. At si duo fuerint, tunc unus eorum ab altero, & si plures, a majori parte, tanquam a collegio (ut inquit Panormitan.) vel a pluribus, respectu aliorum inter se discrepantium, potest præsentari. Et si duo fuerint patroni quorum alter hunc, alter vero alium præsentaret idoneum, qui ab Episcopi conscientia melior fuerit judicatus, is admittetur, secundum Joan. And. in C. cum autem, & Pan. in C. cum autem eo tit.

Caput VI.

De officio beneficiatorum.

Beneficiatis vero Clericis injungimus sub pœna privationis omnium suorum beneficiorum, ne in suis officiandis Ecclesiis, sacellis, vel altaribus, quicquam eorum prætermittant, quæ a fundatoribus sunt instituta.

Caput VII.

Ut Officiales circa vacantes Ecclesias perquirendas, sint vigilantes.

Ut autem hæc omnia suprascripta ad effectum deducantur, curam habebunt nostri, nostrorumque Coepiscoporum Officiales generales, & Archidiaconi qui cum quidpiam haud observatum esse intellexerint, suos Ordinarios Episcopos certiores facere non tardabunt. Et ne Officiales, Archidiaconosque nostros quicquam talium latere possit, omnibus & singulis tam Laicis, quam Clericis, in nostra Provincia commorantibus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub nostra, nostrorumque Coepiscoporum indignatione, mandamus & præcipimus, ut si qui Ecclesiam aliquam, vel Capellam, aut Altare sciunt, juxta illorum fundationem, non esse de idoneis sacerdotibus provisa, vel non officiata, velint, nulla interposita mora, suorum Ordinariorum Officialibus, sive Archidiaconis indicare: quod non solum de præsenti, sed etiam de futuro intelligimus, atque volumus observari.

De

De Ecclesiis collapsis.

Anno 1569.

CONSTITUTIO XXXV.

Caput I.

Præfatiuncula ad sequentia capita.

Quandoquidem ædes nostras sæpe maximis sumptibus & splendore, ut corpora nostra a tempestatum injuria vindicent, protegant, atque tueantur, extructas, sicubi per longi temporis usum, vel in contignatione, parietibus, fenestris, vel tectis, vitium aliquod contraxerint, instauramus, tignos injungimus, obturamus, contegimus, ac undique solicite reficimus: quanto magis hoc fieri debere in ædibus Deo constructis, & dedicatis, in quibus precium redemptionis nostræ inhabitat Jesus Christus, cujus sacratissimum corpus, & sanguis illic consecratur, Deo Patri offertur, ipsa Sacramenta, vitæ nostræ remedia ministrantur; animæ Dei verbo pascuntur, & omnium denique fidelium Christianorum piæ preces a superno numine exaudiuntur, ut sarta tecta, integraque ab omni detrimento, & injuria conserventur, & necessitas, & imprimis Christiana pietas efflagitat. Quare cum audierimus, nonnullas in Provincia nostra ruinosas esse Ecclesias, & Capellas, alias vero semidirutas, volentes ex debito officii nostri divino subvenire cultui, & domorum Dei providere necessitati, præsertim ut sacræ Trid. Synodi pareamus sanctioni, hæc, quæ sequuntur statuimus Decreta, ex eadem Synodo Trident. fere desumpta, necessitati tamen nostræ Provinciæ accommodata.

Sess. XXI. Cap. VII. de Reform.

Caput II.

De ruinosis Parochialibus Ecclesiis resarciendis, & collapsis reficiendis.

Cap. de his de Eccles. ædifican. item Can. Uno Cons. X. Q. III.

Si quæ in nostra Provincia reperiantur collapsæ Parochiales Ecclesiæ, Parochos actualiter habentes sub se, illas volumus (cujus curam habebunt Ordinarii) ex fructibus, & proventibus quibuscumque, ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus, refici & instaurari. Qui si sufficientes non fuerint, omnes Patroni, & alii, qui fructus quoscumque ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt; aut in illorum defectu Parochiani omnibus remediis opportunis ad prædicta cogantur, quacumque appellatione, exemptione, contradictione remota. Quod si nimia egestate omnes laborent, Episcopi illarum Parochialium Ecclesiarum Ordinarii, suo auxilio, & subsidio eisdem instaurandis non deerunt Ecclesiis: quamvis certi simus, paucas per nostram Provinciam esse Parochias, quibus etiam ad sarta tecta conservanda, non adsint sufficientes redditus.

Caput III.

De Ecclesiis etiam non curatis, sed fideli populo utilibus, & redditus annales habentibus, instaurandis, & aliis loco minus commodis transferendis.

Cap. IV. de Eccl. ædificand.

Aliarum vero non curatarum Ecclesiarum, sive Capellarum, vetustate, sive quomodocumque collapsarum, si quæ sufficientibus dotatæ sunt proventibus, & in locis utilibus, ac commodis, extant populis Christianis, tales ex suis redditibus omnino reædificari, ac restaurari volumus atque mandamus. At si aliquæ similes in locis essent fideli populo inutilibus, veluti campestribus, vel adeo tenues haberent fructus annuos, quibus restaurari non possent, tunc sacri Concilii Trid. authoritate concedimus, ut Episcopi eorumdem locorum Ordinarii, hujusmodi Ecclesiarum titulos, cum omnibus emolumen-

Anno 1569. lumentis, & oneribus, illarum tamen patronorum interveniente consensu, in matriculas, seu eorumdem locorum, vel viciniorum, secundum, quorum intereſt, arbitrium, Eccleſias alias, juxta Concilii Trident. traditionem; poſſint transferre, & antiquas, ruinoſasque funditus deſtrui mandare: hac tamen conditione, ut in quolibet tali loco crux erigatur, & quod lapides, cementum, ferramenta, ligna, & id genus alia eorumdem locorum, ad profana haud adhibeantur ædificia, niſi Epiſcoporum authoritas, ex juſta cauſa intercesserit: quod enim ſemel Deo conſecratum eſt, ad mundanos uſus transferri non debet.

Can. Ligna Diſt. I. de Conſecr.

Caput IV.

A brutorum acceſſu munienda eſſe ſacella, atque altaria, extra Eccleſias conſtructa.

Sacella quoque & altaria extra Eccleſias conſtructa, cunctis aperta, procurent Epiſcopi, ut ita ſepiantur, ne brutis pateant animalibus.

De Prophanantibus Eccleſias, vel cœmiteria.

CONSTITUTIO XXXVI.

Caput unicum.

Quomodo plectendi ſint, qui loca ſacra polluunt.

Quoniam non ſine dolore intelleximus, nonnullas quandoque Eccleſias, & cœmiteria, per noſtram Provinciam conſtituta, a quibusdam vel temere, vel incogitanter pollui: cui inconvenienti conſulere cupientes, ſtatuimus, ut quicumque Eccleſiam, vel cœmiterium, violenta ſanguinis, aut voluntaria humani ſeminis execraverit effuſione, vel infidelis, aut hæretici, ſeu excommunicati, ſepultura, acerrime, juxta Canones, puniatur, & ut expenſis pro reconciliatione impendenda, ſi quidpiam fuerit exponendum, ſatisfacere teneatur: Si vero ſolvendo non fuerit, talis pro Diœceſani arbitrio publice puniatur. Qui ſi rebellem ſe oſtenderit, per brachium ſæculare coërceatur.

De rebus Eccleſiarum, & Monaſteriorum non alienandis.

CONSTITUTIO XXXVII.

Caput I.

Ne res Eccleſiæ alienentur, neque diſſipentur, aut diſtrahantur, ſed tanquam propriæ conſerventur.

Cum Eccleſiarum bona, non humani, ſed divini juris, & ideo in nullius niſi Dei Opt. Max. bonis ſint, cujus divinæ Majeſtati a fidelibus oblata, atque ſecretorum cœleſtium uſibus dedicata ſunt, dicente Apoſtolico Canone; Omninm negociorum Eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante, diſpenſet; nec ei liceat ex eis aliquid omnino contingere, & parentibus propriis, vel aliis (quæ Dei ſunt) condonare; Nos, noſtrique Epiſcopi, ac cæteri Prælati, hac in Synodo congregati, præteriti Saliſburgenſis Concilii conſtitutionem ſuper hoc concinnatam renovantes, ſtatuimus & mandamus, ne quiſquam Epiſcopus, Abbas, Præpoſitus, Decanus, Parochus, vel qualiſcumque ſacerdos, aut Clericus alius, (quod

Leg. Superiore Inſt. de rerum diviſ. Item L. in tantum ff. eod. tit. Item Can. Monemus Cauſ. XII. Q. II. Auth. de non alienand. aut perm. reb. eccl.

(quod & de monialibus intelligimus) ea, quæ ad suas Ecclesias, Monasteria spectant, vel beneficia, tanquam sua & propria tractent, sive usurpent, sed ut Christi patrimonium, in eum usum, in quem fundatores, pio in Deum animo deputaverunt, destinent, & distribuant. Ea enim, quæ ad Ecclesiæ jura pertinent, vel pervenerint, tanquam ipsam sacrosanctam & religiosam Ecclesiam intacta convenit venerabiliter custodiri: ut sicut ipsa religionis, & fidei mater perpetua est, ita ejus patrimonium jugiter servetur illæsum. *Anno 1569.*

l. Jubemus Cod. de sacros. Eccl.

CAPUT II.

De non alienandis rebus Ecclesiasticis immobilibus; seu mobilibus insignioribus, sine Ordinariorum licentia, in scriptis obtenta.

Cap. Nulli liceat. De reb. Eccl. alien.

Insuper licet Oecumenica Concilia; sanctorum Patrum traditiones, Summorum Pontificum Decreta, Imperatorumque leges, omnia denique tam divina; quam humana statuant jura; bona Ecclesiis semel dicata; ab eis nunquam esse subtrahenda, neque prophananda; nihilominus cum a multis contrarium tentari perspexerimus, omnibus, ut supra, pariter inhibemus, ipsisque sub pœna privationis administrationis; & suspensionis officiorum ipsorum; ne de rebus suarum Ecclesiarum, aut Monasteriorum, seu beneficiorum immobilibus, alienationes, sive quomodolibet contractus perpetuos, sine suorum Episcoporum petita & obtenta licentia in casibus a jure permissis; aut alias cum authoritate Sedis Apostolicæ, facere audeant. Neque etiam res mobiles insignes, aut notabiles contra Juris formam, & a suis Ordinariis obtentam in scriptis licentiam, quomodocumque alienare præsumant. Quod si secus factum fuerit; ultra pœnas jam nominatas, contractus ipsos etiam annullamus, nullumque robur firmitatis obtinere decernimus.

Can. Casellas Caus. X. Q. II. Item Can. Apostolicos Caus. XII. Q. II.

CAPUT III.

Ne rerum Ecclesiasticarum dispensatores æs alienum contrahant, neque res sacræ oppignorentur, nisi in evidenti necessitate & utilitate.

Statuimus quoque & ordinamus, quod præfati rerum Ecclesiasticarum dispensatores nullum mutui debitum contrahant; neque obligationes bonorum Ecclesiasticorum hujus occasione faciant, nisi (si opus fuerit) constare; & probari possit; pecuniam mutuo receptam in utilitatem Monasterii, Ecclesiæ, vel beneficii esse conversam.

CAPUT IV.

De conscribendis prædiis, & redditibus Ecclesiarum, ipsisque sub tuta custodia conservandis.

Et quia sæpe contingit; quod prædia, & redditus Ecclesiarum, Capitulorum, & Monasteriorum, a paucis, & ab his tantum, qui in officiis constituti sunt, vel fuerunt, plene cognoscantur; quo fit, ut aliquando propter negligentiam Officialium, & statum temporum inæqualem; aliqua deperdantur, vel destruantur: Ideo statuimus, quod prædia, & redditus Ecclesiarum, juxta distinctionem officiorum, sub sigillis Prælatorum, Capitulorum, & conventuum, plenissime conscribantur, & custodiantur.

CAPUT V.

De rationibus propter annuos redditus præstandis.

Ne etiam res Ecclesiasticæ in usus non debitos convertantur, & fidelitas Prælatorum clarius elucescat, majorum nostrorum vestigia sequentes, & antiquas constitutiones renovantes, diffinimus, ut de bonis Ecclesiæ semel in anno Prælatus cujuslibet Ecclesiæ conventualis,

Anno 1569. tualis, conventui suo de omnibus redditibus, & proventibus Monasterii plenam faciat rationem, & ejusdem rationis registrum, manibus fratrum conventualium subscriptum, e vestigio suo Ordinario transmittat. Qui Prælati etiam bis, vel ter in anno, a suis Officialibus monachis, vel Laicis, computationem discretam & fidelem recipiant: alioquin Prælatus, qui præmissa posthabuerit, & lapso anno intra duos menses huic statuto non satisfecerit, ab ingressu Ecclesiæ tamdiu sit suspensus, donec se obedientem ostenderit, & absolutionem ab Ordinario impetraverit.

Caput VI.

Prælatos, vel quomodocumque beneficiatos, qui sui juramenti immemores, propria temeritate bona Ecclesiastica alienaverint: tanquam perjuros, & suæ Ecclesiæ defraudatores acerrime puniri debere.

Et quia non tam jure, quam longa consuetudine introductum est, ut Prælati in receptione confirmationis suarum Electionum, atque sacerdotes curati, & non curati, quando eos ad suas Ecclesias, & beneficia instituere per Ordinarium contingit, inter cætera se jurejurando astringant, de non alienandis bonis Prælaturarum, & beneficiorum suorum, Episcopo suo inconsulto, reperimus tamen liquido, quod nonnulli sui juramenti quoque non memores, in celsitudinis divinæ offensionem, monasteriorum, Ecclesiarum, & beneficiorum damnum, ipsorum Ordinariorum injuriam, ac salutis animarum suarum dispendium, propria temeritate alienationes facere, non vereantur: quod exinde fieri strictius prohibemus. Quicumque enim temeritate sua non deposita, simile quicquam posthac facere attentaverit, contra eum, ac eos, non tantum ad pœnas superius expositas, sed etiam tanquam contra perjuros Ordinarii procedi facient.

Caput VII.

De inventariis bonorum Ecclesiasticorum tam mobilium, quam immobilium conscribendis, eo tempore, quo illarum Ecclesiarum datur possessio.

Ut autem tam Ecclesiarum pastores, quam beneficiati, circa bona Ecclesiastica eo diligentiores sint, & res Ecclesiasticæ eo minus deperdantur, atque illicitis attentationibus maturius occurri possit: Ideo statuimus & ordinamus, quod ab omnibus beneficiatis curatis, & non curatis, tempore, quo possessiones suorum beneficiorum accipiunt, debita inventaria, & inscriptiones omnium bonorum, tam mobilium, quam immobilium, ad ipsa beneficia spectantium, fiant per Notarium publicum, si haberi poterit, alias in præsentia personarum fide dignarum, puta Officialium, Archidiaconi, aut Decani ruralis, vel Commissarii alterius illorum, item Patroni, aut alterius ejus nomine, unius ad minus presbyteri, & vitricorum Ecclesiæ, adnotando omnia vasa sacra, vestes, suppellectilia, fundos, agros, domos, cum qualitatibus, & confinibus suis: quo inventario confecto, unum exemplar apud se retineat beneficiatus, alterum tradatur patrono beneficii, sive vitrico, & tertium superioritati Ecclesiasticæ præsentetur, ad eum quidem effectum, ut cum beneficiatum a suo beneficio cedere, vel decedere contigerit, inventaria primum conspiciantur, & cum inventum fuerit aliquid deesse, hoc de bonis cedentis, vel decedentis, restaurari, Ecclesiæque, vel beneficio restitui valeat.

Caput

CAPUT VIII. *Anno 1569.*

Clericos, præsertim beneficiatos, studiose inquirere debere, qualescumque occupatores, seu detentores, aut spoliatores rerum Ecclesiasticarum tam immobilium, quam mobilium, eosque suis patefacere Ordinariis.

Item statuimus & ordinamus, ut omnes Clerici, præcipue autem beneficiati, studiose inquirant, si qui sunt detentores injusti, seu occupatores, & spoliatores bonorum Ecclesiasticorum, & decimarum, sive etiam prædiorum, tam urbanorum, quam rusticorum, domorum, & censuum, etiam si fuerint per aliquem contractum alienata, impignorata, seu alias obligata. Et si quid horum repererint, ad Ordinarium illius loci, in qualibet Diœcesi nostræ Provinciæ proxime deferant, ut contra tales illicitos detentores, debita possit fieri provisio, atque injuste alienata, vel obligata, in pristinum reduci statum.

CAPUT IX.

Modus conservandi Ecclesiarum indemnitatem.

Tandem circa hunc articulum ordinamus, ut quoties se casus obtulerit, quo uni, aut alteri Ecclesiæ, vel beneficio, circa illorum proventus, aut liberam beneficiati administrationem, rerum ad Ecclesiam, vel beneficium spectantium, impedimentum, seu diminutio aliqua inferri voluerit; ex tunc beneficiatus illud suo Ordinario tempestive denunciet, ut indemnitati Ecclesiarum, & beneficiorum, eo citius consuli possit.

CAPUT X.

De pœna abutentium bonis. Ecclesiasticis.

Porro autem justum est, ut Prælati, atque beneficiati, quicumque bonis Ecclesiasticis, quæ pia devotione fidelium ad cultum divinum, atque ædificationem populi Christiani devota sunt, non abutantur, neque ea male profundant, sed ad necessaria vitæ, & beneficiorum conservationem applicent, de eo autem quod superest, pauperibus quoque suam partem tribuant. Commonemus enim omnes & singulos beneficiatos, quod non tantum contra eos, qui bona Ecclesiarum & beneficiorum injuste alienant, sed & contra eos, qui fructibus ab eorumdem beneficiorum bonis perceptis, perperam utuntur, Ordinarii singuli ad dignam emendationem, atque, si opus fuerit, etiam ad privationis pœnam sint processuri.

Can. Episcopus Caus. XIV. Q. 1.

Can. Quoniam Caus. XVI. Q. 1.

De Immunitatibus, & privilegiis Ecclesiarum, & Clericorum.

CONSTITUTIO XXXVIII.

CAPUT I.

Admonetur magistratus sæcularis, ut defendat, ac conservet immunitates & privilegia Ecclesiarum.

Cum Ecclesiarum, atque Ecclesiasticarum personarum immunitates, & privilegia, non solum a summis Pontificibus, sed etiam a supremis Principibus concessa, deceat esse mansura; ideoque tam juri, quam æquitati congruit, ut principes sæculares, & magistratus civiles, in hisce conservandis sint eis auxilio, eorumque Decreta fideliter exequantur, suosque subditos cogant observare, ut jurisdictio, & libertas, ac immunitas Ecclesiastica Imperatorum legibus, & a sacris Canonibus ipsis Ecclesiis, Episcopis, ac reliquis Cleri-

Anno 1569. Sess. XXV. Cap. XX. de Reform.

Clericis tributa ac firmata, conservetur. Quod ut fiat, Principes omnes, ac reliquos magistratus sæculares, una cum sacro Trid. Concilio obnixe rogatos esse volumus: nostris vero in temporalibus subditis Præfectis, & hujus generis Officialibus aliis, sub nostra, nostrorumque Coepiscoporum gravissima indignatione, itidem ab ipsis observari serio præcipimus. In quibus vero hæc ipsa immunitas & libertas consistat Ecclesiastica, utrumque jus Civile, & Canonicum, satis est plenum, quibus in locis censuræ etiam describuntur, quas contrahunt merito transgressores, a sacro Trid. Concilio pariter renovatas, atque corroboratas.

Cap. Immunitatem de Immunit. Eccl. & Cap. V. eod. tit. in VI.

Caput II.

Ne quis Clericorum sæculari se subdat domino, neque de manu Laici, Prælaturam, aut beneficium curatum, vel non curatum, ejusdemque investituram accipere præsumat.

Hanc quoque Ecclesiasticam libertatem tueri cupientes, districte prohibemus sub pœna suspensionis a perceptione fructuum beneficii, ne quisquam nostræ Provinciæ Clericus, cujuscumque Ordinis, cuiquam sæculari Domino, vel personæ, cui prius in nullo penitus fuerat obligatus, sub colore defensionis, vel protectionis, absque sui Episcopi licentia, se subjectum constituat, vel censualem: Nec quisquam Prælaturam, aut beneficium aliquod curatum, vel non curatum, ejusdemque beneficii investituram, a manu Laicorum, contra expressam Canonum inhibitionem, recipiat, sub pœna nullitatis actus, atque inhabilitatis ad omnia in futurum beneficia.

Caput III.

Ne ob delictum, vel culpam, aut debitum ministri, plectatur, aut cogatur Ecclesia.

Cap. Fraternit. de donat. Leg. Ignorantis ff. de Procurat.

Quamvis Jura etiam disponant, quod delictum ministri non debeat in detrimentum Ecclesiæ vergere, neque bona Ecclesiarum, vel beneficiorum, ob debita ministrorum (quæ in eorum utilitatem notabilem versa non sint) contracta, esse obligata, cum propter alienum debitum Ecclesia gravari non possit, cujus conditionem ministro meliorem, non deteriorem facere licet: Comperimus tamen Jura illa, atque Ecclesiarum privilegia a nonnullis minime observari, imo nonnunquam creditores ministro debitori favent, & a quo vivente debitorum suorum solutiones bene consequi possent, studiose usque dum obierit, debita exigere negligunt, ut postea in bonis Ecclesiarum & beneficiorum, pro libito bacchari possint, ex quo fit, ut nonnunquam morientibus ministris, non tantum bona defuncti, sed & Ecclesiarum, & beneficiorum, ita distrahantur, & perdantur, ut vel nullum amplius ministrum, & possessorem nancisci possint, aut si utique aliquem acquirant, is ære alieno gravatus, vel bonis ac proventibus Ecclesiæ, vel beneficii admodum diminutis, debitam sustentationem habere non possit, ut in brevi cogatur, quod acceptaverit, relinquere. Quare hujus statuti tenore, Officialibus, Archidiaconis, Decanis, Fiscalibus, & Cursoribus quarumcumque Diœcesium nostræ Provinciæ, serio præcipimus, ut quilibet in suo districtu & officio diligenter attendat, & inquirat, si quis Presbyteros beneficiatos, curatos, vel non curatos, qui suorum propriorum atque ad beneficium suum spectantium bonorum fuerint improbi dissipatores, aut debitorum tardi solutores, in suo habeat districtu. Quorum si aliquem indagaverit, hunc absque ulteriori dilatione requirat, illique diem certam pro reddenda ratione suæ administrationis assignet,

quam

quam rationem etiam die ftatuto ab eo, in præfentia duarum, vel *Anno 1569.*
trium perfonarum honeftarum recipiat, in qua fi debita euormia, & quæ facultatibus beneficiati non, aut vix refpondeant, invencrit; illico fibi ftatuat terminum folutionis; fimul ac edićto publico emiffo, denunciari omnibus faciat, quod creditores iftius diffipatoris curent fibi fatisfieri. Cæteri vero quicumque fibi caveant, ne debita aliqua, aut credita cum eodem contrahant, cum certificatione, quod fi ultra hanc admonitionem forfan cum ipfo contraxerint, vel antiqui debitores poft admonitionem fibi factam, folutionem fieri diftulerint, quodcumque debitum remanferit, eo a beneficio cedente, vel decedente, quo ad fucceflorem pro indebito cenferi, nullique penitus folutioni fubjacere fciat. Quod fi quis temerario aufu, & fua potentia abutens, bona beneficii pro debito prætenfo invadere præfumpferit, contra talem Ordinarii locorum, tanquam contra violatorem Ecclefiafticæ libertatis & pacis, ad pœnas Canonicas procedant; Officiales autem, & quicumque furrogati in officiis exiftentes, fi circa inquifitiones diffipatorum Clericorum, atque proceffum, jam fupra fibi præfcriptum, contra tales inftituendum, negligentes fuerint, eos, ac eorum quemlibet, poftquam de negligentia affectata, fufficienter, & legitime conftiterit, ad folutionem reftantium debitorum condemnamus.

De judiciali foro Ecclefiaftico.

CONSTITUTIO XXXIX.

Caput I.

De confervanda jurisdictione fpirituali, quam Laicalis Magiftratus ufurpare nullo pacto debet.

In Decretal. fexto & Clement. de foro compet. l. ftatuimus Cod. de Epifcop. & Cler. item Can. Sacerd. Cauf. XI. Q. I. Juftinianus in §. fi quis contra. Auth. de fanctiff. Epifcop.

Qualem caufarum Ecclefiafticarum, tam perfonarum, quam rerum cognitio, & jurisdictio, etiam contentiofa, requirat Judicem, non tantum humanæ, fed etiam divinæ oftendunt traditiones, quod non Laica, fed Ecclefiaftica effe debeat perfona, quemadmodum unusquisque qui facras literas, Concilia, & Canones antiquos, atque Imperatorum leges perluftraverit, facile inveniet: Unde facratiff. Imperator Conftantinus merito Magnus nuncupatus, cum Epifcopi, qui ad Synodum Nicænam convenerant, ei libellos obtuliffent, in quibus nonnullorum adverfus alios caufæ continebantur, & querelæ, quibus convocatis dixit: Deus vos conftituit facerdotes, & poteftatem dedit de nobis quoque judicandi: & ideo nos a vobis recte judicamur; vos autem non poteftis ab hominibus judicari, propter quod Dei folius inter vos expectate judicium, & veftra jurgia, quæcumque funt, ad divinum referventur examen. Vos etenim nobis a Deo dati eftis Dii, & conveniens non eft, ut homo judicet Deos. Et piiffimus Imperator Valentinianus: Mihi cum unus de populo fim, fas non eft talia perfcrutari: verum facerdotes, quibus hæc cura eft, apud femetipfos congregentur, ubi voluerint &c. Et Chriftianiff. Imperator Juftinianus: Si quis contra aliquem Clericum, aut monachum, aut diaconiffam, aut monaftriam, aut afcetriam habeat aliquam actionem, adeat prius fanctiffimum Epifcopum, cui horum unusquisque fubjaceat. Quod Nos, noftrique Coepifcopi per noftram Provinciam omnino obfervari volentes (præfertim contra quosdam ventofos, qui non folum facris Canonibus, fed etiam Imperialibus legibus contrafacientes, omne Jus Ecclefiafticum fibi ufurpare nituntur, cujus farinæ homines imperiofos, etiam inter noftros, nedum

Anno 1569. nedum Coepiscoporum nostrorum Præfectos Provinciales comperiri audimus) vetera nostrorum Prædecessorum statuta Provincialia innovantes, has, quæ sequuntur, præscribimus leges.

Caput II.

Ne Clericus citetur ad forum sæculare, & quæ pœna hujus sanctionis transgressoribus immineat.

Can. futuram Caus. XII. Q. I. Can. Nullus Caus. XI. Q. I. Inprimis statuimus & ordinamus, ut in omnibus causis de jure vel consuetudine, ad forum Ecclesiæ spectantibus, nulla persona Ecclesiastica quomodolibet ad judicium trahatur sæculare, vel ei respondeat. Quod si secus factum fuerit, actor, si Laicus fuerit, in criminali causa, etiamsi sententiam pro se obtinuerit, causa cadat: in civili vero, integra manente causa, sententia ipsa viribus careat, & irrita, ac pro nulla habeatur: sed si actor Clericus fuerit, eum ultra præmissa, excommunicationis sententiam ipso facto incurrere declaramus: Judex vero quicumque fuerit, qui hujusmodi personam Ecclesiasticam, per se, vel per alium directe, vel indirecte, quovis quæsito colore, præter juris communis dispositionem, ad suum tribunal trahit, vel coram se litigare, aut respondere compellit, aut cautionem, vel fidei jussionem exigit, aut impedimentum & molestiam infert, aut procurat, quo minus in foro Ecclesiastico libere agere, & suam causam defendere possit, præter omnipotentis Dei iram, & nostram, nostrorumque Coepiscoporum indignationem, se Bullæ in cœna Domini censuram illico incurrisse sciat, a qua etiam absolvi ab habente authoritatem non poterit, nisi prius omni damno & interesse ad plenum satisfecerit, condignamque pœnitentiam egerit. Et si talis judex ex nostris, sive nostrorum Coepiscoporum fuerit Præfectis, vel ex aliis Officialibus Laicis, ultra prædicta, etiam ab omni Præfectura, & alio quocumque officio, illum deponi jubemus absque spe ullum unquam a nobis, seu a nostris Coepiscopis recuperandi gradum, vel officium.

Caput III.

Criminosos Clericos, ubi de fuga timor est, a sæculari magistratu simpliciter capi, & Ordinariis præsentari posse &c.

Cum autem nonnunquam accidat, Clericos in crimine aliquo scandaloso deprehensos, per sæculares Judices & Officiarios, propter Ecclesiasticorum Judicum defectum capi, & deinde Ordinariis præsentari, quod licet Canonibus, Clericorumque immunitatibus sit adversum: nihilominus cum criminum enormitas, aut nimium scandalum severius aliquid postulet, aliquatenus tolerari volumus, præsertim si magnum esset facinus, & de fuga Rei dubitaretur, ita tamen, ne tales captivi sacerdotes, vel Clerici, apud sæculares potestates examinentur, vel in minimo molestentur, neque plus viginti quatuor horis detineantur, ne quod sub custodiæ nomine geri dicitur, in pœnam convertatur: sed ad suos Ordinarios, vel eorum Officiales, sub bona custodia mittantur.

Caput IV.

Quibus viris prospectum esse debeat Consistorio, & a quibus iidem se abstinere debeant.

Can. Qui recte Caus. XI. Q. III. L. Quisquis C. si cert. pet. Foro autem Ecclesiastico, quod & Consistorium vulgo nuncupatur, de viris tanto tribunali dignis, idoneisque, ac correspondentibus provideatur; ita ut Judices ipsi, Ecclesiastici sint, ætatis maturæ, vitæ honestæ, famæ integræ, atque Jurium periti, & in sacris constituti, inque reddendo judicio non segnes, atque in judicando omnino justi.

justi. Quibus & sub pœna depositionis ab Officiis suis, atque perpetuæ infamiæ inhibemus, ne a partibus coram se litigantibus, vel litigari verisimiliter sperantibus, munera quæcumque accipiant, nisi sint esculenta, vel poculenta, quæ ad summum in tribus diebus consumi possunt, nec tamen eadem affectent, postulent, aut exigant, sed ultro oblata ad declinandum incivilitatem recipiant. Cum enim jura civilia, etiam mutuantem pecuniam judici, una cum judice relegationis pœna jubeant afficere: quanto magis puniendi fuerint, qui acceperint munera, quæ excæcant oculos sapientum, & mutant verba etiam justorum. Omnes autem Judices (ut etiam Justiniano Imp. placet) secundum voluntatem, & timorem Dei, & Principis ordinationem, sic administrationes suas gubernare studeant, ut nullus eorum aut cupiditati sit deditus, aut violentias aliquas, vel ipse inferat, vel ulli alii inferri permittat. Quod si Judex ipse non fuerit jurisperitus, juxta supradicta Assessorem sibi conducat, jurium gnarum, & qui rerum, negociorum, & processuum juridicorum experientiam habeat.

Anno 1569. *Deut. C. XVI. Exod. C. XXIII. L. I. §. optamus Cod. de officio Præf. Prat.*

Caput V.

Ut quilibet Judex Ecclesiasticus suum habeat Notarium, procuratores, & cursorem unum, vel plures, juxta necessitatem, omnes juratos &c.

Cap. Quoniam de Probat.

Statuimus etiam & ordinamus, quod quilibet judex Ecclesiasticus per nostram Provinciam, habeat suum Notarium, suos pariter Procuratores, tales, qui foro Ecclesiastico sint conformes, atque jurati. Insuper & cursorem, vel cursores, juxta causarum & negociorum multitudinem, qui etiam sint ad officia jurati, & non tantum mandata & literas hinc inde deferant, & domesticis dominorum suorum negociis studeant, sed etiam per suum districtum, ad vitam & transgressiones Clericorum advertant atque inquirant, & quoties aliquem reprehensibilem invenerint, judici eum denuncient: In locis vero nostræ Metropoliticæ, & cathedralium Ecclesiarum, ubi majora vigent Consistoria, volumus & ordinamus, ut in quolibet dictorum locorum, ultra generales causarum procuratores, specialiter unus habeat procurator fiscalis, non quidem ut ex sacerdotum, vel Clericorum delictis, Fisco Episcopali quæstum faciat, sed ut in facinorosos Clericos advertat, atque ut tales Canonicis pœnis afficiantur, contra eos processus legitimos instituat, simul ac diligenter curet, ne causæ Ecclesiasticæ a suo tribunali decidant, & forsan ob Ecclesiasticorum negligentiam, a sæcularibus Judicibus vindicentur & usurpentur, quod si facto evenerit, volumus, quod nobis, aliisque Episcopis nostræ Provinciæ, talis usurpatio absque dilatione indicetur.

Caput VI.

Ne corporalis pœna convertatur in mulctam.

Nolumus etiam, atque omnino prohibemus, ne pro delictis, quæ per judicem Ecclesiasticum puniri debent, pœna pecuniaria facile imponatur: casu autem, quo hoc fieri contigerit, nolumus tamen, quod talis pecunia in nostrum, aut Coepiscoporum nostrorum judicium, sed in piæ alicujus causæ usum convertatur, ne ubi animarum salus quæri debeat, quæstum nos quæsiisse a quopiam videamur.

Caput VII.

De honestate Judicum, Notariorum, Procuratorum & cursorum Consistorii.

Prohibemus etiam hac nostra synodali Constitutione, ne Judices, Notariique causarum Procuratores, Cursores, aut aliæ personæ consistoriales, cum personis in judicio comparentibus, sive clientulis, quic-

Anno 1569. quicquam inhoneste, aut turpiter agant, nullius pudicitiam attentent, ad lasciviam, & inhonesta perpetranda non sollicitent. Nam quisquis de hoc convictus fuerit, etiamsi actus conatum non sit secutus, statim ab officio cadat, & severe arbitrio Ordinarii, juxta delicti qualitatem puniatur: atque ab actis consistorialibus per totam nostram Provinciam excludatur. Quod si actus sollicitationem secutus fuerit, etiam corporali pœna per Ordinarium affligatur.

Caput VIII.

De publicandis citationibus, mandatis, executorialibusve.

Quia autem aliquando propter temeritatem, & ausum iniquum aliquorum, ad hos, qui, vel citati, aut quibus mandata, executoriales, & aliæ literæ Ordinariorum intimari debent, tutus non patet accessus; ne hujus igitur causa, vel impediatur justitia, vel digna animadversio in male meritos supprimatur: Idcirco provida & necessaria deliberatione volumus & ordinamus, ut contra tales, citationum, mandatorum, & executorialium edicta apud parochialem ipsorum Ecclesiam, publice & legitime per nostros nuncios juratos, aut ipsos prædicatores proponantur: quod si & circa hanc publicationis formam, ipsis executoribus periculum aliquod immineat, volumus, quod hujusmodi citationes, mandata, executoriales, & aliæ literæ Ordinariorum, in nostra Metropolitica, in his, quæ nostram Diœcesim contingent, alias in cathedralibus Ecclesiis nostræ Provinciæ, tribus diebus dominicis continuis in ambone publicentur, dummodo hi, quos negotium concernit, a cathedrali Ecclesia, infra unam dietam sint constituti: quod si remotius absint, ad quindecim dies, ita ut præmissum est, publicentur solemniter, intra quos, si non obtemperaverint, contra tales, ac si personaliter requisiti fuissent, procedatur, ne malitia his patrocinetur, quibus debita pœna merito irrogari debeat.

Caput IX.

De causa in citationibus assignanda, & Advocatis, Procuratoribusque, etiam extraneis, a partibus citatis assumendis.

Tandem quo minus erretur, & unusquisque statim ex ipsa citatione intelligere valeat, an causa, propter quam ad forum Ecclesiasticum citatur, sit talis, quod in eo foro merito conveniri & respondere debeat: igitur statuimus & ordinamus, ut posthac in tota Provincia nostra exprimatur in citationibus, in causis civilibus tantum, specialis causa, vel causæ, ob quas, vel quam aliquis citatur: concedimus quoque, quod partes citatæ, & præsertim Laicæ, in causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus, Advocato, & Procuratoribus, etiam extraneis, citra tamen præjudicium juratorum procuratorum, & consuetudinis Consistorii illins, in judicio Ecclesiastico uti possint, dummodo tamen libellos, producta & alia necessaria idiomate latino inducant, & proponant, atque in omnibus processum, morem, & observationes Consistorii Ecclesiastici observent. Qui autem se huic foro conformare noluerint, hos ad turbationes & confusiones vitandas, & maxime propter appellationes, in quibus acta causarum, etiam ad exteras nationes facile devenire possent, recipere non possumus.

De

De Notariis fori Ecclesiastici. *Anno 1569.*

CONSTITUTIO XL.

Caput unicum.

Quales sint cooptandi Notarii, & de juramento, fideique professione eorum.

Quoniam ex imprudentia, aut malitia quorumdam Notariorum, nostris foris Ecclesiasticis quandoque non pauca, neque minima, cum partium detrimento accidere possunt incommoda; idcirco ordinamus & statuimus, ne quisquam in Notarium cujusvis nostræ Provinciæ fori Ecclesiastici adsciscatur, nisi alicujus provectæ fuerit ætatis, non infamis, neque ulla censura irretitus, honestus, prudens, & in sua arte peritus, atque tempore aliquo, in ea versatus; ita ut coram Episcopo, vel ejus generali Vicario, sive Officiali altero, ejus peritiæ per examen sufficienter reddat rationem, deinde sequentem cum juramento faciat suæ fidei ac fidelitatis confessionem.

Fidei, ac fidelitatis confessio cum Juramento, a promoto in fori Ecclesiastici Notarium facienda.

Ego N. promotus in Notarium hujus Consistorii N. omnia & singula, quæ in sacrosancta Tridentina Synodo, & aliis universalibus Conciliis, definita & statuta sunt, palam accepto, simulque hæreses omnes a sacris Canonibus, & generalibus Conciliis, præsertim a prædicta Synodo Trid. damnatas publice detestor & anathematizo, nec non & veram obedientiam Summo Pontifici Romano, & vobis Reverendissimo D. D. &c. (si præsens Ordinarius fuerit, sin vero alius ejus loco surrogatus esset, vobis omittatur) vestrisque, vel suis Successoribus, canonice intrantibus spondeo, & constitutionibus, mandatisque vestris, vel suis obtemperabo: nec non & instituta officii, sive Officialium Consistorii honesta jussa servabo: secretaque ejusdem Consistorii, sive fori Ecclesiastici, & causarum, nemini propalabo, præsertim attestationes testium, & consilia Assessorum, & conclusas sententias Judicum, donec publicatæ, prolatæ, & per eum, vel eos, ad quem, vel ad quos spectat, fuerint subscriptæ: promittens me in omnibus omnem daturum operam, ut injunctum mihi munus, sine querela fideliter ac diligenter, juxta formam fori hujus Diœcesis, exequar.

De decimis, oblationibus, & collecturis.

CONSTITUTIO XLI.

Caput I.

Decimas veteri ac novo jure persolvendas esse.

Genes. Cap. XIV. Exod. C. XXII. Levit. C. XXVII. Num. Cap. V. II. Paral. C. XXXI. Can. revertimini

Quoniam officii nostri esse novimus, ea, quæ ad S. fidei Catholicæ sustentationem spectant, integra conservare, distracta colligere, & quæ longissimo temporum intervallo interierunt, recuperare, & in pristinum statum revocare: ne dum ea, quæ cognoscimus ad nostri Ordinis qualitatem pertinere, aut non corrigendo, aut (quod nefas est) silentio prætereundo, socordiæ, & negligentiæ culpam incurramus: nonnulla de decimis in medium producere censuimus necessarium. Leges namque non solum humanæ, sed etiam naturales & divinæ, consulentes sacerdotibus ac ministris Ecclesiarum,

pro

Anno 1569. Cauf. XVI. Q. I. Cap. Quadrageſ. de decimis &c.

pro hæreditaria portione, omni populo præceperunt decimas fructuum ſuorum locis ſacris præſtare, ut nullo labore impediti, per res illegitimas, ſpiritualibus poſſint vacare miniſteriis, quas leges Chriſtianorum cœtus longis temporibus cuſtodivit intemeratas. Nunc autem paulatim prævaricatores legum pene Chriſtiani omnes oſtenduntur, dum ea, quæ non tantum humanitus, ſed & divinitus ſancita fuut, adimplere negligunt; magnum facinus perpetrantes: qua de re non ſolum in anima, verum & in temporalibus a Deo puniuntur bonis, quibus patres noſtri abundabant, quando in ſolvendis decimis, propriis non parcebaut redditibus. Idcirco non incongrue D. ait Auguſtinus: Majores noſtri ideo copiis omnibus abundabant, quia decimas Deo dabant, & Cæſari cenſum reddebant: modo autem, quia diſceſſit devotio Dei, acceſſit indictio fiſci. Nolumus partiri cum Deo decimas: modo autem tollitur totum. Hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus. Ita quod dupplici afficiuntur jactura, qui aut in nullo, aut male & perperam, ſua annua decimant bona, quia ſuas damnant animas, Deum offendentes & quod inique ſibi collocant, accipit alter. Quibus malis ex officii noſtri debito conſulere volentes, ſtatuimus & decernimus, ut mos antiquus inter fideles obſervetur, & decimas Eccleſiaſticis famulantibus Deo, populus omnis inferat, quibus ſacerdotes in ſui ſuſtentationem, & pauperum ſubventionem, aut Eccleſiarum reparationem, uti poſſint; ac deinde merito ſuis orationibus pacem populo ac ſalutem impetrent. Si quis autem iſtis noſtris ſaluberrimis ſtatutis contumax fuerit, juxta demerita acerrime puniatur. Omnes autem, omni cum charitate, & modeſtia, atque prudentia prius ſunt admonendi, & bene inſtruendi: quod munus erit Prædicatorum verbi divini: qui cum ſe occaſio offert, populum circa jus ipſum decimandi, & debitum ſolvendi, fideliter non prætermittent docere; ita tamen, ne cupiditas Paſtorum charitatem exuperet ovium, ſed ita prudenter debitum doceatur, ut ordinatio divina quam optime a populo percipiatur atque diligatur.

Caput II.

Ex omnibus fructibus decimas dari debere.

Cum igitur decimæ, tributa ſint egentium animarum, quas dominus in ſignum univerſalis dominii pro miniſtris Eccleſiæ ſibi retinuit, cumque canonicæ ſanctiones jubeant eas de omnibus fructibus cum integritate perſolvi: ſtatuimus & ordinamus, quod Laici ipſi de agris, de novalibus, ac de omnibus his fructibus, quos in qualibet Diœceſi, ſeu Parochia decimari ab antiquo ſolitum eſt, his ad quos pertinet, & liquidum jus habent, nullis deductis expenſis, ſive meſſorum ſit pretium, familiæ, aut mercenariorum, etiam juxta locorum conſuetudines, ſi de uno fundo, & uno anno pluribus vicibus creſcant atque proveniant plures fructus, omnino integre, etiam ſemine non retento, neque cenſibus & tributis annuis deductis, & ſimiliter in locis, ubi conſuetudo eſt, de animalibus, atque aliis licite acquiſitis, & ſecundum uniuſcujuſque Diœceſis conſuetudinem decimari ſolitis & conſuetis, ſine fraude qualibet tribuant integre, atque ſub pœnis canonicis ſolvant. Quod ut efficaciter fiat, Nos, cæterique Epiſcopi noſtræ Provinciæ, apud ſubditos noſtros in temporalibus, debitis mandatis pœnalibus, & aliter, prout juſtum fuerit, providebimus, adhortantes ſæculares poteſtates in Domino, ut pro obedientia omnipotenti debita, & ſuſtentatione miniſtrorum præcipue Eccleſiæ, apud ſuos ſubditos id agant, ut decimæ omnes, tam majores, quam minores fideliter, & ſine fraude & dolo ſolvant, memores

Can. Quicunque Cauf. XVI. Q. VII. mores istius S. Ambrosii exhortationis: Quicumque recognoverit in se, quod fideliter non dederit decimas suas, modo emendet, quod minus fecit. Quid enim est fideliter dare, nisi ut nec pejus, nec minus aliquando offerat de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negocio, aut de venatione sua? Anno 1569.

Caput III.

Oblationes & collecturas, juxta antiquam hujus Provinciæ consuetudinem fieri præcipitur.

Quod autem ad oblationes & collecturas attinet, volumus & mandamus, ut juxta antiquam, & semper observatam hujus nostræ Provinciæ laudabilem consuetudinem, suis fiant temporibus.

De sacrosanctis Sacramentis Ecclesiæ Dei, ac eorumdem administratione.

CONSTITUTIO XLII.

Caput I.

De septem Sacramentis, eorumque virtute, & quæ publicitus de hisce sint enuncianda.

Nos, nostrique Coepiscopi, aliique minores Prælati, nec non & cæteri in hac nostra sancta Synodo de jure, & consuetudine congregati, totam hanc nostram Salisburgensis Ecclesiæ repræsentantes Provinciam, nostrorum Prædecessorum sequentes vestigia, Synodique Salisburgensis Provincialis præteritæ renovantes Decreta, cum sancta Catholica, Romana Ecclesia, & omnibus Oecumenicis Conciliis, septem fatemur esse Sacramenta, quibus delentur peccata, confertur gratia, & cœlorum aperitur janua, Baptismum, Confirmationem, Pœnitentiam, Eucharistiam, Ordinem, Matrimonium, & Extremam Unctionem. Quæ propterea tanquam saluti nostræ necessaria, cum omnibus & singulis circa ipsa, a sacris Oecumenicis, præsertim Florentino & Tridentino Conciliis tradita, recipimus, atque amplectimur, & a nostris subditis, utriusque sexus Clericis, & Laicis, idem fateri, illaque recipi, & amplecti, sub omnipotentis Dei indignatione, & nostra animadversione, mandamus & præcipimus: Ordinantes omnibus animarum curam habentibus, præsertim Parochis, atque eorumdem Cooperatoribus, sive Vicariis, & verbi divini Concionatoribus, ut hæc ipsa septem Sacramenta, & & quid circa unumquodque ipsorum sit credendum, simul ac eorum virtutes, & efficaciam, juxta ea, quæ a supradictis duobus generalibus Conciliis, tum etiam ex Catechismo Romano, nuper decreto Concilii Trid. solicitudine Pii V. nostri Pontificis Max. condito, sunt præscripta, suum doceant populum, iis tamen juxta diligentissime observatis, quæ in nostro Agendorum describuntur libro, & brevi, Deo dante, in lucem prodeundo, in quo tum in particulari quam breviter, cum sacrarum etiam scripturarum approbatione, evidens, atque essentialis uniuscujusque doctrina, & cujuslibet administrationis exhibetur instructio.

ADMO-

Anno 1569.

ADMONITIO.

De Agendario Ecclesiarum.

De Agendario Ecclesiarum.

Liber Agendarii, cujus hic & aliis in locis Synodus meminit, debebat esse unus, ac duas partes complectebatur: unam de doctrina & instructione Sacramentorum: de benedictionibus, processionibus, ritibus Ecclesiarum in administrandis Saeramentis, aliisque rebus agendis alteram. At vero post Synodum, a sancta Sede approbatam, quasdam ob causas, visum est, ut is liber in duo opuscula divideretur, & hæc quidem pars, quæ est de rebus agendis, seorsim imprimeretur; Agendariumque inscriberetur: illa vera de doctrina, & instructione Saeramentorum &c. pariter seorsim, quam Manuale Parochorum appellari placuit, & ita factum est. Cum itaque Synodus hisce in locis non ad secundam partem, sed ad primam semper se referat, animadvertas oportet, non Agendarium, sed Manuale Parochorum intelligendum ac consulendum esse. Id quod clarius distinctiusque ex ejus libri epistola accipies. Est Nota Editoris primi.

Caput II.

Declaratio Sacramentorum magna ex parte refertur ad librum Agendorum.

Multa etenim non solum ad Sacramentorum declarationem, sed etiam eorumdem ministrandorum instructionem, tum ut nonnulli orti tollantur abusus, ipsorum ministris essent præscribendæ leges & statuta: sed quoniam consultius judicavimus, hæc ipsa in Agendorum, de quo supra, opusculo describi debere, eo quod liber ille propter continuam Sacramentorum administrationem, nostrorum Clericorum usui frequentior futurus est, quam istarum Synodalium sanctionum Codex: idcirco ea omnia, quæ nobis circa illa ipsa visa sunt digna, atque necessaria, in eodem Agendario concinnari curavimus, ordinantes, atque sub pœna privationis omnium dignitatum, graduum, vel beneficiorum, si quæ illis fuerint, vel alias suspensionis cujuslibet gradus Ecclesiastici, & alia gravi a suis Ordinariis imponenda pœna, mandantes omnibus & singulis, cujuscumque sint gradus & conditionis, Sacramentorum ministris, omnia & singula, quæ in Agendario circa administrandorum Sacramentorum considerationem, & observantiam sunt contenta atque præscripta, ad unguem omnino observari, ac si huic nostræ sanctæ Synodo ad verbum essent inserta.

Caput III.

Etiam hic nonnulla tractari de Sacramentis, in libro Agendorum non contenta.

Quamquam in jam nominato Agendorum libro, quæ pro administrandorum Sacramentorum instructione visa fuere necessaria, abunde sint descripta, nihilominus & nonnulla alia hoc in loco tum in communi, tum in particulari annotare censuimus, non indigna, neque inutilia; quinimo necessaria.

Caput IV.

Ministros Sacramentorum inculpatæ vitæ, bonorumque morum esse debere, licet Sacramentorum virtus accipienti non adimatur propter ministri iniquitatem.

Licet Sacramentorum virtus accipienti non adimatur propter ministri iniquitatem, Ministros tamen admonemus, ut in administrandis ipsis Sacramentis, inculpate se gerant, ne dum ipsi alios a peccatis lavant, ipsi inquinentur. Cum enim Sacramenta sint utique sacra, decet ut ab innocentibus, & incontaminatis manibus consecrentur, recte tractentur, & devote administrentur.

Caput

Caput V.

De constituenda commoditate administrandorum Sacramentorum in locis a Parochia distantibus. *Anno 1569.*

Eos præterea, quibus cura inest animarum, admonitos esse volumus, atque illis sub omnipotentis Dei indignatione, & nostra interminatione præcipimus, ut super greges suos omni cum solicitudine vigilent, & attendant, ne cum necessitas expostulaverit, in administrandis Sacramentis deficiant. Et quoniam nonnullæ per nostram Provinciam Parochiales extant Ecclesiæ, quarum pars populi extra civitatum, & oppidorum mœnia consistit, & alicubi satis longe distat, quo fit, ut Parochi, atque eorum Cooperatores, seu Vicarii, nocturno, tum etiam diurno tempore, seu quoties necesse fuerit hominibus illis, non nisi magna cum incommoditate, atque sanctorum Sacramentorum non minimo periculo, & dedecore, præsertim hyemali tempore, subvenire possunt: Cui incommodo succurrere volentes, mandamus, ut Episcopi partes hujuscemodi, commodiori uniant Parochiæ, aut etiam invitis Rectoribus, ex Constitutione Alexandri III. & Decreto Concilii Tridentini, novas coustituant Parochias. *Sess. XXI. Cap. IV. de Reform.*

Caput VI.

De sustentatione sacerdotum recentiorum Ecclesiarum curatarum.

Illis autem sacerdotibus, qui de novo fuerint Ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus, ad Ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus, & si necesse fuerit, compellere possit populum ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam; quacumque reservatione generali, vel speciali, vel affectione, super dictis Ecclesiis non obstantibus. Neque hujusmodi ordinationes, & erectiones possiut tolli, neç impediri, ex quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

Caput VII.

Justam provisionem sacerdotum circa numerosam plebem fieri debere.

Ex Decreto pariter Concilii Tridentini etiam ordinamus, ut Episcopi in omnibus Ecclesiis Parochialibus, vel Baptismalibus, in quibus populus ita est numerosus, cui unus, & alter Rector pro Ecclesiastica administratione non sufficiat, eos ipsos tot ipsi sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum, compellant.

Caput VIII.

De Cæremoniis circa sacram administrationem, juxta Catholica Rom. & universalis Ecclesiæ traditionem, observandis.

Curabunt etiam Episcopi, ut in suis cathedralibus Ecclesiis, in omnium Sacramentorum administrationibus, atque id genus aliis, præsertim in sponsorum benedictionibus, ritus serventur, & cæremoniæ, secundum traditiones sanctæ Romanæ, & universalis Ecclesiæ: Alii vero omnes inferiorum Ecclesiarum qualiumcumque Rectores; in his omnibus a cathedralium Ecclesiarum observatione, nulla ex parte discedant, sed eis omnino se uniformes reddant.

Anno 1569.

Caput IX.

De Sacramentorum explanatione, cum administrantur, ab Episcopis, atque Parochis facienda.

Episcopi præterea in administrandis Sacramentis, illorum vim, & usum pro eorum, qui sumpserint, sive adfuerint, intelligentia, diligenter explicare debent: Quod & Parochi, cæterique Sacramentorum administratores præstare non deerunt, juxta normam in Agendario prodeundo traditam, adhibita semper, circa unumquodque Catechismi Romani explanatione.

De Baptismo.

CONSTITUTIO XLIII.

Caput I.

Baptismum infantium ultra octiduum non esse differendum.

Cum hoc salutiferum Baptismi Sacramentum, principium sit, quo mortalibus regni cœlestis aperitur janua, non immerito reliquis præponitur, circa quod præter ea quæ in Agendorum libro continentur, quæ omnino observari volumus atque præcipimus, hæc paucula etiam illis addere decrevimus. Et inprimis ordinamus & statuimus, omnibus, quorum ea est cura, mandantes, ne ultra octiduum, infantes a suis nativitatibus differant sacerdotibus propriis, aut eorum vices gerentibus, in Ecclesiis Parochialibus offerre baptizandos; quod si quispiam non præstiterit, illum latæ sententiæ excommunicationem incurrisse declaramus, nisi aliqua rationabili causa ductus, a Parocho licentiam aliquantisper differendi impetraverit, quæ tamen brevis debet esse: quia non est justum, ut res, quæ tam magna, tam præclara creditur, neglectius, aut tardius, quam expedit, protrahatur; propterea bene ait D. Augustinus: Rogo vos fratres, ut quicumque aut filium, aut vernaculum suum baptizari desiderat, jam nunc eum Ecclesiæ offerre non differat.

Serm. VII. de Tempore.

Caput II.

De instruendis obstetricibus circa subitaneum Baptisma.

Statuimus etiam, cum salus animæ ab hoc maxime pendeat Sacramento, ut obstetrices, quæ sæpius necessitate imminente infantes baptizare solent, postquam a sæculari potestate, aut his, quibus eas assumere competit, sunt assumptæ, locorum Plebanis statim præsententur, ut ab eisdem (quemadmodum & in Agendis habetur) doceantur, atque instruantur, in quibus casibus, & sub qua forma ipsæ Baptismum impendere valeant, ne cum irrecuperabili, & miseranda infantum jactura, eas errare contingat.

Caput III.

Quibus non liceat, nisi in Ecclesiis baptizari.

Licet in Agendario sit sancitum, neminem nisi in Ecclesia Baptismali, ut in loco ad suscipienda Sacramenta ordinato (nisi aliud cogat necessitas) baptizari debere, nihilominus, quia nonnulli fraudulenter idipsum interpretantes, in domibus Aedituorum, aut Parochorum, ad ipsas Parochiales Ecclesias pertinentibus, suos procurant, cum eorumdem sacerdotum applausu & consensu (proh nefas) baptizari filios, asserentes perinde esse, ac si in Ecclesia fieret, eo quod hujuscemodi domus cum ipsis Ecclesiis, quibus vel earum cœmi-

cœmiteriis communiter sunt annexæ aut contiguæ, pro eadem re *Anno 1569.* habeantur; coacti sumus in hac sancta Synodo, talium malitiæ obstare, hoc Decretum edere; omnibus Parochis, atque eorumdem in cura animarum regenda Cooperariis præcipientes, ne Baptisma nobilissimum Sacramentum, non solum in propriis, aut amicorum, sed neque etiam in Parochorum, aut æedituorum domibus (quantumvis Ecclesiis Parochialibus contiguis, aut annexis) seu alio in loco, quam in Ecclesiis baptismalibus cuiquam conferant, nisi evidentissima alicujus infantuli emerserit necessitas, propter quam absque illius periculo ad Ecclesiam accessus haberi nequeat: Vel nisi Regum, Principum, & etiam Illustrium extiterint liberi, quibus deferri conceditur, dummodo in aliquo eorumdem Arcis, sive Pallatii sacello, debitis modis, & cæremoniis, ab Ordinario Parocho, seu ab alio ab eo misso, baptizentur, & ita Ordinario ex aliqua justa causa visum fuerit. Quicumque autem sacerdos contrarium facere præsumpserit, ab officii sacerdotalis exercitio, usque ad sui Ordinarii beneplacitum, sit ipso facto suspensus, aliaque corporali pœna ab Ordinario corripiendus.

Caput IV.

De diligentia circa illitionem Chrismatis.

Cavere quoque debent Parochi, ne sacrum Chrisma in Baptismate a Laicis attingatur; Ideoque parare sibi debent bombycem, seu linteolum aliquod, quo statim post unctionem ipsimet abstergant Chrisma, ne obstetrices, aut nutrices, sive Compatres, aut Commatres tangant, sed ipsi sacerdotes a Baptismate igni tradant.

De Confirmatione.

CONSTITUTIO XLIV.

Caput I.

Ut Episcopi frequentent usum Confirmationis, & quot annorum debeat esse Confirmandus.

Quoniam in opusculo Agendorum, de virtute hujus Sacramenti, deque ipsius Ministris, nec non & de populorum instructione, a Parochis facienda, est sufficienter explicatum; idcirco ne idem repetamus hoc in loco, aliud circa ipsum statuere nolumus: Episcoporum tantummodo negligentiam hic loci redarguendam, apud quos hoc ipsum Sacramentum hactenus minus est frequentatum, eosdemque una admonendos esse operæ precium judicavimus, ut in posterum subditos suos, quotquot adhuc eodem Sacramento initiati non sunt, consuetis cæremoniis confirment, & insigniant, quod & Nos (Deo auxiliante) observabimus, atque idem a Coepiscopis nostris observari mandamus, ut hoc tam utili Sacramento curent, vel per se ipsos, aut (ipsis impeditis) per alios Episcopos, in majoribus quidem, & amplioribus Diœcesibus in annis quatuor, singulo anno eam majorem, quam poterit partem: in minoribus vero Diœcesibus, in duobus annis, singulo anno dimidiam partem insigniri. Sed animadvertant, ne minori quam septem annorum ætatem habenti hoc Confirmationis Sacramentum exhibeant.

Caput II.

Ut Concionatores competenti tempore hoc Sacramentum populo exponant, atque declarent.

Quandoquidem Sacramenti hujus usurpatio tam apud Metropolim, quam cathedrales civitates, nescimus qua remissione, retroactis an-

Anno 1569. nis adeo fuerit infrequens, ut apud plerosque oblivioni tradita, & juventuti pene sit incognita: Ordinamus & mandamus, ut non solum Parochi, sed & Concionatores Verbi divini in suis sermonibus, vim atque virtutem hujus Sacramenti fideliter edoceant plebem, ut quid circa illud credere debeant, sciant; & quid per hujus Sacramenti susceptionem consequantur, cognoscant. Quod eo præsertim tempore fieri volumus, quo Episcopi ad ipsos ea de re sunt profecturi, de quorum adventu iidem Prædicatores, & Plebani suos semper facient certiores Parochianos, quibus etiam diem denunciabunt, in qua Episcopi Confirmationis actum habituri sunt.

Caput III.

Tempore, quo Episcopi hoc Confirmationis Sacramentum sunt ministraturi, visitationes juxta per eamdem partem Diœcesis fieri debere.

Hisce etiam temporibus poterunt, imo debent visitationes (de quibus infra particularis habetur Constitutio) & inquisitiones, per eam partem cujuslibet Diœcesis (quæ tunc per Episcopum, vel in pontificalibus ejus Vicarium peragetur) celebrari; quia multo melius quid circa unamquamque Ecclesiam necessario ordinandum fuerit, sive in Pontificalibus, seu in aliis spiritualibus, etiam (si opus fuerit) in temporalibus, in præsentia ipsius Ordinarii; vel ejusdem Suffraganei, ordinari, disponi, atque expediri poterit.

Caput IV.

De spirituali cognatione circa Baptismi, & Confirmationis Sacramenta, contracta.

Quantum vero ad spiritualem spectat cognationem, quæ in supradictis duobus Baptismi, & Confirmationis contrahitur Sacramentis, satisque pro necessitate in Agenda, juxta sacri Trid. Concilii, & Pii V. Pont. Max. limitationem sunt edocta, ea omnia omnino servari volumus, atque statuimus. Quapropter Ecclesiarum Pastores diligenter animadvertent: ne illos, qui tali fuerint vinculo irretiti, matrimonialiter invicem copulent.

De Pœnitentia.

CONSTITUTIO XLV.

Caput I.

De usu confitendi peccata, & qualitatibus Confessorum.

Cum in sæpe nominata Agenda nedum essentialia Pœnitentiæ, & Confessorum qualitates requisitæ, verum & quomodo ad pœnitentiam populi sint a suis propriis sacerdotibus inducendi, disponendi, instruendi, atque præparandi, nec non & in ipso confessionis actu audiendi, & pœnitentes absolvendi, atque id genus alia ad hoc ipsum Pœnitentiæ Sacramentum spectantia, cum omnibus tam Papalibus, quam Episcopalibus casibus, etiam censuris, & irregularitatibus, diffuse satis, & competenter sint assignata, Confessoribusque ipsis præscripta, quæ ad unguem prorsus observari volumus, mandamus, & præcipimus; Idcirco in eisdem hic repetendis immorarii nolumus, nisi quod Nos, nostrosque Coepiscopos admonemus, ut Deo, nostrisque satisfaciamus conscientiis, & Confessorum, confitentiumque consulamus animabus, ne quispiam a Nobis, seu quoquam nostrorum Coepiscoporum admittatur in Confessorem, nisi illis quin-

quinque qualitatibus eodem in libro Agendorum descriptis, fuerit insignitus: & ita per rigorosum examen repertus. Tales enim sacerdotes, qui confessionibus sunt præficiendi, viri esse debent integri, maturi, nullo crimine publice diffamati, non ebriosi, non leves, non cupidi, non ad quæstum intenti, neque exploratores nimium curiosi, sed ab his vitiis prorsus alieni, prudentes, patientes, silentii tenaces, sensibus perfecti, modesti, de animarum salute soliciti, eruditi, ut inter lepram & non lepram, ac lepram & lepram discernere sciant; ne intricatam confitentium conscientiam extricare ignorantes, se ipsos, & illos perdant, opusque Dei destruant, juxta illud, cæcus cæcum ducens, ambo in foveam cadunt. Anno 1569.

Caput II.

In quibus admonendi sint Confessores.

Illud quoque ab Episcopis oblivioni non est tradendum, ut cum aliquos præmisso examine instituunt Confessores, non prætermittant eos admonere, & injungere illis sub pœna condigna, in audiendis confessionibus, & injungendis pœnitentiis, rebusque alienis restituendis, ac pœnitentibus absolvendis, atque casibus, censurisque reservatis, ne eorum jota quidem prætereant, quæ in libro traduntur Agendorum.

Caput III.

De Pœnitentiariis instituendis, ubi non habentur, & eorum officio.

Sess. XXIV. Cap. VIII. de Reform. Cap. 1. de Pœnit. & Remiss.

Ut sacri Tridentini Concilii non modo pareamus Constitutioni, verum etiam nostræ Provinciæ consulamus necessitati, antiqua Prædecessorum nostrorum vestigia sequentes; & prioris Salisburgensis Synodi Decretum renovantes; ordinamus & statuimus, ut in nostra Metropolitica, ac qualicumque alia cathedrali Ecclesia, aliquis Doctor, aut Licentiatus in Theologia vel Jure Canonico, annos quadraginta natus, seu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur; secundum Synodi Tridentinæ determinationem, ab Ordinario in Pœnitentiarium, ubi non habetur, instituatur, semperque retineatur, ac foveatur; qui personam sui Episcopi repræsentans, ipsiusque omnem absolvendi potestatem habens, non solum a casibus, & censuris, suo Ordinario reservatis; pœnitentes ad se recurrentes valeat absolvere, sed etiam reliquos Confessores, in casibus intricatis, seu non intellectis, illum consulentes, possit edocere atque instruere, sive illis in casibus non concessis, authoritatem petentibus succurrere: & missos a Plebanis, sive etiam ab Archidiaconis, vel ruralibus Decanis, aut aliis Officialibus, sive minoribus Prælatis propter aliqua delicta occulta, seu publica, juxta rei exigentiam, expedire. Qui tamen neque a confitentibus, neque a pœnitentibus, aut eis, qui ipsum consulunt, super precio aliquo paciscatur, neque quicquam exigat, sed suo contentus sit stipendio: qui etiam cum vacat, quandoque, veluti semel, aut bis in hebdomada non tantum confessoribus, verum & cæteris sacerdotibus, conscientiæ prælegat casus, illosque interpretetur.

Caput IV.

Neque simplici sacerdoti, aut extraneo, licere absolvere, nisi is fuerit legitime deputatus: neque exposito, a casibus non concessis; nisi obtenta prius facultate.

Ut autem protervorum obstemus temeritati, pusillorumque occurramus simplicitati, statuimus, atque præcipimus omnibus sacerdotibus, ne (exceptis locorum Parochis, eorumque Cooperatoribus, seu Vicariis approbatis) quispiam, præter excommunicationem,

Anno 1569. nem, quam hujusmodi temerarios contrafacientes se incurrisse sciant, sub pœna carceris trium mensium, & alia ab Ordinario loci, juxta facti enormitatem, infligenda, audeat in confessorem ab Ordinario non admissus, quemquam sine necessitate imminente, etiam in casibus non reservatis, vel ad confessiones audiendas expositus, in casibus, seu censuris, sibi non concessis, sed superioribus reservatis, absolvere.

CAPUT V.

De publicatione Confessorum.

Ne vero quispiam pœnitentium decipi possit, ordinamus, ut in foribus cujuslibet Ecclesiæ, ubi confessiones audiri, & Confessarii plures esse solent, affigatur tabella, in qua nomina & cognomina Confessorum approbatorum sint descripta.

CAPUT VI.

De annotatione, & animadversione in eos, qui confessionem intermiserint.

Cæterum cupientes nostrorum subditorum saluti consulere, & Constitutioni Capituli utriusque sexus, volentes satisfacere, quam districtius, sub his pœnis, quæ ibi statuuntur, observari, præcipimus: Decretum prioris Synodi Salisburgensis renovantes, ordinamus & statuimus injungendo omnibus sacerdotibus per nostram Provinciam ubilibet constitutis, etiam regularibus exemptis, & non exemptis, atque mendicantibus, quod quilibet eorum omnes sibi confitentes, tam pro prima, quam secunda confessione, quolibet anno in Regestum diligenter conscribat, ac quilibet Pastor, tribus hebdomadis post festum Paschæ proximis, tam suum, quam Cooperatorum, & deputatorum a se Confessorum Regesta conferat, atque exinde quas personas ipsi sciverint inobedientes, & mandatis Ecclesiæ non paruisse, nostris Officialibus, Archidiaconis, vel Decanis ruralibus, ante festum Pentecostes, una cum transmissione Regestorum in scriptis significent. Quæ subinde quilibet Officialis, Archidiaconus, & Decanus ruralis, suo Episcopo præsentet. Ita tamen quod antequam denuncientur, prius per Pastores suos de facienda Christiana confessione paterne admoneantur: qui si proterve in impietate sua perrexerint, tunc demum ad superiores deferantur, ut coram ipsorum inobedientium superioribus pro obedientiæ debitæ præstatione sollicitari, vel ex officio Pastorali, canonico modo contra tales procedi valeat.

CAPUT VII.

De Confessione sacerdotum, & ejus rei testimonio.

Hoc unum etiam non est prætereundum, quinimo maxime considerandum, quod multi sacerdotum Sacramentalem suorum peccatorum confessionem penitus omittunt, alii vero vix semel in anno, sua confitentur peccata, qui quotidie gravissime offendunt Deum, & scandalizant proximum, multas perpetrantes iniquitates: quorum impietati, pro nostri Pastoralis officii debito volentes succurrere, illorumque saluti consulere, ordinamus & sancimus, ut sacerdos quilibet simplex, vel beneficiatus, Parochus, vel Cooperator seu Vicarius, quotiescumque confitetur, a suo confessario testimonium in scriptis accipiat, ut tempore visitationis, vel ab Ordinario requisitus, ostendere possit. Quod si quis non observaverit, tanquam propriæ conscientiæ immemor, privatus beneficiis, etiam acerrime juxta Canones puniatur, ut non solum sæcularibus sit exemplo, sed etiam ipsius

ipsius anima lucrifiat. Si Laici ex præcepto saltem semel in anno obligantur confiteri, ut placeant Deo, & suæ consulant conscientiæ, & satisfaciant Ecclesiæ, quanto magis sacerdotes, qui quotidie pro se & Dei populo orare debent, & sæpe divina mysteria contrectant, non solum semel in anno, sed toties, quoties se Deum mortaliter offendisse sciant atque comprehendant, hoc agere tenentur, ut immaculati assistant Deo omnipotenti? Anno 1569.

De sententiis excommunicationum, aliarumque censurarum & irregularitatis.

CONSTITUTIO XLVI.

Caput I.

Pœnas censurarum Ecclesiasticarum, & irregularitatis &c. per jura recentiora non revocatas &c. in suo robore permanere.

Pœnas censurarum Ecclesiasticarum quarumcumque, & irregularitatis, quæ in sacris Conciliis Oecumenicis, Patrum Decretis, & summorum Pontificum Decretalibus, atque Antecessorum nostrorum statutis Provincialibus inveniuntur, neque per jura recentiora revocatæ, vel emendatæ, aut contraria, legitima, & canonice præscripta consuetudine, non sunt abolitæ, decernimus in suo robore permanendas, quibus eas etiam connumeramus censuras, quæ hisce nostris Provincialibus insertæ sunt statutis.

Caput II.

De excommunicatione moderate usurpanda.

Quamvis autem excommunicationis sententia gladius sit, & nervus Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris, nihilominus eam, quæ ab homine, hoc est, Judice Ecclesiastico potest infligi, volumus & statuimus cum sacrosancto Trid. Concilio posthac, nisi magnam ob causam, haud esse inferendam, & tunc etiam parcius, præsertim in causis civilibus, ubi vel legum dispositio observari, vel alia temporalis pœna usurpari potest; cum experientia doceat, si temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem. Verum si necessarium, ut inferatur, fuerit judicatum, tunc, observatis tamen, quæ ex sacris Canonibus in libro Agendorum sunt descripta, poterit inferri, præ oculis autem Judex semper habeat, & observet Decretum a Tridentino Concilio super hoc editum; quod etiam in aliis censuris inferendis haud erit prætereundum.

Seff. XXV. Cap. III. de Reform.

Caput III.

De animadversione Decreti Constantiensis Concilii super ipsis censuris observandi.

Ad vitandum quoque scandala, ac multa pericula, subveniendumque conscientiis fidelium timoratis, statuit hæc sancta Synodus, ut Decretum a Constantiensi Concilio, sub Martino V. super eisdem censuris publicatum, & ab Ecclesia Catholica acceptatum, approbatum, & usitatum, diligenter ab omnibus, præsertim Clericis, & maxime Prælatis, animadvertatur, atque observetur, quod est tale: Christi fidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus, quod nemo deinceps a communione alicujus in Sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscumque divinis, vel extra prætextu cujuscumque sententiæ, aut censuræ Ecclesiasticæ, a jure, vel

Anno 1569. vel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum observare, nisi sententia, vel censura hujusmodi fuerit in, vel contra personam, collegium, vel universitatem, Ecclesiam, vel locum certum, vel certam terram, a judice publicata, vel denunciata specialiter & expresse, Constitutionibus Apostolicis, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, salvo, si quem pro sacrilega manuum injectione in Clericum, sententiam latam a canone adeo notorie constiterit incurrisse, quod factum non possit aliqua tergiverversatione celari, nec aliquo suffragio excusari: nam a communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri, juxta canonicas sanctiones.

Caput IV.

De pœna sacrificantium in excommunicatione constitutorum.

Clericos etiam admonitos volumus, ut cum acciderit, eorum quempiam aliqua irretiri censura, præsertim excommunicationis sententia, quam non raro post nimias potationes, ob violentas in alios Clericos manus, quamplurimi incurrunt, a divinis, Missarum præcipue celebratione, abstineant, quousque absolutionem impetraverint: quod si temerarius quispiam observare contempserit, præter irregularitatem, quam incurrit, ordinamus & præcipimus, ut talis sacrorum Canonum, nostrorumque statutorum contemptor, unius mensis carcere mulctetur, absque remissione, ter in hebdomada affligendus in pane & aqua, deinde ad beneplacitum sui Ordinarii suspendatur a Missa.

Caput V.

Cætera in Agendario esse perquirenda.

In reliquis vero ad ipsas censuras, & irregularitatem spectantibus, omnia & singula observari volumus & mandamus, quæ in libro Agendorum sunt annotata: ubi quid unaquæque sit, describitur, & casus Episcopales a Papalibus secernuntur.

De Augustissima Evcharistia, & Missæ celebratione.

CONSTITUTIO XLVII.

Caput I.

Circa Sacramentum Evcharistiæ, omnia, quæ in Agendario præscripta sunt, esse observanda.

Quoniam in Agenda tanquam Clericis nostris magis familiari & domestica, quæ ad hujus tanti Sacramenti consecrationem, Missæ celebrationem, populi circa ea ipsa instructionem, atque obligationem, ad sanctamque communionem, tum in vita, tum & in articulo mortis, præparationem, atque dispositionem, & id genus alia spectant, diffuse admodum & amplissime sint descripta, & ex sacris Conciliorum, etiam Tridentini Canonibus, Patrumque orthodoxorum scriptis, & Sum. Pont. traditionibus comprobata, quæ omnia & singula, ac si huic nostræ sanctæ Synodo de verbo ad verbum essent inserta, volumus ac mandamus, sub eisdem pœnis, eo in libro expressis, & aliis a nobis, juxta demerita, imponendis, omnino servari, & inviolabiliter custodiri: idcirco, ne illa ipsa hac in Synodo repetere videamur, omnibus prætermissis, quædam duntaxat decreta ad majorem firmitatem, & observantiam eorum, quæ de

de hoc tremendo Sacramento in eodem Agendorum opusculo sunt fancita, statuere dignum, quinimo propter quorundam sceleſtiſſimorum protervitatem necessarium duximus. *Anno 1569.*

ADMONITIO.

De vario ritu ac ordine Missam celebrandi.

De vario ritu ac ordine Missam celebrandi.

Ordo, ritusque celebrandi Missam varii in variis ecclesiis extiterunt, & hodiedum perseverant, veluti in Mediolanensi Ecclesia Ritus Ambrosianus. *Salisburgensis Ecclesia plerumque Romano ritui inhæsit; etsi apud ipsos Romanos varia fuerit Missam peragendi ratio: in capella Pontificia quibusdam diebus cum premeret cumulus plurimarum functionum, Missa brevior fiebat, ac in aliis ecclesiis &c. Tempore Clementis VIII. & Pauli V. Romanorum Pontificum jussus est Cardinalis Bellarminus reformare Missale Romanum; variæ tum correctiones fiebant, in hodiernis nostris Missalibus conspicuæ. In Bibliotheca Archiepiscopali Salisburgensi inter Manuscripta adservantur plura Missalia, sæculi, ut videtur, decimi quarti, aut decimi quinti, referentia antiquum Missæ ordinem, veluti Lit. A. Codex XIII, XXI & XXXIX: item Lit. B. Codex numero X &c. omnes in pergamena ornate descripti: in his Missalibus Evangelium feriæ III. post Dominicam III. Quadragesimæ sic incipit:* In illo tempore respiciens Jesus in discipulos suos dixit Simoni Petro: Si peccavit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum; si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si autem non audierit te, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum, aut trium testium stet omne verbum; Et si non audierit eos, dic Ecclesiæ; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus &c. *Cl. Pereyra in Tractatu de* Potestate Episcoporum *pag. 162. affirmat & in Portugallia, Hispania, Gallia, Belgio reperiri antiqua Missalia, illius Evangelii initium eodem modo referentia; quin imo in Auxerrensi Ecclesia illius usum hodiedum persistere.*

At vero post reformationem Bellarmini illius Evangelii initium sic legitur in hodiernis Missalibus: In illo tempore dixit Jesus discipulis suis: si peccaverit in te frater tuus &c. *Scio equidem, sacram Scripturam si consulimus, neque hoc, neque alterum præfati Evangelii initium in ea occurrere; sermo quippe Christi Capit. XVIII. Matthæi, post parabolam centum ovium errantium, mox ita auspicatur versum 15:* Si autem peccaverit in te frater tuus &c. *ut proinde hac Evangelii mutatione sacræ Scripturæ nulla illata vis censeri debeat. Nihilominus superiore sæculo Paulus Sarpius hanc Evangelii mutationem virgula notavit in* Apologia per l'opposizioni fatte alli Trattati sopra la validità delle scommuniche *Tom. II. Operum anno* 1675. *Venetiis editorum fol.* 101; *quasi vero correctores Missalis in hac Evangelii truncatione præsidium parassent causæ Pontificiæ, potestatem suam supra omnem Ecclesiam erigentis, nempe ut defenderent Decretum, a Leone X. in Concilio Lateranensi editum, de Romani Pontificis super omnia concilia auctoritate; si enim, juxta vetus initium Evangelii, Christus dixit Petro: Si frater tuus neque te, neque testes audierit, dic Ecclesiæ; & si neque hanc audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, manifesto exinde elucet, judicium totius Ecclesiæ judicio Petri, & successorum ejus, Romanorum Pontificum præhaberi oportere; quod depressionis argumentum evitatur, si Christus definitionem Ecclesiæ, qua Petrum illi significari volunt, pro ultimo constituit. Additque Paulus ille Sarpius ex priore Evangelii initio, etsi non reperiatur in Scriptura, sed ab Ecclesia adjunctum fuerit, liquido tamen constare mentem Ecclesiæ, censentis, judicio Petri sententiam totius Ecclesiæ, seu omnium Episcoporum esse potiorem.*

De Missis defunctorum id quoque commemorandum hoc loco est, quod, antequam typographiæ ars esset inventa, cum quis, præsertim ex illustrioribus fidelibus, mortuus est, pro ejus expiatione adscripta fuerit Missa propria, quæ plerumque in Anniversario repetebatur. Inde quorundam natus est error, qui, cum Missam reperissent ab antiquis temporibus dictam, censuerint, cultum ac sanctimoniam in ea significari. Certo cum nuper anno 1758 Episcopi Carinthiæ peterent a Romano Pontifice, majori in posterum celebritate ut ageretur festum S. Domitiani, Ducis & Patroni Carinthiæ, qui circa octavum Christi sæculum vixit, & populorum acclamatione vetere nomen Sancti assecutus est, etsi cæteroquin gesta illius & patria, ipsumque etiam nomen inter tenebras legitimorum testium sint recondita; cumque argumentum illi Episcopi proferrent: quod Missa de eodem pluribus jam sæculis fuisse dicta reperiatur; responderunt Romani Censores: hanc repertam de S. Domitiano Missam videri pro more illius ævi ad eam classem Missarum esse referendam, quæ pro defunctis, eorumque expiatione dicebantur. Cujus quidem sententiæ suæ causam adserunt: quod in illa Missa,

Anno 1569. *Missa, de S. Domitiano reperta, legatur Evangelium de Lazaro mortuo, & resuscitato; quod Evangelium in Missis Defunctorum ad expiandos fidelium manes hodiedum dici consuevit.*

Caput II.

De modo consecrandi Eucharistiam, cui si quispiam temerarius contrafecerit, quomodo sit plectendus.

Quicumque sacerdos omni Dei timore postposito, ausus fuerit, sacratissimam Eucharistiam extra sanctissimam Missæ celebrationem conficere, vel vinum absque pane, aut e converso, consecrare, vel tremendum Missæ sacrificium non secundum Catholicæ Ecclesiæ ab hac nostra Provincia semper observatam traditionem, jejuno stomacho, ac tempore opportuno, cum omnibus requisitis hactenus ab Ecclesia Catholica sancitis & observatis, & in libro Agendorum annotatis, celebrare, ut hæreticus omnibus spoliatus beneficiis, si quæ habet, acerrime puniatur.

Caput III.

De pœna celebrantium, vel quomodocumque communicantium sacerdotum, sine prævia Sacramentali confessione.

Similiter si sacerdos aliquis repertus fuerit graviter, sive mortaliter Deum offendisse, & proximum scandalizasse, & immemor do-
I. Corinth. C. XI. ctrinæ Apostoli dicentis: Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini; absque suæ conscientiæ discussione, Sacramentali confessione mediante, hoc tremendum sacrificium celebrasse, vel quomodocumque communicasse, (ut supra) mulctetur: Nam qui tale scelus audent perpetrare, profecto ab infectione hæresis alieni non possunt esse, præsertim qui in eodem scelere non erubescunt perseverare, uti, (proh dolor) reperiuntur nonnulli, quos acerbius omnino volumus atque præcipimus a locorum Ordinariis puniri, omnibusque beneficiis, & officiis privari, & a divinorum celebratione usque ad Ordinarii beneplacitum suspendi, qui cum illis haud dispensabit, nisi prius condignam in talibus cognoverit emendationem & contritionem.

Caput IV.

De pœna non ordinatorum temere sacrificantium, aut quidpiam aliud divinum tractantium.

Simili modo, si quispiam vir scelestus, sacris rite non initiatus
II. Paralip. Cap. XXVI. (immemor exemplorum Regis Oziæ, qui cum opus usurpasset sacerdotale, & a sacerdotibus Domini admonitus non destiterit, lepra in ultimum usque vitæ suæ diem, sic perseverans fuit percussus: &
Num. C. XVI. Dathan, Chore, & Abiron, qui ea de re a terra ore aperto, cum tabernaculis suis, omnique eorum substantia, in infernum usque vivi fuerunt absorpti: & ducentorum quiquaginta virorum, qui illorum trium consenserant facinori, ab igne a Domino egresso pariter fuerunt consumpti) ausus fuerit hoc tantum corporis & sanguinis Domini mysterium peragere, Missam dicendo, vel absque Missæ celebratione, aut quidpiam aliud divinum facere, quod sacerdotibus, aut levitis duntaxat convenit, ut hæreticus temerarius, scelestissimus, sacrilegus, absque venia & misericordia puniatur: ne ira Dei, tanquam talibus conniventes, super nos veniat, & ignis de cœlo descendens nos consumat, aut terra, ore aperto, nos vivos absorbeat, & infernus nos sepeliat.

Caput V.

De non porrigendo Sacramento, nisi confessis.

Anno 1569.

Sub pœna gravissima mandamus deinde omnibus Parochis, eorumque Cooperatoribus, seu Vicariis, & quibuscumque hujus venerabilis Sacramenti ministris, ne cuiquam, sive in Paschate, sive alio tempore, sive in vita, sive in ultimo vitæ articulo, sacratissimum Christi corpus exhibeant, nisi de illius communicandi Sacramentali confessione præmissa, certo constiterit. Sunt enim non pauci homines profani, qui nihili facientes sententiam Apostoli dicentis: Quicumque manducaverit panem hunc, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini; & immemores verborum Christi eos increpantis, qui eo se conferunt, vestem non habentes nuptialem, hoc est, animæ candorem, suis indiscussis conscientiis, pleni immunditiis, ad hanc tremendam accedunt Agni immaculati mensam.

I. Corinth. Cap. XI.

Matth. Cap. XXII.

Caput VI.

Ut Parochi ea observent, quæ in præcedenti Const. de pœnit. Cap. 6. sunt dicta, in annotandis videlicet omnibus & singulis utriusque sexus, suis capacibus Parochianis, qui temp. Pasch. præmissa sacramentali confessione communicarunt, & qui id agere contempserunt.

Ordinamus præterea, & Parochis omnibus, tam ruralibus, quam aliis, sub pœna privationis eorumdem beneficiorum, & alia ab Ordinariis imponenda, præcipimus, ut ea omnia & singula quam diligentissime circa hoc Evcharistiæ Sacramentum Paschali tempore observent, quæ in præcedenti Constitutione, de pœnitentia Cap. sexto sunt dicta, annotantes omnes & singulos utriusque sexus capaces Parochianos, qui juxta præceptum Catholicæ Ecclesiæ communicarunt, præmissa confessione, vel contempserunt communicare, ut ex nostri pastoralis officii debito, contra tales canonice procedere valeamus.

Caput VII.

Evcharistiæ contemptores sacra privandos esse sepultura.

Renovantes insuper prioris Salisburgensis Synodi Decretum, juxta sacros Canones editum, statuimus etiam, & sub omnipotentis Dei indignatione, ac nostra animadversione mandamus, ut nullus utriusque sexus cujuscumque sit conditionis, gradus, vel dignitatis, in loco sacro sepeliatur, qui tempore Paschali (si communionis capax fuerit) præmissa Sacramentali confessione, non communicavit, nisi de consilio sui Plebani, ad tempus præfixum abstinendi licentiam obtinuerit, vel ante mortem sacram Evcharistiam petierit. At ubi quem contigerit morte inopinata inconfessum obire, sepultura præfata talem carere nolumus, maxima si aliqua pœnitentiæ ostenderit signa, si tamen ipsius Curato constiterit, illum ipsum tempore Paschali, vel paulo post, de ipsius Parochi consensu, præcepto Ecclesiæ satisfecisse, nec aliud obstiterit canonicum impedimentum. Volumus tamen, ut prius Ordinario, vel ipsius Officiali indicetur, & Parochus de suprascriptis fidem faciat.

C. 4. de sent. Excommunic.

Cap. 12. de Pœnis & Remission.

Cap. 11. de Sepulturis.

Caput VIII.

De pœna sacerdotum, qui Evcharistiam parum caute conservant.

Ordinamus quoque, ut Parochi, qui in visitationibus, vel alias sacram Evcharistiam (quam in suis Ecclesiis pro infirmis, quemadmodum in Agenda est dictum, habere semper debent paratam) sub

Anno 1569. optima custodia, omnique cum honore & reverentia haud tenuisse deprehensi fuerint, acerrime, juxta Canones puniantur.

Caput IX.

Penes quos claves SS. Eucharistiæ, & sacrorum liquorum conservari debeant.

Mandamus etiam Parochis omnibus, ne (sub pœna privationis omnium suorum beneficiorum) claves ad sacratissimam Eucharistiam, vel ad sacros liquores, Aedituis, sive aliis Laicis viris, multo minus fœminis relinquant, neque unquam ad illorum manus pervenire permittant: quas claves penes ipsos Parochos, vel suos Cooperatores, seu Vicarios semper detineri ac conservari volumus, atque præcipimus.

De sacris Ordinibus.

CONSTITUTIO XLVIII.

Caput unicum.

Refert se ad ea, quæ superius in Constit. 22. & in Agendario sunt dicta.

Quæ circa hoc sacri Ordinis Sacramentum volumus observari, superius ex sacrorum Conciliorum, præsertim Tridentini Canonibus, in Constitutione de consideratione ab Episcopis habenda in admittendis iis, qui ad sacros Ordines aspirant, & in Agenda, satisque pro necessitate sunt præscripta, illa ab Episcopis, ista a Parochis quam diligenter animadvertenda.

De Matrimonio.

CONSTITUTIO XLIX.

Caput I.

Relatio ad Agendarium, in quo satis traduntur, quæ ad hujus Sacramenti administrationem videntur necessaria.

Quia in libro Agendorum quid, & quantum hoc sit Sacramentum, & quæ celebrationem ejus præcedere, vel sequi debeant, quidque in ea omnino agendum, & quomodo progrediendum, ex sacrorum Conciliorum, præsertim Tridentini sanctionibus, & antiquissima hujus nostræ Provinciæ consuetudine, satis est declaratum superius: ubi præterea, non solum, qui & quales a Parochis ad hoc Sacramentum debent admitti, vel rejici, & consanguinitatis, affinitatis, etiam ex fornicatione contractæ, & spiritualis cognationis impedimenta, secundum Concilii Tridentini, & moderni Pont. Max. Pii quinti decisionem modificata edocentur; verum etiam tempora per idem Trident. Conc. dilatata, in quibus nuptiæ solemniter possunt celebrari, annotantur, ac sponsorum benedictiones describuntur; nec non id genus alia, ad hoc ipsum Matrimonii Sacramentum pertinentia: quæ omnia & singula, ac si hac in sancta Synodo de verbo ad verbum essent descripta, approbamus, & ab omnibus Parochis, eorumque Cooperatoribus, vel Vicariis, atque aliis quibuscumque Clericis, sive Laicis, sub pœnis eo in loco, juxta sacros Canones assignatis, & aliis a suis Ordinariis infligendis, servari mandamus atque præcipimus: Ideo ne bis idem inculcetur, paucis, quinque duntaxat articulis, in Agenda omissis, negocium hoc expediemus.

Caput

CAPUT II.

De ritu benedicendi desponsatos.

Licet in Agenda forma sponsas benedicendi sit tradita, nihilominus quia admoniti sumus, hujusmodi benedictiones nonnunquam in casibus, ubi impendi debent, ab ipsis Parochis, seu eorum Cooperatoribus negligi, huic morbo volentes mederi, statuimus & ordinamus, ut sacerdotes, desponsatos in facie Ecclesiæ conjungentes, ipsis rite atque more Ecclesiastico benedicant: illis exceptis, qui juxta Canones in Agenda excipiuntur.

CAPUT III.

Quibus liceat decidere causas Matrimoniales.

Et quia causæ Matrimoniales, & ab eis dependentes, ut sunt floris destitutionis virginalis, ultimæ sobolis educandæ, divortii, & id genus aliæ propter animarum periculum, quod in ipsis vertitur, graves dicuntur; quapropter a solis Episcopis, vel eorum Officialibus, seu Vicariis generalibus, aut ab aliis ab ipsis Ordinariis surrogatis, debent tractari, audiri, atque decidi; Ideo inhibemus atque interdicimus omnibus nostræ Provinciæ Christi fidelibus, tam sacerdotibus & Clericis aliis, quam utriusque sexus Laicis, quibus a Concilio Trident. permissum non est: ut nullus ipsorum de causis prædictis, in ea parte, quæ jus, vinculum, aut fœdus Matrimoniale contingit, cognoscere, concordare, transigere, aut diffinire præsumat. Aliter enim hujusmodi temerarii transgressores, & transgressorum processus, sententias, concordias, & transactiones judicamus & decernimus (sicut revera sunt) nullas, inefficaces, & quæ merito nullum debeant sortiri effectum: ipsos etiam sacerdotes, qui se talibus tractatibus immiscuerint, declaramus excommunicationis sententia innodari: Laicos vero judices, vel tractatores talium negociorum una cum partibus, inter quas de facto actum est, a participatione Sacramentorum Ecclesiasticorum, donec errorem suum emendaverint, & ab Ordinario suo cum plenaria satisfactione absolutionem Ecclesiasticam obtinuerint, suspendimus; justum enim est, ut qui se de Sacramentis, aut Sacramentalibus, ad se non pertinentibus, temerario ausu tractandis intromittit, privatione ejus, quod sibi non competebat, puniatur.

CAPUT IV.

Matrimonium clandestinum a Concilio Trid. laudabiliter esse abolitum.

Notum est, ante Tridentinum Concilium, & nostra, & aliorum tribunalia perplexis contentionibus, rixis, tumultibus, ex clandestini Matrimonii copula molestissime fuisse vexata, quæ nunc, clanculario illo, & fraudulento contractu sublato, ejusdem Tridentini Concilii beneficio, in statum tranquilliorem, (quod Divinæ bonitati acceptum ferimus) vindicata sunt, atque subinde majorem exspectamus quietem. Quis enim populus, quæ civitas, quæ denique Respublica non irritaretur ex furtivis illis Matrimoniis, imo fornicationibus? quæ plerumque plus aloes (ut est in proverbio) quam mellis secum ferunt. Quo pacto autem contractus iste, ut legitimus sit, fieri debeat, id in Agenda, ex Trid. Concilii doctrina explicatum est.

CAPUT V.

De divortiis, & eorum accurata tractatione.

Verissimum est quod dici solet, difficile esse, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Cum igitur omnibus passim

Anno 1569. passim notum sit, quam plerumque perversa intentione, & injusto affectu, Matrimonia coeant, & inchoentur, nemini debet esse mirum, si sæpius male cœpta Matrimonia, pessimo perficiantur exitu, totque videamus quotidie turpia fieri divortia. Cui nonnunquam accedit incommodo, quod conjuges, qui se ipsos disjungunt, vel etiam a Judice competenti separantur, vim atque virtutem divortii non intelligunt: & cum Judices hisce in causis procedentes, rem ita accelerant, ut in negocio tam magni momenti prius feratur sententia, quam de origine, ac meritis causæ satis constet: quo fit, ut divortia plerumque non pœnam delicti, sed magis occasionem frequentis adulterii, aliorumque tegumenta vitiorum præstent. Ad tollendam igitur peccatorum, & præcipue adulterii frequentiam, ne in infinitum pereant animæ, sacro moniti Trid. Concilio statuimus, ut quoties posthac divortii causa, ad Ecclesiasticum tribunal (cui soli tales causæ decidendæ committuntur) deducta fuerit, Judices ipsi summa diligentia (ex officio) inquirant personarum conditionem, qualitatem, conversationem, & cæteras personarum circumstantias, quæ disjungi ratio postulat, tum etiam causam, qua divortium fieri petitur. Hæc autem secum conferant, & si quid doli, fraudisve intervenerit, aut rei circumstantiæ rationi repugnaverint, ad sententiam finalem, nonnisi cum plenaria causæ cognitione procedant. In principio causæ partes instruantur, quod etiam per sententiam separationis thori, vinculum Sacramenti Matrimonii non dissolvatur, sed quod uterque conjugum nihilominus eo ipso firmissime constrictus sit, atque maneat: ita quod nulli, vel ducere uxorem, vel alteri nubere detur facultas: quinimo si alter eorum, cum alio quocumque, vel quacumque coeat, ab adulterii crimine non sit immunis, sed cæteris gravius peccet, quodque ad mutuum convictum iterum compelli possit.

Caput VI.

De pœna conjugum pertinaciter diffidentium, & non cohabitantium.

Statuimus quoque atque districtius mandamus, ne Parochi apud suas Ecclesias tolerent quomodolibet conjugatos, qui non cohabitant, nisi sint per judicium Ecclesiasticum separati: aut ab eodem literas habeant testimoniales, & sufficientes, quod disjunctim habitare ob justam causam (quæ literis testimonialibus inseri debet) possint: maxime autem quod constet partem impetrantem, tali disjunctioni causam non dedisse. Quicumque autem nec canonice separati, nec toleratione digni inventi fuerint, a perceptione quorumcumque Sacramentorum, nisi in casu extremæ necessitatis constituti, sint suspensi. Quod si in eadem pertinacia, & proposito separationis etiam in extremis constituti permanserint, nec se emendare, atque Ecclesiæ statutis, si supervixerint, conformare velle promiserint, maneant suspensi, & mortui Ecclesiastica careant sepultura.

De Extrema Unctione.

CONSTITUTIO L.

Caput unicum.

Ut extremæ unctionis Sacramentum apud Parochos in crebriorem usum, juxta Agendarii præscriptum modum reducatur, & quæ pœna id negligentes maneat.

Quamquam in Agenda, quid, qualeque sit hoc Sacramentum, a Christo institutum, ab Apostolis usitatum, & ab Ecclesia univer-

sali

fali femper in magna æftimatione habitum, fatis fit oftenfum, atque fanctarum fcripturarum teftimoniis comprobatum, ac facrorum Conciliorum, præfertim Tridentini fanctionibus corroboratum: ubi, & quomodo, ac quando, & quibus, a Parochis fit miniftrandum, pariter eft traditum: quæ omnia & fingula, ac fi huic noftræ Synodo de verbo ad verbum effent inferta, volumus atque præcipimus obfervari: nihilominus cum non fine maximo animi noftri mœrore perceperimus, non folum in pagis, verum & in civitatibus hoc tam utiliffimum Sacramentum ex mera negligentia Parochorum effe pene extinctum, & oblivioni traditum: quæ res in Dei Ecclefia magnum parit fcandalum, & ex hac vita decedentibus, non parum detrimenti affert: cupientes ex debito noftri paftoralis officii Parochorum confcientiis confulere, & fidelium in Domino morientium incommodo fubvenire, ordinamus & mandamus omnibus Parochis, tam in civitatibus, quàm villis, ne fua negligentia, & incuria, fine hoc unctionis Sacramento, ex hac vita emigrare quemquam fuorum patiantur, idque ut dexterius fiat, ægrotantes pro officio fuo frequentius vifitare, illisque, poftulante neceffitate, & hoc, & aliis neceffariis Sacramentis, juxta ea, quæ in Agenda præfcripta funt, rite fubvenire, & fi opus fuerit, temporalibus fubfidiis confulere debent. Quod fi a quoquam perditæ confcientiæ Paftore neglectum fuerit, ita ut fua incuria quispiam fuorum Parochialium absque extrema unctione ad alteram tranfierit vitam, volumus (quod & fub anathemate obfervari præcipimus) ut talis Parochus illico a fuo Ordinario privetur omni beneficio Ecclefiaftico: fi quis vero non ex negligentia Parochorum, fed fua culpa, qui a fuo proprio facerdote, vel ejus Cooperatore admonitus atque perfuafus noluit ex manifefto contemptu confentire, absque hoc ipfo difcefferit Sacramento, anathemate notatus, in facro haud fepeliatur loco: Id quod etiam in Agenda annotatum eft. *Anno* 1569.

De Funeribus, fepultura, & exequiis.

CONSTITUTIO LI.

CAPUT I.

De ritu inferendi fideles mortuos fepulturæ.

Licet in Agendorum libro, quam pium, laudabile, a Deo, & Ecclefia valde commendatum opus fit morientium fepultura in Domino & Ecclefia, ex facris literis, earumque orthodoxis interpretibus oftenfum eft fatis, ibidem quoque modus fepeliendi, cum fuis cæremoniis, & fanctiff. orationibus eft traditus: attamen animi noftri maxima commotione accepimus, alicubi tam in villis, quam oppidis noftrarum Diœcefium homines vita functos absque ullius facerdotis comitatu, procul omni cruce, atque lumine, ceu beftiarum cadavera ad fepulturas, nefandum in modum, efferri: alios vero nonnunquam neque Parochi, neque alterius cujuspiam Cooperatoris Presbyteri præfentia gaudentes, fed unico tantum clericulo, nullis facris veftibus induto, veteris forfitan amicitiæ caufa comitatos, fine orationibus, vel cæremoniis, plusquam ethnico more ad fepulchra rapi: quod fine dedecore Chriftianæ pietatis, publico offendiculo, & Paftorum fupina negligentia accidere non poteft. Quam impietatem, atque barbariem, ne quid Chriftianus nofter populus, vel cum brutis, vel infidelibus, vel ftoicis tandem, & apathis quibusdam Hæreticis commune habeat, avertere, ac penitus e medio tollere enitentes,

Anno 1569. tentes, ordinamus & mandamus (sub pœna privationis omnium beneficiorum) omnibus Parochis in civitatibus & extra commorantibus, ne quempiam cujusque sexus in Christo & Ecclesia defunctum (pro qualitate tamen loci) ad sepulturam sinant deferri, nisi ipse Parochus sive ad minus Cooperatorum suorum unus, lineo illo indumento (quod vulgo Chorrok appellant) amictus, & ad collum appensa Stola, funus prævia cruce, luminaribus, & aqua benedicta adornatum, conducat, idque precibus, & si Clericorum plures interfuerint, lugubri cantu, more Catholico prosequatur, omnesque cæremonias in levando funere, ejusque processione, & inhumatione (juxta Agendæ traditam instructionem) sub pœna prædicta, omni fraude, ac negligentia semotis adhibeat.

Caput II.

De processione funerali.

Si itaque, ut prædictum est, plures una cum Parocho funeri affuerint Clerici, omnes quidem chorali (de qua supra) veste induti, in cathedralem, parochialem, vel defuncti ædibus viciniorem Ecclesiam conveniant, deinde congruo processionis ordine, bini & bini prodeuntes, psalmos, aliasque sacras preces, juxta ritum Catholicæ Ecclesiæ, cantantes, modo suprascripto, cruce scilicet præcedente, ad defuncti se conferant ædes. Quo cum pervenerint, precibus, ac cæremoniis (in Agenda descriptis) a Parocho rite peractis, mortuum cum candelis accensis ad sepulturam usque eundem servantes ordinem, comitentur: inde non discedentes, quousque sepulturæ traditum fuerit corpus.

Caput III.

De sumptibus funerum.

Expensas pro pollinctoribus, libitinariis, sepelientibus, æditius, campanariis, candelis, & aliis ad funus parandum necessariis, hæredes defuncti exsolvant, & Parochus non nisi a sponte dantibus quicpiam accipiat: quod si id demortui facultates non ferant, pie & honeste sepeliatur, nec quicquam vel parochus, vel Ecclesia exigat.

Caput IV.

De compellendis hæredibus ad pias cæremonias defuncto adhibendas.

Si vero pie defuncti hæredes, vel amici, ita se impie gesserint, ut religiosum funeris institutum contemnentes, crucem, clericos, & luminaria adhibere noluerint, ab Episcopo, sive Archidiacono, vel rurali Decano, aut Parocho, mediante sæculari brachio (si necesse fuerit) eas pietatis cæremonias admittere cogantur, & piarum exequiarum contemptores a suo puniantur Ordinario.

Caput V.

Ut post funeralia, reliqui dies exequiarum celebrentur, pauperibusque eleemosynæ erogentur.

Volumus etiam & statuimus, ut secundum piissimam Catholicæ Ecclesiæ traditionem, & hujus nostræ Provinciæ semper observatam consuetudinem, post funeralia, exequiæ septimi, trigesimi, & anniversarii celebrentur defunctorum, & pauperibus eleemosynæ erogentur.

Caput

Caput VI.

Ne quid ultra morem solitum in exequiis habendis exigatur.

Cavere autem debent Parochi, & sacerdotes alii, ne pro hujuscemodi divinis celebrationibus quicquam exigant, aut petant, vel quidpiam aliud committant, quod simoniacæ labis, aut avaritiæ suspicionem sapiat, sed juxta piam consuetudinem, quod eis datur, accipiant.

Caput VII.

De modo in posterum circa exequiarum sumptus constituendo.

Et quia circa hujusmodi funeralia, exequias, & anniversaria, hujusque generis alia, partim ob ruditatem, & inurbanitatem subditorum, partim ob quorumdam Ecclesiasticorum avaritiam & cupiditatem, nonnulla quandoque existunt indecora, quilibet Ordinarius in proxima Synodo Diœcesana, vel visitatione futura, utriusque partis auditis querelis & rationibus, juxta rei necessitatem, constituet modum & ordinem, ut posthac unusquisque sciat, quantum dare, vel accipere debeat.

Caput VIII.

De modestia in parentalibus servanda.

Quoniam autem non semel apud nos, nostrosque Coepiscopos auditum est, in parentaliis, cæterarumque exequiarum conviviis, quæ in defunctorum memoriam nonnunquam exhiberi solent, tam insolenter, & immodeste se gerere Clericos, ut aliis hominibus maxima offerant scandala; ad quorum emendationem antiquum sacri Concilii Maticensis, vel secundum aliam literam, Nanetensis Decretum, huc repetendum & inserendum duximus non indignum: Cujus verba sunt hæc: Nullus Presbyterorum quando ad anniversarium diem XXX. aut VII. vel III. alicujus defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam convenerit, se inebriare ullatenus præsumat; nec precatus amore sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus, & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat: aut turpia joca, vel urso, vel tornatricibus ante se fieri patiatur: nec larvas dæmonum ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & sacris canonibus prohibitum. Quæ omnia volumus a nostræ Provinciæ sacerdotibus observari, cui si quispiam contrarium fecerit, ultra pœnas superius circa ebriosos, & inhoneste viventes Clericos statutas, pro sui Ordinarii arbitrio, acrius puniatur.

Caput IX.

Qui a sacra sepultura sint arcendi.

Admonere præterea volumus Parochos, & omnes alios Ecclesiarum rectores, ne non baptizatos, etiam sanctorum infantulos, vel hæreticos, schismaticos, excommunicatos, desperatos, simoniacos, usurarios, ac quoscumque peccatores publicos, in loco sacro sepeliri permittant, nisi in ultimo vitæ argumentum non vulgare ostenderint pœnitentiæ: alias si quis hoc nostrum ex sacris Canonibus desumptum Decretum custodiri non curaverit, sacrorum Canonum, & hujus nostræ Synodi reus erit.

Anno 1569.

De Simonia.

CONSTITUTIO LII.

Caput I.

De vitanda Simonia, quavis hæresi pestilentiore.

Licet inter casus Papales, in libro Agendorum descriptos, etiam Simonia contineatur, nihilominus cum Deo & Ecclesiæ ita sit abominabilis, quod omnia reliqua crimina longissime superet, dicente Canone, Tantam esse labem hujus criminis, quod quilibet criminosi admittantur ad ejus accusationem, & omnis sacerdos peccator ad missam cantandam, præter Simoniacum, quem quælibet etiam meretrix accusare potest. Quinimo tolerabilior (inquit Tharasius Constantinop. Episcopus) est Macedonii, & eorum, qui circa ipsum sunt Spiritus sancti impugnatorum impia hæresis, quam hæc Simoniaca pestis: quia illi creaturam & servum Dei Patris & Filii Spiritum sanctum delirando fatentur, isti vero Spiritum sanctum efficiunt suum servum. De quo genere hominum Christianus scriptor recte exclamat.

Cap. Tanta de Simonia.

Can. Eos qui Cauf. I. Q. 1.

O Simon mage, o miseri sequaces,
Qui res divinas, quæ bonitatis
Debent esse sponsæ, vos rapaces
Ob aurum, & argentum adulteratis.

Cap. Sicut. de Simon.

Quapropter ab omnibus Christi fidelibus, tanquam flamma vorax tales debent vitari. Sicut Simoniaca pestis (inquit sanct. Sum. Pont. Lucius) sui magnitudine alios morbos vincit: ita sine dilatione, mox, ut ejus signa per aliquem personam claruerint, de Ecclesia Dei debet eliminari, atque repelli: tum quod nostris temporibus hoc tam detestabile crimen, non parum in quam plurimis sciamus vigere hominibus, eo deductis, ut nec salutis propriæ, neque ministerii, quod gerunt, memores, atque famæ facti sint plane prodigi: ut cordibus nostrorum Clericorum, atque etiam Laicorum hoc tantum scelus vitandum magis affigatur, ne officii nostri obliti arguamur, Antecessorum nostrorum circa hoc abominabile crimen Provincialem constitutionem, ex sacris Canonibus desumptam, hoc in loco renovare, & repetere duximus dignum, atque opportunum: cum hic finem imposuerimus sacrarum rerum collationibus, atque ministrationibus. Non solum enim in beneficiorum collatione, sed etiam in Presbyterorum in Ecclesiam introductione, & Sacramentorum administratione, nubentiumque benedictione, & mortuorum sepultura, a dantibus, & recipientibus, hoc horribile conflatur monstrum. Quare districte omnibus & singulis, cujuscumque sint conditionis, gradus, & dignitatis, præcipiendo interdicimus, ne quisquam pro beneficiorum collatione, præsentatione, aut electione, sive renunciatione, aut alicujus alterius Sacramenti administratione, seu nubentium benedictione, vel defunctorum sepultura, paciscatur de pecunia, aut re alia æquivalente, sibi vel alteri danda: sed volumus juxta sacros Canones, beneficiorum collationes, præsentationes, electiones, renunciationes, confirmationes, beneficiatorum introductiones gratis concedi, & Sacramenta absque venalitate administrari, atque id genus alia similiter peragi, omnibus mandantes Parochis, aliisque curam animarum habentibus, ut ea ipsa Sacramenta, atque reliqua spiritualia, omnibus suis subditis exigentibus (ad ea tamen percipienda idoneis) pro loco, & tempore congruis, absque dilatione

Cap. VIII. de Simonia.

ne administrent, & secundum Catholicæ Ecclesiæ ritum exhibeant. *Anno 1569.*
Alleg. Cap. VIII. IV. Reg. Cap. V. Si quis autem contra sanctionem istam quid commiserit, is portionem non tantum cum Simone, verum & cum Giezi, se noverit habiturum: quem propterea nisi condignam egerit pœnitentiam, ad Ecclesiasticam sepulturam suscipi prohibemus, & prorsus vetamus.

Caput II.

Qui circa hanc labem plectendi veniant.

Ut etiam omnis ad Simoniam aditus intercludatur; declaramus non solum Simoniæ actores, sed etiam ejus mediatores, internuncios, & interpretes, atque Notarios Simoniaca instrumenta conficientes, hanc Simoniæ labem incurrere.

Caput III.

Justas exactiones non esse negligendas.

Verum quia rationis, & explorati Juris est, quod socii passionum, sint etiam socii consolationum, permittimus & concedimus sacerdotibus, ut ea, quæ in consolationem laborum suorum, juxta Ordinariorum determinationem, dari consueta sunt, nedum accipere, sed
Luc. Cap. X. I. Corinth. C. IX. etiam tanquam debitum exigere valeant: Dignus est enim operarius mercede sua. Siquidem eis spiritualia seminarunt, dignum quoque est, ut etiam de illorum temporalibus, pro sua sustentatione, aliquid metant.

De Rogationum processionibus.

CONSTITUTIO LIIII.

Caput I.

De causa & origine supplicum precum, vel ut vocant Processionum, earumque frequentatione.

Quandoquidem ad Deum rogationes absolute & simpliciter sunt utiles & necessariæ, sacra scriptura attestante, & infinitis locis ad eas nos admonente; quanto magis erunt commodæ, si a nobis cum jejuniis, & sacrorum locorum visitatione celebrentur? Cujus rei magnum nobis illud est testimonium, quod apud Viennam Galliarum, tempore sancti Mamerti Viennensis Archiepiscopi contigit, ubi cum incendia crebra, terræ motus assidui, & nocturni audirentur sonitus, ita ut homines se sylvestres ingererent, & ut pavidi cervi per angusta portarum usque ad fori loca penetrarent, nec ullis orationibus, & simplicibus precibus ullo modo cessarent, tandem rogationum processionibus, quas supradictus sanctiss. Viennensis Antistes, superno numine inspiratus excogitaverat, penitus fuerunt liberati. Ad cujus rei mirabilis exemplum, in prima Aurelianensi Synodo fuit sancitum, hujusmodi rogationum processiones, tribus diebus ante Domini Ascensionem debere in illa Provincia celebrari, cujus sanctam, & fidelibus utilem institutionem, Universalis Ecclesia est amplexata, ab omni
Can. Rogationes Dist. III. de Consecrat. Christiano populo custodiendam. Deinde ad illorum trium instar dierum, non solum in diversis Ecclesiis pluries, determinatis tamen temporibus, hujuscemodi rogationum processiones celebrari est institutum, verum etiam, cum quidpiam a Deo sit implorandum, talibus rogationum processionibus, totiens, quotiens opus est, supplicatur. At cum non sine magna hujus sacræ Synodi perturbatione audierimus, quibusdam in locis, ob Parochorum incuriam, eas neque necessitate immi-

Anno 1569. imminente obſervari, neque præfixis temporibus, tum ab Eccleſia univerſali, tum a ſuis particularibus Eccleſiis determinatas cuſtodiri, ſed ut abolitas relinqui; illas omnino reſtituere volentes, ut noſtro ſatisfaciamus paſtorali debito, & omnium noſtrum conſulamus utilitati, ordinamus & ſtatuimus, ut annuatim, ſtatutis ſaltem temporibus, præter alias ab univerſali Eccleſia inſtitutas, non ſolum juxta hujus Provinciæ, ſed etiam cujuslibet particularis Parochialis Eccleſiæ antiquiſſimam & laudabilem conſuetudinem, Parochi ſuas habeant rogationum, ſive ſupplicationum proceſſiones, infraſcriptis tamen animadverſis, & populis ſuis quam diligentiſſime expoſitis, ac declaratis.

Caput II.

De ritu, ac cæremoniis litaniarum, ſeu Proceſſionum.

Parochi cum ſacras rogationum proceſſiones ſunt celebraturi, chorali veſte induti, prægeſtata cruce, proficiſcantur, quos Laici viri primo loco, mox fœminæ, at ſeparatim, ſequantur, a quacumque levitate, riſu, colloquio, & confabulatione, & id genus aliis, quibus magis Deus ad iram provocatur, quam ad exauditionem inducitur, abstinentes, ſed devoto animo, & ſpiritu humiliato, ac contrito, ad Deum pſalmis, hymnis, & aliis piis precibus acclamantes, & animadvertentes, ne a Laicis cantilenæ recitentur hæreticæ, ſed a Catholica Eccleſia approbatæ: & cum ultra unius diei iter ad aliquem ſacrum locum eſt proficiſcendum, ibique pernoctandum, ut viri a mulieribus maneant ſeparati, & a crapula abſtineant, præſertim potatione, ſcientes ebrioſos Deo eſſe abominabiles, ne pro gratia impetranda, Dei in ſe concitent indignationem, maxime cum hujusmodi piæ ſupplicationes, cum jejunii obſervatione, quæ ad alliciendam Dei gratiam magnam vim habet, ſint inſtitutæ. Deinde ſuos admonere debent Parochi, ne quispiam ordinem in proceſſione citra neceſſitatem deſerat, antequam ad Eccleſiam, unde profecti ſunt, redierint. Quæ omnia, ut ex ſententia ſuccedant, curabunt pariter Parochi aliquos ex ſuis Parochialibus honoratiores cæteris præfici, quibus curæ ſit, ut hæc omnia pio ſerventur ordine, neque vero liceat ſolis Laicis ſine Clericis celebrare publicas ſupplicationes, & litanias: quin etiam ſacroſanctæ crucis ſignum penes ſe habere, ac deinceps loco ſacro reponere debent, quod etiam ante mille annos antiquorum Rom. Imperatorum legibus ſancitum fuit, quibus exilii pœna cautum erat, ne quis ejuscemodi proceſſiones ulla injuria afficeret: conſpicientes itaque conſuetudinem hanc litaniarum non eſſe novum quoddam, vel temerarium inventum (ut impii homines calumniari ſolent) ſed apud antiquiſſimos Chriſtianos in frequenti uſu & maxima veneratione habitam, non decet nos ab illis majorum noſtrorum laudatiſſimis moribus degenerare, ſed ſubinde in cultu Divino proficere, ad gloriam Dei, animæque noſtræ ſalutem.

Can. Rogationes Diſt. III. de Conſec.

L. Sed jure novo Cod. de Epiſc.

De Cantionibus, diverſis temporibus, in Eccleſiis cantandis.

CONSTITUTIO LIV.

Caput unicum.

Ut plebi, ſtatis anni temporibus, ſolitæ ac approbatæ in Eccleſiis maneant Cantiones vulgares in Agendario deſcriptæ, aut ab Ordinariis approbatæ.

Ut antiquiſſimæ & laudabiles hujus noſtræ Provinciæ piæ perſeverent conſuetudines, approbamus morem antiquum, quo in Eccleſiis,

clesiis, juxta diversitates temporum, diversæ cantilenæ a fideli, ante & post conciones, canuntur populo, a Prædicatoribus inceptæ, ita tamen, ut nulla cantio cantetur, quæ in Agendorum libro cujusque Diœcesis non contineatur, aut ab Ordinario non sit approbata: ubi suis festivitatibus, & temporum diversitatibus suæ accommodatæ sunt cantilenæ, quas, nec alias in Ecclesiis volumus atque mandamus cantari. Quod si alicubi haud fuerit observatum, præcipimus, ut Parochus vel Concionator, qui aliam in Agendario non contentam canere inceperit, vel cani permiserit, omnibus beneficiis privetur, & in carcere tanquam traditionum Ecclesiasticarum contemptor, & de hæresi suspectus, acerrime puniatur. *Anno 1569.*

De diebus festis, & eorum sanctificatione.

CONSTITUTIO LV.

Caput unicum.

Instructio & annunciatio festorum dierum, ex Agendario discenda.

Cum in libro Agendorum quid sit dies festus, & quales, ac quot, qui per hanc nostram Provinciam, tum de præcepto, tum de consuetudine sunt celebrandi, & quomodo sanctificandi atque observandi, satis sit ostensum atque descriptum, ideo longiori mentione opus hoc loco non est, cum illic ex mandato nostro declaratum abunde sit, quomodo Parochi, & cæteri ejus conditionis Clerici, singulis diebus Dominicis juxta antiquum morem Ecclesiæ Catholicæ, tempore summi Officii, Plebi indicent atque manifestent, quot, & quales de præcepto, vel consuetudine, in illa sequenti hebdomada habeantur dies festi, & quomodo sint observandi, quodque in iis præ cæteris diebus major diligentia cultui Divino, & verbi Dei concionibus debeatur, & alia, quæ latius in Agenda, non solum sub hoc ipso titulo explicata, sed etiam in capite de instruendis fidelibus ad intelligentiam consecrationis (quæ vulgo vocatur Missa) tanti sacrificii corporis & sanguinis Christi annotata, ubi ex sacris Canonibus etiam edocetur, unumquemque fidelium, omnibus diebus festis, sub præcepto teneri, Missam a principio introitus, usque ad benedictionem, quæ in fine datur, audire, ibique eo usque perseverare, si peccatum mortale noluerit quis incurrere.

Can. Omnes fidel. Dist. I. de Consec.

De observatione jejuniorum.

CONSTITUTIO LVI.

Caput unicum.

De indicendis atque observandis Ecclesiæ jejuniis, & pœna prævaricantium.

Licet in Agenda non minus de jejuniis, quam diebus festis, instructionem dederimus sacerdotibus, eorumque Cooperatoribus, seu Vicariis, ac reliquis animarum curam gerentibus, ubi traditum est, quid jejunium, & in quibus diebus, & quomodo sit jejunandum, & in quibus, etiam præter jejunii dies, a carnibus sit abstinendum, ut ipsis suis subditis inter concionandum diebus præsertim Dominicis, ea maxime, quæ in illa sequenti occurrunt hebdomada, explanent, & inculcent, eoque magis, cum diaboli fraude, hominumque effrænata libidine, atque gula eo res (proh dolor) redacta sit, quod magna pars hominum, Deum ventrem suum constituentes, rejecto Chri-

sti

Anno 1569. sti jugo, sacratissimis æque ac saluberrimis jejuniis, toties a Prophetis, imo Christo ipso, ejusque Apostolis nobis inculcatis, nuncium pene remiserint, adeo ut nec indictis jejuniorum diebus a carnium esu abstineant: a quo scelere nefario etiam Clericorum nostrorum quosdam, & quandoque Pastores ipsos, una cum suis collaboratoribus immunes haud esse, non sine maximo dolore percepimus: quod tanto pejus est, quanto magis isthæc nefanda lues in sacra sacerdotum penetralia irrepsit, & qui aliis vitæ sobrietate ad salutem præire deberent, eos pari ingluvie irretitos, perniciosissimo exemplo, ad insatiabilem infernalis voracitatis rictum secum trahere videntur: cui horrendo sceleri, ex nostri officii debito providere volentes, Prædecessorum nostrorum Constitutiones, juxta S. Canones editas, renovantes, ordinamus & statuimus, atque sub omnipotentis Dei indignatione, & nostra animadversione præcipimus, ut jejunia, & a carnibus abstinentia, in omnibus diebus, in Agenda notatis, ab omnibus utriusque sexus Clericis, & sæcularibus, his duntaxat exceptis, qui de jure, ob adversam valetudinem, seu alias legitimas causas excipiuntur, observatis tamen observandis, ferventur & custodiantur. Cui nostro, imo Christi, & antiquissimo Ecclesiæ Catholicæ statuto, a Christi fidelibus semper observato, si quis Laicus contra fecerit, carnes præsertim comedendo, a magistratu, juxta demerita plectetur: sed si Clericus fuerit, & talem nequitiam perpetraverit, omnibus beneficiis privabitur, & in carcere triduo quidem in hebdomada, solo pane & aqua emacerandus tanto tempore detineatur, quousque firmissimam suæ contritionis, & veræ pœnitentiæ significationem dederit; qui neque tunc erit liberandus, nisi hæresi prius abjurata, in fide Catholica se perseveraturum spoponderit, ut tandem (juxta Prophetæ illius adhortationem) discat converti ad Dominum Deum nostrum in toto corde suo, in jejunio, planctu, & fletu, & in posterum exemplo Davidico humiliet animam suam in jejunio.

Joel. Cap. II. Psalm. XXXIV.

De disciplina Populi.

CONSTITUTIO LVII.

Caput I.

Præfatio continens ex corpore naturali comparationem sæcularis status ad corpus mysticum, cujus velut anima censentur Clerici.

Quoniam nos omnes utriusque sexus in Christo baptizati, Clerici & Laici, unum teste Apostolo corpus sumus, eodem asserente: Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis, quod nil aliud est, quam Christi corpus effici, ut idem alibi testatur, inquiens: Vos autem estis corpus Christi, quod est unum: & rursus, unus panis, unum corpus, multi sumus omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus; quemadmodum enim se habent membra ad corpus unicum naturale; ita & nos in uno Christi corpore convenimus mystico, ut sicut illud ex anima & corpore, & corpus diversis ex membris, diversas actiones habentibus, constituitur: ita & hoc, cujus animæ locum pars obtinet spiritualis, quæ est Ecclesiastica, reliquam vero corporis compaginem Laicalis repræsentat status. Quapropter sicut naturale corpus concutitur, & patitur, si vel anima affligitur, aut minimum corporis membrum læditur, seu infirmatur: eundem in modum hoc Christi corpus mysticum patitur, atque angitur, si vel spiritualis, aut Laicalis pars peccando infirmatur, cui non secus atque naturali corpori pro recuperanda pristina sanitate, sunt adhibenda pharmaca, ad morbos quoscumque depellendos idonea.

Galat. Cap. III. II. Corinth. Cap. II.

nea. Quare cum nemo ignoret, non alteram tantum, sed utramque *Anno 1569.* hujus corporis mystici partem, spiritualem scilicet & corpoream, quæ est Ecclesiastica & Laicalis, ut variis morbis affici, sic opportunis quoque medelis indigere: quam ob causam, eamdem ipsam instituimus Synodum, ut parti utrique consulatur. Præscriptis autem remediis ad necessitatem spiritualis corporis spectantibus, operæ-pretium, & omnibus modis necessarium judicavimus, ei parti, sine qua anima recte valere vix potest, saluberrimis remediis subvenire, ut tandem & anima & corpus, scilicet & Ecclesiasticorum simul ac Laicorum uterque cœtus, ex æquo curetur, ne salvo tantum capite, cætera mystici illius corporis membra languere, vel negatis pharmacis, penitus interire patiamur.

Caput II.

De reverentia populi in Clerum, & obedientia erga proprios sacerdotes.

Licet autem in suprascriptis nostris Constitutionibus, tum etiam in Agendario sparsim diversis in locis, quam plurima ad populi communem disciplinam sint tradita; nihilominus, ut ea omnia, & alia his similia, ad nostrum institutum pernecessaria, magis in promptu sint, & cordi ac memoriæ facilius mandentur, non inconsultum existimavimus illorum aliqua, hoc in loco, una cum aliis opportunis præceptis attexere. Quæ ut congruo sequantur ordine, hinc initium apte sumi credidimus, ut postquam fidelis populus Dei, quæ sit Catholica & Apostolica Ecclesia, unica columba, & sponsa Christi, extra quam salus non est, cognorit ex concionatorum orthodoxorum admonitionibus, suorumque Magistratuum exemplo, ejusdem Ecclesiæ Antistites, Prælatos, Pastores, ac Sacerdotes amare, observare, ac revereri discat, memor antiqui cujusdam Canonis, in Concilio Matisconensi secundo, tempore Pelagii secundi circiter annum Domini 580. editi, qui incipit: Et quia ordinatione sacerdotum &c. cui consonant verba D. Pauli dicentis: Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Et hoc non tantum, sed etiam eis, præsertim quibus commendati sunt, absque contradictione obedire, Apostolo Paulo iterum asserente: Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis; ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: eoque magis, ne in illorum albo sint censendi, de quibus ait Dominus Deus, Populus tuus, sicut hi, qui contradicunt sacerdoti: Melior est enim (inquit summus Dei sacerdos Samuel) obedientia, quam victimæ, & auscultare magis, quam offerre adipem arietum; quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare; & tanquam scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Si autem Episcopis non obedierint omnes Presbyteri (ait sanctissimi principis Apostolorum discipulus Clemens Romanus) diaconi, ac subdiaconi, & reliqui Clerici, omnesque principes, tam majoris ordinis, quam inferioris, atque reliqui populi, tribus, & linguæ non obtemperaverint, non solum infames, sed & extorres a regno Dei, & consortio fidelium, ac a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nam Prælatorum atque aliorum sacerdotum est, populos instruere: & populorum est, suis sacerdotibus obedire; dicente Domino: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit: Et qui vos recipit, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Nihil enim (inquit idem) injustius, vel inhonestius est, quam filios patribus rebelles, aut Clericos, seu Laicos doctoribus, vel discipulos magistris inobedientes, vel protervos existere. Novimus enim primum

Hebr. Cap. XIII. — *Osea Cap. IV.* — *I. Reg. Cap. XV.* — *Epist. III. de offic. sacerd.* — *Luc. Cap. X.*

Anno 1569. mum hominem per inobedientiam cecidisse; idcirco omnes hoc vitium summopere cavere monemus. Et paulo post; Episcopum quasi Christi locum tenentem, honorare omnes debent, eique servire, & obedientes ad salutem suam fideliter existere, scientes quod sive honor, sive injuria, quæ ei defertur, in Christum redundat, & a Christo in Deum. Audire ergo eum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei: monita autem vitæ a Presbyteris inquirere, a Diaconibus vero ordinem disciplinæ. Contradictio etenim populi, qua suis contradicit Pastoribus, plerumque non minima causa est, quod aliquando mala Ecclesiæ contingant: sunt enim illa hæreticorum, & schismaticorum, omniumque perturbationum initia: cujus rei non paucæ (proh dolor) nationes, atque Regna, suæ perniciei, atque ruinæ nobis exempla reliquere.

Caput III.

Quod Prælatis, & Parochis, etiam dyscolis, sit obediendum.

Etsi Episcopi, aut alii Prælati, vel Parochi aliud (quod absit) agant, quam doceant: nihilominus tamen eis (nisi in fide, quod omen Deus avertat, erraverint) omnino a fideli populo est obediendum, Veritate ipsa Salvatore nostro Jesu Christo testante: Omnia, quæ dixerint, atque præceperint, non quæ egerint, esse servanda, fore enim, ut aliud dicant, & aliud agant.

Matth. C. XXIII.

Caput IV.

De supercilio plebejo vitando, id est, ne Clerum judicare, vel carpere præsumant.

Hæc præterea populo inculcandum fuerit, ne vel suos, vel alios Prælatos, Pastores, sacerdotes, seu personas Ecclesiasticas, licet parum spectatæ vitæ, temere judicent, vel reprehendant: cum facta pastorum oris gladio ferienda non sint, quamquam reprehendenda recte videautur: neque vero his obloquantur: non verbis contumeliosis aut injuriosis, non illusoriis, minus autem maledictis incessant, non cantica ignominiosa de ipsis effingant, vel ficta depromant, neque aliud quidpiam in dedecus Ecclesiasticæ dignitatis vel ordinis committant: non segniter præ oculis habentes, quanta his immineat condemnatio, qui, teste scriptura, peccant in parentes, inter quos non minimum locum tenent pastores ac sacerdotes. Quis enim dubitat (inquit Gregorius) Sacerdotes Christi, Regum & Principum, omniumque fidelium Patres & magistros censeri? Si enim Cham pater Chanaan, quia patris pudenda non operuit, sed cæteris fratribus promulgavit, in semine suo fuit maledictus: quanto magis, & multo amplioris condemnationis rei efficientur, qui Patribus legatione Dei fungentibus (quos ceu parentes animæ, ut eos S. Hieronymus vocat, amare debent) contumeliam inferunt? Hoc ipsum olim egregie observabat Constantinus, qui, ut legimus, hanc memorabilem edidit sententiam: Se, cum propriis oculis videre contingeret sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachali habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem suam expoliaturum, & eum, ne ab alio videretur, cooperturum: quo exemplo (desideratissimi filii) commonemini, ut quemadmodum fide, religione, ac honoris splendore huic adæquari studetis: ita quoque submissione, ac devotione eidem similes, & quantum in vobis est, etiam superiores fieri modis omnibus contendatis: adeo ut hoc proposito exemplo, ceu calcari stimulati, eum, qui sine exemplo cum tanta laude se gesserat, accumulato studio certatim vincere conemini. Sed hoc quidem

Can. Quis Dist. XCVI.

Can. In scripturis Dist. XCVI.

dem diximus, cautos vos reddere cupientes, quod si Clericis & sa- *Anno* 1569.
cerdotibus (animarum Patribus) aliquid durius evenire perspexeritis, & si quid forte horrorem piis mentibus ingerere possit, non perfrictæ frontis hominem Chamum, sed cæterorum Noæ filiorum pudorem, ac modestiam æmulantes, paterna verenda pie obtegatis, ut ea vobis, quæ illis, omnium bonorum compensatore Deo annuente, accedat gratia, & rerum prosper successus.

Caput V.

Malos sacerdotes a Deo propter populi peccata quandoque dari.

Admonendus quoque populus est, male feriatos sacerdotes propter subditorum malignitatem, & flagitia, pœnæ cujusdam loco a Deo dari, ut si quoties malus fuerit populus, & via illorum prava in conspectu Dei, tunc eorum merito evenire, ut etiam a similibus regantur Pastoribus, atque sacerdotibus; dicente Domino Deo per
Isaia. Cap. XXIV. os Esaiæ prophetæ: *Sicut populus, sic sacerdos*, ut sicut servus, sic Dominus ejus, & sicut ancilla, sic Domina ejus, sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet: dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur, luxit, & defluxit terra, & infirmata est; defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ, & terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum; propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores ejus: ideoque insanient (ecce) cultores ejus.
Cap. IV. Et per Oseam: Sicut populus, sic sacerdos, & visitabo super eum vias ejus, & cogitationes ejus reddam ei: & comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessaverunt: quoniam Dominum dereliquerunt, in non custodiendo &c. Quæ vero pœna utrosque maneat, idem mox indicat Propheta: Corrues hodie (inquit) & corruet etiam Propheta tecum. Quod si noster populus probiores, ac moratiores sacerdotes habere, ut par est, maluerit, se ipsum corrigat, vitam emendet, Deum pro se, & pastoris sui salute imploret: sic fiet, ut divina bonitas ejuscemodi datura sit Pastores, qui scientia, & exemplo viam veritatis doceant, & obsequentes subditos ad vitam perducant gloriosam. Convertimini filii, quia ego vir
Jerem. Cap. III. vester: & assumam vos unum de civitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion: & dabo vobis pastores juxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina, sic dicit Dominus omnipotens.

Caput VI.

De reconciliatione populi per pœnitentiam.

Præterea, ut populum nostrum Deo per viam pœnitentiæ acceptiorem reddamus, ideo præcipimus, ut Constitutio capituli Utriusque sexus, quæ Laicos, atque quorumcumque aliorum ad debitam Deo & Ecclesiæ per pœnitentiam faciendam reconciliationem adducit, sub pœnis eadem in Constitutione comprehensis, & aliis a nobis, nostrisque Coepiscopis addendis, ab omnibus nostræ Provinciæ fidelibus, qui ad annos pervenerint discretionis, ac usum habuerint rationis, secundum formam & modum in Agenda, & superiori capitulo, de pœnitentia, traditum, observetur. Et ne quispiam prætextu ignorantiæ conetur se excusare, omnium Ecclesiarum parochialium Rectoribus serio injungimus, ut prædicta Constitutio, quolibet anno in omnibus suis Parochialibus Ecclesiis, singulis quadragesimæ Dominicis, per ipsos, vel eorum Cooperatores, seu Vi-

Anno 1569. carios, populo aperte prælegatur ac declaretur, salutaribus semper adjunctis admonitionibus.

CAPUT VII.

De instructione populi circa pœnitentiæ usum.

Et quoniam nulla pœnitentia ad reconciliandum Deo peccatorem sufficere potest, nisi pœnitens ex intimo cordis, in jejunio, planctu, & fletu, conversus fuerit, & omnia Dei & Ecclesiæ sanctæ mandata, quantum humana permittit fragilitas, servare statuerit: jubemus, ut Parochi, cæterarumque Ecclesiarum Rectores, verbique concionatores, juxta ea, quæ etiam in Agenda passim dicta sunt, quemadmodum jejunia, & a carnium esu abstinentia statutis diebus, item festorum celebratio, sacrosanctæ Missæ devota & integra auscultatio, & totus denique Dei cultus sit peragendus, atque observandus, populum non minus fideliter, quam diligenter instruant, atque edoceant.

CAPUT VIII.

De oratione populi.

Quandoquidem vero non sat est peccatori se Deo per pœnitentiam coram Confessore reconciliasse, nisi deinceps quod bene incepit, Matth. Cap. XXIV. ad bonum quoque finem perducat, & recte inculpateque vivendo pergat, dicente Salvatore: Qui perseveraverit usque in finem, hic II. Reg. Cap. XVII. salvus erit: perseverare autem nemo melius potest, quam oratione mediante: multum enim valet deprecatio justi assidua. Elias Propheta homo erat similis nobis passibilis, at oratione effecit, ut non plueret super terram annos tres, & menses sex: & rursum, eo orante, Cap. V. cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum. Propterea recte nos admonet S. Apostolus Jacobus: Orate pro invicem, ut salvemini. Idcirco instruendus quoque est populus, ut orationibus sit intentus, & precando assiduus, quandoquidem in sacris scripturis tot habeamus promissiones propter frequentem, & continuam orationem, & Christus ipse nobis sancte polliceatur, nos accepturos, quicquid Matth. Cap. XI. credentes orando petituri simus: & quo felicius, atque dexterius nobis succedat oratio, jubet nos mutuo remittere peccata, ut hac Actor. Cap. II. ratione, cœlesti Patri ampliorem præbeamus occasionem, ut & is erratis nostris ignoscat: hinc legimus Apostolos, & cæteros Christianos in nascentis Ecclesiæ primordiis unanimiter in orationibus perseverasse.

CAPUT IX.

De oratione peragenda in Ecclesia, sive templo, utpote orationis domo.

Admoneantur porro fideles Christiani, quod etsi oratio devota, Deo sit ubique grata, nihilominus divinæ bonitati eam ipsam longe acceptiorem fieri, si in domo orationis, quod Dei templum est, oretur. II. Paral. Cap. VII. Id enim disertis verbis testatur Deus ad Salomonem, de templo sibi tum exstructo loquens: Elegi locum istum mihi in domum sacrificii (inquit) si clausero cœlum, & pluvia non fluxerit, & mandavero & præcepero locustæ, ut devoret terram, & misero pestilentiam in populum meum, conversus autem populus meus, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam a viis suis pessimis; & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum, & oculi mei quoque erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit. Elegi enim, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Si enim in templo

plo illo, in quo bruta duntaxat in figuram veri sacrificii corporis Salvatoris nostri Jesu Christi sacrificabantur animalia, tam grata oratio fiebat Deo, ita ut etiam filius Dei ipsum visitare voluerit, & vendentes ac ementes ex illo flagellis expulerit, mensasque mercium subverterit, dicens: Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum: quanto magis ergo credendum est, orationes nostras Deo gratiores esse, quæ in templo, in quo ipse verus Dei filius unigenitus consecratur, atque sub panis & vini speciebus præsens videtur, & adoratur, cujus vetera illa tantum umbra fuerunt & figura? Ideo bene ait Alcuinus: Si filius Dei in templo, in quo caro brutorum animalium offerebatur, ambulare voluit, quanto magis nostram orationis domum, in qua caro & sanguis ejus consecratur, visitare gaudebit? Propterea & Apostoli post Ascensionem Christi, quotidie erant perdurantes in templo. His igitur exemplis moti nostri in Christo fideles, hanc domum Dei visitare, ibique supplices preces effundere, & Deum Patrem per Jesum Christum filium ejus unigenitum exorare non cessent, ut quod obtineri desideratur, facilius impetretur. Et ne quemadmodum accidit Judæis, a templo propellantur orantes, vel ad iram magis provocetur Christus, quam ad indulgentiam, operæ pretium fore duximus, verba Decreti Gregorii X. in Concilio Lugdunensi publicati, eo quod observatione dignissima sint, hic recensere, quæ etiam ex superioris Synodi Salisburgensis authoritate sequenda & custodienda esse volumus.

Anno 1569.

Matth. Cap. XXI.

Caput X.

De modestia & devotione exercenda in templis.

Decet domum Domini sanctitudo: decet ut cujus in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita veneratione pacificus: sit itaque ad Ecclesias humilis, & devotus ingressus, sit in eis quieta conversatio, Deo grata, inspicientibus placita, quæ considerantes non solum instruat, sed & reficiat: convenientes ibidem, nomen illud quod est super omne nomen, a quo aliud non est sub cœlo datum hominibus, in quo salvos fieri credentes oporteat, nomen videlicet Jesu Christi, qui salvum fecit populum suum a peccatis eorum, exhibitione reverentiæ specialis attollant: & quod generaliter scribitur: Ut in nomine Jesu omne genu flectatur, singuli singulariter in seipsis implentes, præcipue dum aguntur Missarum mysteria, gloriosum illud nomen quandocumque recolitur, flectant genua cordis sui, quod vel capitis inclinatione testentur. Attendant in locis eisdem intentis præcordiis sacra solemnia, devotis orationibus insistatur. Nullus in locis eisdem, in quibus cum pace & quiete vota convenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moveat, impetumve committat. Cessent in illis universitatum & societatum quarumlibet concilia, conciones & parlamenta cessent vana, & multo fortius fœda & profana colloquia, cessent confabulationes quælibet, sint postremo quæcumque alia, quæ divinum possunt turbare officium, aut oculos divinæ majestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea, ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi. Cessent in Ecclesiis, earumque cœmiteriis negociationes, & præcipue nundinarum, ac fori cujuscumque tumultus: omnis in eis sæcularium judiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per Laicos, criminalis maxime, agitetur, sint loca eadem a Laicorum cognitionibus aliena. Ordinarii locorum hoc faciant observari, suadenda suadeant, interdicta, authoritate hujus canonis, compescant, ad hoc alios etiam in Ecclesiis ipsis magis assiduos, & ad præmissa idoneos

Anno 1569. idoneos deputando. Et nihilominus processus judiciorum sæcularium, ac specialiter prolatæ sententiæ in eisdem locis, omni carcant robore firmitatis. Qui vero præmissas inhibitiones animo petulanti contempserint, præter processum Ordinariorum, & deputandorum ab ipsis, divinæ ultionis & nostræ poterunt acrimoniam formidare, donec suum confessi reatum, a similibus firmato proposito deliberaverint abstinere. His vero hæc quæ sequuntur pauca nos addere judicavimus, non minus necessaria, quæ ab omnibus pariter observari volumus.

Caput XI.

De mercatoribus, nundinarum tempore a liminibus, porticubus, & continentiis templorum arcendis.

Inveterata pene cum in nostra Provincia, tum in reliqua fere Germania, & depravata consuetudo, ne dicamus sacrilegium, & abominabilis impietas inolevit, ut nundinarum diebus, mercimoniorum cumulus, emptionis, venditionisque strepitus, hominumque mutuo contrahentium turbæ, non solum cœmiteria, verum etiam omnia templi limina, porticus, atque ambitus occupent, ut vix ad cultum Dei contendentibus pateat accessus: clamores denique, rixæ, ac fœminarum garrulæ voces, totius intima templi pervagantes hominum aures ita oppleant, ut quid inter sacrum agatur vix percipiant, & perstrepentium objecto fastidio orationes cœptas, ipsumque divinum cultum penitus deserere cogantur: tacemus nunc discurrentium per Ecclesias immodestiam, qui studio emendi, vendendi, spectandi, decipiendi, nonnunquam etiam furandi, ceu furiis agitati insanorum modo, tanquam per theatra, & profanissima quædam loca divagantur, non magis honorem, ac reverentiam divinis rebus, quam Pagani, vel Judæi exhibentes. Quæ res Judæorum impietatem, & avaritiam amplissimo scelere superare plane videtur. Nam illi solemnitatum tempore, quæ ad holocausta, victimas, & cætera sacrificia Judæorum ritu necessario celebranda, ut oves, boves, columbas, & his similia, illic vendendo distrahebant: nostri vero in locis sacris, neque ea, quæ ad Ecclesiam, vel Dei cultum spectant, venalia habent, sed Mamonæ iniquitatis operam dantes, eas exponunt merces, quæ animos variis illecebris irritant: cum interim emptores nonnulli, & vicissim venditores mutua inter se certent vafritia, qua alter alterum immodico lucri studio circumvenire queat. Cui hominum insano generi leges contrahendi præscribere, nostrum institutum non est. Hoc autem officii nostri esse arbitramur, ut zelo Christi admoniti hujuscemodi collybistas, mensarios, & mercatores, a liminibus templi repellamus. Nec vero nobis obstabit *Leg. de quibus ff. de Legib.* illud Jureconsulti dictum, Inveteratam nempe consuetudinem pro lege servandam esse: quod tametsi loco suo falsum sit minime: nos tamen potius movebimur alterius sententia: Quod videlicet ratione introductum non est, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum, id in aliis similibus non obtinere: mala enim consuetudo ex longo tempore non confirmatur. Quamobrem ex ea, qua fungimur, authoritate, summis cathedralium Ecclesiarum Custodibus, cæterarumque Parochis, Vicariis, ac æditius quoque, omnibusque aliis personis, quæ hactenus vel cœmiteria, porticus, ambitus, vel alia quæcumque loca sacrata, accepta stipe, mercatoribus, vel cæteris quibuscumque circulatoribus ex locato concesserunt, modis omnibus præceptum esse in perpetuum volumus, ut ab hac illicita locatione, sive nundinarum, sive quocumque alio tempore non solum abstineant: quin etiam illos, si ad ejuscemodi locum aliquem sacrum, vel religiosum,

giosum, vendendi causa se contulerint, sine mora vel per se, vel alios, inde arceri curent. Prævaricatores autem hujus nostræ saluberrimæ Constitutionis, non solum iram & indignationem ejus, qui mercatores de templo flagellis pepulit, sed & censuras Ecclesiasticas, aliasque meritas pœnas certo se incidisse noverint. *Anno* 1569.

Caput XII.

Ne præsertim inter sacra, vel conciones, utensilia ferantur per templa.

Huic detestando negotiationis abusui affine est id, quod etiam longa quadam, sed pessima consuetudine in usum venit, ut tam viri, quam fœminæ, tam inter tremendi mysterii celebrationem, quam sacras etiam conciones, per templa passim cum utensilibus, vasisve, qualibet materia impletis, vel vacuis, seu quibuscumque aliis rebus perinde, ut per publicas plateas transeant, atque discurrant: idque non solum ad contumeliam domus Dei, sed etiam eorum, qui sacris officiis intenti sunt, scandalum, & offensionem. Cum itaque Christus Dominus, & acerrimus domus suæ vindex ipso facto prohibuerit, ne quisquam vas, vel simile quidpiam per templum transferret, æquum non est, ut nos vestigia ejusdem insequi cupientes, talia negligamus. Sancimus itaque ac decernimus, ut Ecclesiastæ, verbique divini Concionatores, primis post hujus Synodi nostræ publicationem concionibus, plebem admoneant, ut posthac ab ejuscemodi profanatione abstineant, & sacrosanctas Ecclesias majori veneratione colant. Hoc etiam muneris omnibus & singulis æditiuis commissum esse volumus, ut dum sacra & conciones sunt, portas Ecclesiarum custodiant, ac ne quid interim profani transportetur, observent, sed hujusmodi bajulos a foribus abigant: quod si facere neglexerint, carcere puniantur.

Caput XIII.

De non ingrediendo Ecclesias cum armis majoribus, aliisque profanis.

Pari ratione interdicimus, ne quispiam cum venaticis canibus, volucribus, aut bombardis, seu hastis, & hujus generis aliis armis Ecclesias ingredi audeat, melius enim (ut Theodosius Imperator olim dicebat) religionis nomine, quam armorum præsidio quisque munitur.

Cod. Theodos Lib. XV. Tit. XV.

Caput XIV.

Ne mendici inter sacra homines eleemosynarum exactione turbent.

Præterea ne mendici, quæstus gratia, per Ecclesias vagentur, quos extra januas consistere volumus, cujus rei curam quoque habebunt æditui.

Caput XV.

De usurariis, & fœneratoribus extirpandis.

Cæterum his, quæ ad cultum divinum spectant, prolixe tractatis, res postulare videtur, ut etiam de externis moribus, & honestate populi, nostros commonefaciamus: quod cum ad communem fidelium disciplinam pertinere videtur, inter alia primo loco censuræ subjicienda occurrit Usura, seu fœnus Deo odiosum, hominibus vero, si vel æternam, sive temporaneam politiam spectes, perniciosum peccatum: quod cum hisce calamitosis temporibus omni pene hominum statui commune sit, in capite poni placuit. Olim enim mercatores potissimum, & divites avari efficiebantur usurarii; hodie autem non illius generis homines solum, sed etiam nobiles, cives, plebeji,

Anno 1569. beji, atque rustici (& utinam non etiam Ecclesiasticæ fortis homines) isthoc detestando (proh dedecus) crimine mirum in modum sunt infecti; ita ut vix vicinus vicino, affinis affini, neque consanguineus consanguineo, licet in magna necessitate constituto, exiguum quid mutuo dare velit pecuniarum, nisi certior fiat, se plus dato recepturum. Quam usurariam voraginem detestantes, hac sacra approbante Synodo, tam Clericis, quam Laicis, ne pecunias quomodocumque mutuent, nec propolia, seu præemptiones detestabiles faciant, neque alios quoscumque contractus usurarios, vel actus damnatos exerceant mandamus. Cui nostro Decreto si quis contrafecisse, vel facti evidentia deprehensus, sive judicialiter convictus, aut in extremis, vel in vita, sponte & clare confessus fuerit, talis noverit se pœnas canonicas, tanquam manifestus & notorius fœnerator & usurarius, incidisse: cujus rei doctrina, cum apud Canonistas abunde tractetur, eam hic latius recensere supervacaneum judicavimus. Universis autem sub pœna excommunicationis inhibemus Prælatis, Archidiaconis, Decanis ruralibus, Plebanis, & cæteris quibuscumque religiosis, & sæcularibus Clericis, ne aliquem dictorum criminum, sicut præmissum est, manifeste reum, satisfactione ac restitutione inique acceptorum non præmissa (ad quam tamen eosdem induci volumus omnibus modis possibilibus) Ecclesiasticæ tradant sepulturæ. Ut autem a tam abominabili crimine noster abstineat populus, Parochi, atque Concionatores verbi Dei (quos præsenti Constitutione exhortamur) sæpius hujus vitii enormitatem inter concionandum reprehendant, populo fideliter quid sit criminis declarantes, & ab hujusmodi usurariis contractibus, tanquam a peste, & fraternæ dilectionis extinctione, dehortentur. Et quia rustica simplicitas, sive inurbanitas, exiguum forsitan in hujusmodi re habet judicium, suam cupiditatem atque affectum sequens talia perpetrat, nullius momenti esse peccatum existimans: ideo a Parochis majori cum diligentia, & solicitudine est commonefacienda, & ad saniorem intellectum ac rationem reducenda. In communi autem volumus observari, ut omnes Parochi, & Prædicatores hac de re tribus anni temporibus, nempe in feriis Nativitatis Domini, in quadragesima, & in Assumptione B. Virginis Mariæ, peculiaribus ad hoc institutum concionibus, populo criminis hujus abominationem, & causas, cur a Christiano homine angue pejus odio haberi, evitarique debeat, & quæ pœnæ etiam hac in vita sint talibus constitutæ, declarent, ut si non proximi, vel Dei amore, saltem pœnæ formidine, ab hoc tam nefando abstineant delicto.

Caput XVI.

De invocatione brachii sæcularis pro evellendis publicis criminibus & flagitiis, præsertim blasphemia, adulterio, concubinatu, sive fornicatione publica, cum ebrietate, & id genus aliis.

Ut etiam ab aliis omnibus detestandis criminibus plebs fidelis abstrahatur, atque in viam justitiæ & salutis reducatur, a Parochis & concionatoribus, loco & tempore opportunis admoneantur: quod si ob suam protervitatem non paruerint, sed in omni luto flagitiorum volutari perrexerint: ne mala crescant, & respubl. Christiana quid durius propter impunitatem facinorum patiatur: Nos quoscumque Principes sæculares, Potestates, & Magistratus hujus Provinciæ, cum omni sinceritate obtestamur, hortamur, atque per viscera misericordiæ Dei nostri, & salutem animarum, ipsis non minus ac nobis commissarum, obsecramus, ut justitia postulante, gla-

dio

dio (ex vindicis Dei manu dato) utantur in facinorosos, idque *Anno 1569.* stringant in blasphemos, quos Deus odit: in adulteros suam potestatem exerceant, in concubinarios, seu fornicatores publicos, ne opus *Cap. XXIII.* sit nos gementes cum Hieremia Propheta clamare, quoniam adulteriis repleta est terra: stringatur gladius in stupratores, atque incestuosos: quod aliquanto commodius accidet, si quæstuaria lenocinia tam vetularum quarumdam, quam male feriatorum nebulonum coerceantur. Explodatur ebrietas, & omnium compotationum ge- *I. Corinth. Cap. V.* nera. Si enim, docente S. Paulo, cum ebriis ne commisceri quidem debemus, nec cibum cum ipsis sumere, ut quid communicamus iisdem?

Caput XVII.

De homicidiis, sive homicidis tollendis.

Homicidia quoque, postquam cœperunt pecunia redimi, cœperunt etiam multiplicari: modo satis constat, quantum Deo exosi semper fuerint viri sanguinum: tollenda est igitur pecuniæ cupiditas, ut tollatur occidendi crudelitas.

Caput XVIII.

De puniendis fraudulentis, & impostoribus.

Homicidio proximum est defraudare proximum: dicit enim scriptura: Qui defraudat pauperem, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum: Qui effundit san- *Ecclesiast. C. XXXIV.* guinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Et alibi: Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus: hinc enim in quibusvis negotiis, furta, latrocinia, rapinæ, falsa testimonia, usuræ prodeunt, & circumventiones; fraude & dolo fraterna extinguitur charitas, pessundantur leges, pereunt quævis (dum tolerantur) bonæ ordinationes, perduntur respublicæ, & (quod omnium pessimum est) si per Potestatem non vindicetur, Deus vindex est: Qui ergo non vult habere Deum vindicem, ipse vindicet, qui a Deo *I. Petri. Cap. II.* ad vindictam positus, & cui gladius, ad vindicandum traditus est. Non enim omnia possunt per sacerdotum monita reduci, sed necesse est, ut gladius sæcularis, ubi opus fuerit, gladio spirituali suffragetur.

Caput XIX.

De cura lactantium circa infantes.

Admoneri mandamus omnes & singulos Parochianos utriusque sexus, sub cura quorumlibet Presbyterorum Provinciæ Salisburgensis degentes, quod non audeant filios, vel filias suas, saltem per annum unum, a die nativitatis eorum, secum communi lecto ad lactandum, seu dormiendum tenere & collocare, ne negligentia, vel culpa eorum suffocentur, ut sæpe contingit, unde ipsimet parentes homicidii, vel parricidii rei inveniantur, & sub prætextu frigoris, non sunt facienda bona, ut proveniant mala. Quem casum nobis specialiter reservamus: præcipimusque tam Presbyteris Parochis (extra confessionem tamen) quam ipsis Parochianis, quod scientes dictam transgressionem, statim revelent nobis, aut Vicariis nostris, hoc est Officialibus.

Anno 1569. *Ad Principes, & alios Dominos, in Provincia Salisburgensi sæcularem jurisdictionem habentes, eorumque delegatos Magistratus.*

CONSTITUTIO LVIII.

Caput I.

De potestate, ac imperio Principum, & Magistratuum in subditos exercendo, eosque in unitate Catholicæ Ecclesiæ retinendo.

Quoniam inter membra corporis Christi mystici, partis exterioris, quam Laici obtinent, primum tenet locum temporalis potestas; ut sicut omnia membra cujuslibet corporis humani a capite, mediante intellectus virtute, sive ratione, ad totius conservationem subjecti reguntur: ita etiam omnia hujus corporis Christi membra a potestate temporali, mediante spiritualis virtutis (quæ animæ tenet locum) instructione, debeant dirigi, atque gubernari, ne corpus totum offendatur: idcirco omnes, & singulos Principes, & Magistratus sæculares per ipsum corpus Christi, cujus membra non infima ab eodem Salvatore constituti sunt, (nam omnis potestas a Deo Rom. Cap. XIII. est) admonitos, atque rogatos esse volumus, pro instauratione & conservatione corporis Christi in hisce nostris regionibus, ut non solum se ipsos, sed etiam (quemadmodum & superius in Constitutione de immunitatibus, & privilegiis Ecclesiarum, & Clericorum est dictum) suos subditos in unitate Christi corporis velint retinere, amplecti, conservare, & quæ pro salute hujus corporis, ab Ecclesia Sess. XXV. Cap. XX. de Reform. Catholica, a sacris Conciliis, præsertim Tridentino (quod ea etiam de re sacratissimum Imperatorem, Reges, Respub. & Principes omnes admonere non est oblitum) & ab hac sancta Synodo tamquam pharmaca necessaria, & salutifera, omnibus nostris in Christo subditis instituta, & exhibita sunt, executioni mandare.

Caput II.

Principes non solum liberales esse in Ecclesias, sed etiam earumdem privilegia & immunitates tueri debere.

Auth. de Monach. in fin. Coll. X. Quandoquidem Principes (ut Justinianus Christianissimus princeps scriptum reliquit) nihil divinarum rerum, & quæ custodiri justum est, negligere, sed per omnia studere debeant, ut communis Reipubl. status ex magni Dei, & servatoris nostri Jesu Christi erga homines amore fructum afferat: at cum labiis regat Rex, & cor Regis in manu Dei sit, & quocumque voluerit, inclinet illud: hoc est enim quod firmat imperium, quod regna & Principatus conservat. Nam pax Ecclesiæ, religionis unitas, authorem facti in sublime provectum, grata sibi tranquillitate custodit. Neque enim parva ei vicissitudo a potentia divina tribuitur, per quem nullis rugis Ecclesia divisa secernitur, nullis infertis maculis variatur. Scriptum est enim, quia cum Rex justus sederit supra sedem, non adversabitur ei quicquam malignum. Quamobrem Principes ac Magistratus summos in Christo pie admonemus, atque adeo hortamur, ut meminisse velint, quam gloriosi, potentes, atque felices, tum in veteri, tum in novo testamento extiterint Reges, Principes, cæterique Primates, qui cultui faventes divino, Ecclesiæ Catholicæ jura, & immunitates, non solum conservando, & stabiliendo: verum etiam privilegiis maximis, opibus, atque redditibus dotando auxerunt, & ab hæreticorum, aliorumque hostium insultatione defenderunt: & vicissim

cissim quam infelices, infortunati, omnibusque copiis & viribus fuerint destituti, qui contemptis rebus divinis, sacrosanctam aut neglexerunt Ecclesiam, vel eam ut lupi rapaces fraude, ac præda invaserunt, immemores antiqui proverbii, aurum habere Tolosanum, hoc est, misere perire omnes, quicumque a sacris rebus non abstinent manus violentas: eorum etenim miserabilem exitum tam veteres, quam recentiores Historiæ significant: cujus rei etiam nostræ ætatis exempla, si non essent odiosa, & locus hic ferret, recenseri possent. Quapropter ipsos Principes & Magistratus omnes in Domino iterum atque iterum obsecramus, rogamus, atque obtestamur, ut antiquos piissimos, religiosissimosque suos Prædecessores (quorum memoria in benedictione est) imitari, Ecclesiam Catholicam (juxta sanctam & paternam sacri Concilii Tridentini, & hujus sanctæ Synodi, hic & supra in Constitutione de immunitatibus, & privilegiis Ecclesiarum, & Clericorum factam admonitionem) cum omnibus suis juribus, & immunitatibus, libertatibus, ac privilegiis, non modo per se, sed & ministrorum & Officialium suorum studio defendere, ac tueri velint: cum, quod quisque per alium, id ipsum per se facere, vel admittere dicatur: ne delegatorum suorum peccata olim luere cogantur, neve dictum illud sapientis in eos quadret, ut judex populi, sic & ministri ejus: quin bonorum illorum Principum exemplo, suis potius divitiis, opibusque Ecclesias adjuvent, instaurent, exornent, eorumque ministros ali curent: nam si apud Ethnicam antiquitatem Tolosani (ut legitur) ex privatis fortunis auxerunt sacram pecuniam, ut magis Deum sibi reconciliarent, quanto magis id Christianis faciendum, ut verum atque æternum, non fictum aliquem sibi reconcilient Deum. An non ingratitudinem nostram, & avaritiam reprehendunt Judæi, qui in tabernaculis Domini ædificandis adeo luculenter suas conferebant opes, ut artifices venire compulsi dicerent Moysi, plus offerre populum, quam necessarium esset; quapropter Moyses præconis voce, publicitus proclamare jusserat, ne quicquam præterea offerretur ad opus sanctuarii. Neque vero diffidant Principes, quod si Ecclesiam viribus omnibus foverint, adjuverint, conservarint, fore, ut sicut fidelis David, cæterique Deo dilecti Reges, ac Principes, in isthac mortali vita bonis omnibus affluant, & post deinceps certum in cœlo, ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur, sint habituri. Pientissimus enim Deus, qui nunquam deserit sperantes in se: maxime vero Principes, quos posuit ad regendum populum suum, quem redemit sanguine suo: si quos enim fideles constituit Deus Principes, fieri non potest, quin eorum omni loco, & tempore, curam gerat. Scit equidem Pater cœlestis, quibus indigeant, quorum etiam capilli sunt numerati: veruntamen regnum Dei primum debent quærere, & justitiam ejus: deinde omnia ea, quæ ad animi, corporisque dotes spectant, adjicientur eis, divinoque afflatu, sine quo nemo unquam magnus evasit, subinde adjuvabuntur.

Anno 1569.

Sess. XXV. Cap. XX. de Reform.

Leg. Is damnum ff. de Reg. Jur.

Strabo Geograph. Lib. IV.

Exod. Cap. XXXVI.

Luc. Cap. XII.

Caput III.

De prudentia, & circumspectione Principum circa delegatos suos, quos inferiores magistratus vocant.

Hoc præterea nostrorum temporum necessitas adhortatur Principes, atque Magistratus, ut oculos suos perpetuo vigiles in omnes angulos suarum terrarum, & jurisdictionum conjiciant, atque prævideant, ne quid perperam ullibi fiat. Cum vero humana natura per tanta laborat caligine, ut nihil fere, nisi quod coram est, sentire, vel circumspicere queat: ideo Principum oculi, fideles esse debent admini-

Anno 1569. administri, quos Delegatos Magistratus, Præfectos, Præpositos, Capitaneos, vel alio nomine, pro cujusque regionis more appellare solent. Hi non lippi, non cæci, vel alio vitio corrupti; sed lympidi, perspicaces, hoc est, homines vigiles, puri, innocentes, & ab omni labe avaritiæ, libidinis, & inprimis Hæreseos alieni sint, necesse est. Nullum enim vitium tetrius, atque nocentius est in Magistratu, quam Hæresis, quæ unius viri exemplo in subditos derivatur, ac tandem, ut cancer serpens, brevi per universam regionem grassatur: cui vitio, imo flagitio proximum est avaritia, quæ hominum mentes ita obstrictas tenet, ut eas nullo tempore respirare permittat: tum etiam subditorum animos non raro in ipsos Principes, tametsi immeritos, perniciosissime excitet. Habere autem quæstui rempubl. non modo turpe est, sed sceleratum, & nefarium: quamobrem abstinentia, & continentia, multitudinis benevolentiam sibi comparare debent, illaque politica præcepta, nostræ etiam Christianæ legi convenientissima, mordicus teneant, scilicet subditorum sic tueantur utilitatem; ut quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum. Deinde, ut totum corpus suæ jurisdictionis curent: ne cum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Inprimis autem operam dabunt, ut quisque subditorum Catholicam, & Apostolicam religionem gnaviter observet, atque in timore Domini ambulet: proxime vero curabunt, ut juris & judiciorum æquitate suum quisque teneat, ut neque tenuiores propter imbecillitatem circumveniantur, neque locupletibus, ad sua vel tuenda, vel recuperanda, obsit invidia. Meminerint bono Magistratui non minori curæ esse debere, qualis respub. post mortem suam futura sit, quam qualis hodie sit. Sed hæc omnia, ut rectius accidant, necessarium fuerit viros deligere ad Magistratum, timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, qui etiam bona existimatione noti sunt, & in exercenda justitia plurimum reposuerunt solicitudinis, qui proinde imperium inter subditos, aliter quam pater inter filios non exerceant: ut diligant quidem eos, si crimine vacui sint: coerceant vero, ac puniant, si criminibus videantur obnoxii. Populo autem, quocumque se verterint, pietatis, honestatisque specimen præbeant: cum enim vulgus plerumque dependeat ab ejuscemodi suis Præfectis, eorumque exemplo, vel in malam, vel bonam partem facile trahatur, admodum necessarium fuerit, ut religioni, cultuique divino dediti sint, ut quod subditi ex Pastorum suorum orthodoxa percipiunt doctrina, id Magistratuum suorum actionibus, ceu auctario & calcare quodam excitati, æmulentur. Si itaque Principes subjectos suos ejuscemodi Magistratibus gubernari curabunt, dubium non est, quin pacato, atque tranquillo in statu vitam suam bene, ac suaviter traducere possint.

Exod. Cap. XVIII. Auth. Collat. X. Tit. XLIV. de Provinciar. Præsid.

Caput IV.

Ut Episcopi & Prælati alii jurisdictionem temporalem habentes, circa delegationes suorum Officialium, seu Magistratus gerentium, sint pariter cauti, ac diligentes.

Ne autem nobis, nostrisque Coepiscopis, cæterisque Prælatis, jurisdictionem temporalem habentibus, hoc ipsum, quod aliis cum veritate persuadere conamur, apud nos parum observari, in eodemque luto nos hærere objiciatur. Quare de oculis nostris hanc trabem ejicere volentes, ut facilius de oculis aliorum Principum sæcularium ejiciamus festucam: omnibus nostræ Provinciæ Episcopis, Abbatibus, Præpositis, aliisque quibuscumque jurisdictionem temporalem habentibus Prælatis, sub omnipotentis Dei indignatione mandamus,

Matth. Cap. VII.

damus, ut (quod & Nos præstare atque observare promittimus) nemimem suis jurisdictionibus præficiant, vel Magistratum creent, nisi Catholicum Christianum se ore, atque opere profiteatur, & fidem Catholicam pro viribus, citra omnem simulationem, se protecturum spondeat. Eos vero qui pridem, nulla religionis prævia investigatione, accepti atque delegati essent, diligenter auimadvertant, atque inquirant: & si quis eorum suspicione aliqua hæreseos notatus fuerit, alio sinceriore huic suffecto, amoveatur. *Anno 1569.*

De Scholis, & earum moderatoribus.

CONSTITUTIO LIX.

Caput I.

De instructione Ludimoderatorum.

Ecclesiast. Cap. VII. Quanta pro educanda & instituenda juventute sit adhibenda diligentia, id non modo sacræ, verum etiam profanæ abunde testantur literæ. Filii tibi sunt, inquit Ecclesiasticus, erudi eos a pueritia, & noli subtrahere disciplinam a puero, ne infelix fiat: nam sicuti terra fructuosa est juventus, quæ si negligitur, multas producit spinas. Cum itaque educatio, & disciplina mores faciant, & in homine cum auimo crescere debeat ætas, cum ætate justitia, & fides eo perfectior, quo senior: id autem fieri vix poterit, nisi adsint, qui instituant, informent, & viva voce erudiant: habet enim nescio quid *Hieron. super illud Matth. XXII. Magister, scimus.* latentis energiæ viva vox, & in aures discipuli, (teste S. Hieronymo,) de doctoris ore transfusa, fortius sonat. Quam ob causam scholæ institutæ sunt, ubi non solum in literis, sed inprimis pietate, ac moribus est instituenda juventus: nam prius animas, & postea lin- *In Proem. Pand. §. illud vero.* guas fieri eruditas oportet, adstipulaute Justiniano. Statuimus itaque ut in singulis, omnibusque nostræ Provinciæ civitatibus, oppidis, & castellis, juxta cujusque loci necessitatem, Scholæ publicæ, seu ludi literarii habeantur, in quibus honesta ingenia erudiantur, atque ad usum, commodumque reipub. Christianæ idonea reddantur. Quamvis proinde nullum munus reipub. afferre majus, meliusve possumus, quam si doceamus atque erudiamus juventutem: non tamen perinde omnes Scholæ, magistri, seu Præceptores præstare, atque conferre videntur: reperiuntur enim alicubi clancul ariæ Scholæ, in quibus aliqui, sed non optimi plebis, liberos suos malunt institui, ut juxta humaniorum literarum principia, etiam recentioris doctrinæ venena imbibant, quibus ita a teneris imbuti, tanquam in herba inficiuntur, & enecantur, ut ad nullius frugem veræ Ecclesiæ pervenire queant: quæ Scholæ penitus extirpandæ, & nullo in loco Christiani nominis tolerandæ sunt. Privatas quoque, & quas Poeticas vocant, improbamus, censentes publicas magis habendas, atque fovendas, in quibus una cum bonis moribus bonæ doceantur literæ. Licet enim inter patrios parietes adolescentes possint educari, & erudiri, consultius tamen fuerit, id in publico fieri, ut qui olim publicis præficiendi sunt functionibus, ii quoque in publico discant. Quomodo autem, & quales sint ad regendas Scholas acceptandi, paulo post dicetur.

Caput II.

De Scholis instituendis, augendis, & conservandis.

Porro cum sacerdotum quoque penuria, qua passim laboratur, permultas exigat scholas, ut plurimi erudiantur studiosi juvenes: ideo man-

Anno 1569. mandamus nostræ Metropoliticæ, cæterisque cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum, & Monasteriorum Præpositis, Abbatibus, Decanis, atque Capitulis, ut qui penes suas Ecclesias & Monasteria, scholas habent, easdem sustentare non desistant, sed omni diligentia conservent, & augeant: non habentes autem, sub pœna diminutionis fructuum & proventuum, pro arbitrio Ordinariorum taxandæ, in spatio sex mensium, scholas pro loci commoditate, atque necessitate instituant, Magistros idoneos honesto stipendio adsciscant, & puerorum ingenia ad reipub. Christianæ usum, pie informari curent.

Caput III.

De subsidio contribuendo ad alendos egenos studiosos.

Quo vero studiosa juventus, & bona ingenia, quorum virtutibus obstat res angusta domi, paupertas scilicet, alantur, emergant, atque ad bonam frugem proveniant: Nos quidem animati sumus in hunc tam pium, ac necessarium usum subsidia quædam præbere, haud ambigentes, quin etiam nobis senatus nostri Capituli, Prælati, atque hujus nostræ civitatis Salisburgensis Decurionatus, auxiliares sint adhibituri manus, ut exemplo nostro, cæteri quoque Coepiscopi, Prælati, civitates &c. idem faciant, & hac quoque in parte laboranti Reipub. succurant. Quod ut omnino agant, serio hortamur, atque præcipimus.

Caput IV.

De ludimoderotorum delectu, atque eorumdem fidei professione.

Cum autem in delectu ludimoderatorum, Magistrorum, Præceptorum, atque Pædagogorum haud vulgaris adhibenda sit diligentia, Nos superioris Synodi Salisburgensis renovantes Constitutionem, ordinamus & statuimus, ne a quoquam, cujuscumque sit status, dignitatis, gradus, vel conditionis, quispiam scholæ Rector, Præceptor, Magister, Didascalus, vel Collaborator, sive publicus, sive privatus, qui discentes, cujuscumque sexus, vel ætatis, etiam si unus tantum fuerit, in scholis, vel domi, aut alibi, publice vel privatim, quascumque lectiones triviales, cujuscumque artis, vel linguæ, etiam Germanicæ, tametsi gratuito legeret, interpretaretur, aut repeteret, constituatur, nisi prius suo Ordinario, vel ejus Officiali, Vicario generali, aut Commissario ad hoc deputato fuerit præsentatus, ut de cujusque religione, fide, moribus, vita, conversatione, atque eruditione periculo facto, pueri sub illorum ferula eo securius, & utilius militare possint. Qui Pædotribæ etiam, neque ab Ordinariis admittantur, nisi primo Catholicæ fidei fecerint professionem, superius in titulo de Tridentini, aliorumque Conciliorum Constitutionibus insertam, atque descriptam.

Caput V.

De non assumendis, neque admittendis in ludimoderatores, vel collaboratores, seu pædagogos &c. qui in universitatibus, sive scholis infectis, out suspectis operam dederunt literis, nisi per triennium proxime præteritum inter Cotholicos, & Catholice fuerint conversati, cujus rei sufficiens habere debent testimonium.

Interdicimus autem, ne quispiam eorum, qui in universali quadam, seu particulari, cujuscumque loci schola, ubi reprobæ religionis doctrina dominatur, studuit, ab aliquo nostræ Provinciæ, in Rectorem, vel collaboratorem, sive pædagogum assumatur, nisi per triennium saltem inter Catholicos, Catholice fuerit conversatus, cujus

jus in scriptis, vel alias fide dignum habeat testimonium; & exhibita coram Ordinario, vel Officiali, fidei Catholicæ professione, cum juramento, quod illius doctrinæ opiniones, libros, picturas, chartas, scripta, sive calamo exarata, sive typis expressa, abjicere, relegare, atque penitus delere, neque eorum quicquam penes se tenere, vel sectarium quid profiteri, sed per omnia Catholicam, & Apostolicam Jesu Christi doctrinam sequi, & observare velit. *Anno 1569.*

Caput VI.

De authoribus juventuti prælegendis.

Mandamus denique ac statuimus, ut cujuscumqne ordinis, vel gradus Pædotribæ hujus nostræ Provinciæ, hoc tantum prælegant, doceantque, quod illius ætatis innocentiæ convenit, & ingeniorum capacitas fert: perpetuo caventes, ut non solum libri a Concilio Trid. damnati, & peculiari catalogo comprehensi: sed neque his similes juxta infecti, contagiosi, aut de labe hæresis suspecti; vel ulla alia obscœna, famosa, turpiave scripta, cujuscumque sint facultatis, legantur, aut doceantur: quæ, & id genus alia, cum suis authoribus, omnino per universam nostram Provinciam exauthorari, rejicique volumus, atque præcipimus. Eadem lege & statuto privatarum quoque scholarum magistros, & singulorum puerorum, qualiscumque conditionis sint, pædagogos, ut cæteros ligari, & astringi volumus, ac decernimus. Cujus rei rationem habebunt, in civitatibus quidem cathedralibus summi Scholastici, in aliis vero, Archidiaconi, & rurales Decani, exceptis Scholis, quæ singulis Monasteriis, sive Prælatis subditæ sunt, quarum curam gerent accuratam ipsi Prælati.

Caput VII.

De diligentia Magistrorum circa instituendam juventutem tam in moribus, quam doctrina.

Præterea ludimoderatores soliciti, atque adeo assidui sint, cum prælegendo, tùm etiam studiosorum profectum solicitando, eosque & in moribus, & bona disciplina, potissimum vero in fide Catholica, frequenter instituendo, examinando, ac retinendo. Lynceis oculis circumspiciant, ne commissa fideliter bonæ spei ingenia, instigante diabolo, a subdolis ac perversis hominibus seducantur, corrumpanturque. Si vero in scholasticorum grege deprehenderentur (quod Deus avertat) vel religione infecti, vel moribus adeo corrupti, ut nec verberum, nec verborum ullo remedio curari possent, hi tanquam scabiosæ pecudes a caulis repellantur, & juxta delictum puniantur. Refecandæ sunt enim putridæ carnes, inquit S. Hieronymus, & scabiosa ovis a caulis repellenda est, ne tota domus, massa, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant: quoniam horum temporum hæreses, cum in scintilla quadam adhuc delitescerent, & in principio extinctæ non essent, earum flamma (heu) per totam Germaniam populata est. Quamobrem, ut ipsa juventus in ædificio fidei eo firmius jaciat fundamentum, ut etiam, cum senuerit, non recedat ab ea Catholica doctrina, jubemus, ut saltem festis diebus, piis atque Christianis Catechismis (Lutheri, Calvini, Melanchthonis, & hujus farinæ procul abactis) atque institutionibus fidei, utpote a Petro a Sotto, Canisio, Groppero, Merseburgensi, Dietenbergio, & Catechismo Romano in Compendium redacto, nec non ab aliis nonnullis orthodoxis viris utiliter conscriptis, exerceantur.

Can. resecandæ Caus. XXIV. Q. III.

Caput

Anno 1569.

Caput VIII.

De methodo docendi, ac disciplinæ modestia.

Quod ad reliquum docendi genus attinet, Ludimoderatores, ac cæteros Præceptores, atque informatores omnes exhortatos cupimus, ut eum modum, seu methodum in erudiendo, quæ sibi ipsis laudi, discipulis vero, seu scholasticis suis commodo futura sit, observent: id, quod ipsi ex politiorum authorum lectione potius, quam nostra instructione petent. Hoc interim animadvertant, ut ad ingeniorum diversitatem se accommodent. Quod enim in omni genere causarum, id quoque in hoc didascalico necesse est, benevolum, attentum, atque docilem faciant auditorem. Benevolos autem facient, si eos pueros, qui & morum, & literarum doctrinam prompto ac facili accipiunt ingenio, laudis & gloriæ triumpho vehant, quo liberalia ingenia, ceu calcari excitantur, ac subinde promptiores efficiuntur: duriores vero ac tardiores, diligentiorum juvenum exemplis si stimularint, & juxta ferulam, etiam cum mansuetudine tractaverint. Nihil enim fœdius est præceptore furioso (ut testatur sanctus, & æque doctus vir Hieronymus) qui cum debeat esse mansuetus & humilis ad omnes, ex diverso, torvo vultu, trementibus labiis, rugata fronte, effrænatis conviciis, facile inter pallorem & ruborem variata, clamore perstrepitat, & errantes non tam a bono retrahit, quam ad malum sua sævitia præcipitat. Sua porro industria, & facilitate attentos facient, & dociles, si nihil intermiserint, quod adolescentium ingenia allicere valeat. Itaque in docendo non pigri, non lassi, neque invidi sint, sed fideles. Qua in re illis optanda foret mens Annii Senecæ, qui præclare admodum dicere solebat, se cupere omnia, quæ sciret, in alium transfundere, & in hoc gaudere, quod aliquid discat, cum doceat: nec se ullam rem delectare, quantumvis eximia, & salutaris esset, quam sibi uni sciturus sit: si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneret, nec enunciaret, potius rejecturum. Nullius enim boni sine socio jucundam esse possessionem. Quod si docendo, & instruendo æque fideles ac diligentes fuerint, non dubium est, quin reipublicæ Christianæ laboris sui utilissimos fructus sint producturi: ipsi vero non minus, quam antiquitus, & vivendi, & discendi præceptores erunt, & omnium sententia beati putandi, quamvis consenuerint vires, atque defecerint: neque in futuro sæculo sua mercede fraudabuntur.

Super Epist. ad Titum.

Epist. XXVII. ad Lucil.

Caput IX.

De stipendiis Ludirectorum.

Verum enimvero, cum omnis mercenarius sua mercede dignus sit, Prælatis, ac cæteris Magistratibus, omnino curandum est, ut Ludimagistris digna decernantur & honesta stipendia, ut egenos gratis, nulloque penitus accepto pretio instituere possint. Quocirca Innocentii III. Decreta, ac reliqua in Concilio Lateranensi promulgata hac de re edita prorsus observari volumus. Siquidem vero monasteriorum, vel aliarum Ecclesiarum Prælati, sive Capitula in hisce curandis fuerint negligentes, in eos Ordinarii dignis pœnis, vel tempestive animadvertant.

Caput X.

Ne scholasticis mendicantibus liceat vulgares, neque infestas, aut novas ab Ecclesia Catholica non approbatas decantare cantilenas.

Non solum vulgi, quod rerum novarum semper cupidum est, verum etiam aliorum quorumdam hominum, quibus antiquæ Christianitatis pietas sordescere videtur, curiositate, mos hinc inde ingruit, quem

quem & in hac nostra Metropolitana civitate gliscere audimus, ut quidam non infimæ conditionis homines, atque cives, egenos, scholasticosque juvenes ostiatim pro depellenda fame cantantes, ditiorumque opem implorantes minime exaudiant, neque sua eleemosyna dignentur, nisi cantilenas in lingua vulgari compositas occinant. Aliquos enim hoc palam admittere, alios, ne quid de se suspicionis emergat, ejuscemodi cantillatores intra domos, & vestibula recipere, ut illic tanquam remotis arbitris, patris, matrisve familias titillantes, & curiosas aures nova quadam cantilena demulceant, latinis, & Ecclesiasticis, tametsi veræ pietatis plenæ sint, omnino repudiatis. Manifestum autem est, eas ipsas cantiones (quas vulgus nunc spirituales vocat) ex magna parte re vera novas esse, & antiquæ pietatis nihil habere: cæteræ tametsi rerum divinarum, & Evangelii encomia resonare videntur, infectis tamen rithmis mixtæ, venena sub melle, amarumque dulci mixtum, Syreneis quibusdam modulis simplicium auribus instillant: quædam vero apertæ impiæ sunt, & conviciis refertæ, quæ tamen non paucis in locis plebeculæ fascinatæ pro veris hymnis, atque Davidicis psalmis obtruduntur. Usque adeo mille artifex est humani generis hostis, ut complurimos sub specie pulchri decipiat. Cujus calliditati hac etiam in parte occurrere studentes, in Christo mandamus, & serio jubemus, ut nostræ Provinciæ Ludimoderatores quicumque suos scholasticos in posterum, & verbis, & verberibus ab ejuscemodi novellis cantilenis, ceu diaboli laqueis plane dehortentur: tergiversantes autem flagris acriter coerceant, quod si ab hac perdita consuetudine quis, nulla monitione vel castigatione motus, desistere nollet, res ad summum Scholasticum deferatur, ut is dyscolum illum non modo ex grege scholastico, verum etiam ipsa civitate ejici curet. In oppidis vero, ubi præceptoris monitioni locus non fuerit, Magistratus authoritas, & pœna accedat. In illarum itaque cantilenarum theutonicarum locum, Ecclesiastica responsoria, antiphonas, cæterasque pietatis sinceræ cantiones restitutas volumus. Porro subditis nostris quibuscumque, sive in civitatibus, sive in oppidis, cujuscumque ordinis, vel conditionis, etiamsi ex curiæ nostræ familia fuerint, modis omnibus, ac sub gravi nostra indignatione interdicimus, ne posthac ullos pueros, vel etiam adultiores scholasticos, qui alia quam latina, & Ecclesiastica cantica cecinerint, ante, vel intra fores admittant: vel nummis, vel esculentis, vel alia quacumque re, ad eorum, de quibus dictum est, pseudopsalmorum decantationem alliciant: Idque Pandocheis, Oenopolis, cæterisque publicis hospitibus cum primis interdictum volumus, adeo ut ne hospitibus, vel combibonibus, sive advenæ sint, sive incolæ, ejuscemodi libidinem permittant. In hujus nostræ Constitutionis transgressores (qui singulari studio notari curabuntur) pœna arbitraria, pro modo obstinatiæ acriter animadvertemus. *Anno 1569.*

Caput XI.

De cura, & Officio vulgarium scholarum Magistrorum.

Postremo, ut etiam in scholis theutonicæ linguæ ordo, atque decorum servetur, jubemus, ut earum Moderatores, puellas seorsim a pueris masculis instituant, neque confuse mixtos, ut pecora quædam teneant: seduloque curent, ne quid commercii pueris cum puellis sit: sic fiet, ut utriuslibet sexus pars disciplinæ suæ diligentius incumbat, & ad pudicitiam in primis quoque annis assuefiat. In cæteris omnibus, ut pietate inprimis, & Catholicæ fidei præceptis, literis legendis & scribendis, bonisque moribus juventutem instituant,

non

Anno 1569. non minus atque latinitatis Præceptoribus mandatum esse omnino volumus, pœna negligentibus pro arbitrio, non suo, sed Magistratus constituta.

Caput XII.

Visitatores scholarum inspectionem curare debere.

Ut autem ea omnia, quæ supra recensuimus, rite, ordineque succedant, & absque fraude peragantur, sancimus, ut cum in qualibet Diœcesi visitationes celebrantur ordinariæ, ipsi ludimoderatores cujuslibet loci visitandi, se Visitatorum examini præsentent, ut de sua conditione, ac professione rationem reddant, & de interrogatis respondeant.

Caput XIII.

De scholasticis juvenibus ad Chorales contiones assuefaciendis.

Volumus etiam, ut hi, qui in scholis nostræ Metropoliticæ, Cathedralium, Collegiatarum, Monasteriorum, & civitatum Ecclesiarum docentur, diebus festis, & aliis quoque juxta cujusque Ecclesiæ consuetudinem, ad vespertinas preces, atque summum officium, Chorum *Thren. Cap. III.* ingrediantur, Deum illic una cum Clero in hymnis, psalmis, & canticis laudaturi; Bonum est enim viro ab adolescentia sua portare jugum Domini: nec parum proderit, si ritus, & cæremonias Ecclesiarum, ab ipsa pueritia videant & assuescant: tardius enim excidit, & firmius hæret, id quod quisque in juventute, vel vidit, vel didicit.

De Seminario Clericorum.

CONSTITUTIO LX.

Caput I.

De utilitate Seminariorum, & a quibus ea sint instituenda.

Licet pro nostræ Provinciæ Ecclesiis de sacerdotibus providendis, præter ordinarias civitatum, oppidorumque scholas, alias præterea ab omnibus, primum nostra Metropolitica, deinde cathedralibus, atque collegiatis Ecclesiis, nec non & Monasteriis institui, studiosos gratis erudiri, atque magna ex parte alimentis sublevari, ut tandem suæ doctrinæ fructum metentes sacerdotio apti sint, & Ecclesiæ necessitati subveniri possit, jam olim curatum sit: veruntamen (nescimus, quo malo, vel negligentia potius) nos spe concepta defraudatos esse, nostrasque Ecclesias in priori fere necessitate laborare conspicientes: tametsi enim complurimi fuerint aliti, atque edocti, pauci tamen ad frugem, & Ecclesiæ utilitatem pervenere, sed propter nimiam vivendi libertatem atque licentiam, superintendentium *Jud. C. I.* negligentia concessam, secundum sua desideria ambulantes, parum in literis, minus in bonis moribus profecerunt, neque proficiendi studium fuit: adeo quod ejuscemodi dyscolis bacchantibus, Ecclesiæ ministeria, etiamsi maxime vellent, tuto committenda non sint, cum nec doctrina, nec moribus, nec exemplis respondeant. Hinc (proh miseria) fit, ut Ecclesias plane desertas relinquere, aut vilissimos, & quovis rustico imperitiores homines, contra nostram voluntatem Ecclesiis præficere cogamur. Cui deflendæ necessitati, Nos, nostrique Cc episcopi succurrere, & consulere cupientes, nostraque in hoc negocio consilia jam pridem conferentes, non aliud oportunius esse remedium censuimus, quam quod in nostra Metropolitana, & cæteris cathedralibus Ecclesiis collegia instituantur, in quibus bonæ spei

spei juvenes ad Ecclesiæ venerabiles conditiones aspirantes, in literis humanioribus, juxta & divinis, ac optimis moribus, Ecclesiasticaque disciplina, diligentissime erudiantur, ibique (ut contra cujusvis subdoli spiritus afflatum, & imposturam comminuti sint) sub accurata & continua alicujus excellentis Rectoris, ac Præceptorum retineantur disciplina tantisper, donec in literis, moribus, & pietate tales progressus fecerint, ut suæ probitatis, ac diligentiæ gloriam consecuturi, a trivio scholastico ad domum Dei, perinde ut portum tutissimum, hoc est, ad sacros ordines, & Ecclesiæ sanctissima ministeria, & verbi Dei præconia, tanto honore digni acceptentur, & in eo vitæ genere ita strenue militent, ita præclare se gerant, ut locis Ecclesiasticis vacantibus, illic tanquam in stationes, concionando, sacrificando, orando, divinaque ministeria obeundo, optimis de se exhibitis exemplis, pro salute reipubl. Christianæ, pro conservatione Ecclesiæ Dei, pro se ipsis denique contra Diabolum, Hæreses, inferorum portas, cum laude, ac victoria pugnare, dimicare possint. Alioquin fieri vix posset, ut Ecclesiis nostris recte con- *Anno 1569.*
Seʃʃ. XXIII. C. XVIII. de Reform. fuleretur. Adolescentium etenim ætas (quod bene Tridentina quoque Synodus admonuit) quæ ad mundi prona est voluptates sequendas, nisi a teneris annis antequam vitiorum habitus totum hominem possideat, recte instituatur, & ad pietatem & religionem informetur, in eisdemque per aliquod temporis spatium exercitata detineatur, ita ut habitum optimi viri Ecclesiastici adepta fuerit, nunquam perfecte, & sine maximo, ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in disciplina Ecclesiastica poterit perseverare. Eam vero rem sic se habere, nostra, & aliæ forsitan plures orthodoxæ Ecclesiæ, non sine maximo incommodo expertæ sunt. Atque tametsi ad hanc non vulgarem necessitatem, tum temporis maturo judicio pensitatam, & divino instinctu consilium captum, Trident. Synodi sacratissima authoritas accesserit: nihilominus gravissimis occupationibus inevitabili modo distracti, & præpediti, tam salutare, & a Deo datum consilium, hactenus neque Nos, neque nostri Coepiscopi valuimus executioni mandare: quamvis alias quoque ejusdem rei gratia non parum laboraverimus, sed frustra, cum multa, & inexspectata intercciderent, quæ huic negotio damnosam inducerent moram. Nunc tandem remotis magna ex parte impedimentis, hoc opus eo usque intermissum, posthabitis omnibus aliis, alacri animo aggredi cœpimus: ne in opere Domini remissiores, vel Spiritui sancto resistere videremur: sed ut defectuum incommoda ab Ecclesiis nostris ocius declinaremus, per hanc præsentem nostram Constitutionem decernimus, ut in hac nostra civitate Metropolitana, ac deinceps in quatuor nostræ Provinciæ primariis civitatibus, Frisingensi, Pataviensi, Ratisbonensi, & Brixinensi, certæ domus seligantur, eæque in formam Collegii, cum auditoriis, habitationibus, atque aliis, juxta formam Concilii Trident. pro certo numero studiosorum juvenum, eorumque præceptorum necessariis, componantur, ita ut in semestri spatio, ab istarum Constitutionum publicatione, ad usum habitationis, atque literariæ exercitationis paratæ, accommodatæque sint. Ordinarii autem eorum locorum, de domibus ad hunc usum, situ, loco, & commoditate circumspici curabunt. Quod negotium, si (ut speramus) executioni fuerit mandatum, non dubitamus, quin brevi, non solum idoneos sacerdotes, & Ecclesiastas, sed etiam pios, doctos, & impigros scholarum magistros (quibus æque indigemus) simus habituri. Si enim dictorum quolibet loco, tres duntaxat Rectores, animarum scilicet custodes, & educandæ juventutis Moderatores, nec non & Magistratus haberentur, qui pietatis cultores, fidei Catho-

Anno 1569. Catholicæ propugnatores, atque promotores, tum etiam literarum, morumque informatores egregii forent, fieri non posset, quin hujus nostræ Provinciæ populum haud multo post in meliori, tranquilliori, atque beatiori statu conspecturi essemus. Quod ut ex voto accidat, etiam Principes suam impendent operam: cujus rei gratia etiam superius a nobis pie sunt admoniti, ut nempe singulis Regionibus, vel ut alias vocantur, Præfecturis suis tales præficiant Magistratus, & Officiarios, quales Christiana pietas, & publica necessitas requirit: Nos itidem, nostrique Coepiscopi, cæterique Prælati, omnem navabimus operam, ut suæ diligentiæ nostram conjungentes, ex nostrarum scholarum seminariis, eisdem suis Regionibus, commodis tum Clericis, tum etiam Pædotribis prospiciamus. Speramus etenim indubie, nos inde præclarum fructum brevi temporis curriculo collecturos esse. Faxit divina bonitas, ut quod bene instituimus, optime succedat, ad gloriam nominis sui, & Christianæ Ecclesiæ salutem.

Caput II.

De conscribenda forma Seminariorum.

Quod cæterum ad ejusmodi Collegiorum, vel Seminariorum sustentationem attinet, sacri Tridentini Concilii ea de re Constitutio, & Nobis, & cæteris Coepiscopis nostris &c. modum ac viam præscribit, quam sequi, & quid porro necessarium sit, collatis suffragiis decidere, consentaneum fuerit. At ut singula pro hujuscemodi conservandis collegiis rite disponantur, curabimus quamdam formam, seu ordinationem præcise juxta Oecumenici Tridentini Concilii traditionem, peculiariter ac separatim conscribi, ad cujus præscriptum quævis Seminaria per nostram constituenda, & regenda venient Provinciam.

Caput III.

De alendis scholasticis a quatuor inferioribus suffraganeis.

Cum vero cæteri nostri suffraganeatus, utpote Gurcensis, Chiemensis, Seccoviensis, & Lavantinus, ob suam tenuitatem ejuscemodi Collegiis extruendis non sufficiant, ne tamen eorum fructu penitus careant, decernimus, quod eorum quilibet certum studiosorum juvenum numerum, (quantum opus suæ ferent, atque a nobis præscribetur) in nostro Salisburgens. Seminario, suis impensis alat, quorum operam tandem in suæ Ecclesiæ commodum vertere quisque possit.

De Xenodochiis, quæ hospitalia dicuntur.

CONSTITUTIO LXI.

Caput I.

De incommodis Xenodochiorum reparandis.

Christus omnium Pastor pientissimus, Apostoli, Prophetæ, & omnes sacræ scripturæ, inter omnia pietatis opera hoc unum maxime commendant, ut pauperum curam habeamus: itaque Salvator ipse juramento affirmavit, ut quoties alicui egenorum, vel minimo (quos fratres appellare non dedignatur) vel beneficii, vel malefacti aliquid impendissemus, perinde se id habiturum, atque si in seipsum collocatum foret. Quid enim gravius (inquit S. Ambrosius) quam fratres nostros pauperiores superbo despicere oculo? Conformes nobis intolerabili

Matth. Cap. XXV.

Super illud Psal. Increpasti superb.

ſerabili repellere faſtidio? noſtra indignos gratia judicantes, quod fint inopes: cum paupertas, quam theſaurus, Deo fit acceptior. Hinc merito Valentinianus, & Martianus Chriſtianiſſimi Impp. humanitatis opus eſſe dicebant, egenis proſpicere, & operam dare, ut pauperibus alimenta non deſint. Quis autem pauperior eſt (Juſtinianus ait) hominibus, qui & inopia tenti ſunt, & in Xenone repoſiti, ſuis corporibus laborantes, neceſſarium victum ſibi afferre non poſſunt? Quamobrem inprimis neceſſarium, & ex uſu fore duximus, ut incommodis, quæ circa Xenodochia, eorumque redditaum diſpenſationem, non ſine pauperum detrimento jam pridem irrepſerunt, occurramus, ne longius cum pernicie progrediantur. Hac etiam in parte conſcientiæ, animarumque noſtrarum ſaluti conſulentes, hoc negotium dexterius nos aggredi vix poſſe exiſtimavimus, niſi ſacri Tridentini, & cæterorum Conciliorum, una cum SS. Patrum, & Anteceſſorum noſtrorum pias ſequeremur ſanctiones, & juxta ſuperioris Synodi Salisburgenſis normam peculiarem, paucis quidem articulis comprehenſam, ederemus Conſtitutionem. *Anno 1569.*

L. Privilegia §. omnes Cod. de ſacroſ. Eccl.

CAPUT II.

De Xenodochiorum œconomis.

Concil. Trident. Seſſ. VII. de Reform.

Inprimis itaque præcipimus, ut hoſpitalia & Xenodochia quæcumque a ſuis adminiſtratoribus vel Oecouomis quocumque nomine cenſeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter & diligenter gubernentur, Conſtitutionis Concilii Viennenſis, quæ incipit: Quia contingit &c. forma ſervata, quam quidem Conſtitutionem eadem ſancta Synodus innovandam cenſuit, & innovat, cum derogationibus in ea contentis. Æquum enim eſt, & cumprimis pium, ut ea, quæ pro ſublevanda miſerabilium pauperie a piis hominibus pie ſunt data & conſtituta, ut etiam pie non modo adminiſtrentur, ſed conſerventur quoque, quin etiam augeantur. In omnibus autem hujusmodi caſibus cœleſtem iracundiam ſacroſanctarum rerum Adminiſtratores exſpectent, ſi qualecumque lucrum ex hujusmodi gubernationibus ſibimet acquiſierint: vel ſi hoc committi ab alio conſenſerint, & non graviſſima pœna, & interminatione, quod perperam factum eſt, corrigere ſtudeant, quod & Juſtinianus Imp. lege publica olim ſerio admonuit, quod propter pauperum emolumenta, hodie, omnique tempore inculcandum eſt.

CAPUT III.

De ratiociniis Oeconomorum.

Seſſ. XXII. Cap. IX. de Reform.

Deinde juxta idem ſacrum Tridentinum Concilium jubemus quoque, ut Adminiſtratores cujuslibet Hoſpitalis, Xenodochii, vel alias pii loci, ſingulis annis Ordinario ſuæ adminiſtrationis rationem reddant, conſuetudine, vel Privilegiis quibuscumque huic noſtræ ſententiæ adverſantibus, ſublatis; niſi ſecus forte in inſtitutione & ordinatione talis loci, expreſſe (quod non putamus) cautum ſit. Quod ſi ex conſuetndine, vel privilegio, vel conſtitutione quadam loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda foret, tunc una quoque adhibeatur Ordinarius: ſecus autem conceſſæ liberationes, Adminiſtratoribus minime ſuffragentur.

CAPUT IV.

De viſitatione Xenodochiorum, eorumque reductione, in quantum poſſibilitas permittit, ad fundatorum inſtitutionem.

Sed ea omnia, ut certo fiant ordine, ac fine, ſuperioris Synodi Salisburgenſis renovantes Conſtitutionem, hac de re editam, volumus, ut

Anno 1569. ut quanto citius fieri poteſt, ſinguli noſtræ Provinciæ Epiſcopi, quæcumque ſuarum Diœceſium hoſpitalia viſitent, aut per ſuos Commiſſarios Eccleſiaſticos, ad hoc oneris exequendum aptos & idoneos, viſitari curent; viſis ergo tam primævæ, quam ſubſequentium fundationum literis, inter reformandum, huc præcipue ſint intenti, ut cuncta ad eam dirigant utilitatem, ad quam ipſa conſtituta ſunt Xenodochia. Quod ſi forſitan ratio temporum, aut aliæ circumſtantiæ, quæ omnes diligenter a Viſitatoribus ponderari debent, antiquam diſpoſitionem tolerare non poſſent, eam ſic moderabuntur, ut licet primæ inſtitutioni non ex omni parte reſpondeat, tamen quantum fieri poterit, ab eadem non longe recedat. Et ante omnia ſtudioſiſſime provideant; ut Xenodochia collapſa, in Monaſteriis, vel aliis locis, ubi olim fuerunt, inſtaurentur, & in uſum priſtinum reſtituantur: cujusmodi viſitationem ſemper fieri volumus, quando Nos, vel Coepiſcopi noſtri viſitationes annuas (de quibus infra ſub titulo de viſitationibus Ordinariorum) habituri ſumus.

De Viſitationibus.

CONSTITUTIO LXII.

Caput I.

De neceſſitate ac utilitate viſitationum.

Si quis Oeconomiam (quæ domeſtica quædam reſpublica & Monarchia privata eſt) conſiderat, is deprehendet Patremfamilias, ampliſſimam familiam habentem, ex omni parte circumſpectum eſſe debere, atque non ſolum, quid domi agatur curare, verum etiam ut in villis, prædiis, omnique ſuo rure ſingula diligenter adminiſtrentur, diſpicere, fundos circuire, cognoſcere, quomodo culti ſint, quæ opera facta, infectaque ſint: villicos interrogare, quid operis, quando, & quam bene ſit confectum, quæ durare poſſint, quid reſtet, aut quæ reliqua ſint conficienda. Quod ſi opus non appareat, & villicus dicat ſe feciſſe ſedulo, ſervos non valuiſſe, tempeſtates malas fuiſſe, ſervos aufugiſſe, ubi eas, aliasque cauſas multas dixerit, ad rationem operum, operarumque revocabit. Sic Pater quoque familias in Evangelio, redde rationem villicationis tuæ, inquit. Et in hunc prope modum, Booz inviſit meſſores, & Patriarcha Jacob, qui cum filios ſuos alibi, in Sichimis, haberet, oves ſuas paſcentes, eo (cum ipſe id tum curare non poſſet) miſit filium Joſeph, ut an circa fratres, & pecora, cuncta ſuccederent proſpere, & quid ageretur, diligenter perluſtraret, idque patri renunciaret: quam diligentiam, atque curam ſi non adhiberet Paterfamilias, œconomi, villici, atque ſervi, non ſolum agenda omitterent, & quilibet pro ſua libidine viveret, ſed etiam tota ejus œconomia ſenſim periret, domus negligeretur, fundus incultus deſereretur, pecora interirent, bonaque pernicioſe diſſiparentur. Idem quoque accidit his, quos Deus in imperio quodam, ſive Eccleſiaſtico, ſive ſæculari collocavit, niſi enim ſubditorum vitam, mores, religionem, ſtudia & doctrinam intueantur, inquirant, examinent, reprehendant, & corrigant, fit, ut quilibet in ſuo ſtatu & functione evadat remiſſior, & nimia licentia deterior: hinc oriuntur, Magiſtratus contemptio, diverſa ſtudia novitatis, rebellio, diſſenſiones, ſchiſmata, hæreſes, factiones, & quævis alia flagitia. Impunitate enim, nimiaque licentia omnes hominum conditiones corrumpi, hæc noſtra ſæcula variis exemplis calamitoſis edocuerunt, præſertim vero in ſtatu ſpirituali, ubi nonnunquam, quo ſanctiores eſſe debebant, eo corruptio-

Luc. Cap. XVI. *Ruth. Cap. II.*

ruptiores comperti sunt: qua perversitate, Christianæ, Catholicæque *Anno 1569.*
Ecclesiæ gravissima, & deploranda mala illata sunt, cum nemo (teste Augustino) Ecclesiæ Dei amplius noceat, quam qui perverse agens, nomen sanctitatis, & sacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur: Episcopum itaque, qui talium crimina non corrigit, magis dicendum esse canem impudicum, quam Episcopum: consentire enim videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit. Non autem facile remitti pœnam, sed depravata emendare, ac corrigere publice interest: & in hoc summi numinis speratur venia, per quod multorum salus, & incolumitas procuratur. Quapropter incaute admodum & imprudenter agunt Principes, qui cum ampla habeant territoria, subditorum tamen vitam, & studia, neque ipsi animadvertant, neque per alios idoneos viros inquiri curent. His imprudentiores sunt Prælati, a Spiritu sancto positi regere Ecclesiam Dei, qui oves sibi commissas rarissime visitant, vel per probatos viros visitari mandant: qua negligentia, illas non modo perdunt, sed etiam sibi ipsis damnationem accelerant. Invisere igitur Principes diligenter suas debent regiones, subditorumque mores, & conatus investigare: sed magis hoc faciendum est Ecclesiæ Prælatis: illi enim curam duntaxat corporum, hi vero animarum (quæ longe pluris est) exercent: Attendite vobis (inquit Apostolus Paulus) & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo: sed quomodo universo gregi attendere possunt Episcopi, nisi per crebras visitationes illius intelligant necessitatem? Quis autem visitationes non maximopere necessarias esse videt, qui statum, ac vitam Ecclesiasticorum intuetur? Apostolorum quidem antesignani, Petrus ac Paulus, cæterique omnes non cessabant, quas fundaverant, illas visitando, contemplari Ecclesias, ut eas in fide corroborarent, & quæ componenda fuerant, componerent. Hosce imitati sunt sui discipuli Timotheus, Titus, Clemens Romanus, & alii denique sanctissimi Pontifices Romani, & omnes Episcopi orthodoxi. Cum autem istorum Patrumfamilias cura, hoc est, Episcoporum, cæterorumque Prælatorum solicitudo visitandi, circumspiciendi, & investigandi, perniciosa quadam somnolentia, in totius Ecclesiasticæ œconomiæ detrimentum, sæpius interquiesceret; necessum fuit, eam modis omnibus resuscitari. Quare non solum a summis Pontificibus Romanis, verum etiam a sacris Conciliis, juxta antiquam consuetudinem, sancitum atque decretum est, unumquemque Episcopum, suam Diœcesim visitare debere (uti Tarraconense, & Toletanum IV. ac Braccarense II, testantur Concilia: postremo etiam Concilio Tridentino, & aliis compluribus, etiam Salisburgensibus a nostris Prædecessoribus celebratis, itidem attestantibus) tum etiam Archiepiscopum, totam Provinciam (si expedire visum fuerit) post suam Diœcesim visitare posse, assignata tamen prius causa, & in Concilio Provinciali approbata. Quare ut & nostræ consulamus conscientiæ, & Pastoralis officii debito satisfaciamus, sanctorum Patrum exempla sequentes, sacrorumque Conciliorum, etiam Salisburgensis Synodi Decreta amplectentes, Antecessorum quoque nostrorum Archiepiscoporum observationes, consuetudinem, & statuta Provincialia repetentes, statuimus, ut Ordinarii curent commissas sibi oves, omni solicitudine ab insidiis inimici generis humani, qui circuit tanquam leo rugiens, quærens quem devoret, diligenter custodire; ac subinde (cui legi & Nos, atque successores nostros etiam subjicimus) per se, aut si legitime impediti

Can. nemo Dist. LXXXIII. — *L. si operis. Cod. de Pæn.* — *Actor. XX.* — *Sess. XXIV. Cap. III. de Reform.*

Anno 1569. diti fuerint, per suos Officiales, seu Vicarios generales, aut viros idoneos, graves, prudentes, & in sacris constitutos, ad hoc negotii deputatos, Diœceses suas quotannis visitent: Si vero unius anni spatium tanto negotio perficiendo non sufficeret forte, propter Diœcesis illius amplitudinem, saltem ejus majorem partem lustrent, ita ut reliquum sequentis anni exiguo tempore confici queat. Visitatores autem informia reforment, iniqua æquent, mala corrigant, vitiosa emendent, & quæ reparatione digna fuerint, ea reparent. Quod negotium, quanto magis est utile, ac necessarium, eo citius in usum ferri; ac reduci oportet. Quamobrem volumus, atque hortamur, quod quilibet nostrorum Coepiscoporum hoc præsenti anno, post octavas corporis Christi, prima data occasione huic initium det. Quod si horum quicumque absque rationabili causa (quam nobis, aut successoribus nostris scripto exponere debet) intermiserit, is pœnas sustinebit Canonicas.

Caput II.

De ordine visitandi quasque Ecclesias.

Visitatio autem inprimis a Metropolitana, & cathedralibus inchoanda est Ecclesiis, deinde cum aliis, in ipsis Metropolitana, & cathedralibus civitatibus constitutis Ecclesiis Parochialibus, vel collegiatis, aut quomodocumque beneficiatis, cum omnibus utriusque sexus religiosorum continuanda est Monasteriis. Posthæc ad alias per Diœceses tam collegiatas, quam Parochiales, & quomodocumque beneficiatas transeundum est Ecclesias, nec non virorum, & mulierum monasteria: ubique tam in civitatibus, quam extra diligenter perlustrando hospitalia: nusquam prætereundo Bibliothecas (si quæ alicubi reperiuntur) & puerorum scholas, studiosorum collegia, & seminaria, posteaquam fuerint constructa, & in usum redacta. Interea præ omnibus aliis diligentissime animadvertant, & scrutentur vitam, mores, & diligentiam Archidiaconorum, Decanorum ruralium, atque omnium aliorum Officialium, ut de hisce, aliisque occurrentibus, vel Metropolitano, vel cujusque Diœcesis Episcopo, certissima possit reddi ratio.

Caput III.

De visitatione Prælatorum, & Officialium Ecclesiasticorum.

In visitatione vero Metropoliticæ, Cathedralium, & omnium cæterarum Collegiatarum Ecclesiarum, ante omnia, vita, mores, & diligentia Prælatorum, aliorumque Officialium sunt, juxta distinctionem suorum officiorum, investiganda, & si opus fuerit, emendanda: nam si isti, qui præsunt, fuerint improbi, parum certe præclari exspectandum erit de plebe commissa: & si ductores cæcutiunt, & hallucinantur, fieri non potest, quin una cum suo grege, vel in devia tendant, vel in præcipitia ruant. Hæc vero, quæ sequuntur, potissimum sunt expiscanda. An cujusvis ordinis Clerici recte vivendo, Ecclesiasque frequentando, Clericis reliquis, ac sæcularibus bonum præbeant exemplum. An tam extra, quam intra Ecclesias canonica servari curent statuta, ad sua officia spectantia. An omnia diligenter corrigant, ac reprehendant, quæ in Canones, nostrasque Synodales sanctiones, & statum Clericalem committuntur. An sint acceptores personarum, hoc est, an ditioribus conniveant, ob spem lucri, vel favoris: in pauperes vero prætextu justitiæ, sint severiores. An bonorum ad sua officia spectantium diligentem curam habeant. Et

inprimis

inprimis an divina rite, ac decenter celebrentur. An facellis, & altaribus juxta fundationum requisita, per omnia sit prospectum. *Anno 1569.*

Caput IV.

De visitatione minorum Clericorum.

Dehinc visitandi sunt Canonici, Vicarii, ac cæteri Clerici, præsertim beneficiati, apud quos videndum est, an juxta supradicta suo satisfaciant muneri, si qui sint inobedientes, rebelles, contumaces, negligentes, aliqua labe infecti, vel malis moribus imbuti, infames, suspecti, ebriosi, venatores, concubinarii, blasphemi, scandalose incedentes, percussores, iracundi, impatientes, susurrones, tumultuosi, & præcipue, an libros legerint, vel tenuerint infectos, atque prohibitos. An jejunia Ecclesiæ observent &c.

Caput V.

De visitatione sacrarum ædium &c.

Proinde visitandæ sunt earumdem Ecclesiarum officinæ, quomodo custodiantur, præsertim, an Ecclesiæ ipsæ ab æditиis, debitis horis bene claudantur, clausisque portis, omnes Ecclesiarum anguli sedulo perlustrentur, ne quid sacrilegii, vel pollutionis accidat. Item arca sanctissimi Sacramenti corporis Christi, & sacræ unctionis, & fons baptismatis, quomodo sint bene munita, & qua habentur reverentia. Postremo sacraria cum omnibus vasis, aliisque Ecclesiarum ornamentis, quomodo conserventur.

Caput VI.

De visitatione Parochialium Ecclesiarum.

Parochiales etiam Ecclesiæ tam in civitatibus, quam extra, non sunt prætereundæ. Meminerint autem Visitatores, ut inprimis ab Archidiaconis, vel ruralibus Decanis, ejus plebis, quam invisuri sunt, informationem accipiant: cum vero deinceps ad aliquam pervenerint Parochiam, primo Parochum, una cum omnibus Clericis ejus loci convocabunt, quibus congregatis, Visitatorum aliquis, habita præfatione opportuna, Parochum interrogabit, an ipse principalis Rector sit, vel Vicarius mercenarius, vel ordinaria authoritate admissus, necne: si quidem Vicarius alicui præest Parochiæ, videndum, qua de causa, vel privilegio, verus absit Parochus. Deinde, an aliquis ipsorum adsit monastica quadam religione imbutus: & si quispiam adfuerit, qua authoritate & licentia, & cur sine habitu monastico incedat, quærendum est.

Caput VII.

De inquirendo numero Cooperatorum retinendorum, & concione in visitationibus habenda.

Præterea inquiratur, quot habere debeat Parochus Cooperatores, & quot habeat. Et an huic Parochiæ aliæ sint filiales Ecclesiæ. Et si quæ, vel altaria aliqua annuis redditibus peculiariter dotata fuerint, an ipsis, juxta illarum fundationem, sit de idoneis sacerdotibus provisum. Quibus peractis, admonebitur Parochus, ut pulsu campanæ, die sequenti, hora sacri celebrandi, populus convocetur ad concionem, quam aliquis habebit ex Visitatoribus: in ea populum adhortabitur, ut vitam in timore Dei exigant, in sinceritate fidei Catholicæ perseverent, suisque Prælatis tam spiritualibus, quam sæcularibus obediant, præcepta Dei, & Ecclesiæ observent, & id genus alia, juxta necessitatem loci. Postremo admonebitur, ut si quid controversiæ cuiquam sit contra Parochum, seu Cooperatorem aliquem: aut

si

Anno 1569. si defectum quis pateretur, in causa præsertim spirituali, is contra Parochum, vel Cooperatorum quempiam Visitatores accedat, qui eum benigniter audient, eique juxta rei necessitatem succurrent.

Caput VIII.

De quibus investigandum sit apud Parochos, & eorumdem Cooperatores.

Ante quidem, & post concionem, investigandum fuerit de fide, eruditione, ac doctrina Parochi, & Cooperatorum, & quo modo verbum disseminetur divinum, frequenterne, & Catholice: an sacramenta omnia ad ipsos spectantia administrentur: an calleant omnia, quæ ad sua spectant officia: an divinum officium in Ecclesia canendo, legendoque rite geratur: an sacrosancta Eucharistia, cum Chrismate, & sacra unctione, sacro fonte, sanctisque reliquiis secure, decenterque custodiantur; an sanctissimo corporis Christi Sacramento lumen continue adhibeatur: an ea, quæ supersunt, vestes, calices, patenæ, corporalia, mappæ, libri, & reliqua ejus generis instrumenta, & ornamenta, quæ ad altarium, & Ecclesiæ ministerium, & ad divina officia sunt necessaria, sufficiant, vel desint, & an recte, mundeque asserventur, sacrisque altaribus debitus honor impendatur; an Ecclesiæ ab ædilibus sarta tecta conserventur: an ab æditus, constitutis temporibus, præcipue noctu (sive interdiu, si opus est) claudantur: an domus Parochialis a ruinis vindicetur: an ullæ rerum Ecclesiasticarum alienationes fiant. Quæ omnia, & si quid præterea animadversione dignum fuerit, in visitatione cujuslibet filialis, vel beneficiatæ Ecclesiæ, observanda sunt: ut autem cunctorum exacta sumatur notitia, omnia perlustrabuntur. Si vero de Parochi, Vicarii, vel collaboratoris alicujus fide, sinceritate, atque doctrina, non plane constaret, si quidem res postularit, Visitatores eumdem, qualiscumque sit, semel saltem ad plebem concionantem auscultabunt, & arrectis auribus, præsentique animo, an forte sono quodam sit proditurus mentem male sanam, animadvertent. Non enim inepte Philosophus quidam homini cuipiam dicebat: loquere, ut te videam: considerans id, quod Christus ad Pharisæos dicebat: Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali: & rursus: Bonus homo de bono thesauro profert bona: malus autem de thesauro suo quid nisi mala? sic etiam illi audiendi sunt, quid proferant: an ne technis, vel strophis quibusdam decipiantur, caveant Visitatores: cum falsi fratres, instar sui Magistri Diaboli, soleant esse versipelles, ac subdoli. Et si Visitatoribus visum fuerit, ut majorem Parochi sufficientiæ, & sinceritatis cognitionem, informationemque suscipiant, poterunt ipsum Parochum audire ad populum concionantem. Ex una enim concione, satis superque percipi poterit, quid ceræ & mellis in illo contineatur.

Matth. Cap. XII.

Caput IX.

De morum inquisitione.

Porro investigandi sunt mores, atque vita, tam Parochi, quam suorum Cooperatorum; nam in habitu decenti, cum tonsura incedant Clericali: num sint infames, adulteri, concubinarii, vel prætenso matrimonio irretiti, fœneratores, aleatores, ebriosi, crapulatores, maledici, contentiosi, tabernarii, seu tabernas solicitantes, cujus exercitii, quid faciant, num studeant, & quibus libris, qui quotque illis sint, quam diligentissime inspiciatur, qui si fuerint vel infecti, vel ob authorem suspecti, tollantur, & loco ipsorum Catholici illis tradantur, Clerici vero horum lectores acriter puniantur.

Singu-

Singulari quoque studio explorandum est, an Sacramentaliter confiteantur, & sæpe, ac quotiens in anno, & an canonicas dicant horas, & Missam jejuni celebrent: an Ecclesiæ observent instituta jejunia, neque carnes vorent diebus prohibitis: an eorum aliquis censura irretitus sacra celebraverit. Quæ omnia ex senioribus, & sanioribus Laicis illius Parochiæ, vel etiam aliis vicinis sacerdotibus expiscari poterunt. *Anno 1569.*

Caput X.

De inquisitione populari, & educatione juventutis, atque visitatione Xenodochiorum.

Post hæc quærendum est dilligentissime, an Parochiani in articulis fidei, decem præceptis, oratione Dominica, ac cæteris populi Christiani rudimentis, recte sint instituti: an omnes Dominicis, aliisque festis diebus ad Parochiam conveniant, Missam, verbique Dei prædicationem audituri, & hisce ad finem usque (quod plane fieri oportet) intersint, an in Ecclesiis, præsertim sub sacro garriant, nugas, fabulasve tractent, vel in ipsis Ecclesiis, cœmiteriis, aut porticibus obambulent: An semel in anno saltem rite confiteantur, & sacrosanctam percipiant Evcharistiam. An omnes, qui convenientem attigerunt ætatem, sint sacro Confirmationis Sacramento insigniti. Deinde circumspiciendum vigilantissime, an in illa Parochia ullus hæreticus delitescat, aut schismaticus, seu ea de re suspectus: an hæresis aliqua clanculum struatur, vel in aliqua domo, prædio, agro, aut quovis alio loco conventicula fiant: aut receptores, fautores, defensores, seu ministri cujuscumque sectæ, ab Ecclesia Catholica alienæ reperiantur. Contumaces, obstinati, vel rebelles, de cœtu fidelium removeantur. Item videndum, an sortilegia, divinationes, incantationes, superstitiones, atque id genus alia, quibus mens humana a Deo vivo per diaboli fraudes seducitur, exerceantur: an perjuria, blasphemiæ, seditiones, conspirationes, conjurationes, susurrationes, rixæ, inimicitiæ, percussiones, sacrilegia, stupra, adulteria, usuræ, ebrietates, & similia crimina, ob quæ iratus Deus in nos gladium iræ suæ vibrat, aperte, vel clam perpetrentur. Utrum censuræ Ecclesiasticæ sint in usu, vel contemptu: An omnia Ecclesiæ suscipiantur ac participentur Sacramenta: An dies festi, & cum piis cæremoniis, jejunia rite observentur Ecclesiastica: & an decimæ solvantur, & oblationes fiant: ac Parocho debita præstetur obedientia, ac reliquis presbyteris conveniens honos, & reverentia exhibeatur. Deinde intelligendum est, quo pacto, & a quibus illius Parochiæ pueri, in moribus & literis instituantur. Et si aliquod ibidem reperitur Hospitale, Xenodochium, vel Ptochotrophium, ejus pariter accurata fuerit habenda consideratio.

Caput XI.

De investigatione pauperum Xenodochii.

In visitandis autem ejuscemodi hospitalibus, præter ea, quæ superius in Constitutione de hospitalibus sunt statuta, interrogandi maxime fuerint pauperes, quomodo tractentur: an eis omnia exhibeantur, quæ in institutione illius hospitalis continentur. Et an infirmis debita adhibeantur remedia, accersitis Medicis. Hæc & alia similia, quæ Visitatoribus pro sua circumspectione, & prudentia facile occurrent, in qualiscumque Parochiæ visitatione observabuntur.

Anno 1569.

Caput XII.

De admonitione & correctione lapsorum in hæreses, nec non aliorum criminosorum.

Quibus peractis, seorsum vocabuntur, qui de aliquo accusati sunt crimine, eos privatim juxta necessitatem, admonendo, increpando, & etiam corrigendo, illos maxime, qui quomodocumque a fide Catholica, seu ipsius cæremoniis, aut piis consuetudinibus dissentiunt: hic enim securis ad radicem est apponenda, ut seducti per verbum Dei, in viam veritatis, & unitatem reducantur Ecclesiæ, & qui contumaces fuerint, & rebelles, a cœtu exturbentur. Deinde Visitatorum aliquis, convocato populo, concionem habebit, quam auditorum captui, loco, & tempori accommodabit, ita tamen, ut crimina communia in Visitatione reperta, acerrime arguantur, & populus ad pœnitentiam, vitæque emendationem, & innocentiam, pacem, concordiam, religionemque Catholicam observandam vehementi cohortatione inducatur, atque instruatur.

Caput XIII.

Visitationes per eadem loca, eademque tempora fieri debere, in quibus Episcopi Sacramentum conferunt Confirmationis.

Hic autem non est prætereundum, quod superius in Constitutione de Confirmatione C. 3. est ordinatum, ut visitationes per illam partem, eodemque tempore fiant, quam & quando Episcopus, sive ejus in Pontificalibus Vicarius, illam collationis Sacramenti Confirmationis gratia, est peragraturus, ut eodem tempore, non solum ejusdem Episcopi functione non confirmatis satisfiat, verum etiam aliis occurrentibus subveniatur necessitatibus, præsertim Ecclesiis, seu altaribus, aut cœmiteriis, inventis non consecratis, aut pollutis, seu violatis, quibus per Episcopum omnino est subveniendum; ut quæ non sunt consecrata, consecret, & quæ fuerunt polluta, aut violata, reconciliet.

Caput XIV.

Per visitationes generales non tolli speciales, quæ ab inferioribus Officialibus fieri solent.

Concil. Trid. Sess. XXIV. Cap. III. de Reform.

Per has vero visitationes generales, tolli non intelliguntur speciales, quæ ab Archidiaconis, seu Decanis ruralibus, vel Capitulis visitandi authoritatem habentibus, peraguntur: ita tamen, ut Visitatoribus generalibus ipsi Archidiaconi, vel alii inferiores, aut Capitulorum instituti Visitatores, visitationis habitæ infra mensem rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta exhibere teneantur: non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus, & privilegiis quibuscumque. Quinimo volumus, ut etiam de ipsorum Archidiaconorum, Decanum ruralium, aliorumque similium Officialium vita, moribus, solicitudine, administrationeque a generalibus Visitatoribus diligens fiat inquisitio.

Caput XV.

De visitatione Archidiaconorum, & aliorum Ecclesiastica munera ferentium.

In inquisitione autem Archidiaconorum & Decanorum ruralium, atque aliorum hujus generis Officialium, post debitam vitæ & morum factam investigationem, explorandum pariter fuerit, de illorum officiis, an eisdem satisfaciant, & quomodo, an sint sufficientes, soliciti, prudentes, expediti, & justi, vel injusti, avari, munerum cupidi,

pidi, pœnas pecuniarias imponentes, personarum acceptores, delicta non punientes, sed dissimulantes, justitiam & æquitatem petentibus morem non gerentes, & an id genus alia, quæ ad se spectant, præstent, nec ne. *Anno 1569.*

CAPUT XVI.

De visitatione Monasteriorum.

In visitatione vero utriusque sexus Monasteriorum, præter ea, quæ superius de Ecclesiarum cathedralium & collegiatarum Prælatis, Canonicis, atque Clericis aliis, annotata sunt (quæ etiam in utriusque sexus religiosis visitandis, omnino observari volumus) ordinamus, ut magna cum animadversione exploretur, sigillatim religiosos interrogando, quomodo tria vota custodiantur, & regulæ illorum ordinis, cum silentio & jejuniis serventur: An in choro sint soliciti. An inter ejus Monasterii personas sit pax & concordia, an vero simultates & rixæ: An juxta necessitatem, omnibus victus & amictus suppetat: An in habitu suæ religionis incedant, & in communi mensa victitent: Et quomodo in studiis proficiant, quibus authoribus studeant, & a quibus præceptoribus juniores instruantur.

CAPUT XVII.

De inquisitione Prælatorum religiosorum.

Deinde an Prælati sacra peragant, & infulati Pontificalia exerceant, vitamque a conventu segregatam agant, an communem: Num sæpe celebrent Capitula, subditosque exhortationibus solicitent: An cameras subditorum visitent: An sint benigni, affabiles, humani, hospitales, charitatem exercentes.

CAPUT XVIII.

De visitatione Officialium Monasteriorum.

Itaque visitentur & reliqui Monasteriorum Officiales, veluti, Prælatorum Vicarii, Priores, Decani, Cellarii, Sacristæ, Procuratores, & id genus alii, quocunque nomine nuncupentur, singuli juxta suorum officiorum necessitatem, officinæque illorum perlustrentur.

CAPUT XIX.

De ratiociniis Monasteriorum.

Item an rationes Monasteriorum ab Officialibus omni anno coram senioribus reddantur, & quotiens: easque volumus & ab ipsis generalibus Visitatoribus perlustrari.

CAPUT XX.

De numero conventualium perquirendo.

Deinde an ex conventualibus illius Monasterii, quod tum visitatur, aliquis desit, ubi sit, quid faciat, quantum temporis absfuerit, & qua authoritate, an in habitu, vel extra: Sic itaque deprehensus, ab Ordinario postea citetur, & juxta demerita puniatur.

CAPUT XXI.

De visitatione Monialium.

Circa Monialium inclusionem, & custodiam, maxima quoque est adhibenda ratio, atque inquisitio, ut ea omnia serventur, quæ superius in Constitutione de Monialibus, ex sacris Conciliorum, etiam Salisburgensis prioris, & Tridentini canonibus, sunt annotata.

Anno 1569.

Caput XXII.

In visitationibus utriusque sexus religiosorum, tam ea, quæ in hac, quam quæ in superiori Constitutione XXX. sunt notata, observari prorsus debere.

Hæc & omnia alia superius in Constitutione de utriusque sexus religiosis descripta, in illorum visitationibus prorsus observari volumus.

Caput XXIII.

Adhortatio ad Monasteria ab Ordinariis Episcopis exempta.

Quod autem ad regulares, præsertim mendicantes, exemptos, eorumque visitationes attinet, eos penes suorum ordinum & privilegiorum relinquimus prærogativas; quos tamen omni cum charitate & benignitate admonemus, ut se una cum suis visitationibus, his nostris conformare velint Constitutionibus: quod si in spatio decem mensium proximorum non præstiterint, Nos, nostrique Coepiscopi, in supplementum negligentiæ suorum Prælatorum, circa eadem Monasteria id effecturos statuimus, quæ nobis de Jure conveniunt, & a sacris Canonibus, & Tridentina Synodo conceduntur, absque violatione tamen novi privilegii ejs a moderno Pio V. Pont. Max. concessi, quemadmodum diffusius dictum est superius in Constitutione de Mendicantibus. Non enim solum iniquum, sed & scandalosum, malique exempli foret, si aliis religiosis debite reformatis, ipsi interim licentia in mediis vitiis forderent.

Caput XXIV.

De scopo & summâ Visitationis.

Sess. XXIV. Cap. III. de Reform.

Omnium autem earum Visitationum præcipuus scopus esto (ut optime docet sacrosancta Synodus Trident.) sanam, orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus, inducere; bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortationibus & admonitionibus, ad religionem, pacem, innocentiamque accendere; cætera, prout locus, tempus, & occasio feret, ex visitantium prudentia, ad fidelium fructum constituere. Quæ ut facilius, feliciusque succedant; monentur prædicti omnes, & singuli, ad quos Visitatio spectat, ut paterna charitate, Christianoque zelo omnes amplectantur; ideoque modesto contenti equitatu famulatuque, studeant quam celerrime, debita tamen cum diligentia, visitationis negotium absolvere.

Caput XXV.

De visitationum sumptibus, atque eorum moderatione.

Quod ad sumptus Visitationis habendæ attinet, volumus ea, quæ Tridentino in Concilio hac de re tradita sunt, observari: quam sanctionem hic interseri debere putavimus: ea sic habet. Caveant Visitatores, ne inutilibus sumptibus cuiquam graves, onerosive sint; neve ipsi, aut quisquam suorum, quidquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios usus, præter id, quod ex relictis ad pias causas jure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant: non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili: exceptis tamen victualibus, quæ sibi ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra erunt ministranda. Sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere, id

id quod erat ab ipsis antea solvi, certa pecunia taxata, consuetum; *Anno 1569.* an vero prædicta victualia subministrare: salvo item jure conventionum antiquarum cum monasteriis, aliisve piis locis, aut Ecclesiis non Parochialibus inito, quod illæsum permaneat. In iis vero locis, seu Provinciis, ubi consuetudo est, ut nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud a Visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant; ibi id observetur. Quod si quisquam, quod absit, aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumpserit; is præter dupli restitutionem, intra mensem faciendam, aliis etiam pœnis, juxta Constitutionem Concilii generalis Lugdunensis, quæ incipit, Exigit &c. nec non & aliis pœnis in Synodo Provinciali arbitrio Synodi absque ulla spe veniæ, mulctetur. Patroni vero in iis, quæ ad Sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se præsumant ingerere, neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarum proventibus, immisceant; nisi quatenus id eis ex institutione, ac fundatione competat: sed Episcopi ipsi hæc faciant, & fabricarum redditus in usus Ecclesiæ necessarios, & utiles, prout sibi expedire magis visum fuerit, expendi curent.

De Pœnis.

CONSTITUTIO LXIII.

Caput I.

Ut delinquentes meritis afficiantur pœnis.

Manifestum est, gravem nobis a Deo imminere vindictam, & rebuspublicis perniciosissimum esse, si scelera impunita maneant, quandoquidem vel uno saltem peccante, ira Dei super omnem populum veniat. Qui enim vitiis nutriendis parcit, ac favet, ne contristet peccantium voluntatem, is non est tam misericors (ut S. Augustinus ait) quam qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinctum. Impunitas certe summum illum sacerdotem Heli sacerdotio pariter privavit, ac filiis, adeo perniciosum est omnibus licere quidquid libet. Quamobrem quidam Romanus Consul pessimum sub eo Magistratu vivere dicebat, sub quo maxima licentia esset quibuslibet: ea quippe in facinorosos lenitas, quid aliud est, quam in bonos crudelitas? cum bonis noceat, qui malis parcit, & ut Seneca inquit, ad posteros vitia transmittit, qui præsentibus culpis ignoscit. Non raro ipsi etiam in suspicionem sceleris cadunt, qui malefactis connivent, dicente scriptura: non tantum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, participes delictorum judicantur: & error, cui non resistitur, approbatur: veritasque indefensa opprimitur: sacris etiam Patrum traditionibus docetur, inferiorum ordinum culpas ad neminem magis referendas, quam ad desides, negligentesque Rectores, qui multam sæpe nutriant pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam. Quod nos considerantes, & approbante sacro Concilio, divinam vindictam effugere volentes, omnibus & singulis nostris, nostrorumque Coepiscoporum & Suffraganeorum Officialibus, Vicariis, Archidiaconis, Decanis ruralibus, & quibuscumque aliis rerum, personarum, & negotiorum Ecclesiasticorum Judicibus, atque Fiscalibus districte mandamus, ut tam de Clericis, quam Laicis facinorosis, qui ratione delictorum in Ecclesiasticum forum incidunt, diligenter inquirant, & contra delinquentes quoscumque, ad pœnas sacris Canonibus, atque Provincialibus hisce nostris statutis comprehensas, absque indulgentia

Can. Qui vitiis Caus. XXIII. Q. V. I. Reg. Cap. II.

(quam

Anno 1569. (quam justis causis nobis tantum, singulisque Coepiscopis nostris, cuilibet in sua Diœcesi faciendam reservamus) procedant, & executionem faciant; ita tamen quod ad sententias majorum pœnarum, ut sunt damnationes in monasteria temporales, vel perpetuæ, ad longum tempus, vel perpetuis carceribus, aut exilio deputare, flagellis corpora submittere, dignitatibus Ecclesiasticis, aut beneficiis privare, perpetuo deponere, aut degradationi reali adjudicare, manus suas nequaquam extendant, absque suorum Episcoporum præcedente notitia, & expresso in scriptis mandato speciali.

Caput II.

Ne mulcta ob avaritiam exigatur.

Inhibemus etiam præmissis nostris, ac reliquorum Episcoporum nostræ Provinciæ Officiariis, neque pro corrigendis excessibus, & criminibus puniendis, a Clericis vel Laicis, pœnam pecuniariam sibi ipsis, vel etiam nostro, aut Episcoporum fisco applicandam exigant, vel imponant: nec alia agant, quæ Canonum adversantur institutis, & de radice cupiditatis & avaritiæ prodire videntur: si quæ tamen pecuniaria mulcta imponenda sit, illa in pauperum subventionem, vel Ecclesiæ fabricam, aut alios pios usus convertatur.

Caput III.

Ne pœna excedat delictum.

Quoniam autem sacri Canones constituunt, ut in pœnis canonicis infligendis debitus ordo servetur, & non in quolibet crimine, vel delicto, maxime leviori, statim a principio, a magis rigorosa pœna incipiatur, ob id potissimum, quod odio debeant haberi peccata, non homines: nemo enim prudens (ut recte animadvertit Seneca) punit tantum, quia peccatum est, sed ne peccetur: res quidem optima est, non sceleratos extirpare, sed scelera: non igitur sævienti, sed medenti animo, quis plectendus est, cum asperitatis nimiæ increpatio, nec increpationem recipiat, nec salutem. Itaque Jureconsultus quidam judicantes bene admonet, ne quid durius, aut remissius constituant, quam causa deposcit: nec enim aut severitatis, aut clementiæ gloriam affectandam, sed perpenso judicio, prout quæque res postulat, statuendum esse. Cavendum vero inprimis est, ne respectu nocentis, innocens patiatur: satius enim est (ut præclare dixit Ulpianus) impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare: ibique namque pœna esse debet, ubi noxia est. Quam ob causam statuimus, ut Officiarii & Judices Ecclesiastici nostræ Provinciæ se dispositioni & ordinationibus canonicis in pœnis infligendis, quantum ejus fieri potest, accommodent: ne (quod leges quoque prohibent) Judices sint legibus severiores: æquitatem etenim ante oculos semper habere, imo in levioribus causis proniores ad lenitatem esse, in gravioribus vero pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi debent. In pœnis præterea imponendis, causa, obedientia, emendatio, & animus ejus, qui deliquerit, & vicissim contumacia, impatientia, frequentia, atque incorrigibilitas delinquentis, diligenter observentur, nam juxta eas circumstantias, pœnæ, vel remittendæ, vel acuendæ venient.

L. respiciendum ff. de pœn. — *Leg. fin. Cod. de his qui.* — *Leg. Quod Ephesi ff. de eo quod cert.* — *L. Respiciendum ff. de Pœnis.*

De

Anno 1569.

De Synodis celebrandis.

CONSTITUTIO LXIV.

Caput I.

De institutione, divisione, usu, commodo, necessitate, ac tractatione Synodorum.

Quid autem Cleri, populique Christiani excessibus, malis moribus, controversiis, abusibus, perperam commissis scandalis, communique necessitati prodessent visitationes, nisi Constitutiones Synodales certas quasdam pœnas, ceu Colophonem iis adjicerent? neque vero vix ullam legem latam fuisse constat, quam non pœna constituta corroboret, atque firmet. Propterea sancti Apostoli post Christum primi institutores nostri, cum imminenti necessitati providendum esse cognoscebant, congregabantur, & collatis consiliis, quid circa emergentes casus statuendum esset, decernebant. Id quod Apostolicarum actionum historia testatur. Horum autem vestigia secuti Ecclesiæ Catholicæ Patres, idem non modo observarunt, verum etiam omni posteritati observandum reliquerunt. Eas autem congregationes, seu conventus, Concilia, vel Synodos nominabant. In his opera dabatur, ut novis erroribus, vel controversiis, aut quibuscumque aliis periculis emergentibus, novis obstaretur decretis, ac remediis, antiquis vero morbis renovatis, antiqua quoque renovarentur pharmaca. Nos itaque eorumdem, cum Apostolorum, tum sanctiss. Patrum vestigia sequi, haud minus utilitas, quam necessitas postulat. Quod si a Nobis, atque aliis Ecclesiæ Antistitibus negligeretur, facile accideret, ut tam salutarium sanctionum usus, non tantum in desuetudinem, atque contemptum abiret, sed etiam penitus interiret. Proinde duobus modis ejuscemodi Concilium, vel Synodus olim celebrabatur. Altero quidem modo, omnes totius Christianitatis universaliter convocabantur Prælati, præsertim majores: & tales, Synodi Oecumenicæ fuerunt appellatæ. Altero vero modo unius duntaxat Provinciæ Episcoporum, reliquorumque Prælatorum cœtus convenire solebat: & hæ Provinciales Synodi, seu Concilia Provincialia nuncupabantur. His equidem præsunt, ac præesse omnino debent Metropolitani: illis vero generalibus conventibus semper, vel per se ipsos, vel per legatos, summi præfuerunt, & etiamnum præsunt Pontifices Romani, quorum authoritate, quemadmodum olim, sic hodie quoque celebrantur. Quamobrem ad summorum Pontificum beneplacitum, juxta necessitatem hactenus fuerunt celebrati, debentque celebrari, ita quod ab Apostolis huc usque decem & septem solum hujusmodi fuerunt convocatæ Synodi Oecumenicæ: Provinciales vero ex Decretis Ecclesiasticis singulo quoque anno convocabantur, uti Antiochenum, Carthaginense III. Aurelianense II. & V. ac Toletanum IV. & XII. & Lateranense, sub Innocentio III. celebratum testantur Concilia: quinimo secundum Chalcedonense, & Decretalem Epistolam Hormisdæ sanctiss. Pontificis summi, ad Hispaniæ Episcopos scriptam, & alios bis singulis annis cogebantur celebrari: cujus consuetudinis mentionem facit & Concilium Toletanum IV. cap. 3. & D. Gregorius Ep. 31. lib. 12. atque Justinianus Imperator, qui sub Bonifacio secundo, Joanne item secundo, Agapeto primo, Sylverio, Vigilio, & Pelagio, Rom. Pontificibus ante mille annos Imperii habenas rexit, in suis Authenticis. Sancti Apostoli, & Patres (inquit) definierunt bis in unoquoque anno fieri debere Synodos sanctissimorum sacerdotum (Episcoporum) in

Act. Cap. I. & II.

Antioch. C. XX. Carth. III. C. II. Aurel. II. C. II. & Aurel. V. C. XII. Tolet. IV. C. III. & Tol. XII. C. XII. Later. C. VI. Chalcedon. C. XVIII. Auth. Coll. IX. Tit. XX. de Ordinat.

Anno 1569. in unaquaque Provincia, & emergentes causas excuti, & competentem accipere correctionem: unam quidem in quarta feptimanæ fanctæ Pentecoftes, alteram vero Octobris menfe. Tandem propter diverfa impedimenta, quibus Coepifcopi detinebantur, ne omni anno, non folum bis, fed neque femel congregari valerent, illud annale ftatutum, juxta Matifconenfis Concilii fecundi fanctionem, in triennium fuit transmutatum; id eft, ut hæc ipfa Concilia Provincialia, de triennio in triennium differri poffint; ita tamen, ut quilibet Epifcopus, fecundum Magni Gregorii Pont. Max. virique fanctiffimi ordinationem & decretum, fingulis annis, fuæ Diœcefis minorum Prælatorum convocet conventum, in quo de corrigendis exceffibus, & moribus reformandis, controverfiisque difcutiendis, juxta fuorum Conciliorum Provincialium conftitutiones, diligens, cum Dei timore habeatur tractatio: qui conventus, Diœcefana Synodus appellatur: Cui determinationi fidem faciunt & alia Concilia, etiam præcedens ultimum Provinciale Salisburgenfe, cui tanquam optime confideratæ, & Synodus Oecumenica fubfcripfit Tridentina, idem concludendo. Itaque tres Synodorum celebrandarum funt fpecies. Oecumenicarum, ad fummorum Pontificum beneplacitum; & Provincialium, de triennio in triennium; & Diœcefanarum, fingulis annis convocandarum. Quod fanctum a Deo datum Decretum, fi in hac noftra Provincia fuiffet cuftoditum, in qua ab anno 49. ad hunc diem usque præfentem, nulla Provincialis, & Diœcefanæ in quibusdam locis pauciffimæ, cum non parva noftrarum Ecclefiarum jactura (proh dolor) funt celebratæ: quæ longa intermiffio (ut fufpicari licet) in fide diffenfionibus, erroribus, abufibus, discordiis, inobedientiæ, contentionibus, atque rebellionibus, haud anguftam aperuere feneftram. Nam ut quidam probe admodum dixit; Salus Ecclefiæ, terror hoftium ejus, & fidei Catholicæ ftabilimentum, funt Synodi: Unde facrofancta Chalcedonenfis Synodus magna, illarum quatuor una, quas S. Gregorius fanctis Dei comparavit Evangeliis, Can. 18. ad fupradictorum corroborationem ait: Pervenit ad noftras aures, quod in Provinciis conftituta Epifcoporum Concilia, minime celebrentur, hoc ex eo probatur, quod multæ, quæ correctione opus habent, Ecclefiafticæ res negligantur; ftatuit ergo hæc fancta Synodus, fecundum regulas Patrum (temporibus fcilicet ab Ecclefia ftatutis) in unum convenire per fingulas Provincias Epifcopos, ubi fingula, quæ emerferint, corrigantur.

Lib. XII. Epist. 31. (margin)

C. III. Idem affirmat & quartum Toletanum Concilium inquiens: Nulla pene res difciplinæ mores ab Ecclefia Chrifti magis depulit, quam facerdotum negligentia, qui contemptis canonibus, ad corrigendos Ecclefiafticos mores Synodum facere negligunt. Ob hoc a nobis univerfaliter definitum eft, ut quia juxta Patrum antiqua Decreta, bis in anno difficultas temporis fieri Concilium non finit, faltem vel femel a nobis celebretur. Sic etiam pie admodum Juftinianus, ad Synodos celebrandas, Epifcopos olim cohortatus eft, ubi conqueritur, multos eo maxime in peccata fuiffe delapfos, quod non fuerint habitæ Synodi, juxta ea, quæ a fanctis Apoftolis & Patribus definita funt: Si enim hoc fuiffet obfervatum (ait) quilibet metuens gravem in Synodo accufationem, ftuduiffet utique, & facras edifcere liturgias, & temperanter vivere, ne condemnationi divinorum canonum fubjaceret. Qui autem facros canones cuftodiunt, eos Domini Dei adjutorio dignos effe: qui vero eos transgrediantur, hosce femetipfos judicio reddere obnoxios; & majori condemnationi fubjacere Epifcopos, quibus concreditum eft, & commiffum, & canones inquirere, & confervare, fi quod eorum prætermiffum fuerit,

Prædict. Auth. in prim. (margin)

rit, indemnatum, atque impunitum reliquerint. Si enim illa (idem *Anno 1569.* inquit) quæ a Laicis peccantur, generales leges non conceduut extra inquiſitionem, & vindictam manere: quomodo a ſanctis Apoſtolis, & Patribus, ſuper omnium hominum ſalute canonice ſtatuta deſpici patiemur? Sed cur prolixius ad hoc perſuadendum, hunc protrahimus ſermonem, cum hoc ipſum expreſſe ac dilucide præcedens Synodus Provincialis noviſſime hic Salisburgi celebrata fateatur, his verbis: Interim enim quod Synodales conventus ceſſarunt, apicis Epiſcopalis authoritas, ſimul & obedientia corruit, divinus cultus confuſus, & abſque ordine jacet, omniumque criminum radix, licentia, omnis generis ſceleribus aperuit januam: Nos igitur ſacro hoc approbante Concilio, præmiſſis, ut tenemur, providere volentes, mandamus, quod Synodi tam Diœceſanæ, quam Provinciales, in ſuum denuo, juxta Conciliorum Baſileenſis, & Tridentini Decreta, reſtituantur locum. *Seſſ. XXIV. C. II. de Reform.* Præterea Nos, noſtrique Coepiſcopi, ac reliqui, hac in ſancta Synodo congregati, ut non ſolum Conciliorum (præſertim Tridentini dicentis, Concilia ſicubi omiſſa ſunt, pro moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, controverſiis componendis, aliisque ex ſacris Canonibns permiſſis, renoventur) ſacris pareamus Canonibns, ſed etiam conſcientiæ ſatisfaciamus, & noſtræ Provinciæ quieti, obedientiæ, & ſubditorum ſaluti conſulamus, Anteceſſorum noſtrorum exempla ſequentes, & prioris Salisburgenſis Synodi Conſtitutionem renovantes, ſancimns atque præcipimus, ea, quæ ſequuntur, perpetuis temporibus ſub omnipotentis Dei indignatione, & ſacrorum Canonum incurſione, diligenter cuſtodiri, ac inviolabiliter conſervari.

Caput II.

De Synodis Diœceſanis.

Primo quidem, ut juxta noviſſimorum Conciliorum maxime Tridentini Conſtitutionem, annuatim in ſingulis Diœceſibus noſtræ Provinciæ, per ipſos Epiſcopos, vel his canonice impeditis, per duos ſaltem uniuscujusque Commiſſarios, viros ſacris initiatos, honeſtos, doctos, religionisque zelum habentes, Archidiaconis, vel ruralibus Decanis adjunctis, in locis, ab ipſis Ordinariis deputandis, Synodi celebrentur Diœceſanæ. Quod ſi contingeret, ab aliquibus noſtræ Provinciæ Archidiaconis ſeu ruralibus Decanis (quod tamen abſque ſui Ordinaril conſenſu fieri non decet) cum ſuis ſubditis Parochis, aliisque ſacerdotibus, Synodos celebrari: cum ſatis exploratum habeamus, ſolos Archidiaconos, vel rurales Decanos in Syuodis celebrandis, parum proficere, neceſſarium ducimus, eis etiam per Nos, atque noſtros Coepiſcopos (qui nomine noſtro præſideant) ſemper Commiſſarios adjungi.

Caput III.

Singulo quoque triennio, Provinciales Synodos eſſe habendas.

Provinciales vero Synodos de triennio in triennium celebrandas omnino mandamus, decernentes ac ſtatuentes, ne loca tam pro Diœceſanis, quam Provincialibus Synodis faciendis, in eadem ſemper civitate, vel oppido, aut loco, ſed pro qualitate diſtantiarum, maxime in latis Diœceſibus, locis mutatis, convocentur, ne vel propter itineris longitudinem, expenſarum onus, aut prolixam, & latam diſtantiam a ſuis Eccleſiis, rebusque domeſticis, aliqui præter modum ſe gravari ſentiant.

Anno 1569.

Caput IV.

Synodis habendis nunc certum tempus præfigi non posse.

Tempus autem pro quibuscumque celebrandis Synodis aliquod constituere, cum propter occurrentium negotiorum inæqualitatem, tum etiam ob personarum comparentium varietatem, judicamus esse superfluum.

Caput V.

De controversiis in Synodis proponendis, ac dirimendis.

Quoniam vero hæ Synodi non tantum ad mores reformandos, excessusque & abusus tollendos, sed etiam controversias dissolvendas, a principio (ut dictum est) sunt institutæ: ideo volumus cuilibet esse liberum, tam Laicis, quam Clericis, suas querelas, gravamina, atque controversias, proponere, ita tamen, quod tales propositiones in scriptis, omnique cum modestia fiant Christiana; ne ubi quis æquitatem sibi administrari cupierit, ob reprehensibilem immodestiam, se ipsum culpabilem, & pœna faciat dignum.

Caput VI.

De publicatione Constitutionum Synodalium.

Constitntiones quoque, ac alia omnia, quæ in eisdem, tam Diœcesanis, quam Provincialibus Synodis fuerint conclusa, determinata, atque decisa, volumus ac mandamus, ut semper ultima die ipsius conventus, toti congregationi Synodali publicentur.

Caput VII.

De inspectoribus defectuum constituendis.

Ut autem omnium quibusvis in Synodis tam Diœcesanis, quam Provincialibus pleniorem Nos, nostrique Coepiscopi sumamus notitiam, jubemus, ut singuli nostræ Provinciæ Episcopi, providas, idoneas, & honestas deputent personas, quæ per totum annum simpliciter, & de plano, absque ulla jurisdictione, investigent, ac inquirant, quæ correctione, vel emendatione digna sunt, & ea fideliter ad Nos, vel ad suos Ordinarios perferant, in futura Synodo Diœcesana, vel Provinciali (si res ita expostulaverit) decidenda.

De fine hujus sanctæ Synodi.

Caput I.

Gratiarum actio ad Deum propter bonum Synodi finem.

Hæc sunt, quæ divinæ bonitatis auxilio, in hac sancta Synodo, ad Dei gloriam & honorem, Ecclesiæque Catholicæ ædificationem, ac hujus Provinciæ publicam utilitatem, ex præcepto sacrosancti Concilii Tridentini, & adhortatione Domini nostri Pii V. Pont. Max. officioque nostro decerni, statuique cœpta, atque peracta sunt; qua de re, Nos, nostrique Coepiscopi, ac cæteri, qui huic sancto interfuimus conventui, immortales divinæ majestati agimus gratias: quam conjunctis, supplicibusque votis rogamus, & obsecramus, ut quemadmodum ea, quæ ad Ecclesiæ suæ commodum, in Provincia nostra fuerant præscribenda, ad optatum perduxit finem: sic quoque laudabiliter, atque utiliter sancita, passim fideles nostros subditos utrisque manibus acceptare, & fructum apud eos centuplum afferre

afferre jubeat, neque revertantur vacua, sed faciant quicquid in illis mandatur, & prosperentur in his, ad quæ misimus ea, ad laudem, & gloriam nominis sui, quod est amplificatum, atque benedictum in omne ævum, Amen. *Anno 1569.*

Isaia Cap. LV.

Caput II.

Approbatio Synodalium Constitutionum per Metropolitanum.

Ut vero omnia, hac in Provinciali Synodo constituta, suum habeant robur, debitumque sortiantur effectum; Nos Joannes Jacobus Ecclesiæ Salisburgensis Archiepiscopus, & sanctæ Sedis Apostolicæ legatus, omnia & singula in hac Synodo de consilio, & assensu RR. DD. Coepiscoporum nostrorum consultata, decreta, & statuta (ut moris est) approbamus, ratificamus, atque authoritate Metropolitica, in quantum ea se extendit, per hujus Decreti nostri interpositionem confirmamus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Caput III.

De observatione harum constitutionum Synodalium.

Deinde eadem authoritate nostra, qua hac in parte fungimur, ea Ipsa statuta, præsentes Constitutiones, per Nos, nostrosque Coepiscopos, & Suffraganeos, ac reliquos, hac in Synodo existentes, editas, ab omnibus & singulis Episcopis, Abbatibus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, & aliis personis, in Ecclesiastica dignitate constitutis, Ecclesiarum Metropoliticæ, & Cathedralium, ac Collegiatarum Capitulis, & singularum canonicis, atque monasteriorum conventibus, parochialium quoque Ecclesiarum Rectoribus, presbyteris, religiosis, Cooperatoribus, Beneficiatis, Capellanis, & quibuscumque Clericis, & Laicis, per Provinciam, Diœcesim, & civitatem nostram Saltzburgensem, ubilibet residentibus & constitutis, prout eos, ac eorum quemlibet respective attingunt, concernunt, vel ad eosdem quomodolibet spectare poterunt, ea in posterum inviolabiliter observari volumus: mandantes nihilominus omnibus, etiam singulis Episcopis, eorumque Vicariis, & Officialibus generalibus, Archidiaconis, Decanis ruralibus, cæterisque omnibus, quibus super præmissis intendere quomodolibet commissum est, atque conditio suorum Officiorum se extendit Provinciæ nostræ Saltzburgens. prædictæ: Quibus omnibus & singulis, etiam per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet statuta, Constitutiones, & ordinationes hujusmodi, & horum singula, per se ipsos observent, & per Diœcesium, & civitatum suarum subditos, Clericos, & Laicos firmiter observari curent, prout nos quoque ea omnia (Deo adjutore) observabimus, & per Diœcesis, & civitatum nostrarum subditos, tam Clericos, quam Laicos inviolabiliter, & serio observanda curabimus, atque mandabimus: Contradictores, & prævaricatores, per pœnas in hisce expressas, censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia strictissime coercebimus.

Caput IV.

Protestatio de salvo judicio, & authoritate Apostolica.

Protestamur autem solemniter, & expresse in optima Juris forma, quod in his nostris Provincialibus Constitutionibus noluerimus, neque intentio nostra ullo pacto fuerit, hæc ipsa statuta amplius vel intelligi, vel extendi debere, nisi in quantum authoritas, facultas, & potestas nostri Juris Metropolitici se extendit. In his enim, quæ san-

Anno 1569. sanctæ Sedis Apostolicæ authoritatem contingere possunt, eidem, Nos, ut tenemur, plane cedimus, eamque in sua firmitate, & robore prorsus permanere volumus. Quinimo hæc ipsa omnia & singula, quæ in hac sancta Synodali congregatione acta, sancitaque sunt, cum omni, qua debemus humilitate, & reverentia, obedientiaque, authoritati, judicio, & censuræ ipsius sanctæ Sedis Apostolicæ, omnium Ecclesiarum matris, & magistræ, emendanda, corrigenda, atque confirmanda exhibemus, atque subjicimus.

Actum in civitate nostra Salisburgensi die Lunæ 28. mensis Martii, anno a Redemptoris nostri Nativitate, Millesimo, Quingentesimo, sexagesimo nono.

In quorum omnium robur, testimonium atque fidem perpetuo observandam, hi, qui sequuntur, Reverendissimus & Illustrissimus Metropolitanus, Reverendissimi Coepiscopi, absentiumque Legati, Reverendi Abbates, Præpositi, & Capitulorum quatuor supremarum Ecclesiarum Cathedralium Mandatarii, atque Archidiaconi, & Decani rurales, ac communis Cleri Procuratores, suo cæterorumque omnium, quotquot huic Synodo de jure, vel consuetudine interfuere, his quæ a se, unanimi atque concordi spiritu in Deo congregatis, constituta sunt, propria manu subscripserunt, & ea, partim Secretorum, & annulorum impressione, ad perpetuam rei memoriam & firmitatem, obsirmarunt &c.

Idem JOANNES JACOBUS Archiepiscopus Salisburgensis, m. propria.

URBANUS Episcopus Pataviensis manu propria.

URBANUS Episcopus Gurcensis sst.

CHRISTOPHORUS Episcopus Chiemensis manu propria.

PETRUS Episcopus Seccoviensis manu propria.

ERNESTUS Administrator Frisingensis Bavariæ Dux, manu propria.

JOANNES THOMAS A SPAUR Coadjutor Brixinens. manu propria.

CASPAR MACER SS. Theologiæ Doctor &c. Ecclesiæ Ratispon. orator &c.

CONSTANTINUS Præpositus sancti Andreæ Ecclesiæ cathedralis Lavantinensis &c.

CHRISTOPHORUS, Præpositus Salisb.

WILHELMUS de TRAUTMANSTORF Decanus Salisb.

ANTONIUS COMES LODRONI, Canonicus Salisb.

JOANNES ab ADELZHAUSEN, Decanus Frisingensis.

JOACHIMUS a WEMBLING, Canonicus Frising.

JOAN. EBERHARDUS a THÜRHAIM Canonicus Ratisponens.

ULRICUS a KAIDERBUECH, Canonicus Ratisponens.

BERNHARDUS SCHUARZ Decanus Pataviinus.

CONRADUS SCHWÆGERIUS Theol. D. Canon. Patavin.

BLAS. ALIPRANDINUS, Canonicus & suffraganeus Brixinensis.

BENEDICTUS Abbas S. Petri Salisb. m. ppr. subscripsi Ord. sancti Benedicti.

GEORGIUS Abbas de monte S. Georgii &c. Ord. S. Benedicti.

STEPHANUS Præpositus & Archidiaconus Pambergens. Canon. reg.

LAURENTIUS Præpositus & Archidiaconus Seccoviensis, Canon. regular.

JOANNES DAVID Præpositus Rotto, Archidiac. Styriæ.

GEORGIUS AGRICOLA, J. V. Doctor, Archidiaconus Carinthiæ inferioris.

BARTHOLOMÆUS UNSELDI Parochus in Burkhausen.

M. CHRISTOPHORUS SPADELIUS, pastor Myldorffensis subscripsit m. ppria.

THOMAS Nobilis Parochus in Salvelden propria manu se subscripsit.

Supra-

Anno 1569.

Suprascripti Patres nomine suo, & omnium, qui hic interfuerunt conventui, ex decreto ipsius sacri Provincialis Concilii, non solum subscripserunt Originali Constitutionum ipsius sanctæ Synodi, verum etiam unusquisque ipsorum eidem Originali cum propriæ manus subscriptione proprium apposuit Sigillum, uti ex ipso Originali constat.

In nomine sanctissimæ & individuæ Trinitatis Amen. Universis & singulis hoc præsens Instrumentum lecturis, audituris, pariter & inspecturis, pateat evidenter, & notum sit, Quod Anno a Nativitate domini nostri Jesu Christi Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo nono, Indictione duodecima, Die vero subscripta, Pontificatus sanctissimi in Deo patris & domini nostri, domini Pii Divina providentia Papæ Quinti, Anno Quarto, cum sacri Canones, tum etiam sacrorum Oecumenicorum Conciliorum, præsertim Concilii, superioribus annis Tridenti celebrati, Constitutiones, Synodos tam provinciales quam diœcesanas celebrare præcipiunt, atque demandant: Ideo Reverendissimus in Christo Pater ac Illustrissimus Princeps & dominus, dominus Joannes Jacobus Archiepiscopus Ecclesiæ Metropolitanæ Salzeburgensis, Apostolicæ Sedis Legatus &c. Dominus noster clementissimus, tanquam Pastor gregis sibi a Deo nostro Salvatore commissi vigilantissimus, ac zelotes disciplinæ Ecclesiasticæ, & religionis sacræ fortissimus, vestigiis sanctorum Patrum inhærens, cupiens ex paterno & pastorali & ardente affectu sacræ religioni & Ecclesiasticæ disciplinæ jam labescenti, & ruinam imminenti, in subsidium (adjuvante Deo) venire, ne easdem serpens antiquus & humani generis perpetuus hostis obruat, & funditus extirpet, diem Lunæ post Dominicam Oculi Quadragesimæ, quæ fuit Decima quarta mensis Martii, prædicti Anni Sexagesimi noni, pro Synodo Provinciali celebranda constituit atque præfixit. Ad quam omnes Reverendissimos, Reverendosque in Christo Patres, & venerabiles viros dominos Episcopos, Suffraganeos, Abbates, Præpositos, Prælatos, Archidiaconos, Decanos rurales, & Clerum per Diœcesim & Provinciam Salzeburgensem constitutos, sibi Reverendissimo ac Illustrissimo Principi & Metropolitano Salzeburgensi ratione suæ Metropolis Salzeburgens. subjectos & incorporatos, per literas autenticas citari & evocari curavit. Advenientibus die & termino præscriptis, comparuerunt omni cum obedientia Salisburgæ in Aula Archiepiscopali, & veteri Cancellaria, ibidem ad hanc Synodum præordinata, Reverendissimus ac Reverendi in Christo Patres & domini, dominus Urbanus Episcopus Pataviensis, Urbanus Gurcensis, Christophorus Chiemensis, Petrus Percicus Seccoviensis respective Ecclesiarum Episcopi & Suffraganei, Reverendissimi ac Illustris princeps & domini, dominus Ernestus Comes Palatinus Rheni, ac utriusque Bavariæ Dux &c. Ecclesiæ Frisingensis Administrator, & Thomas Brixlnensis Ecclesiæ Coadjutor, & ejusdem Ecclesiæ Episcopi domini Domini Christophori sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Legatus, & nomine Ecclesiæ Ratisponens. Venerabilis dominus Caspar Macer sacræ Theologiæ Doctor, Canonicus ibidem, ac dominus Constantinus Præpositus sancti Andreæ Vallis Lavantinæ, tam pro se, quam nomine Reverendi domini Herculis Episcopi Lavantinensis, & Capitulorum præscriptarum Ecclesiarum Nuncii, nec non Abbates, Præpositi, Archidiaconi, Decani rurales, & Cleri, in dicta Provincia Salzeburgensi constituti, plures in eorum personis, absentium vero legitimi & constituti Procuratores, & Mandatarii, omnibus præscriptis comparentibus, & ordine sedentibus, in nostrorum Notariorum subscriptorum præsentia, præscriptus Reverendus Pater dominus Urbanus Episcopus Gurcensis die suprascripta quarta-

Anno 1569. quartadecima Martii, hora septima ante meridiem, causas hujus convocationis Synodalis, brevibus germanicis verbis proposuit & recensuit. Deinde duo Brevia a sacrosancta sede Apostolica, Unum videlicet Reverendissimo domino Archipræsuli Salzeburgensi, Alterum vero suis præscriptis Coepiscopis transmissa, summa cum reverentia, publice legi curavit. Sumpto vero prandio denuo in unum hora prima convenerunt, loco quo supra, & determinarunt die sequenti initium dandum esse Synodo &c. Et sic dies ipsa fuit absoluta: Altera vero die Martis immediate sequente, Omnes præscripti ad hanc Synodum vocati, mane circa horam sextam ad majoris campanæ pulsum in præscripto loco præordinato, omni cum obedientia convenerunt & Reverendissimum dominum Archipræsulem Salzeburgens. &c. eorum Metropolitanum, ad chorum Ecclesiæ Metropoliticæ reverenter, ac processionaliter conduxerunt, eo perventum, & ibidem locatione & protestatione facta, videlicet, quod si forte contigerit, aliquos debito in loco non sedere, & sententiam etiam sub verbo Placet proferre, congregationibus interesse, & alios quoscumque actus facere, durante Synodo, nulli propterea præjudicium generetur, nullique novum Jus acquiratur &c. His peractis, statim idem Reverendissimus dominus Metropolitanus, indutus vestibus Pontificalibus, & mitra, cum baculo Pastorali, summum altare accessit, & officium de sancto Spiritu, cum choro & organis, summa cum devotione decantavit: cui, ipsa sacra Synodus, cum suis sedulis precationibus, usque ad finem interfuit, Divinum illud numen intimo ex corde, pro fœlici inchoatione & successu hujus Synodi invocantes, oratione per Reverendum ac clarissimum virum sacræ Theologiæ doctorem, dominum Felicianum a Morbinio, ac Reverendissimi domini Metropolitani Salzeburgensis &c. Consiliarium Ecclesiasticum, in suggestu habita. Officio & oratione sic finitis, Reverendissimi patres, & alii Prælati acceperunt pluvialia, & mitras: Clerus vero superpellicia: Reverendissimus dominus Metropolitanus tanquam Præsidens ante dictum altare, in ejus cathedra sedens, chorus, sive cantores inceperunt Antiphonam, Exaudi nos domine &c. qua finita Diaconus clamavit, Flectite genua & levate, Omnes Prelati & Clerus flexerunt genua, & preces effuderunt. His & aliis consuetis precibus per dominum Præsidentem absolutis, statim fuerunt cantatæ Litaniæ: in medio earundem, Dominus præsidens vertit se ad Synodum benedictionem cantando, videlicet, ut hanc sacram Synodum &c. Deinde publice dictis duobus Brevibus Apostolicis repetitis, & Capitulo Concilii Basiliens. XV. Sessionis per præfatum Reverendum patrem dominum Felicianum doctorem prælectis, adhibitis etiam & celebratis omnibus & singulis aliis solemnitatibus, cæremoniis, concionibus, collectis, &c. in præmissis necessariis, requisitis, & consuetis, postmodum ex Reverendissimi domini præsidentis commissione, Magister cæremoniarum Patres præsentes interrogavit, dicendo videlicet: Placetne vobis Patribus, ille Actus jam celebratus? Quilibet desuper respondit, Placet. His omnibus peractis, Synodus præfatum Reverendissimum dominum Metropolitanum ad suum Palatium reconduxit: deinde eadem die, hora fere secunda a prandio, omnes Prælati convocati, denuo convenerunt in curia Archiepiscopali, in loco suprascripto, ad hoc deputato: quibus omnibus ibidem congregatis, Reverendissimus dominus Metropolitanus perlecta ab ipso oratione, Mentes nostras &c. causas convocationis hujus Provincialis Synodi per Reverendissimum dominum Episcopum Gurcensem latine repeti voluit, & articulos, sive propositiones hac in Synodo tractandas legi jussit: postea illis quasdas Constitutiones prius conceptas,

ceptas, ad prælegendum, desuperque consultandum, & quæ huic *Anno* 1569. sacræ Synodo sint necessaria, & fructuosa agenda, tractanda, ac etiam, si opus foret, in aliquibus corrigenda, emendanda, & concludenda, tradidit & assignavit. Qui quidem domini vocati, sive Synodus, debita cum reverentia, hujusmodi Constitutiones ad manus receperunt, quas & eadem die summo cum studio perlegere, desuperque consultare inceperunt. Tertia vero die, quæ fuit Mercurii, decima sexta ejusdem mensis Martii, hora sexta, audita prius Missa in Capella Divi Joannis Baptistæ, in curia Archiepiscopali sita (quod singulis diebus actum atque observatum est) in loco solito convenerunt, & usque ad horam prandii consultare super Constitutionibus a Reverendissimo Metropolitano eis exhibitis prosequuti sunt: quod & a prima hora post meridiem usque ad horam cœnæ est custoditum, & deinde diebus sequentibus eadem forma, usque in finem Synodi est observata: tandem easdem Constitutiones una cum eorundem consultationibus desuper habitis & factis, prænominato Reverendissimo Domino Metropolitano cum humillima subjectione præsentarunt, sese suæ Reverendissimæ Dominationis præceptis atque mandatis submittentes: Reverendissimus vero Metropolitanus supranominatas Constitutiones itaque conclusas atque stabilitas, & in unum librum redactas, penultima die ejus Synodi, quæ fuit vigesima septima Martii, denuo in publica & generali congregatione illis exhibuit ratificandas: Quæ ab omnibus, nemine contradicente, fuerunt ratificatæ. Deinde ab omnibus fuit stabilitum, ut die sequenti, ultima hujus Synodi Sessio celebraretur, & in eadem supradictæ Constitutiones, juxta consuetudinem, publice sub summo officio approbarentur, & a Reverendissimo Metropolitano confirmarentur, quod & factum est. Nam vigesima octava ipsius Martii, quæ fuit ultima hujus sacræ Synodi, in prædicta Metropolitica Ecclesia ad sacratissimæ & individuæ Trinitatis laudem & honorem, officium per Reverendissimum Patrem & dominum Episcopum Pataviensem omnibus præscriptis ad hanc Synodum vocatis interessentibus, & Deo omnipotenti gratias agentibus, fuit decantatum, Oratione per venerabilem ac egregium virum dominum Christophorum Spandelium artium & Philosophiæ Magistrum, Parochum civitatis Mŭldorffensis Salzeburgensis ditionis habita. Qua finita sacroque expedito, & Antiph. Exandi nos domine &c. cum Collecta, Omnipotens sempiterne Deus &c. & Letaniis decantatis, aliisque necessariis & consuetis solemnitatibus adhibitis, prædicti domini Patres Synodales per promotorem ac subpromotorem, tresque Notarios, interrogati atque requisiti, omnia & singula in hac sacra Synodo acta, actitata, statuta, constituta, decreta, & conclusa, per verbum PLACET affirmarunt, ratificarunt, & approbarunt, ac rata & grata habuerunt, ac quilibet eorum affirmavit, ratificavit, & approbavit, Reverendissimusque Dominus Archiepiscopus ea omnia similiter approbavit, atque authoritate Metropolitica (ut moris est) confirmavit. Quibus omnibus, & id genus aliis requisitis, peractis, ac finito etiam cantico, Te Deum laudamus &c. & solemni data per Reverendissimum D. Metropolitanum benedictione, huic solemnissimo actui finis est impositus. Et in majorem hujus sanctæ conclusionis fidem, & evidens testimonium, eadem die convenerunt omnes in Aula Reverendissimi Archiepiscopi in loco congregationum solito, in quo hujusmodi Constitutionibus Synodalibus, Decretis, actis, & statutis, in uno volumine conscriptis, propriis manibus subscripserunt, & eorum appressis Sigillis illa corroborarunt, & sic sese omni cum humilitate sub protectione & tutela Sanctissimi ac Clementissimi domini, domini Pii Papæ, sacræ universalis Ecclesiæ summi Pontificis, pariter

ter

Anno 1569. ter atque Reverendiſſimi Principis, & domini Metropolitani Salzeburgenſis &c. recommendantes & ſubjicientes. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis, prælibatus Reverendiſſimus dominus Metropolitanus Salzeburgenſis &c. ſuæ Reverendiſſimæ Dominationis, & aliis ſua intereſſe habentibus, unum vel plura publicum vel publica fieri atque confici inſtrumentum & inſtrumenta petiit. Acta ſunt hæc Salzeburgæ in locis & diebus ſupra ſpecificatis, præſentibus ibidem honorabilibus ac egregio viris dominis, Magiſtro Erneſto Loher, Georgio Pfingſtl Capellanis dicti Reverendiſſimi domini Salzeburgenſis &c. Erhardo Satlperger Vicario chori, Chriſtophoro Lechner Sacellano arcis, Georgio Strœmair Beneficiato, & Andrea Seuer Sacellano ſupra montem monialium, presbyteris, teſtibus, ad omnia præmiſſa vocatis, rogatis, atque ſpecialiter requiſitis.

Et ego Paulus Götſchler publicus Apoſtolica auctoritate Notarius &c. ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi Salisburgenſis Eccleſiæ &c. Capellanus, Quia præſcriptis omnibus & ſingulis, dum ſic ut præmittitur, fierent, & agerentur, una cum ſubſcriptis meis Connotariis & teſtibus, tam in Eccleſia Metropolitica, quam loco præſpecificatis præſens interſui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi: Idcirco hoc præſens publicum Inſtrumentum manu aliena fideliter ſcriptum, exinde confecimus, ſubſcripſimus, publicavimus, & in hanc publicam formam redegimus, ſignisque, & nominibus noſtris ſolicis, & conſuetis, ſignavimus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, ad hæc ſpecialiter vocati, conſtituti, & requiſiti.

Et ego Magiſter Joannes Stuedler, Publicus ſacris Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, ac Archidiaconatus Eccleſiæ Garſſenſ. Salzeburgenſ. diœceſ. Scriba juratus, quia præſcriptis omnibus & ſingulis &c. *ut ſupra.*

Et ego Matthæus Schmeckhenpfrill publicus ſacris Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, in Archivo Romanæ Curiæ deſcriptus, ac cauſarum Conſiſtorii Salisburgenſis ſcriba juratus, Quia omnibus & ſingulis præſcriptis. &c. *ut ſupra.*

Oratio habita in fine hujus Synodi Provincialis Anno MDLXIX die 28 Martii

a Magiſtro Chriſtophoro Spandelio Roſenbergenſi, Paſtore Myldorffenſi.

Quandoquidem Ampliſſime Princeps, idemque Archipræſul Reverendiſſime, vusqoe cæteri Eccleſiarum Priucipes, & Antiſtites Clementiſſimi, Prælati, Archidiaconi & Presbyteri, perpetua obſervantia colendi, Doctores, non tam virtutibus, quam ſapientia, atque doctrina clariſſimi! præter meam exſpectationem mihi demandata eſt ad vos provincia dicendi, quam equidem uberiori malim optarimqoe doctrina, majoriqoe rerum cognitione fuiſſe commiſſam, quam mihi homini certe obſcuro, & nolla neque eruditione, neque dicendi ornato facultate: quam in primis a dicturo aliquid utile, humanæque ſocietati neceſſarium atque commodum, non tam Demoſthenes, Græcorum orator diſertiſſimas, quam Romanæ eloquentiæ parens Cicero deſiderare videtur; dum uterque docet, nihil ab Oratore in medium eſſe proferendum, qood ingeoio, labore atque induſtria non ſit elaboratum. Verum cum mihi plane de vobis Auditores perſuaſerim, vos ſimplici & tumultuariæ orationi meæ æquas præbituros aures, facile in huoe conſcendi locum, veſtramqoe ampliſſimam corooam prodii; qoa quid potiſſimum dicerem, cum diu multumque mecum cogitaſſem, exiſtimavi tandem, me nollum in hunc locum aptius commodiusque argumeotum afferre poſſe,

se, præter id, quod partim in hujus amplissimæ Synodi Provincialis, a vobis laudabiliter, & pie omnino celebratæ, encomio atque laude versabitur: partim in exhortatione quadam mea, qua etsi minime indigere videamini; tamen præcipue eo spectandum vobis erit, ut ea, quæ singulari vestra sapientia, consilio prudenti, & divino quodam ductu, atque fervore, Ecclesiæ Catholicæ, matris nostræ charissimæ, salutis & emolumenti ergo, in hac vestra celeberrima congregatione decrevistis, executioni quoque mandetis, inque usum primo quoque tempore transferatis. Cæterum, ut oratio mea, ad id, de quo nunc breviter dicere decrevi, revertatur, non possum Patres Amplissimi! etiamsi mihi esset Ciceronis, vel Isocratis (cujus domus πανοπλία καὶ τῆ σοφῶς λέγειν ἐργαστήριον fuisse commemoratur) facundia, satis mea oratione celebrare piissimos vestros conatus, studia, saluberrimosque labores, quos hac sancta Synodo suscepistis, susceptos tandem divino auxilio ad finem salutarem perduxistis: non ut more κενοδόξων transituram aliquam vestris compararetis nominibus gloriam, sicut multos multa sæpe vana adductos gloria tentasse legimus, sed potius ut labascentis, proh dolor! & ruinam propemodum minantis Ecclesiæ rationibus & commodis, hoc vestro saluberrimo convento opem feratis, orthodoxam, sacrosanctam, atque Catholicam nostram religionem (extra quam cœlestem & perpetuam beatitudinem consequi nemo poterit) conservaretis, gloriam & laudem Dei nostri proveheretis, schismata & hæreses extirparetis, veram pietatem plantaretis, vitia, abusus de medio tolleretis, proborum morum, multumque violatam disciplinam Cleri restauraretis, denique ut pulcherrimam Ecclesiasticæ politiæ harmoniam resarciretis, eamque pristino nitori restitueretis. Qua re, aut quo negocio Patres observandissimi! quid omnipotenti Deo acceptius? quid filio ipsius dilectissimo gratius? quid salubrius sponsæ filii Ecclesiæ, quam adeo dilexit, ut eam non auro corruptibili, vel argento, sed preciosissimo sanguine suo redimere dignatus sit, facere potuissetis? Quid vestris nominibus, atque muneribus honestius, magnificentiusque? Quid denique Reipublicæ Christianæ utilius, vel magis necessarium a vobis hoc vestro conventu tractari, definirique potuisset? Suscepistis mehercle negocium sanctissimum, & vestris officiis atque nominibus dignissimum, convenientissimumque. Nam ideo vos Patres! vos, inquam, appellamini *Anno 1569.*
a Spiritu sancto צופים per Iheremiam *Cap. VI.*
Prophetam (*): & ab Apostolo Paulo *vers. 17.*
οἱ ἐπίσκοποι; cur sic? ἵνα ἐπισκοπῆτε, *Actor.*
καὶ προσέχητε ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποι- *Cap. XX.*
μνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο *vers. 28.*
ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος. Hoc gravissimum Apostoli dictum diligenter vobis Patres! considerandum est, in quo docet Apostolus, quæ vestri muneris sit ratio: quidve potissimum vos facere deceat, videlicet, ut Ecclesiam salubri verbi Dei pabulo pascatis, & diligenti cura inspiciatis, attendatis, excubiasque habeatis, ne lupi in gregem, fidei atque curæ vestræ commissum, grassentur: aut vulpeculæ illæ callidæ, de quibus apud Ezechielem scriptum est, vi- *Capite XIII.*
neam Domini demoliantur. Etsi vero *Cantic.*
Patres! ejusmodi προσοχὴ (cujus hoc lo- *Cap. II.*
co Apostolus meminit) semper Ecclesiis salutaris, & necessaria a Patribus judicata fuit: tamen in primis, maximeque necessaria, & utilis judicanda est, his præsertim gravissimis atque difficillimis temporibus, quibus non solum hæreticorum pravitas, schismaticorum contrariæ opiniones, apostatarum obstinata malitia, qua se ab Ecclesia Catholica separavere: verum etiam plurimorum sacerdotum, parum considerantium, quid sacra Concilia, quid veterum saluberrima decreta, quid Synodales Constitutiones pie & utiliter statuerint, scandalosa atque perniciosa vivendi ratio, non exigua incommoda atque calamitates in agrum & vineam Domini Sebaoth importavit, eamque ita devastavit, ut non immerito in nostri ordinis homines dicere possem gravissimam illam querelam, qua olim Deus per Iheremiam de malis conquestus est pastoribus dicens:
רעים רבים שחתו כרמי: בססו *Cap. XII.*
את־חלקתי נתנו את־חלקת חמדתי *vers. 10.*
למדבר שממה *Pastores multi perdiderunt vineam meam, conculcaverunt prædium meum, posuerunt prædium meum desiderabile in desertum squallidum.* Possem sane multa alia hoc loco commemorare mala, quæ partim Incuria Ecclesiæ procerum, non satis perpendentium id quod Spiritus sanctus per Apostolum dicat: Attendite vobis, & universo gregi &c. partim causa delictorum nostrorum, in vineam Domini sunt introducta. Verum cum non ambigam, hæc incommoda vobis notea probe esse perspecta: duo tamen (ut alacres quodammodo atque strenuos in officio vestro vos reddam, & ad considerationem aliquam præsentis Ecclesiæ status, non parum hoc tempore labefa-
ctati,

(*) *In prima Editione hujus Concilii Anni 1574. hi scripturarum loci, qui sequuntur, hebraico & græco typo editi fuerunt; qui in altera editione latino sermone fuere redditi.*

Anno 1569. ftati, extimulem) commemorabo: ut cognita malorum illorum gravitate, & magnitudine remedium opportunum, atque conveniens adhibeatis, simulatque diligenter consideretis, quidnam vestri muneris ratio a vobis requirat. Primum est ipsa hæretica pravitas, quo certe nihil atrocius, nihil pestileotius nominari, aut excogitari potest: Idque eas ob causas primum, quod hæretica lues plurimos in perniciosissimos errores deducit, eosque segregat ab Ecclesia Catholica, quam ideo Apostolus firmamentum & columnam veritatis appellat, quod sola vera sit, cæteræ falsæ; & quod sola verum Scripturæ sacræ sensum & intellectum teneat: quod fallere nesciat: errare ignoret: & septem vera Sacramenta habeat, denique veram salutis viam demonstret: & quod sit supra Christum, & fundamentum Apostolorum tanquam firmissimam petram extructa & fundata, adversus quam portæ inferiorum hactenus non prævaluerunt, neque prævalebunt (licet interdum jactari habeat necesse inter gravissimas maris procellas, & dorissimos scopulos, hoc est, inter tyrannos, schismaticos atque hæreticos periclitari: tamen eam filius Dei, fidelis atque potens Naviculæ suæ Gubernator, potenter eam (sicut hactenus fecit) adversus omnia incommoda defendet, nec submergi permittet. Verissimum enim est, quod Nazianzenus inquit: Ἄσκος βαπτίζει, καταδύναι δὲ ὃ θέμις ἔτι. Tingitur quidem navicula, verum submergi minime fas est. Deinde hanc quoque habet naturam pestifera hæresis, quod non modo ab Ecclesia eos, qoos misere captivos tenet, segréget; verum etiam a tramite, & veræ salutis via in perpetuam damnationem (quod dictu horrendum) secum rapit. Denique quidvis tragœdiarum, tumultuum atque malorum hydra illa exuscitat. Id quod satis testantur deploranda exempla nostræ Germaniæ, quæ olim propter Religionis Catholicæ studium exteris quoque nationibus admirationi fuisse dicitur. Nunc vero quantum sit impiorum hæreticorum impiis, & plane inter se pugnantibus dogmatibus, & opinionibus schismaticorum sectariorumque conspurcata, atque deformata colluvie, credo neminem vestrum esse, Auditores! qui illud ignoret. Sublata est in locis nostræ miseræ atque calamitosæ Germaniæ plurimis pietas, vera fides, religio orthodoxa, sublata honestas, soblatæ optimæ & saluberrimæ leges, saoctorum Patrum sanctissimæ constitutiones, eversa monasteria, plurima profanorum facta habitacula, cum olim fuerint domicilia religiosorum, piorumque hominum, qui vigiliis, indefessis laboribus atque studiis suis, religionem Catholicam plantaverunt, eamque longe lateque propagaverunt, Deumque assidue, jejuniis, orationibus atque eleemosynis coluerunt: ex templis ejecta altaria, exterminatæ sanctorum hominum, & amicorum Dei imagines: sublatum sacrosanctum Missæ sacrificium, quo gratissima hostia, pro salute & incolumitate tam vivorum, quam mortuorum Omnipotenti Deo offerebatur: Templa, quibus olim majores nostri, piissimi religionisque Catholicæ studiosissimi homines, Deo atque sanctis ejus gratissimos cultus præstitere, nunc falsa religione, errooea hæreticaque doctrina conspurcata cernimus: Quæ quidem modo commemorata, certo nullo alio auctore, nisi schismate & impia hæreticorum pravitate defluxisse quis audebit negare? Quare cum hæresis tantum sit malum, necesse erit Amplissimi Patres! & Ecclesiarum Rectores! ut consideratis sedulo vestris officiis, illam a patria & Provinciis vestris longe propulsetis. Id quod opinione mea facillime fieri poterit, si frequentiores habueritis visitationes: si hæreseos suspectos ejeceritis: si Ecclesiis atque parochiis vestris pios, honestos, fidei atque doctrinæ probatæ pastores præfeceritis: diligenter in gregem Dominicum oculos vestros & mentem converteritis; denique ea, quæ hac Synodo decrevistis, strenue executi fueritis.

Dixi nunc paucis de primo malo Ecclesiæ: Audiemus porro de altero, quo his durissimis temporibus Ecclesia laborat. Illud vero quid aliud est, nisi Cleri mala vivendi ratio; qoam si paulisper cunsiderare volumus, reperiemus certe non paucos Ecclesiarum ministros, quibus cura & officium eorum pastorale, hunesta vita, sancti mores, vera religio atque pietas vere cordi sit; cum præ cæteris sacerdotes officii sui studiosissimi, & pietate atque honestis moribus præditi esse deberent, suisque auditoribus honesto præcedere exemplo; sicut Apostolus suum discipulum Timotheum diligenter docet. Et ipse quoque animarum nostrarum Pastor, cœlestisque Doctor Christus, dicens ad Apostolos suos, quos jam totius mundi pastores & sacerdotes elegerat: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Quæ quidem Cleri scandalosa vita quantum hactenus Ecclesiis obfuerit, quantumque detrimenti ordini nostro sacerdotali attulerit, me taceote facile intelligere potestis. Etenim ut de aliis quam plurimis incommodis, quæ ex laxata Ecclesiastici status disciplina, & inhonesta Cleri vita secuta sunt, taceam. Quis non videt, multa eaqoe gravia secuta offendicula? quibus multi offensi non solum ab Ecclesia ad partes adversarias defecere, sed etiam Ecclesiarum ministros, nostram doctrinam, nostraque Sacramenta contumelia afficere non dubitaverunt. Unde Apostolos, quippe

non

noo ignorans, quam perniciosum sit ministrum Ecclesiæ turpiter & scandalose vivere, diligenter hortatur Ecclesiæ Doctores & Pastores, ut sint exemplum & forma bonorum operum: nec cuiqoam dent offensionem, ne tali occasione etiam officium & ministeriom eorum vituperetur. Quis non animadvertit ex tali vitiosa licentia secutum extremum contemptum Cleri? quo quid qoæso (præsertim apud nos Germanns) contemptius, quid nomine sacerdotis odiosius esse potest? aut quid magis ab omnibus fere ludibrio exponitur, & subsannatur ipso Clero? cum olim nihil venerabilius, nihil honorabilius, nihil sanctius ordine sacerdotali fuerit judicatum: quemadmodum ex gravissimo Constantini Imperatoris dicto videre est, quo dixisse fertur, plus honoris deberi sacerdoti, quam Regi. Cæterum quæ causa & origo hujus contemptus sit, facile cognoscere poterimus, si consideraverimus verba illa, quæ scripta sunt apud Malachiam

Cap. II. Prophetam, per quem Deus ejusmodi pœnam sacerdotibus, legem & viam Domini deserentibus comminatur, dicens: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore ejus requirent; vos aotem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Levi, dicit Dominus exercituum; propter quod dedi vos contemptibiles omnibus populi. Ex his & aliis quam plurimis, quæ hoc loco commemorare possem, oisi antea vobis perspecta intelligerem, nunc Patres Amplissimi! animadvertere potestis, quam juste, quamque opportune & necessario hæc sancta Syoodus convocata atqoe celebrata fuerit, qua etsi singulari vestra prudentia, studio commendabili, denique divino qoodam zelo, erga religionis nostræ Catholicæ conservationem leges optimas sanciistis, deque rebus utilissimis, & Ecclesiæ Filii Dei apprime necessariis, consultationes suscepistis; idque in hunc maxime fioem, ut (sicut jam dictum est) religio nostra conservari, Ecclesia ab hæresibus repurgari, Clerus ad sanctorum Patrum statuta & sacros Canones dedoci, Ecclesiastica disciplina, hoc tempore multum labefactata, restaurari posit, tamen Patres! in his labores vestri sanctissimi, Deoque gratissimi quiescere non debent; sed ulterius sese extendere, donec competentibus viis & mediis in scopum propositum devehamur. Quare Amplissimi Patres! cum honestum & otile sit (quemadmodum Xenophon, Plato & Aristoteles docent) publicas leges coodere, ac humanam societatem ad earum observationem adstringere, decebit certe, & omnino necessarium erit, ut omni studio iocumbatis in id, ne leges duntaxat, statuta atque Canones conditi a vobis videantur; sed potius ut ea, quæ hoc conventu, vestra humana diligentia, vigiliis atque cura, tractata, ac definita fuere, ea *Anno* 1569. qua decet diligentia, observentur, inque usum eorum, quorum nomine cooscripta sunt, transferantur. Etenim quid prodesset, si Princeps aot Magistratus quispiam conscriberet optimas quasque leges, quibus pax, concordia, honesta subditorum disciplina, religio, cultus divinus, & alia ad hominum externam salutem spectantia, facile conservari posset, eas vero in usum oon transferret, nec observari curaret? Certe parum prodesset, talisque Princeps non solum negligens, sed etiam inanes quodammodo labores suscepisse diceretur. Sic quid commodi afferret, si magister quispiam utiles leges discipulis suis præscriberet, quibus oon tam solida doctrina, quam agrestes mores bene & recte informari possent; discipulos vero ad earum legum observationem non adstringeret? Certe frustra laborasse diceretur. Sic parum commodi vestræ leges, & ψηφίσματα Vobis adferent, nisi ea executioni mandaveritis, operamque dederitis, ot a cuoctis, vestris imperiis subjectis, custodiantor, observenturque, & transgressores severissime puniantur. Ne itaque Patres! temere de rebus gravissimis, totique Ecclesiæ saluberrimis, consultasse, & hanc sanctam Synodum celebrasse videamini, opus erit, ut quam citissime fieri poterit, vestra decreta promulgentur, & ab omnibus stricte serventur. Et habetis certe causas gravissimas, quæ Vos monent, ne labores vestros differatis, sed mature ad effectum deducatis. Postulat hoc ipsum a vobis mandatum Dei, quo non tam Politico, quam Ecclesiastieo magistratui severe mandat, ut mala & inhonesta de medio tollat, bona atque honesta defendat. Porro qua ratione mala tolli possuot, si magistratus securus dormit, conniv[illegible], nec suum officiom facit? Postulat hoc [illegible] vobis vestra professio, vestrique officii ratio. Nam ideo vocamini per regium Prophetam שרים *Principes*, ut vestra authoritate, & potestate, a Deo vobis tradita, veram religionem, verosque cultus tueamini: hæreses detestemini, nec eas in Ecclesiis vestris spargere permittatis. Ideo quoque vocamini ποιμένες *Pastores*, ὀφθαλμοὶ *oculi*, & ἐπίσκοποι, constituti a Deo supra Filii sui Ecclesiam; non ut voluptati, aut vanæ gloriæ operam detis, sed ut vobis & universo gregi attendatis, ejusque curam diligentem soscipiatis: salubri doctrina, qoam sola Ecclesia Catholica habet, pascatis. Quare ne oomine tantum, sed multo magis reipsa ποιμένες, ὀφθαλμοὶ & Episcopi dici mereamini, attendite, circumspicite, quærite commoda remedia, incumbite in hoc, ut hæreses, abusus, offendicula, & quidquid malorum in Ecclesiam incuria vestra irrepsit, ex Ecclesia rursum ejiciatur. Quod ubi a vobis factum

Anno 1569. factum fuerit, Patres! nemini certe dubium relinquetur, quin propediem sint secuturi uberrimi fructus, & commoda, vestris Ecclesiis saluberrima. Etenim si alias saepe temporibus superioribus Synodi (sicut passim in historiis cernere est) ingentes fructus atque utilitates attulerunt; quis non audebit etiam similes ex hac vestra amplissima congregatione sperare? Sed fiet, credite mihi, divino auxilio, dummodo seduli vestrarum optimarum constitutionum executores fueritis, ut sublatis malis, & scandalosis vitiis, enormitatibus, abusibus, ex agro & vinea Domini Sabaoth (cujus praecipue vos Patres cultores esse debetis) sit secuturus, status Ecclesiarum tranquillior, haereseon profligatio, in clero verecundia, honestas, pietas, in sacris obeundis major devotio: redibit quoque toti ordini ecclesiastico suus honos. Dominus Deus noster largiatur suam gratiam, ut ea, quae hac amplissima, & sanctissima Synodo definita atque decreta sunt, ad nominis sui gloriam, Ecclesiae Catholicae restaurationem, atque conservationem, totiusque Reipublicae Christianae salutem & emolumentum cedant, & felicem sortiantur effectum, per Dominum nostrum Jesum Christum, cui sit laus & honor cum Patre & Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

Ita absoluta Synodo dimissi Patres, atque literae ad Summum Pontificem datae, ut concilium probare vellet. Hae literae, uti & decreta Synodi, Romam perferenda, Feliciana Ninguardae tradita fuerunt; negocium quoque ei datum, ut cum Pontifice de capitibus quibusdam, quae infra dabimus, juxta Patrum mentem coram ageret.

Obiter hoc loco animadvertant studiosi rerum Salisburgensium, Joannem Jacobum ordine Archiepiscoporum & primum extitisse, & ultimum, qui constitutiones in suo Provinciali concilio latas, adprobari Pontificio judicio, atque ante hanc adprobationem obtentam eis nec vim ullam inesse voluerit, nec usum; contra ac ab aliis suis antecessoribus actum est, qui legitime congregatos Patres in conciliis censuerunt Magistratum esse legislatorem, ab Universali Ecclesia donatum hac potestate statuendi de Disciplina, rebus suis competente; cum alioqui Dogmatum declaratio pertineat ad solam Universalem Ecclesiam, ex generali Pastorum coetu coalitam. Quod si conciliaria aliquando decreta particularium Ecclesiarum ad Romanum Pontificem submissa fuerunt, factum id fuit reverentiae in Apostolicam Sedem significandae causa, non vero ut inde robur suum, auctoritatemque colligerent.

Haec inter advenerunt Roma Pontificis literae, quibus Archiepiscopum ad clericorum concubinatum, e Provincia sua eradicandum hortabatur; cujusmodi & ad Ferdinandum Archiducem datae fuerunt. Ait Pontifex, turpissimam hanc & vetustissimam esse Ecclesiae labem, quae cum sacrorum ipsa invaserit penetralia, faciem ejus vehementer deformet. Quare Principibus, atque Episcopis auctor est, ut anxie in hanc curam incumbant, ejusque ignominiae vestigium omne deleant. Percepta Pontificis voluntate rescripsit Archiepiscopus: neque a se, neque a Provinciae suae episcopis, id ut impetraretur, unquam cessatum. Quaesita a se jam dudum fuisse idonea ad malum hoc extirpandum remedia; aliter tamen rem cecidisse, spemque omnem sperato fuisse eventu destitutam. Infelix enim id lolium invito se & repugnante repullulasse iterum, cum maxime excisum crederetur. Ne tamen Pontificis imperio nihil tribuere videatur, Episcoporum ait conventum a se fuisse antehac habitum, atque ea, quae expedire visa sunt, constituta. Saepius ante eadem de re edita a se fuisse proposita, quibus illud ipsum, quod tum agebatur, inculcaverit. Deinde plurimum se laborare ait, ut nova ubique clericorum seminaria extruantur. Plurimos esse, qui licet catholicam religionem habitu, ac vultu praeseferant, eandem tamen habeant ludibrio, aliud ore professi, mente aliud gestantes reconditum: curare tamen se, ut, qui ab Ecclesia digressi sunt, non tam increpationibus, quam inculpatae vitae exemplis a devio tramite in viam reducantur. Memorat & sacerdotes plures esse, qui populum ad calicem petendum paene adigant. Praeterea cautum a se fuisse, ne haereticos libros domi habere liceat; tertio vero post mense, habita prius inquisitione, singula se lustraturum loca, atque in refractarios poenis animadversurum. *Quae Gasperius refert in laudato saepius Manuscripto pag. 146. ex Archiva Salisburgensis Consistorii desumpta.*

Porro Pontifex in Synodo oblata cum rerum ibidem pertractatarum dignitatem, decretorumque praestantiam comperisset, pleraque omnia cordate extulit, & probavit, nisi quod forte de Canonicatuum pluralitate praefertur Constitutione XXIV. Cap. XX. ut ibidem adnotavi, hancque ad Archiepiscopum dedit epistolam.

GREGO-

GREGORIUS XIII.

Anno 1572.

Venerabili Fratri Joanni Jacobo, Archiepiscopo Salisburgensi.

Venerabilis Frater Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Quia compertum habemus Provincialibus Synodis illud esse propositum, ut in moderandis moribus, corrigendis excessibus, componendisque controversiis versentur: ac propterea non sine maxima causa a sacro generali Tridentino Concilio decretum esse, ut singulis trienniis celebrarentur; ea de causa magnam in Domino lætitiam accepimus, cognoscentes fraternitatem tuam in Provinciali tua Synodo nuper convocanda, ac celebranda, dignam pastorali solicitudine diligentiam, curamque adhibuisse, in qua quidem Synodo quod ea decreta fuerint, quæ tuendæ fidei Catholicæ, hæresibus tollendis, corrigendis moribus, accommodatissima esse dicuntur; hoc prudentiæ, constantiæ, pietatique tuæ potissimum acceptum referimus, ejusque rei nomine & omnipotenti Deo, bonorum omnium auctori gratias agimus, & fraternitatem tuam debitis in Domino laudibus vehementer commendamus, cujus sacerdotalis zelus, & in grege sibi a Redemptore nostro commisso custodiendo vigilantia eo majoribus est laudibus prosequenda, quo propter multiplicum hæresum venena talibus remediis illius provinciæ mala magis indigere cognoscuntur. Restat nunc, ut quæ tam salutariter, tamque utiliter in ea ipsa Synodo communi Coepiscoporum tuorum consensu statuta esse intelligimus, hæc ut ab omnibus his, qui tuæ Diœcesi subjecti sunt, fideliter observentur, omni studio, diligentiaque efficere contendas: quam quidem ad rem fraternitatem tuam sic adhortamur, ut eam meminisse velimus, frustra tot, tantosque ab ea labores in convocanda, celebrandaque Synodo susceptos fore, si ea, quæ recte statutis rebus maxime desideratur, executio defuerit. Proinde necesse est, ut non solum ipse pro tua pietate cores illa, quæ semel decreta sunt, servari; sed etiam cæteros Coepiscopos tuos, qui eis ipsis Decretis sanciendis interfuerunt, ut idem faciant, diligenter admoneas: quod eo quoque studiosius, diligentiusque fraternitatem tuam facere volumus, quia pro comperto habemus, eorum ipsorum Decretorum executionem & cætera, quæ restituendæ in ista provincia religionis Catholicæ causa præclara effici possunt, ex fraternitatis tuæ potissimum auctoritate pendere, quippe cui ad bene de Ecclesia Dei, sanctaque hac Sede Apostolica merendum neque voluntas neque facultas desit. Hæc igitur (Venerabilis in Christo frater) & quæ alia sunt officio pastorali digna, quod tibi ab Omnipotenti Deo commissum est, sedulo meditare, atque exequere, atque ad gregis tuæ fidei crediti curam constanter invigila, eos, qui integram, incorruptamque fidem Catholicam hucusque servaverunt, ad perseverantiam hortare, errantibus ad Ecclesiæ gremium revertendi viam ostende, deoique nihil earum rerum prætermitte, quæ animarum pretioso Redemptoris nostri sanguine redemptarum saluti necessaria, atque utilia esse judicaveris, ut eo copiosioris remunerationis mercedem exspectare possis, quo uberiores advenienti æterno Judici laboris tui fructus obtuleris. Plura a fratre Feliciano tuo, quem libenter vidimus, multumque amamus, accipies. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die XXVIII. Junii M.D.LXXII. Pontificatus nostri anno primo.

Lünig Reichs *Archiv Spicilegii ecclesiast. Continuatione III. pag.* 913.

Hæc dum aguntur, anno 1572, *die* 28 *Februarii, habita est Synodus Archidiaconalis Müldorffii ab Archidiacono Garsensi. Archidiaconis quippe Salisburgensibus non fuit, antiqua natus origine, celebrandi singulis annis Synodos pro districtus sui adcuranda disciplina. Ejusmodi Synodum fuisse habitam anno* 1337 *supra attulimus: eandemque Archidiaconis Salisburgensibus facultatem firmavit Concilium Basileense anno* 1440, *sedente Joanne II. Archiepiscopo, cujus pariter decretum ad hunc annum memoravimus. Consignavit hanc Archidiaconalem Synodum M. Christophorus Spandelius, Pastor Müldorffensis, & ipse congregatorum Patrum numero comprehensus. Quod M.S. ex Archivo Archiepiscopali desumptum, nunc primum prælo excuditur.*

PRÆFATIO.

Synodus Archidiaconalis Garsensis.

Reverendi Viri & Fratres in Domino perchari!

Non ignoro, quio satis vobis sit perspectum, veterem salutarem, & imprimis laudabilem esse consuetudinem, ut annis singulis circa hoc tempus (quo auspicamur sacrum illud jejunium quadragesimale, quod ipsi quoque sancti Ecclesiæ Patres synodis celebrandis non inconvenients olim judicaverunt; quemadmodum haud obscure videre est in canone quodam, quem ex Statutis Niceni Concilii, Decreti auctor Gratianus Distinctione decima

Anno 1572. cima octava desumptum recitat) in Archiepiscopali hoc oppido Myldorff, particularis, seu, ut vocant, diœcesana quædam celebretur Synodus, ad quam singuli Ecclesiarum Pastores, eorumque Symmistæ Archidiaconatus Garsensis convenire tenentur; idque hoc nomine potissimom, ut audiant atque cognoscant earum tractationem rerum, quæ statum nostrum presbyteralem, Ecclesiæ orthodoxæ ædificationem, atque salutem coocernuot; qoam sane christianam & honestam consuetudinem Ecclesiæ Proceres contemnere, aut negligere minime licet, sed diligenter tueri, atque conservare: Quia est Ecclesiæ utilis, & necessaria, hoc præsertim tempore, nec etiam est nova, aut nuper in Ecclesiam introducta, sed vetustissima, & nobis quasi per manus tradita a sanctis Patribus, qoos constat, jam fere ab Ecclesiæ exordio, subinde ad certa loca eoovenisse, & τὰς συνόδυς, hoc est, conventus publicos celebrasse, in quibus (qoemadmodum ex multis sacrorum conciliorum psiphisinatibus liquet) præcipue consilia susceperunt: de religionis Christianæ negocio; de controversiis conciliandis; de statu sacerdotali; de vita & moribus clericorum, quos etiam tunc τὰς πρεσβυτέρυς, hoc est, seniores, non quidem ab ætatis serie, sed magis a mentis matoritate, & vitæ immaculatæ puritate appellabant: de tollendis scandalis: de extirpandis hæresibus, & his similibus, quæ non longe post Apostolorum tempora in Ecclesiam irrepserant, partim pastorum incuria (sicut Historia Ecclesiastica refert) partim malitia & insatiabili odio hominis inimici, de qoo apud Mathæum Salvator loqnitur, hoc est, diaboli, qui perpetuus & denunciatus existens hostis Filii Dei, atqoe piorum homioum, nunquam non summis conatibus Ecclesiam, quam sibi Christus sanguioe suo pretioso acquisivit, labefactare atque deformare, nunc gravissimis hæresibus, nunc schismatibus abominandis, nunc bellis atrocibus conatur. Deinde quoque antiquorum conciliorum, præsertim Chalcedoensis & Lateranensis auctoritas & statuta, quæ violare, aut contemnere nefas esset, hoc ipsum jubent, ac demandant Episcopis, atque Metropolitanis, ut in Provinciis suis quotannis binas celebrent Synodos. Hoc com in multis statutis synodalibus, tum maxime videre est in Epistola sancti Leonis Papæ, quam scripsit Anastasio, Thessalonicensium qoondam Episcopo, inquiens: De conciliis autem Episcopalibus non aliod indicimus, quam quod sancti Patres salubriter ordinaverunt, ut scilicet bini conventus, per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diversos Ecclesiæ ordines nasci assolent, judicetur; ac si forte inter ipsos, qui præsunt, de majoribus peccatis, quod absit, nascitur causa, quæ provinciali examine nequeat definiri, Paternitatem Tuam de totius negocii qualitate, Metropolitanus curabit instruere (*). Et concilium Antiochenum binos conventus annuatim celebrari ordinavit, sicut ex his patet verbis: Propter ecclesiasticas causas, & qoæ existunt, controversias dissolvendas, sufficere nobis visum est, bis in anno per singulas provincias Episcoporum concilium fieri. *Can. XX.* Ex his canonibus, quibus plures adhuc adjungi possent, nisi longum foret, satis perspicuum est, hanc celebrandarum Synodorum rationem, (sicut paulo ante quoque dixi) asse pervetustam, ae in multis sacris conciliis mandatam, renovatam, atque observatam. Quare Reverendi Patres, cum tenemor non modo amplecti & tueri, quæ ab Apostolis Domini oobis sunt tradita, & relicta, verum etiam ab Ecclesia Catholica, quæ colomna est veritatis, & fundamentum nostræ salutis, nostraque mater charissima, quæ non nisi optima, & saluberrima (sicut D. Bernhardos inquit) filiis suis ministrat, & suppeditat: tunc debemus & nos amplecti, & retinere istam celebrandarum Synodorum piam rationem, & consuetudinem. Et Episcopi, quorum est defendere Ecclesiæ pulcherrimam illam harmoniam, & ordinationes, inprimis hanc curam suscipere debent, ut ejusmodi statuta & psiphismata sacrorum conciliorum, veterem auctoritatem, & jus suum conservent. Cujus rei caosa Proceres Ecclesiæ, causas certe non tam necessarias, quam gravissimas habent, quandoquidem illud requirit munus eorom. Nam ideo dicuntur a Basilio magno οἱ ὀφθαλμοί: a Jeremia Propheta צופים: ab Apostolo Paulo οἱ ἐπίσκοποι, ot undique inspiciant, curent & intendant, quatenus singula recte & ordine in Ecclesia administrentur, ut nihil vitiosi, nihil hæretici, nihil scaodalosi, ut Cyrillus inquit, in agrum Domini invehatur: ab Apostolis Ecclesiæ tradita non labefactentur; sed conservcotur, custodianturqoe. *Jerem. VI. vers. 17. speculatores.* Utile quoque & necessarium est retinere, & tueri in Ecclesia conciliorum decreta, eaque in usum transferre; quia suot quasi receptacola quædam, quibus non solum ecclesiastica disciplina, sine qua cœlestis illa doctrina (sicut D. Augustinus inquit) commode tradi non potest, sed etiam fides & religio nostra Catholica conservatur. Postremo ut Præsides Ecclesiæ annuos conventus, seu Synodos, celebrent, efflagitat idipsum non tam muneris

(*) *Est hoc paulisper diversum ab eo, quod S. Leo Epistola VI. demandat; ibi quippe vult Leo causas ejusmodi graviores ad se deferri. Fortassis legi debet* Sanctitatem Suam *pro* Tuam Paternitatem.

ris eorum ratio, ac Ecclesiæ salus; quam moderni temporis iniquitas, qua, proh dolor! effectum est, quod in Vineam Domini, & Ecclesiam Filii Ejus, invectæ sint hæreses variæ, eæque pestilentissimæ, schismata detestanda: disciplina ecclesiastica laxata plurimum: proculque deflexum sit a piis, & salutaribus illis statutis, & legibus piorum Patrum. Ut igitur hujusmodi zizania, atque incommoda, ex Ecclesia eradicentur, necesse erit, Antistites Ecclesiæ redire ad vetera Patrum decreta, & crebras cogere Synodos, & singulari cura atque studio, quæ ad Ecclesiæ pertinent salutem, tractare. Hæc paucis præfari volui. Nunc ipsum negocium aggrediemur, quod prosperum efficere velit is, in cujus nomine hodie sumus congregati. Amen.

Articulus Primus proponendus Domino Præposito, & Archidiacono Garsensi, qui est de Beneficiis in ejus Districtu vacantibus.

Reverende in Christo Pater, & Domine Præposite &c.

Postquam Illustrissimus Princeps, Joannes Jacobus, Dei gratia Archiepiscopus Metropoliticæ Ecclesiæ Salisburgensis, Idemque Sedis Apostolicæ Legatus Amplissimus, Princeps, & Dominus noster gratiosissimus, cognovit, usitatam illam & solemnem Synodum, hoc tempore a Tua Paternitate celebrari, existimavit sua Celsitudo Reverendissima, tanquam Metropolitanus, sui esse imprimis officii, huic interesse conventui, pariter & audire atque cognoscere, quæ hac Synodo tractanda suscipientur. Quocirca Amplitudo sua Magnificentissima voluit ad hoc pium, christianum, & utile opus deligere atque ordinare suos Commissarios ecclesiasticos, & politicos, qui cum habeant in speciali mandato Reverendissimi, Amplissimique Principis nostri &c. quædam Tuæ Paternitati proponenda, speramus illa æquo animo T. P. percepturam, ac postea ordine ad ea responsuram.

Quo animo pii quondam & religiosi homines parochias, altaria, seu, ut vocant, Missas fundaverunt, easque honestissimis proventibus dotaverunt, satis constat; Videlicet, ut religio, & fides christiana conservaretur, Ecclesia Catholica ædificaretur, cultus unius & veri Dei plantaretur, denique ut salutari hostia, quæ in Missa offertur Deo, defunctarum saluti animarum consuleretur, atque succurreretur. Plane igitur impium, & sacrilegum judicandum est, beneficia negligere, ac ea non providere, & in usum diversum & alienum transferre, possessionem eorum politicis tradere, & sic salutem eorum, a quibus fundata sunt, impedire, & religiosos piosque homines spe sua defraudare. Solet quoque sæpe contingere, hoc præsertim tristi tempore, quod politici quidam parum pie de fide, & religione nostra catholica sentientes, ejusmodi beneficia ecclesiastica, privata authoritate, ad se rapiant, & eorum redditibus utantur. Proinde (cum nutum sit, non pauca beneficia in T. P. districtu esse) demandatum nobis est a Reverendissimi Celsitudine, ut de hac re cum Tua Paternitate conferamus, & audiamus: quæ ratio sit beneficiorum? utrum sint, quæ hoc tempore vacent? & an habeant legitimos, atque idoneos, ut vocant, beneficiatos, nec ne? Anno 1572.

Secundus Articulus, qui est de obedientia erga Præpositum Garsensem.

Jubent non solum ipsa honestas, sed etiam scriptura sacra, & gravissima sapientum dicta, majores, item superiores, in eminentioribus constitutos gradibus, venerari, amare, observare, & debitam illis præstare obedientiam; compertum vero est, nonnullos presbyterorum, Tuæ Paternitatis consistorio subjectorum, esse contumaces, immorigeros & dyscolos. Quæ res postea, nisi pœna aliqua coerceatur, parere solet superiorum contemptum, & auctoritatis, atque gravitatis eorum diminutionem; cum igitur talis dyscolia, & inobedientia minime ferenda sit; poterit Tua Paternitas tales dyscolos indicare, ut de hoc quoque negocio deliberatio, atque emendatio institui possit.

Articulus Tertius. De Oeconomia Pastorum.

Sunt non pauci Pastorum, item Beneficiatorum, qui cum habeant redditus satis honestos, interim vero nullam, aut exiguam œconomiæ rite administrandæ suscipiunt curam; Unde fit postea, quod tales sæpe magna contrahant debita, ædes suas parochiales ruinosas refici minime curent. Quod argumentum est non obscurum negligentis, & dissoluti œconomi; cujus in œconomia negligentia cum minime quoque sit ferenda, poterit hoc etiam Tua Paternitas indicare, ut admoniti tales, œconomiæ quoque majori cura, & diligentia præesse studeant.

Articulus Quartus. De Sacramentis in genere.

Septem sont vera, certa & indubitata Ecclesiæ Sacramenta, scilicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Sacer Ordo, Matrimonium, & Extrema Unctio, a Christo ipso, Filio Dei instituta, in salutem animarum, ut D. Hieronymus inquit, ac confirmationem fidei nostræ,

Anno 1572. nostræ, & gratiæ Dei; quæ per hæc Sacramenta nobis confertur. Hæc Sacramenta Ecclesia Catholica, non nisi juxta traditum ab Apostolis ritum, & consuetudinem, Christi fidelibus hactenus administravit. Quare jussu Amplissimi atque Reverendissimi Archi-Præsulis nostri &c. mandatur vobis, ut prælibata Ecclesiæ Sacramenta, juxta ejusdem Ecclesiæ Catholicæ morem administretis: novos Neopistarum, & hæreticorum ritus, omnino fugiatis, nec in Ecclesias nostras invehi permittatis. Qui secus fecerit, is sciat temeritatis suæ pœnas daturum gravissimas.

Articulus Quintus. De Agenda.

Forma administrandi rite Sacramenta Ecclesiæ cum ordine, & diligenter descripta sit in libello agendæ Salisburgensis. Serio præcipit Reverendissimi &c. Celsitudo, ut in administratione Sacramentorum ea utamini: Germanicas Norimbergæ, & alibi, a Neopistis illis editas, omnino vitetis. Similiter quoque conciones, psalmos, ab adversariis compositos, in Ecclesiis vestris minime cantetis.

Articulus Sextus. De Sacramento Eucharistiæ, sumendo sub una tantum Specie.

Etsi auctoritate sacri Concilii Tridentini, & Summi Pontificis, qui verus est Jesu Christi in terris Vicarius, cui etiam a Christo plenaria, & absoluta tradita est potestas absolvendi, ligandi, excommunicandi, dispensandi, ordinandi in Ecclesia, permissa fuerit superioribus annis, propter Capharnaitas quosdam, nolentes una se satiari specie, potestas aliqua in locis aliquibus Ducatus Bavariæ, communicandi Laicos sub utraque specie; tamen propter hæresis suspicionem, & alias causas gravissimas, rursum altera, scilicet vini, species gravissimo edicto publico Alberti, Illustrissimi Ducis Bavariæ &c. omnino sublata & interdicta est. Proinde nullus vestrum sibi posthac (sub atrocissima pœna) illam auctoritatem sibi usurpare debet, communicandi Laicos, cujuscunque status aut eminentiæ fuerint, sub binis speciebus, sed tantum sub una, ad quam alacrius suscipiendam, ot imperiti, simplices & persuasi Laici ad Ecclesiæ unitatem ducantur, utile & necessarium erit, ut Pastores, & eorum Cooperatores suis concionibus crebro hanc doctrinam auditoribus suis inculcent, cosque ad debitam Ecclesiæ obedientiam, quæ hactenus ab exordio suo non nisi sub una specie Laicos communicavit, adhortentur, proponant quoque argumenta ex sacra Scriptura, & Patrum Ecclesiæ monumentis, quibus unius speciei institutio satis copiose convincitur. Hæc facile præstabunt Pastores, si Eckii Enchiridion, Joannis Fabri, Clitovæi, Cochlæi Mersburgensis &c. de Sacramento Eucharistiæ libellos legerint.

Articulus Septimus. De Sacramento Extremæ Unctionis.

Constat quoque Sacramentum Extremæ Unctionis, hoc miserrimo nostro sæculo, in desuetudinem venisse, & a paucis infirmis expeti, quod incuria Pastorum factum esse dubitandum non est: propterea quod ipsi hujus Sacramenti utilitatem, & sanctitatem, suis concionibus, raro aut nunquam, suis auditoribus exposuerint. Ut igitur hoc salutare & necessarium Sacramentum pristinum usum recuperet, & ab infirmis expetatur, consultum erit, ut Pastores, eorumque Cooperatores utilitatem hujus sancti Sacramenti sæpe in concionibus explicent. Simili ratione de Confirmationis Sacramento, quod æque a plerisque vilipenditur, & negligitur, docere debent, ut imperiti, cognitis horum Sacramentorum utilitatibus, illa venerari, ac sumere desiderent; Et sic pristinus honor rursum Sacramentis restituatur.

Articulus Octavus. De libris prohibitis.

Vidimus sæpe in Visitationibus, plerosque Pastorum, Cooperatorum, & aliorum Sacerdotum, sese oblectare libris prohibitis hæreticorum, ex quorum lectione fieri certo non potest, quin aliquid veneni, & hæresis exsugant; ac ita non seipsos tantum, sed etiam auditores suos inficiant. Quare recte & pie gravi censura, a Patribus sancti Tridentini Concilii statutum est, ne quis catholicorum absque summi Pontificis licentia, libros hæreticos, aut emat, aut legat. Mandat itaque severissime Pastoribus, Cooperatoribus, ac reliquis Presbyteris Reverendissimus, Idemque Amplissimus Archi-Præsul noster &c. ne quis vestrum posthac tales libros emat, legat, secumque retineat; verum si ejusmodi habet, eos continuo comburat, aut Salisburgum mittat. Qui secus fecisse deprehendetur, is sciat se pœnas daturum atrocissimas. Nec erit opus, ut quis hunc prætextum prætendat, quasi sit necesse, quibusvis Presbyteris sine discrimine legere prohibitos libros, ut possint adversariorum erroribus obviare; siquidem magna nunc est copia bonorum, & catholicorum librorum, & Postillarum, ut vocant: has si diligenter evolverint, satis commode adversariorum errores refutare poterunt.

Articulus Nonus. De Prædicatione.

Postulat diligens prædicandi, seu concionandi ratio, ut minister Ecclesiæ, habens

bens potestatem verbi Dei prædicandi, ita proponat, atque formet suas conciones, ut illæ ab auditoribus suis intelligi bene possint, & semper aliquis fructus ex concionibus suis ad auditores redeat. Ut vero concionator hoc dextre efficere possit, necesse erit, ut certam sequatur in concionando methndum, thema propositum diligenter explicet, & doctrinas utiles, quas thema facile suppeditabit (si attentius consideratum fuerit) eruat, atque proponat. Quare quotiescunque occasio oblata fuerit, debet diligenter articulos illos, qui hodie iu controversiam vertuntur, & ab hæreticis in pravum sensum detorquentur, ostendere, illosque recte juxta Ecclesiæ Catholicæ sensum interpretari: debet quoque subinde concionibus suis monere auditores ad frequentem cœlestis doctrinæ auditum, ad conventum sacræ Missæ, ad divinum cultum, ad bona opera, ad observationem Decalogi, ad Christianam charitatem, ad eleemosynas pauperibus largiendas, ad jejonium & orationem, ad sanctorum Dei cultum & honorem, ad obedientiam debitam erga magistratum, tam civilem, quam spiritualem, nec non Ecclesiæ. Denique ad observationem omnium eorum, quæ Ecclesia sancta Catholica, mater nostra Charissima, instituit, ordinavit, probavit, retinuit hactenus, & credidit. De his & aliis articulis Pastores commonefacere suos Auditores commodum & salutare erit, ut errores, per hæreticos in Ecclesiam introducti, & in simplex atque imperitum vulgus, qoavis arundine mutabilius, sparsi, rursum eradicentur, & Ecclesiæ auctoritas, fidesque nostra catholica, sine qua salvus esse nemo pôterit, conservetur.

Articulus Decimus. De celebratione Missæ.

Cum pauci sint inter populares, qui sacratissimæ Missæ, quam Liturgiam etiam vocamus, usum & mysteria probe intelligant; uode factum censeo, quod hoc sanctissimum officium, in quo non solum tractatur verum corpus & sanguis Domini nostri Jesu Christi, verum etiam offertur in eo vera & indubitata hostia, Deo cœlesti Patri gratissima, pro salute vivorum & mortuorum, adeoque totius Ecclesiæ, a plerisque vilipendatur, & nonnunquam etiam, proh dolor! ab impiis Ecclesiæ hostibus rideatur (id quod Deus suo tempore certissime vindicabit) Quare cum notum sit, talem contemptum tam sacri mysterii, incuria vestra, in populum irrepsisse, injungitur vobis jussu Reverendissimi & Clementissimi Principis nostri &c. ut posthac populum quoque doceatis de sacræ Missæ utilitate, sanctitate atque majestate, vosque ipsi hoc tremendum mysterium ita tractetis, ut emolumentum potius Ecclesiæ vestra pietate & devotione promovisse, quam iram Dei in vos & alios excitasse videamini.

Anno 1574.

Articulus Undecimus. De Cerimoniis Ecclesiasticis.

Cum cerimoniæ nostræ Christianæ (quas constat partim ab Apostolis, partim a sanctis Patribus, in Ecclesiam introductas) sint pietatis quædam incitamenta, & alimenta, quibus sublatis ipsa quoque friget, languescit, atque emoritur pietas: & nulla unquam religio absque cerimoniis constare potuit. Idcirco injungimus vobis, nomine Reverendissimi &c. ut eas cerimonias, quibus multis jam sæculis pie & salubriter usa est Ecclesia Catholica, in vestris Ecclesiis retineatis, & exerceatis, ut populus christianus ad majorem devotionem incitetur. Novas illas Neopistarum omnino vitare debetis, nec in Ecclesias vestras importare. Et cum nolla sit cerimonia in Ecclesia, quæ non habeat sapientem, piam, & literis sacris consentaneam interpretationem, debetis illas nonnunquam interpretari, ut cognita interpretatione imperitum vulgus sciat, atque intelligat, quid ejusmodi cerimoniæ significent, ac ita major honos, ac reverentia illis habeatur.

Articulus Duodecimus. De Gravaminibus Cleri.

Notum vobis esse non dubito, in Provinciali Synodo, Salisburgi, Metropolitica civitate, superioribus annis celebrata, inter alia deliberationem quoque susceptam fuisse a Reverendis Patribus, de tollendis gravaminibus, quibus hoc tristi tempore Clerus contra veterem consuetudinem, jura & privilegia nostra ecclesiastica, plurimum a Magistratu civili, & quovis fere ejusdem ministro levissimo, divexatur, atque gravatur. Ad quam rem hactenus clerus certe non parvam occasionem præbuisse videtur, vitiosa atque scandalosa sua vita, nec non temeritate, qua se clerus, sæcularis Magistratus imperio potius subjicere voluit, quam ecclesiastici, præter quem alium elerus (nisi illud casus aliquis in jure impediat) agnoscere oon debet. Idcirco demandatum fuit ab Amplissimo Archi-Præsule nostro, ut quilibet Pastorum, si quæ habet gravamina, Salisburgum ad Reverendissimi Cancellariam transmittat. Quod etsi a nobis expeditum non dubitamus, tamen fieri potuit, quod ad priora exhibita, nova, quorum antea nulla facta fuit mentio, fortasse accesserint. De quibus, cum nunc quidem propter temporis brevitatem, consultatio suscipi non potest, illa colligere interea, & scriptis mandata Reverendo Domino

Anno 1572. mino Archidiacono Garsensi, primo quoquo tempore tradere debetis, ut per illius Paternitatem Salisburgum transmissa, Reverendissimus & Gratiosissimus Princeps noster, tanquam Metropolitanus & Ordinarius, de his quoque rebus deliberationem suscipere, & gravaminibus illatis elerum soblevare possit. Vestri officii posthac erit sedulo cavere, ne vestra incuria, mala vivendi ratione, vita scandalosa, Magistratui politico vos gravandi ansam præbeatis ullam.

ADHORTATIO AD CLERUM.

Aodivistis hactenus fratres in Domino dilecti, de quibus rebus hac synodo tractatum fuit. Superest oune, ut fraternam atque ehristianam ad vos institnam orationem, seu adhortationem, qua primum vos in Domioo admoneo, ut singula, hoc conventu tractata, sedulo observetis, & quasi regulam quandam vestrarum actionum esse finatis. Agite fratres, ennsiderate status vestri præstantiam, & rationem vestri muneris, quo si diligenter fungemini, dignam a Den Opt. Max. laborum vestrorum mereedem aecipietis; quemadmodum seriptum est apud Danielem Prophetam dicentem: Qoi docuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qoi ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Talem mercedem Christus qnoque promittit diligentibus servis, qoi in vinea sua strenue laboraverunt. Cognoseite, quid Dominus malis pastoribus, & sacerdotibus comminetur per Ezechielem Prophetam: Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos; nonne greges a Pastoribus pascuntur? Lac aomedebatis, & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis: quod infirmum fuit, noo consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis, & quod abjectum est, nnu reduxistis: Eeee ego ipse super pastores requiram gregem meum, de manu eorum. Et rursum per eundem: Sanguinem autem ejus de maou tua requiram. Similiter Christus Pharisæis, & Scribis, malis pastoribus sæpe væ intonat, & grave judicium atque pœnam comminatur iis, qui eum sint populi Pastores, officio vero pastoris non rite funguntur. Perpendite quoque, quid muneris vestri dignitatem deceat, qoid non? Decet autem nos inprimis hooesta conversatio, vita reprehensioni minime obnoxia, pietas & omnia virtutum genera: requiritur, ut non modo alios verbo, & doctrina salutari, sed etiam honestæ vitæ exemplo, & pia actione doceatis; quandoquidem vos tanquam nmnigenæ virtutis exemplar esse debetis, ad quod auditores vestri mentis suæ obtutum aonvertentes, vitam suam componant ad vestram imitationem; & vestra honesta vita, tanquam prototypo ad rectam omnium suarum actionum directionem utantur. Mementote, quod Beatus Paulus Tito suo scribit, vobis qnoqoe scriptum & dictum esse: Tu omnibus teipsum præbe exemplum booorum operum, in doctrina, in integritate, in justitia, in gravitate. Nec non & id, quod idem Apostolus scribit ad Timotheum: Exemplum esto fideliom in verbo, in conversatiooe, in charitate, in fide. Et rursum ad Corynthios: Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum; sed io omnibus exhibeamus nosmetipsos; sicut Dei ministros, in vigiliis, in jejuniis; in castitate & scientia. Gravissimæ hæ sunt sententiæ, quibus Apostolus ministros & Pastores Ecclesiæ non tam officii sui, quam honestæ conversationis, & vitæ admonet, quæ nisi cum doctrina sacerdotis sit conjuncta, parum talis Pastor promovebit; imo propter morum improbitatem, ipsa quoque prædicationis doctrina, quantumvis bona, daspicabilis & contemptibilis redditur. Sicut Divus Gregorius inquit: Cujus vita despicitur, restat, ut ejus qooque prædicatio contemnatur. Idem quoque in Moralibus recte ait: Ille uberes prædicationis fructus colligit, qui semina bonæ operationis præmittit; nam lnquendi auctoritas perditur, qoando vox operê non adjovatur. Et super Ezechielem rursum idem inquit: Si negligis implere, quod doces, aliis messem seminas, & ipse a frumenti participatione jejunas. Præterea qnod longe periculosius est, sacerdntes corruptam vitiis agentes vitam, pestiferam suorum criminum labem transmittunt in cæteros, eosque exemplo suæ pravitatis occidunt, quos deberent recte vivendo vivificare. Quemadmodum Dominus per Ezechielem dicit de pravis sacerdotibus conquerans: Facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis. Et de iisdem rursum per Oseam Prophetam: Laqueus ruinæ populi mei sacerdotes mali. His adstipulatur Beatus Gregorius in Pastorali dicens: Nemo amplius in Ecclesia nnect, quam qui perverse agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet &c. Et in alio loco: Scire Prælati debent, qood si perversa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos perditionis exempla transmittunt. Unde necesse est, ut tanto se eaotius a culpa custodiant, quanto per prava, quæ faciunt, non soli moriuntur. Ex his intelligitis Fratres, quam perniciosa sit res, turpis sacerdotis vita. Quare fugite propter Deum offendicula, ebrietatem, turpitudinem, incontinentiam, malam conversationem, quæ multi

Cap. XII.

Cap. XXXIV. 2.

Corinth. II. Cap. 6.

Cap. 6.

multi offensi non tam vos ipsos, quam vestri moneris dignitatem, qua certo major esse non potest, despiciunt & contemnunt. Sectamini vero castitatem, pietatem, vitæ innocentiam, sanctitatem, cujus inprimis Dominus suos sacerdotes admonet, dicens: Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Mementote vestri nominis: Quia sacerdotes Altissimi appellamini. Sacerdotes sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen Ejus. Incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt. Et ideo sancti erunt. Quod sacra dare, sacra efficere, ipsi sacrati & dedicati Deo, sacri toti esse debeatis. Ideo κλῆρικοι vocamini, quod vita vestra pia, Deo quasi selecta, & hominibus placita esse debeat. Et οἱ πρεσβύτεροι quoque noncupamini, id est, Seniores, non quidem ab ætatis canitie, aut senio, sed mentis maturitate, & vitæ immaculatæ puritate. Senectus enim venerabilis est, ut ait Sapiens, non diuturna, nec numero annorum computata. Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Qui ergo officium sacerdotale gerunt, & levitate morum, hoc & illuc, more venti aguntur, juvenilibusque fluctuant desideriis, nomen quidem Presbyteratus habent, ab ipso autem re longe absunt, quod animi canitiem non præferant. Præterea debent sacerdotes virtute compositam, & bonis moribus commendatam agere vitam, ob excellentissimum sacri altaris ministerium, & offerendi sacrificii justitiæ & laudis officium, quod non nisi puro vitiis animo, & puris manibus contingi debet, & contrectari. Sancti, inquit, estote, quoniam ego sanctus sum; imo quoniam Sanctus sanctorum est agnus ille verus, qui immolatur Deo Patri in sanctissimo altaris sacrificio, & fons sanctitatis immansus, non decet illum nisi a mundis, & incontaminatis ministris attrectari; si enim typicus ille agnus hebræorum, adhibitis panibus azymis, debuit manducari, non commixto ulla ex parte fermento, certe agnus ille immaculatus non nisi in animis sinceritatis & puritatis est sumendus, expurgatoque omni fermento nequitiæ. Cum igitur Fratres charissimi! adeo gravissimis Scripturæ sacræ sententiis, non tam ad vestri muneris diligentem curam, quam vitæ vestræ probitatem, atque sanctitatem admoneamini, ac provocemini, rursum vos in Domino hortor, ut ita vos geratis, ne quis officium vestrum, vestramque vitam & mores culpare unquam merito possit. Quod si feceritis, & huic ad vos adhortationi benignas aures præbueritis, dignam munera, labore, vitaque vestra mercedem (sicut ab initio audistis) a Deo retributore omnium bonorum percipietis. Atqui si facere illud contempseritis, scire debetis, vos primum in Omnipotentis Dei judicium, & vindictam atrocissimam, quam passim in Scriptura sacra malis comminatur pastoribus, incisuros; deinde in pœnam Amplissimi, Reverendissimique Archipræsulis nostri &c. Cujus celsitudo nullo modo tolerabit, in munere vestro incuriam, & iniquam ac perversam vitam vestram, qua multi vestrum sunt polluti, sed acerrime in tales animadvertet. Dominus Jesus largiatur nobis omnibus suam gratiam, ut quæ justa, sancta, & omnini suo sanctissimo placita sunt, perpetuo & alacriter operemur. Amen. Amen.

Levit. XIX. Levit. XXI. Anno 1572.

Sed jam ex diverticulo hujus interlabentis Synodi Archidiaconalis, in ordinem & seriem Salisburgensis Concilii, unde longius digressus sum, denuo revertamur.

Felicianus Ninguarda longiori tempore Romæ commoratus, sæpiusque Pontifici collocutus de exulceratis Catholicorum in Germania rebus, de tumultu ac furore novarum opinionum, deque abruptis legum ecclesiasticarum, & magistratuum frænis, ut saltem clericalis disciplinæ offendiculum in melius converteret, peculiaria quæpiam capita, præter constitutiones concilii, exposuit, quæ Pontifex pro zelo suo & prudentia correxit, atque ad Archiepiscopum sua pro provincia deferre Ninguardam jussit. Hæc capita, numero XL., inferius dabimus. Postquam Pontificia approbatio per Ninguardam Salisburgum allata est, Synodum Archiepiscopus coegit.

CONCILIUM
SALISBURGENSE XLVII.

Anno 1573.

Anno Christi MDLXXIII. Gregorii XIII. Papæ anno II. Maximiliani II. Imperatoris anno X. convocatum ab eodem Joanne Jacobo Archiepiscopo, die 24 Augusti, accitis omnibus Salisburgensis Provinciæ Prælatis, atque Superioribus, pro observatione Constitutionum, in præcedenti concilio editarum, & auctoritate Pontificia firmatarum.

Concilio initium dedit Felicianus Ninguarda, hac ad congregatos Patres habita oratione die 26 Augusti.

Ut populus Juvaviensis olim (Reverendissime & Illustrissime Princeps Metropolitane, dignissimi Præsules, Patres Reverendissimi atque quotquot præterea adestis, præclarissimi Auditores) se non minus D. Rudberto, quam B. Maximo debere putavit, quia si hic fidei Christianæ fundamenta jecit, ille paganorum iniquitate & infesta persequutione, eversam, excisamque pene instauravit. Si hic Gentilium malitiam, & audaciam fregit, ille perversa consilia, ac barbaram crudelitatem Athiliani exercitus superavit: si hic veram, solidamque religionem in animis hominum satam sanguine suo confirmavit, ille divinum, Christianumque cultum pluribus locis, in hoc vestro potissimum Norico propagatum, cum optimis doctrinæ præceptis, tum vitæ sanctissimis exemplis stabilivit: ita ego apud me prorsus statuo Provinciam Salisburgensem, atque adeo Ecclesiam universam, tantum debere vobis, quantum iis debet, qui religionem tam præclare fundatam nobis reliquerunt. Si enim illi Christiani nominis signa fixerunt, vos prope collapsa restituitis: si illi optimos mores introduxerunt, vos jam depravatos corrigitis: si illi falsos Deorum cultus sustulerunt, vos vanas, & impias hæreses adversus Christi fidem, ejusque Ecclesiam arcetis ac prohibetis. Quæ ergo ora, quæ sedes, qui locus erit, in quo non extabunt hujus vestræ cum virtutis, tum industriæ, tum animi, tum consilii impressa vestigia? Ecquæ posteritas tam ingrata reperietur, quæ se vobis obstrictam memoria beneficii sempiterna non putabit, cum audiet, vos tot, tantosque labores, vel in retinendis vetustissimis Dei Opt. Max. cæremoniis, vel improborum ac perfidorum hominum impostura jam labefactatis in pristinum statum reducendis exantlasse? Magnam laudem, ac gloriam tum consecuti estis, cum convenistis, ut ea inter vos maturo consilio decerneretis, quibus afflictis Provinciæ rebus magna utilitate succurri posset: nunc vero maximam, quandoquidem eo animo huc accessistis, ut quæ decreta sunt, exequamini: nam (quod in veteri proverbio est,) finis coronat opus. Proinde fit, ut vester consessus, ac conspectus iste reficiat, & recreet mentem meam, cum intucor, ac contemplor unumquemque vestrum. Video enim hoc in numero neminem, qui sua sponte animatus, & inflammatus non sit, ad retinendam, vel restituendam religionem tantis laboribus fundatam, ad tuendam, propagandamque pietatem Christianam, tanta virtute stabilitam, & ad defendendas, ac conservandas cæremonias Ecclesiasticas, tanta Dei benignitate auctas, exaggeratasque. Qua etiam re moneor ego, veteris officii ut memor sim, atque id nunc quoque præstem, quod tunc Reverendissimi & Illustrissimi Archipræsulis nostri, in omnium vestrum gratiam, jussu feci, non quod ita necesse sit, sed ut omnia more majorum gerantur, qui in causis publicis, & magni momenti, omnium animos prævia semper oratione, aut incitari, aut certe de re tota doceri voluerunt. Quare peto a vobis, ut qua me attentione, ac benevolentia eo tempore audivistis, ea modo breviter dicentem pro humanitate vestra benigne prosequamini.

Quoniam in ea Synodo, quæ proxime superioribus annis convocata, ac celebrata a vobis est, multa sane decrevistis, corrigendis Cleri, populique moribus, hæresibus tollendis, componendis discordiis, religionique in pristinum splendorem restituendæ quam maxime accommodata, & Sedis Apostolicæ authoritate, ac judicio comprobata, & laudata: hic unus actus certe nunc restat, ut quæ sapienter ac provide salutari sancti Spiritus aura

Anno 1573.

aura præclaros cœptus vestros provehente, ad exitumque perducente communi consensu statuistis, ad effectum adducantur. Nam tot laborum vestrorum, tot vigiliarum, tot corporis, animique contentionum fructus in eo totus positus est, ut res animo egregie conceptas, & chartis probe digestas, omni opera, ac navitate, sedulo, & instanter geratis, atque eam, quam mente, condendisque decretis, Provinciam conformastis, contendatis, ut re etiam habeatis. Parum enim, aut nihil omnino profuturum est, habitum esse Provinciale concilium, ac de summa rerum conservandæ, augendæque religionis deliberatum, si recta statutis rebus debita executio defuerit. Non tantum decenter leges ferre (inquit Imperator Justinianus) summo bono est, sed etiam sancita accurate custodire, & ad effectum deducere, transgressoresque competentibus pœnis subjicere. Quæ enim legum erit utilitas, si in literis duntaxat consistant, non etiam per ipsa facta, atque opera subditis utilitatem se præbeant? An ergo paratis, instructisque rebus necessariis ad Provinciæ universæ reformationem, cum factu opus est, quiescendum vobis, ac dormitandum putabitis? Habebunt equidem hæretici ansam Catholicos eo nomine criminandi, quod multa illi quidem decernant, pauca vero exequantur. Nec immerito, si enim turpe est homini vel infimo, aut insipienti, atque a rebus publicis alieno, ut multa deliberet, nihil faciat, multa incipiat, nihil persequatur: quid de iis sentiendum videbitur, quorum actiones in luce, atque in oculis omnium sunt, quosque Christianæ sapientiæ Antistites esse oportet? Quod si in rebus tam divinis quam humanis, quæ ad vitæ rationem spectant, recti præscriptio satis esset, nec præterea actio quæreretur: sique vos Patres privatam tantum personam ageretis: sola cognitione, disciplinaque, ac præceptorum traditione possetis esse contenti, ut Plato in Republica, & alii multi fecerat: qui non tam exquirebant, num res ita se habere posset, quam quomodo deberet. At vitæ, morumque magistris, ac publica munera obeuntibus, non idem propositum est, quod Philosophis, qui sola ingenii ostentatione, quicquid meditantur, scribunt, aguntque, metiuntur. Hoc enim maxime inter duas Philosophiæ partes, speculativam, & activam interest: quod illa contemplatione circumscribitur: hæc in actione etiam consistit, imo sine actione nomen retinere suum nullo pacto potest. Quo etiam fit, ut si genus humanum sola legum scriptione constaret, si Concilia, cœtusque hominum jure sociati, quæ civitates appellantur, convivere possent: nec magistratu opus esset, qui jus diceret, nec leges præmia bonis, aut improbis pœnas ullas constituerent. Hæc vero decreta, quæ tam prompto, prudentique animo statuistis, ad opus animarum saluti magnopere necessarium, atque utile conficiendum, ad eam philosophiæ Christianæ partem pertinent, quæ politica appellatur. Oportet itaque vos ea nunc aggredi, & bene exequi, nisi inconstantiæ, ignaviæque notam, qua nihil turpius, vobis ad ignominiam sempiternam inuri, aut omnia caso, ac frustra egisse videri velitis: quod per vos stet, quo minus laborem, qui debet, fructus consequatur. Antiqui legumlatores, ac publici morum censores in constituendis decretis diligentes quidem, at diligentiores in exequendis fuisse perhibentur. Lycurgus Rex & Philosophus Lacedæmoniis leges sanctissimas dedit, quibus scribendis operam, & oleum perditurum se putavit, nisi acriter etiam curasset, ut ab omnibus observarentur. Propterea adstrictis civibus Sacramento, quod tamdiu eas intemerate observarent, donec ipse rediret, e patria nunquam rediturus emigravit, maluitque vir sapiens, & de patria bene meritus, hanc unam ob causam, apud exteras nationes privatim vivere, quam domi imperare. Moses Dux & Imperator Judæorum, labores suos in accipiendis a Deo, deferendisque ad populum duarum Tabularum decretis, male positos existimavit, nisi etiam elaborasset, ut suis monitionibus, minis, objurgationibus, publicaque animadversione, Judæi divina præcepta inviolate custodirent. Intelligebant optime majores nostri, qui tot generalibus, Provincialibusque Conciliis, quot literarum monumentis continentur, & amplius, fidem Catholicam, Christianamque religionem, aut retinuerunt, ne laberetur, aut pene collapsam, durissimis temporibus restituerunt, magnum momentum esse ad cultus divini cæremonias integre conservandas, in exequutione Decretorum. Qua in re quid non tentarunt? quos labores non libentissime susceperunt? quos sumptus ultro non fecerunt? quas potentum hominum inimicitias, persecutiones, exilia, carceres fortiter, intrepideque non subierunt? quas tandem difficultates, quæ pericula non facile superarunt? habebant Reges adversarios, primum Gentiles, deinde etiam Christianos, quibus invitis, ac repugnantibus, quicquid e re Christiana erat, sapienter providebant, constanterque gerebant. Non eos dignitatum blanditiæ, non rei familiaris jactura, non metus suppliciorum, non mortis formido, non alia ulla humana ratio, ab instituto revocare, aut retardare poterat. Nam Deus Opt. Max. pro cujus religione atque honore pugnabant adversus Principes & Potestates, adversus mundi Rectores tenebrarum harum, eum eis stabat in acie, quo du-

Auth. Coll. IX. de Provinc. Praes.

Anno 1573. ce victoriam speciosissimam semper reportabant; de quorum laudibus nulla unquam ætas conticescet, nullæ voces silebunt, nulla posteritas non honorificam mentionem semper faciet. Hæc Patres exempla domestica ad imitandum vobis proponite; horum præclaris vestigiis insistite? si Dei gloria, si splendor Ecclesiæ, si Patria, si avita religio, si vestra vobis, vestrorumque salus chara est. Videte obsecro, ne quantam majoribus nostris gloriam peperit incredibile conservandæ, & augendæ veteris religionis studium, tantum vobis dedecus ejus recuperandæ, vel retinendæ negligentia afferat. Fuere & illi homines, ut vos, & nunc idem, qui olim, Deus est. Hoc vero eos etiam superatis, quod ad voluntatem major facultas adjungitur. Si quid enim difficultatis est, in eo potissimum, esse videtur, quod res sine temporalium magistratuum ministerio, auxilioque habere eam, quam debent, executionem non possint. At id vos remorari nihil debet, cum ubique fere non spiritualem modo, verum etiam temporalem dominatum habeatis, & ubi temporalem non habetis, Principes Christiani, ac Catholici sint, qui sua sponte ac libentissimi, vobis omnem opem, potestatem, authoritatemque præstabunt. Huc accedit, quod res eo loco adhuc sunt, ut parvo labore in optimum statum reduci possint. In Austria, in Styria, in Carinthia, plus forte negocii aliqui vestrum habebunt, ubi major factus est de recta semita deflexus: sed industria ac diligentia vestra plurimum proderit, ut pedem aliquo modo referant. Quod profecto vobis operosum videri non debet, quandoquidem Patres nostri, Gentiles, & religione penitus discrepantes a nobis, tam facile olim ad veri Dei cultum perduxerunt. Nam idem Deus, qui illis in difficillimis rebus adfuit, vobis etiam in facilioribus aderit. Si diutius exspectare & his vulneribus, dum recentia adhuc, ac curatione facilia sunt, mederi non velitis, cavete, ne culpa vestra insanabilis plaga, & ulcus hujusmodi fiat, ut de salute prorsus desperandum sit. Nam & quicquid mali hactenus accidit, id non nisi summæ præteriti temporis negligentiæ tribui potest. Si enim Prælati in sibi subjectorum hominum sceleribus, atque in maxima vitæ licentia, rerumque omnium libertate nunquam connivissent, sed acerrimos se desertorum, ac seditiosorum punitores præbuissent, non ita nunc de religione laboraremus. Quod Assyriorum, Medorum, Persarum, Græcorum, Macedonum, Romanorum Imperiis contigit, id etiam Reipub. Christianæ usu venit. Nam quamdiu illi suos in officio continuerunt, tamdiu pacatum, tranquillumque regnum habuerunt. Ubi leges nihili fieri, magistratus severitatem remittere, & pœna abesse cœpit: corruere omnia: ita in quibusdam Reipub. Christianæ partibus factum est, ut cum Prælati segniter, remisse, negligenter disciplinam Ecclesiasticam curarent, charitas paulatim in animis hominum refrixerit, & religio inclinata sit. Natura & ratione ita comparatum est, ut nulla Respub. firma sit, nullum regnum stabile, ac diuturnum, nisi divinarum, humanarumque legum authoritate, potestateque & summis rebus præfectorum severitate, judicioque nitatur. Imperium Romanum, quo nullum florentius, & gloriosius prisca vetustas innuita est, his duabus rebus maxime nitebatur, Deorum cultus observatione, ac togæ, armorumque disciplina. Quarum rerum quousque severissimos custodes omnium gentium victrix, ac Domina urbs habuit, longe lateque multis Regibus, populis, civitatibus, totique denique terrarum orbi imperavit: ut vero castrensis disciplina, ac militaris ratio occidit, ut censura pacis Magistra, custosque jacuit, ut pulsa virtute irrepsit flagitiorum omnium impunitas, imperare desiit. Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, Regnis manus injiciantur, nisi rebus cum intus, tum foris officium suum constiterit, partarum rerum cœlo cumulus æquatus, sedem stabilem non habebit. Tantum autem studium antiquis Romanis non solum observandæ, sed etiam amplificandæ religionis fuit, ut florentissima tum & opulentissima civitate, decem Principum filii senatusconsulto, singulis Hetruriæ populis percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia traderentur, & nihil unquam vel in bello, vel domi, nisi auspicato gererent, quod inde initium bene gerendarum rerum duci oporteat, hoc est a Deo immortali, sine cujus nutu ac voluntate nihil præclari effici potest. Quod si quis vel latum unguem a constitutis religionis cæremoniis discessisset, tam graves pœnas dabat, ut Lucius Junius, quod neglectis auspiciis classem tempestate amisisset, damnationis ignominiam voluntaria morte prævenerit. Tam gravi etiam in arte bellica, cæterisque rebus, cum privatis, tum publicis, censorum ac consulum supercilio tanta Pop. Rom. amplitudo examinata est, & sustentata, ut parentes ipsi filiis orbi vivere, quam publicæ vindictæ deesse maluerint. Exuebant patrem, ut consulem agerent, & satius esse judicabant genus suum interire, quam patriam disciplina carere, ut digni civibus viderentur, qui in Rempub. viribus omnibus incumberent. At quorsum hæc? quorsum? ut intelligatis filios hujus seculi prudentiores esse filiis lucis in generatione sua: nam ita religionem suam, vel potius superstitionem illi colebant, ita civitatis instituta observabant, ut hæc fortunis, liberis, ac vita ipsa chariora essent. *Luc. Cap. XVI.*

essent. At nos, qui verum Dei cultum persequimur, quibusque certa immortalitatis spes, ac beatitudinis merces proposita est, tam segnes, tam remissi, tam negligentes sumus in conservanda, vel amplificanda religione, ut nihil ad nos pertinere videatur; ita indulgemus, ac connivemus fidei desertoribus, & seditiosis, ut pudeat dicere, nos posthabitis divinis, humana & caduca bona tanti facere; falsis rerum humanarum simulacris delusi, perinde quasi nihil mentis haberemus, immortalia aspernamur, & vanis divitiarum, pomparumque spectaculis retardati, Dei, nostrique obliviscimur. An propterea Imperia mandantur, & Ecclesiæ committuntur, ut nihil agamus, nihil cogitemus, dignitatum honoribus tantum fruamur, & sub tecto in utramque aurem dormientes jaceamus? Imo vero ut præsideamus, laboremus, hominum consilia, ac studia intueamur, honeste, recteque viventes præmiis afficiamus, turpiter & flagitiose, puniamus. Neque enim propterea nati, aut publicis functionibus, magnisque rebus præpositi sumus, ut otiosi, ac desides domi sedeamus, cum nihil adeo reperiri possit, usquequaque quæras licet, quod in munere suo a Deo immortali præscripto assidue non exerceatur. Nam quidquid in mundo spectari, aut considerari potest, id ab ignavâ quiete ad laborem; ab alienis operibus ad officium nos excitat, ac traducit. Ut autem altiora, ac majora prætermittam: cœlum continenter mirabili celeritate contorquetur; sydera cursum suum quotidie conficiunt; ignis volitat, aër impellitur, flumina perpetuo labuntur; ac terra locata in media mundi sede, & modo vestita floribus, modo nivibus tecta, innumerabiles prope rerum species vitæ nostræ necessarias producit, & nunc frigore obriget, nunc solis ardore peruritur. Is autem, cujus præpotenti nutu, ac divina providentia omnia reguntur, gubernantur, atque ad certum ordinem diriguntur, Deus est, qui omnium commodis, cum universis, tum singulis providet: eadem lex, idem modus, eademque ratio civitatum, & Ecclesiarum, quæ mundi existimanda est. Nam quemadmodum Deus Opt. Max. eam rebus naturam ingenuit, ut infimæ per supremas conservari debeant; ita inter homines varii ordines, cum sint inter se ingenio, prudentia, consilio; variisque artibus plane distincti, quosdam paucos e multis delegit, eum naturæ donis excellentes, tum virtutum splendore ac gloria præstantes, qui aliis præsideant. Hos imperare, leges dare, pœnas statuere, jus reddere, officia docere voluit; illos obedire, monita sequi, & præceptis audientes esse. Hoc autem inter utrosque discrimen est, ut si illi ab officio discedant, non tantum periculum sit, quantum si hi ad munus suum oscitarint. Ut enim terra, si cœlorum motu, ac lumine destitueretur, nihil produceret usquam, & propter hanc sterilitatem animantia omnia interirent, atque quiescentibus cœlis ac cessatione torpescentibus totus mundus rueret: ita si, qui summis rebus præfecti sunt, remittant animum, diligentiam severitatemque abjiciant, non sibi modo, sed etiam cæteris omnibus, in quos imperium habent, maximam perniciem bonorum, vitæ, salutisque afferant, necesse est. Quod cum animadverterent majores nostri, sapientissime judicarunt in eo, qui hominum salutem, & Ecclesiæ alicujus gubernacula tractet, eum multa inesse oportere, tum illa maxime, scientiam cultus divini, vitæ sanctimoniam, zelum religionis, imperandi authoritatem, laborem in negotiis, fortitudinem in periculis, industriam in agendo, celeritatem in conficiendo, consilium in providendo, ut adminicula sunt, quibus adjuvetur. Nam ratio curandæ salutis humanæ, tam ampla est, tamque patens, ut non una re, aut altera definiri & coërceri, sed multis atque innumerabilibus prope debeat. Ex quo intelligere possumus otio, ac quieti, nullum esse locum, sed semper restare aliquid, in quo cum fructu versari, atque exerceri possimus, modo illud nobis ob oculos ponamus, quantum onus sustinet is, qui animarum salutem curat, cui rei ne tum quidem pro officio satisfiet, si non dies solum, verum etiam noctes omnes, huic uni labori intenti, & assidui, insomnes ducamus. Multa adhuc superessent, quæ in mentem venerant, quæque dicere constitueram, sed tam longa oratione, quam nec præsens tempus patitur, nec fert consuetudo mea, vereor, ne patientia vestra nimium diu abutar, præterquam quod ego temporis angustiis excludor, vestra etiam in me audiendo benignitas tanta, quæ dictionem meam hucusque provexit, nunc monet, ut finem dicendi faciam. Quocirca agite dum Patres, excubate, præspeculamini, & memores officii, quidquid oportet, agite. Pastores ac censores estis in hac edita, & eminenti Ecclesiæ specula, ut severitatem cum lenitate exerceatis, ut virtutes benignissime foveatis, ut vitia severissime vindicetis, ut gregi Dominico præsidio sitis, ut insidiantes lupos a caulis arceatis, ut morbis medeamini, ut salutem detis. Ecquando tempus erit, si nunc non est, ut vos ostendatis, qui sitis, eamque medicinam his tot Provinciæ incommodis salutariter adhibeatis, quam sapienter reperistis? Præposuit vos Deus suis, ut eos regatis, ut actiones moderemini, ut mores corrigatis, ut res necessarias ad vitam spiritualem suppeditetis, ut in tenebris facem præferatis, ut veritatem doceatis,

Anno 1573.

Anno 1573. ceatis, ut ad cœlestem denique patriam deducatis. Enitimini itaque tantum, quantum potestis, & omnibus nervis contendite, ut cum vobis, tum hominibus fidei vestræ commissis nulla in re desitis, ac tam vestra, quam eorum dicta, factaque omnia coram Judice Christo præstare, atque ea, quorum rationem magna prudentiæ, ac zeli vestri laude, ad utilitatem cum publicam, tum privatam omnium inivistis, obire celeriter, utiliterque possitis, ita & se vobis plurimum debere omnes intelligent, & Christus gravitatem laborum vestrorum, præmiorum suorum magnitudine compensabit.

Lecta tum fuit Epistola Gregorii XIII. Papæ, quam Ninguarda Roma attulit, & exhibet Lünig in Reichs-*Archiv Spicileg. Ecclesiastico Continuat. III. pag.* 913.

Venerabili Fratri Joanni Jacobo Archiepiscopo.

Inter eas literas, quas permultas undique accepimus, tum a dilectis filiis, tum a venerabilibus fratribus nostris, partim gratulantibus, partim suam erga Nus, atque hanc sedem benevolentiam, & observantiam testificantibus, gratissimæ fuerunt Nobis literæ fraternitatis tuæ, in quibus & illa cognovimus, quæ tibi cum cæteris communia sunt; & quod Nos summopere delectat, perspeximus summum quoddam tuum desiderium exterminationis hæreticæ impietatis, fideique Catholicæ propagationis; quo quidem desiderio ut Nobis conjunctissimus es, sic Nos tibi sumus voluntate, atque amore conjunctissimi: incredibile enim est, quantopere cupiamus, Catholicam veritatem, omni cum vitæ ac morum sanctitate agnosci & coli; hanc autem neque possunt hæretici agnoscere, qui a Deo desciscunt, Deus enim veritas est; neque impuri homines & flagitiosi: qui enim dicit se nosse Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & veritas in eo non est. Laudamus igitur summopere tuum ac fratrum tuorum laborem, pro puro ac pio Dei cultu susceptum ex Decreto sacri Concilii Tridentini in conficienda Synodo Provinciali, eamque Synodum legimus, vehementerque probamus; quam quidem tua summa vigilantia, atque opera custoditam iri non dubitamus. Fratri Feliciano a Morbinio tuo, quo minus ad te redeat, moræ aut impedimento non sumus; Synodum ei Apostolica authoritate confirmatam una cum Agendario reddidimus; literasque ad alios istius Provinciæ Episcopos, ad Principes, ad Canonicos & Capitula, ad ipsum Maximilianum, nostrum in Christo filium carissimum, dedimus, quibus monemus, ut eam Synodum diligentissime observari faciant; cum quibus etiam hoc ipsum coram Felicianum vehementer nostro nomine agere, ejusque verbis illos fidem adhibere volumus, quæ omnia fusius ab eodem Feliciano accipies. Quod vero ad te attinet, sic confirmamus, nihil esse imminutam eam benevolentiam, qua te ante Pontificatum prosequebamur, quamque ipse commemoras, atque hoc etiam magis auctam, quod ad eam voluntatem, quam tum habebamus, possumus hoc tempore etiam operam adjungere. Itaque pollicemur, Nos tibi, tuisque rebus nullo loco defuturos, idque tuæ pietati Nos debere existimamus. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die quinta Julii MDLXXII. Pontificatus Nostri anno primo.

Diebus subsequis postquam omnium præsentium fides & jusjurandum sigillatim est editum, quod canonibus Salisburgensis Concilii, anno MDLXIX celebrati, meliori qua licet observantia in posterum inhæsuri sint, demum die 3 Septemb. Felicianus Ninguarda, Theologus Archiepiscopi, concilio finem imposuit, hac ad Patres prolata oratione.

Nemini mirum videri debet, si hunc locum conscendi, ut Conventu jam habito, ac re tota bene acta perorem; cum in ejus principio, a quo hæc eadem vestra congregatio dependet, quoque præfatus sim: quod novum, & præter morem videatur, ut is Epilogum etiam agat, qui Prologum egerit. Nam id non tam mea voluntate, quam eorum imperio factum existimate, qui hanc mihi provinciam demandare & voluerunt & potuerunt. Cum enim is, quem alioquin perorare oportuisset, necessariis rebus impeditus, hoc fungi munere minus possit, imperatum mihi est, ejus vice ut id faciam. Quod ego onus eo libentius suscepi, quod inde occasionem habeam dicendi ea, quæ in altera mea oratione brevitate temporis prætermisi. Attentio autem, ac benignitas vestra faciet, ut brevis sim, ac cum instituti mei in dicendo, tum patientiæ vestræ in audiendo memor.

Gratulor vobis, ac mihi gaudeo (Reverendissime, & Illustrissime Princeps Metropolitane, Dignissimi Præsules, Patres Reverendissimi, atque quotquot præterea adestis Auditores Præclarissimi) quod tandem post multos labores, ac vigilias, tot, tantisque consiliis, & actionibus vestris, de Christianorum vobis creditorum salute curanda, de restituendis moribus, de religione retinenda, optimum colophonem addideritis. Est enim magna laus vestra, quæ nullis seculis interibit, & quam posteri

fteri æmulabuntur, quod ita animati estis, ad bene de Repub. Christiana promerendum, ut toto triennio elaboraveritis, in investigandis, inveniendisque opportunis remediis, quibus Ecclesiis vestris mederi possitis; & nunc etiam ea statueritis tam diligenter, tamque officiose, quæ ad executionem rerum omnium pertinent. Quid igitur superest aliud ad tantum gloriæ cumulum, nisi ut vos operi accingatis? Nam si constitutis decretis multis, quibus & vetus Christiana religio retinebitur, & non pauci ab animæ interitu servabuntur, in exequendo oscitaveritis, nihil omnino erit, quod possit vos apud Deum, & apud homines excusare, cum nihil videam, quod impedire debeat. An rei gerendæ novitas? at nihil vetustius, nihil adhuc ab ineunte Ecclesia usque usitatius est ad novitates tollendas, abolendasque. An difficultas, ac timor, ne subjecti homines tumultum faciant? at turpe est id dicere, aut etiam cogitare: cum partim vos ipsi imperetis, partim habeatis Principes, viros benevolos de religione recte sentientes, & fautores amicos, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam non de consilio regere, & virtute vestra, auxilioque ipsorum conficere possitis. At cum subditis in gratia esse oportet: Quis bonus ab iis gratiam ineat, qui per suos errores & contumaciam in gratia Dei non sunt? At urgebimur omnium convitio: Quis eorum maledicta magnopere curet, quibus etiam si bene faciat, blandiatur, indulgeat, non tamen efficiat, quin obtrectent? At fugient, abibunt, a nobis secedent: Quis non jure lætetur, Provinciam tanta peste, & tanta perditorum hominum colluvione liberari? At in bonis, fortunisque jacturam faciemus: Hoe nimirum est, quod plerosque Pastores ad officium pigriores, & tardiores facit: nam dum redituum atque obventionum damna metuunt, dum incommoda rei familiaris formidant, dum toti temporalibus facultatibus curandis, augendisque sunt intenti, ea, quæ ad Dei religionem, ad salutem proximi, ad debitum munus pertinent, oculis veluti clausis prætereunt, quasi non onus, sed honorem duntaxat cum proventibus acceperint. Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges a Pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis, quod confractum est, non alligastis, & quod abjectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis. Erraverunt greges mei in cunctis montibus, & in universo colle excelso, & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat, qui requireret, non erat (inquam) qui requireret.

Ezech. C. XXXIV.

Si quis Episcopatum desiderat, bonus opus desiderat, non bonas opes, sed bonum opus (inquit Paulus) hoc est, labores, curas, solicitudinesque in curanda cum sua, tum aliorum salute. Nam bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis: si animam, hoc est, vitam: quanto magis corpus, id est bona temporalia? Nam pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Vos Patres gravem provinciam sustinetis, vos Christi personam agitis, vos ejus oves pascendas recepistis: vos ergo facite, ut ipse fecit. Christus verus pastor humani generis, præter laboriosas totius vitæ molestias, quas omnibus modis pertulit, atrocissima etiam mortis supplicia, cruciatusque durissimos sponte subire non dubitavit, ut gregem sibi a Patre commissum, e luporum faucibus eriperet, salutemque daret. Quid igitur vos rerum caducarum, divitiarumque damna deterrebunt, quos etiam, si opus sit, vitam, sanguinemque profundere oportet? Ethnici Philosophi olim, ut terræ conditionem, ambitum maris, syderum motus, totius denique mundi naturam commodius perscrutarentur, hæc ludibria fortunæ, quæ nos appellamus etiam bona, ne retinenda sibi quidem putarunt. Reviviscat nune aliquis continentissimorum hominum majorum nostrorum, quorum in domo nihil opulentum, nihil splendidum, nihil ornatum fuit, præ se omnia quasi stercus arbitrantes, ut Christo omnes lucrifacerent; Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Hilarius, Rudbertus, Virgilius, Corbinianus, Maximilianus, Wolfgangus, Cassianus, & videat aliquem summis Christi beneficiis usum, atque in maxima Ecclesiæ dignitate constitutum, tantopere laborantem, ac solicitum, ne amplificanda religione, in opibus detrimentum accipiat: nonne hunc hominem ita rideat, imo nonne ita supercilium ponat, nonne ita succenseat ei, ut ne nomine quidem Christiano dignum putet? Nam si Christiani sumus, & Christus Dux, & auctor noster paupertatem professus est, rebus necessariis ad liberaliter, ingenueque vivendum, facile contenti simus, nihil quæramus, nihil appetamus, nihil optemus amplius. Tantum autem abest, ut id eveniat, quod ita verentur, ut rebus magna etiam accessio fiat: ut est apud Mathæum: Quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Quid porro si ostendam hos tam formidolosos homines, in eo ipso, quod Dei religionem, propagationem fidei, cæremoniarum observantiam, suis emolumentis posthabent, gravissimam in bonis, fundis, possessionibus, rebusque omnibus jacturam facere? Audite obsecro. Judæi cum Deum sancte, pureque colebant, cum patrias leges observabant,

Anno 1573.
I. Timoth. Cap. III.
Joan. Cap. X.
Job. Cap. II.
Cap. VI.

Anno 1573. vabant, cum facra, ritusque avitos retinebant, omnibus populis terrori erant, affluentius divitiis abundabant, cuilibet finitimarum civitatum imperabant. Cum vero divinos honores falsis Diis deferebant, cum turpi lucro rem quærebant, cum in omni corruptela vivebant, cum Magistratus, & Reges Judiciorum, domesticæque disciplinæ severitatem negligebant, domo, fortunisque spoliabantur, e natali solo deripiebantur, inque miserrimam servitutem ad remotissima loca abducebantur. Collecto concilio Pontifices, & Pharisæi adversus Christum dicebant: quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Cayphas autem Pontifex anni illius dixit; Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis, ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Christus pedibus clavo ferreo trajectis, & passis manibus itidem transfixis, verberatus, contusus, sputis aspersus, contumeliis, & convitiis jactatus, cruento latere cruci suffixus, ac mortuus tandem est: quam vero id eis expedierit, ipsi viderunt. Nam post venerunt Romani, Vespasiano patre, ac filio Tito Imperatoribus, ut tam execrandum facinus ulciscerentur, & omnibus viis obsessa Principe urbe Hierosolyma, in quam omnes fere ejus regionis incolæ ad fatalem interitum confugerant, non solum hanc, verum etiam totam Judæam crudeliter depopulati sunt, civitatibus, oppidisque eversis, agris omni clade pervastatis, puberibus, impuberibusque partim interfectis, partim sub hasta venditis. In ipsa autem Metropolis expugnatione, atque excisione, qunt mulierum, infantiumque lamentabiles ejulatus, questus, gemitus, trepidæ ætheris auræ receperunt? quot lacerata ferro corpora Jordanis impatiens tanti oneris cruentatis aquis vehere coactus est? quot matrum gladiis in filiolus genitricis nomine, & complexu ipso crudelis dextræ misericordiam implorantes, terra penitus, ac cœlum ipsum exhorruit? Quem crudelitatis lachrymabilem habitum, truculentam speciem, violentos spiritus, tetram vocem, terribiles minas, cruenta imperia redundasse in communem omnium perniciem non legimus? Necarunt Christum, pravæ rapti affectionis impetu, iram & odium omne in Dei filium evomuerunt, non tamen id effecerunt, ut Romani non venirent, & tollerent locum, ac gentem. Nam ita patrio solo, ita regno, ita libertate a Romanis exuti sunt, ut nullum certum locum, nullam sedem firmam amplius habeant, ubi habitare, & certo consistere possint. Vagantur nunc Judæorum reliquiæ, omnibus orbis terræ partibus, pecudum more sine Pastore,

Joan. C. XI.

sine Duce, serviunt aliis ut vilissima mancipia, vexantur, cruciantur, vix habent, quo vivant. Græcorum gens Patrum nostrorum memoria (ne semper Ethnicos, & Judæos loquamur) dum vigilantissimos Pastores, Athanasios, Basilios, Gregorios, Chrysostomos illos habuit, continentes, ac religiosissimos viros, dum illorum monitis paruit, dum cum Ecclesia Romana, & Apostolica sensit, jure semper apud omnes floruit: ab ea nostri, cum doctrinæ, tum vitæ plurima acceperunt exempla; in ea admirabilis sanctitatis dignitas, ac singularis bene constituti imperii species viguit. Ut vero Episcopi, cæterique Prælati remissi esse in corrigendo, monendoque, leges nihil valere, judicia jacere, mos Christianus occidere, solennes cæremoniæ tolli, novæ sectæ, nova religio, novæ hæreses oriri cœpere; a Christi Vicario defecit, descivitque a veritate. Quo dissidio factum est, ut tantæ tyrannidis jugo ab Rege Turcarum oppressa jaceat, ut ne respirare quidem possit, amisso Imperio, libertate perdita, ac nomine Christiano vix sibi retento. Nostris vero temporibus, quid sibi volunt quotannis tot terræ motus? tot fluminum inundationes? tot incendia? tot cœli minæ? tot pestilentiæ? tantæ annonæ, rerumque omnium caritas, ac penuria? ut idem communiter contingere videatur, quod olim Aggæos Propheta suo sæculo objiciens conquestus est: Seminastis multum, inquit, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum. Hæc enim, nostro quoque ævo nimium meticulosis, ac tepidis Pastoribus usu venire quis non videt? Quæ cui tribuatis, nisi ex hoc uno eodem fonte manasse putetis? Capiebam anno superiori ex meis redditibus decem millia aureorum, hoc anno vix quatuor capio: antea ex meo vectigali aliquid etiam redundabat, nunc ne satis quidem est ad necessarios sumptus faciendos. Unde enim hæc tam subita, & inopinata mutatio? Quid dicam, nisi dicam divina hæc esse signa, occultasque, & latentes Christi voces, quibus assiduis nos paterne monet, ut caveamus, ne dum propter opes, religionem negligimus, & umbram (instar Æsopici canis) pro veris, atque æternis bonis affectamus, utrumque amittamus, idque cum B. Job tandem dicere cogamur: Timor, quem timebam, evenit mihi, & quod verebar, accidit. Nonne dissimulavi? nonne silui? quievi? & venit super me indignatio. Utinam vero his etiam pejora nobis non accidant, secundum illud sapientis: Quia despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo;

Cap. I.

Cap. III.

Proverb. Cap. I.

ridebo: & fubfannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit fuper vos tribulatio & angustia. Penetravit jam Christiani Imperii nomen ad ultimas orbis terras, fidei nostræ splendor, ac lumen apud Indos illuxit, ubi dici non potest, quantus sit illorum hominum fervor, ac virtus. Si quem ex nostris videant, ita eum quasi de cœlo delapsum accipiunt, quod veri Dei cognitionem, disciplinam solidæ religionis, rectæ vitæ institutionem, salutemque suam nobis acceptam referant. Tam impigri vero sunt, cum superiores ad docendum, & jubendum, tum inferiores ad obediendum, ac faciendum; ut nascentam Ecclesiam apud illos cernas, quæ olim apud Patres nostros fuisse scribitur. An non turpe videri nobis debet, & ignominiæ plenum, ut novitii, ac tyrones Christiani, nobis veteranis diligentiores sint, ac meliores? Verendum profecto est, nisi aliam viam sequamur, ac stylum vertamus, ne cum religione, quam tot jam sæculis a majoribus nostris, ab Apostolis, a Christo ipso, quasi per manus traditam accepimus, imperium, & libertatem omnino perdamus. Habemus ante oculos exempla Judeæ, Africæ, ac Græciæ, quæ nobis certa satis omnium rerum documenta dare debent: ut interea recentia vulnera taceam, Hungariam & Illyrium, quæ Provinciæ modo magna ex parte Turcarum imperio subjectæ sunt, sine ullis fere vestigiis veteris cultus Christiani. Quare si recte ratiocinabimur, statuemus Patres, omnia mala, quæ in rebus cum corporis, tum animæ, non in Repub. Christiana solum, verum etiam in universo terrarum, gentiumque omnium orbe, tam ante actis sæculis, quam nostra ætate accepimus, uni religionis divinæ neglectui, ac contemptui tribuenda esse: ut nihil prorsus esse debeat, quo a curanda religione animi, & conatus nostri deterreantur, atque avocentur. Quæ cum ita sint, licet hortatu meo vos egere non existimem, quod vestra sponte tam inflammati sitis, ut nihil supra dici possit, mearum partium tamen putavi, non prætermittendum ex more id officii esse, quin vos monerem, ut quæ ad reformandam Provinciam, & curandam hanc Ecclesiæ Christianæ partem sapientissime constituistis, nulla interposita mora, diligentissime etiam exequamini, cum nihil omnino sit, quod vobis moram facere debeat. Agite ergo, & in ea, quæ officio pastorali digna sunt, sedulo incumbite, atque ad gregis vobis crediti curam constanter invigilate, & omnium humanarum, temporaliumque rerum solicitudine posthabita, Ecclesias, quas regendas suscepistis, prudenter gubernate: in hac re ostendite Provinciæ lumen animi, ingenii, consilii, operæque vestræ: in vos enim, atque vestrum nomen ipse tota convertit: Catholicos ad perseverantiam exhortamini, errantibus revertendi viam ostendite, fideliores & paratiores ad obediendum incitate, ut cæteris exemplo sint, excitate segnes, rebelles, & obtemperare recusantes, canonicis pœnis ad parendum compellite; nullius potentiam, vim, minasque formidate, nullam vitæ, bonorum nullam jacturam timete, non ullis denique sumptibus, non molestiis, non quibuscumque periculis parcite, ut eam religionis Catholicæ disciplinam, quæ animarum saluti necessaria & utilis est, quemadmodum instituistis, in pristinum splendorem restituatis, multosque ab interitu servetis. Pro hoc nobilissimo, atque excellentissimo opere, pro tot laboribus corporis, pro tot animi contentionibus, pro tot sudoribus, curis, vigiliisque vestris dignissimam, certissimamque mercedem, vitæ quidem hujus tranquillitatem, ac sempiternæ beatitudinem a Christo Opt. Max. exspectate. Nihil est enim illi Principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, præcipue vero Rempub. Ecclesiamque Christianam, quod quidem in terris fiat acceptius, quam si veræ religionis cultus, humanæ salutis gratia, conservetur, adjuvetur, augeatur; cujus rectoribus, & conservatoribus, certus est in cœlo, ac definitus locus, ubi beati perpetuo immortalitatis ævo cum divinis mentibus perfruantur. *Anno* 1573.

Nihil porro perficiendo, absolvendoque operi jam erat reliquum, quam ut constitutiones & Decreta, ad disciplinam exulcerato tempore reformandam edita, Pontificio etiam oraculo probata, typis excuderentur, atque distributa ad omnium pervenirent, Salisburgensi Provincia comprehensorum, manus. Id quoque Joannes Jacobus fieri præcepit, futurumque annunciavit hoc edito Decreto.

Anno 1574. Joannes Jacobus, Dei gratia, Archiepiscopus Ecclesiæ Salisburgensis, ac Sanctæ Sedis Apostolicæ Legatus

Universis Coepiscopis, Prælatis, Clero, populoque Provinciæ suæ

Salutem in Domino sempiternam dicit.

Ut maturo consilio, ac præparatione bene meditata aggrederemur negocium reformandæ provinciæ nostræ, ferendo opem inclinanti religioni, succurrendo saluti, commodisque communibus, intercludendo omnes dissensionum vias, ab animis errorum dispellendo caliginem, vitia extrahendo radicitus, officii disciplinam, ac bene beateque vivendi adjumenta & auxilia suppeditando, ad Dei cultum, ad veram pietatem, ad virtutes erudiendo, fidei Catholicæ dignitatem, & decus sustinendo, servando leges, ac vetustissimarum cæremoniarum a majoribus nostris, quasi per manus summa eum pietate traditarum, jura præscribendo, nihil nisi populi nostri nobis commissi utilitatem, & fructum quærentes, hanc Synodum Provinciæ nostræ non minus necessariam, quam salutarem frequenti Patrum conventu annis præteritis habuimus: in qua illud primum nobis constitutum fuit, ut Ecclesiasticus ordo, quoad ejus fieri possit, vitio careat, cæteris exemplo sit; nec veniat quidem in eum ordinem, quisquam vitii particeps; magnum est enim personam tueri sacerdotis, qui non animis solum debet, sed & oculis servire hominum: tum populi mores ita emendentur, corriganturque, ut pristinus avitæ fidei, religionis, charitatisque splendor appareat: sacerdotum enim vita, victuque mutato, mores civitatis mutari solent: nam quales in civitate sacerdotes sunt, tales plerumque reliqui solent esse cives. Quibus decretis constituendis, Spiritus sancti aura provecti, tantum effecisse videmur, ut nemo sit, qui nihil non magnum speret, si ad optatum exitum, finemque perducantur. Id per nos ne staret, quo minus fieret celeriter, Venerabilem SS. Theologiæ Doctorem, & nobis fidelem, ac dilectum Consiliarium, Felicianum Ninguardam, cum mandatis in Urbem statim misimus, jussimusque, ut nostro nomine causam approbandæ, confirmandæque Synodi cum summo Pontifice tractaret, ac perageret, sine cujus authoritate, & judicio nihil magnum usquam in vulgus dari, nihil constitui in rebus religionis, nihil in apertum proferri debet. Qua in re conficienda aliquo temporis spatio exacto, anno proxime lapso ad nos rediit, ac secum Constitutiones nostras Synodales examinatas, ratasque habitas retulit. Eo reverso in animo erat, quæ salutaria remedia reperissemus huic perturbato, & calamitoso sæculo, errorum, dissensionum, hæreticæ fraudis, & doli pleno, a Sede Apostolica potestate jam nobis facta, ocyus ea publicare, & imperare Coepiscopis nostris, ut diligenter ubique locorum observanda ac custodienda curarent: verumtamen multis undique obruti curis, in tantam varietatem, magnitudinemque negociorum incidimus, ut nisi mense Augusto proxime sequentis anni septuagesimi tertii nos explicare non potuerimus: quo tandem superatis difficultatibus omnibus, quæ nobis impedimento fuerant, quo minus id efficeremus, quod maxime cupiebamus, diem vigesimum quartum conventui habendo, indiximus Provinciæ: ad quem cum Patres convenissent, Spiritus sancti numine invocato, decreta Synodalia promulgavimus, eaque ab omnibus custodiri ac observari jussimus; & multa alia inter nos, cum moniti a Summo Pontifice, tum nostra sponte consultavimus, quæ aditum faciliorem nobis ad universam rationem capessendæ reformationis factura essent: deinde Coepiscopis nostris serio mandavimus, ut in Diœcesi sua quisque, idem facere vellent, & professione fidei Catholicæ ab omnibus facta, gratiisque Deo actis, domum denique ad bene sancita utiliter exequenda redire omnes permisimus. Cæterum ut constitutiones istæ tam in Metropolitana Ecclesia nostræ Provinciæ, quam etiam per omnes Episcopatus eidem subjectos, tempori administrari, & ad optatos effectus perduci possent, necessarium plane nobis visum est, earum exemplum Coepiscoporum, cæterorumque, quorum interest, quemque penes se habere debere: quod ut commodius fieri posset, prælo committi placuit. Quod cum effectum sit, & nulla amplius necessitas rei, vel temporis institutum impediat, denuo hortamur, monemus, obtestamur, præcipimus, Coepiscopis quidem nostris, ac Prælatis minoribus, Archidiaconis, & Decanis, etiam ruralibus, ut hæc decreta Synodalia, & ea, quæ huc pertinentia in postremo Conventu Provinciali collatis consiliis mature congessimus, atque decrevimus, publicare ac diligenter exequi velint: Parochis vero, ac reliquo Clero, universoque populo, ut imperata diligenter faciant, atque ita, quisque in statu, ad quem a Deo vocatus est, ambulent, ut a præscriptis viis non deflectant, aberrentque. Ita enim fiet, ut cum unum membrum in uno corpore fuerimus, & unum ovile sub uno Pastore, ad sempi-

sempiterna immortalis beatæque vitæ pascua, duce Christo capite nostro, perventuri simus.

Datum ex civitate nostra Salisburgensi, Calendis Januarii, Anno a Christo nato 1574.

Mandavit itaque Archiepiscopus Concilii habita Decreta & Constitutiones Dilingam transferri, atque in officina Sebaldi Meyer, curantibus atque inspicientibus clarissimis viris Anno 1574 *typis excudi, quæ per Provinciam dispergerentur. His autem exemplaribus deficientibus, alteram Decretorum Concilii editionem Salisburgi fieri jussit Joannes Ernestus Archiepiscopus Anno* 1697.

Tum vero curam suscepit Archiepiscopus Joannes Jacobus illorum XL Capitum, ad disciplinæ emendationem pertinentium, quæ Felicianus Ninguarda, ut ea a Gregorio XIII. Papa acceperit, diligentissime adnotavit, & Salisburgum denuo appulsus in ordinem digesta, Archiepiscopo exhibuit, ut, ceu arcanis vulneribus clericarum præsentissimum remedium, usui Salisburgensium ecclesiarum deservirent. Constitutio vero, seu decretum Pontificium, horum XL Capitum causa exaratum, nullum existit: nituntur ea solius Ninguardæ fide, qui ea, perspectis Germanicarum ecclesiarum naevis, ad Pontificem detulit, atque rursum responsa Pontificis eadem sua fide, suisque vocibus adornavit. Desumpta illa a me fuerunt ex Codice MS. de Lutherianismo Archivi secretioris Aulici Salisburgensis pag. 232.

CAPITA XL

a Gregorio XIII. Papa per Felicianum Ninguardam Archiepiscopo & Suffraganeis, ut servarentur, impense commendata.

Synodus Provincialis R^me^. Archipræsul, ac Princeps Ill^me^. ante triennium habita, ac singularis zelus erga religionem Christianam, quem Illma. D. V. in rebus tum publicis tum privatis omnibus præsefert, magna animi voluptate Pontificem Summum affecere. Cognovit enim ex Decretis Synodalibus, quæ ad retinendam fidem Catholicam, ad pravos mores tollendos, ad pellendas hæreses, hisce perditis temporibus nostris perquam accommodata sunt, non parvam utilitatem non huic Provinciæ solum, sed toti Germaniæ etiam accessuram, cum exemplum cæteros quoque Metropolitanos commoverit, excitaritque, ut huc animum totum, viresque omnes appellant. Perspexit deinde cum ex consilio in hoc negotio suscipiendo, tum ex industria in agendo, quantum etiam celeritatis Illma. D. V. in conficiendo, & adjumenti veræ atque orthodoxæ religioni restituendæ sit allatura. Proinde immortales Deo egit, & habet gratias, quod Illma. D.V. in Germania his duris & calamitosis temporibus in partem sollicitudinis suæ, laborisque vocabit, cujus industria ac vigilantia uberes, amplissimosque fructus ex messe germanica sperat. Quamquam vero Sua Sanctitas nihil dubitet, quin Illma. D. V. ita sit animata ad publicum commodum, ut nihil sibi magis contendendum putet, quam quod spectat ad executionem eorum, quæ Deo inspirante in hac Provinciali Synodo summa vigilantia ac singulari studio fuere decreta: pro munere tamen universalis Pastoris, quo fungitur, cohortandam esse Ill^mam^ D. V. sibi induxit, tam per Breve Apostolicum, quam etiam per me Ill^mæ^ D. V. studiosissimum ac fidelissimum clientulum, ut sua sponte currentem incitaret, potius quam excitaret. Quare cum multa in Decretis sint valde necessaria, multa minus, cumque non omnia simul executioni mandari initio possint, mihi injunxit, ut nomine suo rerum capita Ill^mæ^ D. V. proponam, a quibus omnem executionem auspicari magni referat. Quæ certe Sua Sanctitas Ill^mæ^ D. V. ob oculos poni voluit, non tam pro Diœcesi sua, quam ut ea etiam habeat, de quibus Episcopos suos tamquam Metropolitanus admonere possit, ac debeat.

In primis exoptat Sua Sanctitas, ut Synodus Provincialis coram Coepiscopis quamprimum publicetur, mandeturque executioni, atque ut ejus exemplaria in manibus omnium esse possint, imprimantur.

Secundo. Cum Sua Sanctitas audiverit in hac Provincia, inque tota Germania maximam esse penuriam bonorum sacerdotum, propterea quod multi sint imperiti, multi improbi, multi apostatæ, multi fugitivi, cumque plurimum referat ad Ecclesiæ reformationem, ut clerici veris honestæ vitæ exemplis ad bonam frugem laicos excitent, inflammentque, ac factis ipsis prius, Christi exemplo, tum postea verbis doceant: sapientes ac Principes viri totius Reipubl. Christianæ, quorum gravissimum judicium etiam Synodus Provincialis Salisburgensis secuta est, ita sensere, nihil tam facere ad Christianam populi utilitatem, quam si Seminaria instituantur, ubi futuri sacerdotes, Rectoresque animarum in Christiana disciplina a tenellis annis erudiantur. Proinde

de Sua Sanctitas cupit vehementer, hortaturque Illmam D. V. curare, ut velit, quo secundum Decreta Concilii Tridentini ac Constitutiones hujus suæ Synodi Provincialis in quinque locis Provinciæ jam constitutis erigantur, in quibus optimæ spei adolescentes bonis litteris, præclarisque moribus tam diu imbuantur, informenturque, quoad ætas, doctrina ac virtus eos ad rectam, diligentemque Ecclesiarum administrationem, salutemque animarum aptos, idoneosque reddiderit. Neque enim tantum onus quibusvis committendum est, sed viris probis tantum, ac peritis, qui solida veritatis eruditione ac spectata laudatæ vitæ constantia id sustinere, cum subditorum sibi Christianorum fructu possint. Sua Sanctitas autem cupit, ut Illma D. V. veluti Metropolitanus incipiat, ne cæteri ullam excusandi, aut diutius producendi rationem habeant.

Tertio desiderat Sua Sanctitas, ut sacerdotes, qui nunc in Diœcesi Salisburgensi, ac tota Provincia sunt, expulsis concubinis, ad eum vivendi modum, quoad ejus fieri potest, revocentur, quem Constitutiones Synodi Provincialis præscribunt. Quod si qui reduci noluerint, si fuerint hujus Diœcesis, juxta sanctiones Ecclesiasticas cogantur, sin alieni, melioribus in eorum locum accersitis, postea quam juxta demerita puniti fuerint, paulatim dimitti poterunt.

Quarto cum in urbe aliqui Episcopi Germaniæ conquesti sint, sacerdotes suos, qui ad vitandas patratorum scelerum animadversiones in alienas Diœceses profugiunt, ab aliis Episcopis suscipi, S. Sanctitas, quod putet Illmam D. V. sacerdotibus egere posse, antequam eos ex Seminario habeat, hortatur, si exteri, & alieni suscipiendi sint, ut eos tantum assumere velit, qui nec vagi, nec fugitivi, nec apostatæ, nec excommunicati sint, quod facile factu est, si neminem susceperit, nisi litteras tum dimissoriales a suis Ordinariis juxta Synodales Constitutiones habeat, tum etiam testimoniales bonæ vitæ suæ, ac sinceritatis fidei ab iis, apud quos fuerit.

Quinto. Quia S. Sanctitas accepit, multos esse Episcopos in Germania, qui in suis Diœcesibus habeant sacerdotes non solum simplices, ac parochos, verum etiam Archidiaconos nonnullos, & Decanos rurales, & (quod absurdius est) quorumdam etiam monasteriorum Prælatos, concubinarios publicos, filios, ac mulieres quasi uxores domi cum omnium scandalo habentes, quas secum etiam (quod gravius est) in itinere vehiculo (quod Schlitten vulgus appellat) vel equis suis a tergo insidentes ducunt, ac balnea cum ipsis & tabernas publicas ingrediuntur, easque nominibus suis, vel propriis, vel a dignitate vocant, qui cæteros idcirco reprehendere, ac punire non possunt, quia in eadem sint navi, ac sentina, monet Illmam. D. V. ut, si qui ejusmodi in spiritualibus officiales in sua Diœcesi reperiantur, eos officiis ac dignitatibus privare velit, suffectis aliis bonæ famæ, ac probatæ vitæ hominibus, quales multi non defuerint.

Sexto. Quoniam S. Sanctitas audivit, infinitos propemodum esse sacerdotes, etiam Canonicos, per totam passim Germaniam, qui diversas habeant Ecclesias etiam remotas, partim curatas, partim etiam alias, quæ tamen eorum præsentiam desiderent, cum piorum virorum omnium scandalo, Ecclesiarum ipsarum jactura, detrimentoque animarum, ac damno, quia non omnibus prospicere, non ubique adesse, non omnes visitare eodem tempore possint, quas & per Laicos (quod alienius est) administrant, improbissimis quandoque sacerdotibus ad Sacramentorum ministerium adhibitis, instat, ut Illma. D. V. si qui sint tales in sua Diœcesi vel Canonici vel alii cujuscumque dignitatis, gradus, aut conditionis sacerdotes, ad renuntiationem illarum Ecclesiarum, una tantum retenta, eos cogere, Ecclesiisque ipsis commode providere velit de idoneis sacerdotibus; alioquin S. Sanctitatem prospecturam.

Septimo. Licet summus Pontifex, ut Illmæ. D. V. Coepiscopisque suis ob penuriam idoneorum sacerdotum gratificaretur, Canonicis non regularibus, idoneis, piisque annuendo permiserit, ut præter Canonicatum parochialem quoque Ecclesiam non multum a Canonicatu distantem, cum iis conditionibus, quæ sunt in facta a me relatione Synodi per S. Sedem approbatæ, ab ordinariis suis habere possint, non ideo tamen id etiam in cæteris alterius Diœcesis Canonicis, & sacerdotibus non Canonicis, qui residere in ipsis parochiis nolunt, aut non possunt, connivit. Quem ob rem cum S. Sanctitas perceperit in tota Germania universim, ac sigillatim in Provincia Salisburgensi nonnullos Canonicos in alienis Diœcesibus parochiales, & alias habere Ecclesias, plurimosque esse sacerdotes non Canonicos, qui in civitatibus, aliisque locis in officio aliquo sint constituti, & cum omnium scandalo, multorumque damno habeant Ecclesias præterea parochiales distantes aliaque beneficia, in quibus residere non possunt. Admonet Illmam. D. V. ut eos (si qui

qui tales in sua reperiuntur Diœcesi) cogat, quo, si sint Canonici externi parochiis, cæterisque Ecclesiis, in quibus residentia opus est, renuntient, sin alii sacerdotes, aut se abdicent officiis, tumque unam tantum Ecclesiam parochialem, vel aliam, quam voluerint, retineant, aut beneficia omnia relinquant, quæ præsentiam ipsorum requirunt: alias tamquam vacantibus provideatur.

Octavo. Cum S. Sanctitas cognovit non paucos esse Canonicos per totam Germaniam, qui plures Ecclesias parochiales, aut alias Pastorum residentes requirentes, aut per multas diætas distantes a Canonicatu io aliena etiam Diœcesi habeant, jubet, ut Illma. D. V. si qui ejusmodi sint Canonici in sua Diœcesi, eos cogere velit, ut dictis parochialibus Ecclesiis renuntient, & unam tantum parochialem Ecclesiam, eamque per unam tantum diætam distantem, cum Canonicatu retineant, alioquin S. Sanctitatem provisuram.

Nono. Cum S. Sanctitas sciat per totam fere Germaniam esse multas passim Ecclesias, præsertim parochiales sub cura Canonicorum, ac minorum Prælatorum, quæ idcirco male administrantur, ac quodammodo corruunt, quia ab iis minime visitantur, cum hoc unum agatur tantum, ut pecuniis, ac redditibus inhient, & quod Vicarii ac Cooperatores eorum ob rem nimis tenuem, quæ illis in stipendium datur, idonei vix inveniantur, vel inventi cogantur multa facere, quæ sacerdotes Dei minus decent, mandat Ill^mæ D. V. ut in sua Diœcesi pro munere, quo fungitur, ejuscemodi incommodis provideat. Nam & sæculares ipsi conqueruntur, quod cultus Divinus tam infimo loco sit, ut templa propter possessorum avaritiam ac socordiam ruinam minitentur.

Decimo. Cum S. Sanctitati notum sit multas esse Ecclesias in Germania, etiam parochiales, cum amplissimis redditibus, quibus de idoneis Pastoribus, ac parochis, vel de aliis sacerdotibus juxta necessitatem non providetur, aut de rebus necessariis secundum exigentiam rei, seu bonum mentem fundatorum, monet Ill^mam D. V. si quæ ejusmodi sint in sua Diœcesi, ut eis juxta suas Synodales Constitutiones ita prospiciat, ut intentio fundatorum non defraudetur, aut detrimentum fiat piis animabus, aut etiam boni scandalizentur. Quod si sint Juris Patronatus, cogat eos, ad quos spectant, ut in officio sint: si autem ipsi desuerint, provideat Illma D. V. animadvertat etiam oportet, ne quicquam ex annuis redditibus illarum Ecclesiarum a conferentibus retineatur aut usurpetur, id quod plerisque in locis Germaniæ fit, ubi collatores etiam Ecclesiastici majorem partem redditum sibi vendicant & reservant, quod etiam faciunt ii, qui beneficia a collatoribus obtenta aliis renuntiant, sibi magnam partem eorumdem redditum, vel saltem optimas pensiones cum aliis prærogativis reservantes; id quod prorsus fieri non potest sine S. Sedis consensu.

Undecimo. Cum S. Sanctitas non sine acerbo animi sui sensu audierit in multis Diœcesibus Germaniæ, Episcopos, aut Suffraganeos eorum quotannis Diœceses non visitare, neque omnibus in locis Sacramentum Confirmationis conferre, ita ut plurimi nesciant, quid Confirmatio sit, hortatur Ill^mam D. V. ut in hac sua Diœcesi huic malo juxta ConstitutionesSynodales prospicere velit, ne idem etiam error in ea regnare videatur.

Duodecimo. Plurimum dolet & admiratur S. Sanctitas, quod multi Episcopi Germaniæ non visitent quotannis, aut curent, ut per alios visitentur Ecclesiæ sibi subditæ, quod tam parum provideatur necessitatibus singulorum locorum, ut satius fieret, quandoque eos non visitasse, quam aut tam negligenter visitasse, aut juxta necessitatem non providisse; hinc enim postea multa mala oriri, hinc majorem libertatem inter subditos nasci est necesse. Quare monet Ill^mam D. V. ut in omnibus partibus suæ Diœcesis quotannis visitandis summam diligentiam, summumque studium juxta Constitutiones Synodales aut per se, aut per alios adhibere velit; est enim res pernecessaria & perutilis.

Tertio decimo. Cum S. Sanctitas compertum habeat infinita propemodum per Germaniam esse monasteria Canonicorum regularium, aliorumque monachorum Ordinariis subjecta, in quibus non sine magno dedecore monasteriorum, ac detrimento propter Superiorum negligentiam non modo non sacræ litteræ, sed ne regula quidem ipsa doceatur, quam professi sunt, aut cæremoniæ, sanctionesque Ecclesiasticæ, ita ut vix ullus sit, qui sciat, quid faciendum sit, quemque sibi scopum in ingressu proposuerit, ac (quod turpius est) ejusmodi Prælatos, ita uti opera, ac servitio suorum religiosorum, quasi essent abjectissimi famuli & mancipia: advertit Ill^mam D. V. ut inter visitandum sigillatim huic tanto incommodo providere velit, si qua talia monasteria in sua Diœcesi reperiantur, ac Abbates & Superiores, per quos id committitur, graviter punire, quo in posterum in officio sint.

Idem

Idem quod ad monialium monasteria pertinet, in iis rebus, quæ ad ipsas spectant, cum & ipsæ parum doceantur ea, quæ sunt religionis, ac bonorum morum, quarum etiam clausuræ ab Illma D. V. diligenter secundum sacros Canones ac Constitutiones Synodales Salisburgenses spectandæ ac lustrandæ sunt, sub quibus certe sunt ipsæ diligenter continendæ, non paucas enim in hac re S. Sanctitas ex Germania querelas habet.

Quarto decimo. Quum S. Sanctitas accepit plurima esse monasteria ditissima in Germania cum Canonicorum regularium, tum aliorum monachorum, in quibus licet pauci sint religiosi, a Prælatis tamen, quod nimios sumtus in personas suas faciant, ac nimis laute vivant, necessaria eis non suppeditentur, præcipit Ill^mæ D. V. ut in visitatione suæ Diœcesis diligenter quærat, si qua sint ejusmodi monasteria, in iisque efficiat, ut in posterum Prælati subditis suis abunde suppeditent omnia, quæ ad victum, vestitumque necessaria sunt, & si quando ægrotaverint, ut eis nihil desit, quod ad valetudinem recipiendam faciat; omnia tamen metienda sunt juxta facultates monasteriorum.

Quinto decimo. Cum S. Sanctitas rescierit in multis monasteriis Germaniæ Prælatos minores, quales sunt Abbates, ac Præpositi in tanta majestate vivere, quasi sub regula non sint, ac non modo vitam communem monasteriorum, verum etiam chorum, & res divinas parvi pendere, atque ea flocci facere, quæ ad profectum suorum pertinent, præsertim cum nunquam fere capitula habeant, nec subditos corrigant, si quando errarint, cum tamen primi esse in rebus bonis & exemplo cæteris præire debeant: instat, ut Illma. D. V. in visitando summam diligentiam adhibeat, si qua talia monasteria in sua Diœcesi inveniantur, quo ejusmodi Prælati in officio deinceps contineantur, eisque tanta libertas non permittatur.

Sexto decimo. Cum S. Sanctitas acceperit in multis Ecclesiis Collegiatis Germaniæ etiam Cathedralibus eidem Canonico tam multa ac diversa munera committi, ut nullum postea exequatur: hortatur Ill^mam. D. V. ut si quas ejusmodi Ecclesias in sua Diœcesi vel Metropolitanam, vel alias, inter visitandum, aut etiam ex piorum relatione invenerit, det operam posthac, ut ea officia, quæ sub unius cura erant, diversis, iisque idoneis, & aptis hominibus distribuantur, ita ut ipsi ea diligenter exequantur.

Septimo decimo. Cum S. Sanctitas audiverit in eisdem Ecclesiis multis Canonicos circa divina officia esse valde negligentes, & in rebus mundanis potius versari, quam chorum frequentare, præcipue vero digniores, qui tamen primi accedere, & abire ultimi deberent, monet Ill^mam. D. V. ut visitando investiget, si aut in sua Metropolitana, ut in cæteris Ecclesiis Collegiatis ejusmodi sint Canonici, qui res divinas tam parvi faciant, ut choro interesse non curent, eosque in officio posthac contineat, curetque, ut tales deinceps sint, quales Constitutiones Synodales eos esse volunt.

Decimo octavo. Cum S. Sanctitas intellexerit in multis Ecclesiis Collegiatis etiam Cathedralibus, tempore horarum Canonicarum eo quod Canonici præter debitum absint, cæteros Presbyteros, Clericos, ac scholares dissolutos esse inter cantandum, cachinnari, rixari, ac quandoque ad manus venire; instat apud Ill^mam. D. V. ut in visitatione sciscitetur diligenter, si quid ejusmodi in talibus Ecclesiis suis contingat, atque ita labentes severe puniat, ordinetque, ut Canonici semper intersint, tum ad vitanda ejusmodi scandala, tum etiam ut suo satisfaciant debito, juxta Constitutiones Synodales; nam & ab horis ipsis Canonicis Canonici vocati sunt.

Decimo nono. Cum S. Sanctitas non sine maximo dolore audierit in infinitis propemodum locis Germaniæ Parochos, ac Cooperatores negligentissimos esse in administrandis Sacramentis, atque cum unus saltem in templo semper esse debeat, ut si quæ occurrat necessitas, præsto esse possit, omnes templum deserere, ire spaziatum, ac (quod absurdius est) ad tabernas accedere potaturos: quo fit, ut cum quæruntur, vel non inveniantur, vel ita vino obruti, ut officio nequaquam satisfacere possint, nisi cum maximo scandalo, ac propterea sæpe multos sine Sacramentis Ecclesiæ mori contingat, injungit Ill^mæ. D. V. ut si qui tales in sua Diœcesi vel in civitate ipsa Metropolitana, vel alibi reperiantur, investiget diligenter præsertim inter visitandum, eosque officio privet, & acerbissime puniat, quod causa ipsorum multis spiritualiter intereant.

Vigesimo. Cum S. Sanctitas non absque gravi gemitu comperit, in infinitis propemodum partibus Germaniæ ob negligentiam Parochorum, ac fortassis etiam Episcoporum Sacramentum extremæ unctionis pene abolitum esse, cum tamen id contra sacros Canones, & communem universalis Ecclesiæ consuetudinem sit, ac contra evidentissima testimonia sacræ Scripturæ, jubet, ut Illma. D. V. id peculiariter agere velit

fit præsertim in visitatione, ut Sacramentum hoc diligentissime administretur, quod ut eo facilius fiat, præcipiendum concionatoribus est, ut ex suggestu quoties sese offeret occasio, de hac materia populum doceant, inflammentque, a parochis etiam, ut cum ægrotos invisunt, maxime post datam sacram Evcharistiam, eos hortari velint ad extremam unctionem. Quod si qui obfirmato animo fuerint, ita ut ea contemnant, mortui tamquam hæretici ne sacro loco sepeliantur, juxta Canones, ac Constitutiones Synodales Salisburgenses.

Vigesimo primo. Cum S. Sanctitas acceperit multis in locis Germaniæ multos Parochos, Conperatores, ac Vicarios esse, qui in administrandis Sacramentis, ducendis funeribus, & confessionibus audiendis pecuniæ nimium cupidos sese verbis & apertis signis ostendunt plus petentes, quam accipiant; aut si non accipiant, exigentes aut pactis etiam ante exsequias, ac sepulturam convenientes. Monet Ill^mam, D. V. ut maxime inter visitandum præcipiat tum parochis, ne quid prorsus in ejusmodi rebus petant, aut plus accipiant, quam in Constitutionibus Synodalibus præscribitur, tum etiam confessoribus, ut nihil omnino postulent, nec verbis nec signis, si quid tamen sponte a confitentibus dabitur, id accipere possint.

Vigesimo secundo. Cum S. Sanctitas audiverit multis in locis Germaniæ, Canonicos & alios nondum sacerdotes præesse Ecclesiis parochialibus contra omnem rationem, ac decus, cum parochi propterea assumantur, ut fideli populo Christiano Sacramenta administrent, ipsi autem id præstare nequeant, eoquod non sint in sacerdotali dignitate constituti, monet Ill^mam. D. V. ut ad vitanda scandala, ac mala, quæ ea ex re proveniunt, si tales in sua Diœcesi reperiantur, eos juxta Constitutiones Synodales cogere velit, vel ut parochias relinquant, quæ postea non dentur nisi idoneis sacerdotibus.

Vigesimo tertio. Cum sua Sanctitas intellexerit in multis Catholicis Germaniæ Ecclesiis dari sacram Evcharistiam pueris ac puellis usum rationis non habentibus, non parvam animo cepit admirationem, cum hujusmodi pueri ac puellæ usu rationis carentes, nulla (ut & docet SS. Synodus Tridentina) obligentur necessitate ad sacramentalem Evcharistiæ communionem, si quidem per baptismi lavacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. Quinimo, si quis dixerit parvulis antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Evcharistiæ communionem anathema esse decernit supradicta Synodus Tridentina. Proinde monet Ill^mam. D. V. ut investiget diligenter per totam suam Diœcesim, maxime inter visitandum, si qui parochi reperiantur, qui hujusmodi pueris, ac puellis communionem Evcharisticam concedant, eosque puniat, ac præcipiat, ut imposterum tales ad sacram synaxin accedere non permittant, neque enim decet, eos ad Sacramentum altaris admitti, in quibus adhuc tanta propter ætatem non sit cognitio, ut intelligere possint, quantum tractent ministerium, & quam splendidis ac divinis epulis accumbant. Discretionis vero tempus, & rationis usus in pueris ad puellis parentum ac confessorum arbitrio, & considerationi relinquitur; propterea quod sint quidam celeriores ingenio, quidam tardiores. Plerumque tamen communis Ecclesiæ Catholicæ consuetudo tenet, ut nemo ante annum circiter tertium decimum admittatur.

Vigesimo quarto. Cum amentes, fatuos, & id genus alios insanos homines, qui ita usu rationis carent, ut sua peccata confiteri sacramentaliter non possint, ad Evcharistiæ communionem Ecclesia non admittat, & S. Sanctitas audiverit in multis locis Catholicis Germaniæ hostias non consecratas pro consecratis hujusmodi hominibus dari, quo petitioni eorum satisfieri videatur, quandoquidem more simiarum ipsi etiam imitari velint, quæ alios vident facere, graviter dolet, & detestatur hunc pravum morem, quia nemini parvulo vel adulto, valenti aut ægroto, sano vel amenti, aut quomodocumque sacræ Evcharistiæ non capaci, etiam magna cum instantia, atque importunitate petenti hostia non consecrata, pro consecrata dari debeat. Nam in Sacramento veritatis nullam esse fictionem oportet, præcipue cum falsa remedia sint veris periculis graviora. Propterea hortatur Ill^mam. D. V. ut Diœcesim suam hoc errore, sic ubi viget, liberare velit, summa adhibita diligentia inter visitandum in quærendo ac providendo.

Vigesimo quinto. Cum S. Sanctitas animadverterit multos passim in Germania sub jurisdictionibus non modo Principum sæcularium, verum etiam Ecclesiasticorum esse parochos, ac Cooperatores partim publice hæreticos, partim occulte, quia etiam libros infectos apud se habent, ac venena in populo seminant, & (quod pejus est) in monasteriis quibusdam etiam reperiri tales tum religiosos, tum etiam ministros

ftros fæculares, cujus rei culpa tribui, non nifi Prælatorum negligentiæ poteft, monet Ill^mam. D. V. ut in prima vifitatione, atque alias etiam, data occafione in eo ftudium omne ponere velit, ut videat in parochiis, aliisque Ecclefiis, etiam in monafteriis tam monialium, quam monachorum, fi quæ perfonæ reperiantur, easque graviffime puniat, & ita efficiat, ut huic malo provideatur, quod facilius fiet, fi, cum quis eft fufpectus, tempus non exfpectetur, fed ftatim citetur, ac domus ejus vifitetur, &, fi concionator fuerit, ad ejus conciones audiendas vir peritus aliquis omnibus infciis interdum mittatur.

Vigefimo fexto. Cum S. Sanctitas acceperit, in ditionibus multorum Principum Ecclefiafticorum Germaniæ, non modo univerfim in pagis, & oppidis, fed figillatim etiam in illis ipfis civitatibus, iu quibus refident, multos fæculares effe hæreticos, ac tolerari, & propterea in dies quoque augeri, qui etiam libros hæreticos habent, legunt atque alios præterea quotidie in dies fibi comparant, & habitis privatim conventiculis inter fe familias prave in hærefi iuftruunt, comeduntque carnes diebus prohibitis, etiam in quadragefima publice, ac fub omnium oculis, nec tamen idcirco puniuntur, aut expelluntur, ne cæteros inficiant, neque (quod pejus eft) admonentur: enixe cupit, ut Illma D. V. diligenter quærat ubique locorum fuæ Diœcefis, præfertim inter vifitandum, fi qui fint hujusmodi homines, eosque, quos tales invenerit, fi gregem fuum a contagione confervari vult, ut corrigat, aut etiam, fi ita neceffe fit, omnino amoveat, ne ferpens in finu, aut in ftramine ignis foveatur. Nam, dum adhuc ignis in favilla eft, extingui facile poteft, cum vero ad incendium pervenerit, difficile, nec fine maxima rerum jactura: ita etiam hæretici, fi tolerentur, eorum numerus paullatim augetur, infurguntque multitudine freti adverfus Principes fuos, ut multa fuperiorum temporum exempla docuere.

Vigefimo feptimo. Cum S. Sanctitas non fine magno dolore intellexerit, in ditionibus multorum Principum Ecclefiafticorum multos effe Officiales, partim palam hæreticos, partim fufpectos, veluti arcium præfectos, gubernatores oppidorum, Judices, ac Senatores civitatum, & Confiliarios, aliosque, quorum exemplum, quod in dignitate fint conftituti, fubditos animat, maximum detrimentum affert, multosque pervertit, hortatur Ill^mam D. V. ut, fi qui tales in fua ditione fint, diligenter inveftigare velit, eosque paullatim pro fua prudentia amovere, optimis ac Catholicis viris in eorum locum fuffectis. Cum autem Illma D. V. profpectura fibi eft de aliquo fimili Officiali, Sua Sanctitas confulit, ut diligenter prius examinet, quam illum promoveat, an vere Catholicus fit, quod ut facilius fit, cognofcat, jubeat ipfum facere profeffionem fidei Catholicæ, quam certe fi Catholicus fincere fuerit, lubentiffime fecerit, fin invite ac cum repugnantia, tunc aut hæreticus, aut in fide fufpectus effe debet: circa quod S. Sanctitas Ill^mam D. V. voluit etiam admonere, ne quod in aliis Germaniæ partibus accidiffe auditur, id etiam in ditione Ill^mæ D. V. contingat, quod fcilicet in profeffione fidei facienda, Ecclefiaftici etiam ipfi interdum abhorreant, ac dubitent, an illa particula fit apponenda (Ecclefia Romana) quafi vero Ecclefia Romana illa fit, quæ tantum Romæ eft, ac non potius, univerfalis Ecclefia Chriftiani orbis, quæ ad differentiam aliarum Ecclefiarum hærefi infectarum idcirco Romana appellatur, quia Romanus Pontifex univerfali Ecclefiæ præfit. Nonne in Germania Romanum eft Imperium? Num Romanum eft Imperium, quod Romæ eft? an potius univerfale? univerfale dixerim, tamen Romanum appellatur, quia Romæ primus Imperator, ac principium Imperii fuit: ita etiam factum eft in Ecclefia univerfali, quia Romæ initium habuit a D. Petro, cui ipfe præfuit, ac Succeffores ejus Pontifices Romani adhuc præfunt, quorum e numero eft modernus Pontifex Gregorius XIII. cui Deus optimus maximus pro fua clementia longiorem vitam ad feliciffimam adminiftrationem Ecclefiæ fuæ concedat.

Vigefimo octavo. Cum S. Sanctitas audiverit in infinitis propemodum locis Germaniæ, ubi magnus eft facerdotum numerus, præfertim juniorum, eoquod fub nulla fint difciplina, nec ullis ftudiis dediti, per urbes cum fcandalo huc & illuc vagari, potare, ludere, ita ut in officio poftea contineri facile non poffint. Monet Ill^mam D. V. ne quid tale in fua Diœcefi eveniat, ut velit curare, non folum in Ecclefia Metropolitana, fed in aliis etiam, præfertim Collegiatis, ut fecundum Conftitutiones Synodales Salisburgenfes, fit aliquis facerdos Theologus, nifi fuerit Doctor, faltem doctus, qui ex facris litteris quotidie lectionem illis prælegat, ita enim otium, ac fcandala vitabuntur, & facerdotes ipfi in dies aptiores ad fua officia reddentur, ut tempore neceffitatis poftea eorum opera prodeffe magis, qua unquam antea poffit.

Vigefimo nono. Cum Sua Sanctitas non fine magno mœrore acceperit in infinitis

nitis propemodum Germaniæ locis, etiam Catholicis, Pœnitentiæ Sacramentum prope lapsum esse, eoquod pœnitentes cum confitentur, peccata sua non nisi generaliter, ut publice alioquin fieri solet, recenseant, nec ullum faciant discrimen inter peccata venialia ac mortalia, aut inter peccata unius generis, & alterius, aut inter casus Papales & Episcopales, ex quo fit, ut sine ulla contritione, ac dolore ad confessionem accedant, cum peccata sua sigillatim ad memoriam prius non reduxerint, atque ut religio paullatim ex eorum animis elabatur, cum tam parum ad salutem suam cogitent, quæ magna ex parte ex pœnitentia pendet: id autem fieri propter negligentiam, aut ignorantiam, aut etiam perfidiam quandoque parochorum quorumdam, qui subditos in iis rebus non instruunt, aut nesciunt, vel nolunt instruere, aut etiam pecuniis corrupti in subditorum errore connivent: admonet Ill^mam D. V. ut diligentissime curare velit per totam suam Diœcesin, quo parochi, ac concionatores in templis publice populum in Pœnitentiæ Sacramento instruant, rei necessitate, dignitate, atque utilitate declarata. Præterea etiam, ut idem confessores ipsi inter confitendum, ac si qui rudes sese offerant, quia non ita sciant explicare peccata sua, ut eos diligenter interrogent, examinentque, atque (omissis superfluis, & nimium curiosis quæstiunculis) ita instruant, ut deinceps confiteri sciant. Quod si qui aliqui casus occurrant in confessione, in quibus ipsi absolvere non possint, aut de quibus dubitent, ut recurrant ad forum Ill^mæ D. V. pro consilio, ut discant, quid ea in re agere debeant, nam nullum omnino est negotium aut difficilius aut utilius quam salutis animarum. Quo autem facilius huic negotio provideatur, nec ullus confessoribus excusandi locus relinquatur, Sua Sanctitas hortatur Ill^mam D. V. ut in Ecclesia sua Metropolitana sacerdotem Doctorem, aut Licentiatum in Theologia vel Jure canonico juxta sacros Canones, ac Constitutiones Synodales Salisburgenses pœnitentiarium habere necesse est, qui continuo hoc fungatur munere, & ad quem sacerdotes civitatis recurrere, & alii totius Diœcesis scribere possint, cum necessitas ita effiagitarit. Qui quidem pœnitentiarius ter ad minus in hebdomade teneatur etiam perlegere casus conscientiæ omnibus sacerdotibus, cui lectioni sacerdotes ipsi, ut intersint, cogantur, ii præsertim, qui ad confessiones audiendas admittendi sunt, & post lectionem bis vel ter ad minus in hebdomade habeant semper tempus certum præfixum, quo inter se conferant, ac disputent de casibus conscientiæ præsente pœnitentiario & interdum aliis viris doctis, ex his postea, qui fuerint aptiores, juxta necessitatem deligi poterunt ad confessiones audiendas. Quod autem id non in civitate Metropolitana solum fiat, verum in aliis etiam locis totius Diœcesis, Illma D. V. curabit, ut juxta mentem Suæ Sanctitatis, ut in monasteriis, & Ecclesiis Collegiatis lector, qui juxta superiorem articulum suscipietur, casus etiam conscientiæ bis, terve in hebdomade prælegat sacerdotibus omnibus, qui teneantur etiam ad eam lectionem accedere, atque inter se de casibus conscientiæ conferre, ac disputare. Hoc jam per totam Italiam jussu Sanctitatis Suæ observatur strictissime, cum tamen ibi nulla sit penuria bonorum confessorum.

Trigesimo. Cum S. Sanctitas intellexerit in multis Ecclesiis Cathedralibus Germaniæ ab Ordinariis assumi Canonicos simplices in Vicarios generales seu officiales, & dari illis Assessores communiter laicos, Doctores quidem in Jure civili, sed non eruditos, plerumque in sanctionibus Ecclesiasticis, quo fit, ut sæpe propter ignorantiam sacrorum Canonum injuria fiat accedentibus ad tribunal ipsorum, ac quandoque Canonibus sacris ipsis derogetur, præsertim in promovendis iis, qui ad sacros ordines aspirant: quare non admissi solum, sed admittentes etiam, rei sacrorum Canonum fiunt, ac in censuras incurrunt. Quare ne in tribunali Ill^mæ. D. V. eveniat, S. Sanctitas hortatur, ut Illma. D. V. habeat Sacerdotem, Doctorem, aut Licentiatum in Theologia, seu in jure Canonico, per universitatem aliquam approbatum, qui semper assistat, loco Ill^mæ. D. V. ita ut sine ipsius consilio nihil decidatur. Et ita Illma. D. V. satisfaciet conscientiæ suæ, ac Vicarii sui, seu officialis. Ne autem Illma. D. V. novas impensas hac in re faciat, id officium committere poterit suo pro tempore pœnitentiario, qui sacerdos Doctor, aut Licentiatus in Theologia vel in Jure Canonico erit, ac sine difficultate utrique muneri satisfaciet.

Trigesimo primo. Cum S. Sanctitas audiverit multis in locis Germaniæ sub jurisdictionibus Principum sæcularium Ecclesias etiam parochiales, & utriusque monasteria gravissimis exactionibus & canibus venatoriis aggravari, ab eorumque ministris multa temere admitti adversus libertatem ac jurisdictionem Ecclesiasticam, qui etiam Presbyteris, monachis & monialibus vim inferunt, & quandoque sine scitu ordinariorum sacerdotes in carcerem conjiciunt,

jiciunt, aliisque injuriis & insultibus afficiunt, ac se intromittunt non in iis rebus modo, quæ ad ordinarios spectant, verum etiam (quod gravissimum est) In iis, quæ ad S. Sedem pertinent, manus admoventes ad ea, quæ sine expresso consensu, & licentia S. Sedis fieri nequeunt, in quo ejusmodi homines tam mandantes quam exsequentes, canones & censuras incurrunt, & acta per ipsos nullius sunt roboris. Interea monet Illmam. D. V. ut si quid simile hactenus gestum sit In Diœcesi sua, vel imposterum quidpiam tentetur, ut Id nullo modo tolerare velit, cum sit contra sacros Canones, nullamque vim, & effectum sortiri possit: quod si sit res, in qua S. Sedes etiam consulenda sit, ut Illma. D. V. libere recurrat, veluti in conscientia tenetur, præsertim in iis, quæ authoritatem S. Sedis tangunt.

Trigesimo secundo. Cum S. Sanctitas acceperit multos Ecclesiasticos, præsertim Canonicos, in Germania esse, qui quandoque aliquos consanguineos hæreticos habent, in quorum manus post mortem ipsorum veniunt, ex parte relicta bona tanquam hæreditario jure contra jus, æquitatemque omnem, cum illa bona non consanguincis dari, maxime hæreticis, sed in usum & utilitatem Ecclesiarum, quibus viventes præfuere, vel in alias pias causas converti debeant, earum præcipue Ecclesiarum, quæ instauratione, aliisque rebus plerumque egent, quarum certe non parvus est numerus; advertit Illmam. D. V. ut in sua Diœcesi cum tales personæ moriantur, nolit permittere, ut bona, quæ ex redditibus Ecclesiarum cumulata sunt, consanguineis dentur, nisi pauperes sint & catholici, quibus tunc tantum ex bonis distribui poterit, quantum Illmæ. D. V. visum fuerit. Quod supererit, curabit, ut in utilitatem Ecclesiæ, vel piorum locorum, aut pauperum distribuatur.

Trigesimo tertio. Cum S. Sanctitas acceperit multis in locis Germaniæ etiam sub jurisdictione Prælatorum Ecclesiasticorum, plurimos esse, qui liberos suos ad civitates hæresi infectas mittant, ut ibi sub præceptoribus hæreticis literas, ac mores perdiscant, vehementer perturbata est, quia ita adolescentibus, qui in tenera ætate sunt adhuc tamquam tabulæ rasæ, in quibus quidquid libuerit, depingi potest, occasio detur, ut pervertantur, & a fide Catholica desciscant, quo malo fit, ut grandiores facti non sibi solum, sed etiam infinitis aliis pestifero illo veneno patriam inficientes obsint. Ecquid, obsecro, aliud apud hæreticos addiscere possunt, præter summam libertatem, summamque rerum omnium licentiam? Qui optimis moribus imbui, cum virtutibus hæretici perpetuum bellum indixerint? Neque enim Regina ratio sedem suam habeat, ubi effrenata sensus libido imperat. Qui ingenuas artes, & Christiano homine dignas capessere, cum hæretici repudiata veritate sophismata, & pueriles captiones doceant? Non In angulis, non in sordibus, non in tenebris, sed in medio foro, ac clara luce veritas splendet. At vero sit ita; habeant apud hæreticos præceptores quum eruditione præstantiores, tum vita meliores, nonne satius est, ut Indoctiores & inurbaniores domi maneant, quam tam certum salutis suæ periculum adeant, ac tantam patriæ pestem inferant? Quasi vero desint civitates Catholicæ, in quibus tum vitæ christianæ, tum optimarum disciplinarum præceptores, ac Magistri aluntur? Ad has urbes filios parentes mittant, si sua & suorum salus, ac vita illis chara est, cum domi præceptores parum idoneos habent. In his, & sincera veritas, & candidi, ingenuique mores sine dolo docentur. Proinde monet Illmam. D. V. ut in tota sua Diœcesi a Metropoli auspicata sciscitetur accurate præsertim inter visitandum, an qui id hactenus fecerint, aut adhuc faciant, eosque ita increpet, & corrigat, ut ab incepto desistant, cæterisque exemplo sint, atque ita huic malo provideat, ut omnes imposterum sibi caveant.

Trigesimo quarto. Cum S. Sanctitas intellexerit in multis civitatibus Germaniæ, & oppidis, in quibus publicæ scholæ sunt institutæ, & erectæ, studiosos magnam libertatem, quæ illis permittitur, obque negligentiam præceptorum, qui eos in officio non continent, tam esse dissolutos, & improbos, ut multa contra decus ubique admittant, quæ vel infimos homines puderet, atque ita per domos infames ac plateas vagari, ut nihil fere tam in ore omnium sit, quam flagitia, quæ hi passim noctu fronte jam perfricata perpetrant, indeque cives excusationem ducere, cur filios suos potius ad civitates hæreticas mittant, ut Instituantur, licet nullam causam habere possint tantam, quemadmodum superiori articulo dixi, ut ad id adduci debeant. Hortatur Illmam. D. V. ut in omnibus locis totius Diœcesis suæ, in quibus sunt ejusmodi scholæ, ita animadvertere in tales velit, in visitatione potissimum, ut tam dissolutis moribus provideatur, ac modus tantæ libertati statuatur. Quod nisi fiat, nihil præclari ab iis exspectandum erit. Praeteream monetur

Illma.

Illma. D. V. ne, (quod in multis Germaniæ locis fit) in civitatibus sibi subjectis permittat, ut scholares pauperes, qui cantando victum per plateas, ac domos quæritant, cantiones hæreticas aut suspectas quascunque non decantent.

Trigesimo quinto. Cum S. Sanctitas non sine magno animi sui dolore perceperit, in multis Catholicis locis, etiam in civitatibus non Principibus sæcularibus solum, sed etiam Ecclesiasticis in temporalibus subjectis, improbos quosdam reperiri sacerdotes, qui in Missæ celebratione omni posthabito Dei timore, Sanctos in confessione non nominant, putantes ipsos non esse invocandos, ac nunquam pro defunctis memoriam faciunt, quasi ipsis non prosit hoc saluberrimum sacrificium, & (quod nefandius est) canonem integre non pronuntient, ex quo liquet, quam parum credant tanto Missæ Mysterio, quum id factitent, non devotionis ergo, sed tantum, ut inde habeant emolumenta: Hortatur Illmam. D. V. ut non tam in visitatione publica, quam per privatas, ac pias etiam personas omnem adhibeant diligentiam, si qui tales in sua reperiantur Diœcesi, eosque ita juxta sacros Canones puniat, ut cæteris exemplo sint. Non sunt enim similia venena sovenda, ne sic paullatim inficiatur totum corpus.

Trigesimo sexto. Cum S. Sanctitas ex multorum sermonibus ac variis supplicibus libellis ex Germania in urbem ad S. Sedem transmissis, compertum habeat per totam Germaniam, etiam in Provincia ac Diœcesi Salisburgensi multos sanguine & affinitate inter se junctos in gradibus prohibitis, non in quarto solum, ac tertio, verum etiam in secundo & primo temere contrahere in angulis, ne a superioribus id facinus rescitcatur, audere, ac se copula carnali miscere; tum vero, sequuta etiam quandoque prole, supplices libellos ad S. Sedem pro dispensatione mittere, maximum animo cœpit dolorem, tum quia incestum committant, tum etiam, quia se simpliciter inhabiles, & multo magis obstante consanguinitatis, vel affinitatis impedimento, juxta Decretum Concilii Tridentini reddant ad sic contrahendum, ubi ejusmodi contractus inter eos jam facti duplici de causa irriti, & nulli esse decernuntur. Existimat autem S. Sanctitas eos per ignorantiam excusari non posse, quia arbitretur illud Concilii Tridentini Decretum ubique jam esse promulgandum, uti tunc omnibus Ordinariis injunctum fuerat, & sciat vetustissimum morem esse in Germania, præsertim in Provincia Salisburgensi, ut non prius matrimonium contrahatur, quam denuntiationes in templo factæ sint: ac neminem præterea esse putet tam rudem, qui nesciat intra hos gradus prohibitos, clam contrahere non esse permissum, quod prisca consuetudo Germaniæ a multis sæculis adhuc testatur. Nec vero S. Sanctitas tam dolet, & miratur subditorum temeritatem, atque audaciam, vel improbitatem potius, quam superiorum negligentiam, qui ejusmodi abusus ad pastorale munus oscitantes ac dormitantes ferant, nec delinquentes ita puniant, ut exemplum cæteros deterreat. Proinde ne imposterum hujusmodi scelera admittantur, neque ipsi frustra laborent S. Sedem molestantes, monet Illmam. D. V. ut juxta mandatum Concilii Tridentini omnibus parochis totius Diœcesis suæ injungere, ac præcipere velit, quo hæc duo infrascripta decreta publice coram populo quamprimum promulgent, ut cognoscant, quid sibi in matrimoniis contrahendis agendum sit, & quando sit S. Sedi supplicandum.

Primum admonentur omnes, quod nullum matrimonium contrahi debeat, multo minus consumari, nisi juxta vetustissimam etiam, ac laudatissimam hujus Provinciæ consuetudinem præcesserint tres denuntiationes, quæ a proprio parocho, vel alio sacerdote vices gerente, tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter missarum solemnia publice sunt faciendæ, nisi Rma. & Illma. D. V. expedire judicaverit, ut una tantum denuntiatio fiat, vel ex toto prædictæ denuntiationes remittantur, quod Illmæ. D. V. prudentiæ & Judicio S. Sanctitas juxta Concilii Tridentini intentionem relinquit. Deinde si plures non fuerint, saltem parocho & duobus vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebrari poterit. Et si qui aliter quam præsente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia & duobus vel tribus testibus ad minus, matrimonium contrahere attentabunt, illis indicetur, eos juxta decisionem S. Synodi Tridentinæ ad sic contrahendum omnino inhabiles factos esse, insuper parochum vel alium sacerdotem, qui cum minore testium numero & testes, qui sine parocho vel sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes graviter arbitrio Illmæ. D. V. puniri debere.

Secundo advertatur etiam, quod si quis inter gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separandus est, & spe dispensationis consequendæ carebit: idque in eo multo

multo magis locum habebit, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consumare ausus fuerit, quod si ignoranter hoc fecerit, siquidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexit, eisdem debet subjici pœnis. Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cujus salubria præcepta temere contempserit. Si vero solemnitatibus adhibitis impedimentum aliqnod postea subesse cognoscatur, cujus ille probabilem ignorantiam habuit, tuoc facilius cum eo dispensari poterit. Sed animadvertendi sunt, quod in contrahendis ipsis matrimoniis vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro: idque ex causa conceditur: in secundo autem gradu, nunquam dispensatur, nisi inter magnos Principes & ob publicam causam.

Trigesimo septimo. Cum SS. Synodus Tridentina decreverit, ut nemo nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum ordinum ad Subdiaconatum, itidem a Subdiaconatu ad Diaconatum ab hoc ad Presbyteratum promoveatur; nisi necessitas, & Ecclesiæ utilitas judicio Episcopi aliud exposcat; & S. Sanctitas acceperit in tota fere Germania plerumque, ac sine discrimine, necessitatis prætextu cuique ad sacerdotium aspiranti uno anno ordines omnes tam minores tam majores etiam Presbyteratum conferri: quo fit, ut postea sacerdotes non nisi rudes & imperiti magna ex parte habeantur, qui cum sacra & humana studia parum, aut nihil curent, nulla horum cognitione delectati aliud non student, quam poculis, atque concubinis, aliisque profanis rebus, divina & humana omnia jura pervertentes. Id ne in foro seu Consistorio Ill^mæ D. V. accidat, monet necessitas Ecclesiæ, cui Illma D. V. divino beneficio præsidet, hujusmodi ministris non egere, cum illi nulla in re prodesse, quin potius propter ignorantiam, ac pravas institutæ vitæ rationes obesse plurimum possint, proinde illa verba Concilii Tridentini: ***nisi ob Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur;*** ita sunt intelligenda, ut non tam Ecclesiæ necessitas consideranda, quam etiam utilitas ejus spectanda sit. At quomodo tales sunt Ecclesiæ utiles futuri, si tam rudes, atque imperiti ad sacros ordines admittuntur, præsertim vero cum de illis nulla spes majoris eruditionis haberi possit, ut experientia docet, eoquod consecuti sacerdotium non curant amplius litteris operam navare. Utilitas autem respondebit necessitati, si cum est d'spensaodum cum aliquibus, tanta iis tunc aptitudo, doctrina, eruditioque reperiatur, quantam tribus illis annis intermediis consequi studendo & addiscendo possent, qui illis propterea fuere sapienter attributi, ut interjectum tempus habeant, quo se in Ecclesiasticis officiis ac muneribus diligenter exercere, & non in litteris solum, verum etiam in pietate, ac castis moribus proficere possint, tum sui causa, tum quoque ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem & administranda Sacramenta, quorum gratia potissimum ordines sunt instituti.

Trigesimo octavo. Cum S. Sanctitas intellexerit in Germania universa, etiam in Provincia Salisburgensi, multa reperiri monasteria, quibus Ecclesiæ parochiales sint incorporatæ, ad quas regendas Prælati mittunt conventuales suos, eorumque loco in propriis Ecclesiis sacerdotes laicos ad rem divinam faciendam, ac sacra obeunda accersunt, qua illi libertate freti non modo concubinas ut cæteri Presbyteri inhonestæ vitæ solent, cum omnium bonorum scandalo domi habent, verum verum etiam habitum abjiciunt, quod & Prælati ipsi aliquando faciunt, quasi pudeat eos ita incedere, Christo, cui nomina dederunt, injuriam facientes; monet Ill^mam. D. V. ut si quid tale in sua Diœcesi reperiatur, tanto scandalo, ac sceleri quocunque modo diligentissime juxta Constitutiones suas Salisburgenses providere velit.

Trigesimo nono. Cum S. Sanctitas non sine dolore audiverit per universam passim Germaniam sacerdotes non paucos esse, qui post prandium aut cœnam vestibus clericalibus exuti, pallio, ac pileo more laicorum induti, huc & illuc vagentur, atque ad tabernas vinarias convolent, magnis poculis pascant, rixentur, saltent, spectacula visant, ludum gladiatorium frequentent, eoque cum maximo suo dedecore, ac religionis Christianæ detrimento, & omnium scandalo faciaot, quæ vel infimos homines puderet, adeo, ut in vini, aleæque corruptela, in nocturnis Bachationibus, atque in omni ejusmodi nequitia totos fere dies, noctesque, aliquando cum scurris, nulla habita ratione verecundiæ, aut dignitatis versentur, per plateas ebrii discurrant, publice bachentur, ad convivia & ad arma inter se aut cum laicis veniant: monet, ac rogat Ill^mam D. V. ut clericos omnes ubique locorum Diœcesis suæ partim optimis præceptis, partim paternis adhortationibus, partim etiam metu, atque animadversione in veteri disciplina continere ita velit, ut a tam indignis rebus abstineant.

Qua-

Quadragesimo. Cum S. Sanctitas acceperit in multis locis Styriæ ac Carinthiæ, ubi Illma D. V. ac tres Suffraganei Gurcensis, Seccoviensis, & Lavantiensis, spiritualem tantum Jurisdictionem habent, Sacramenta non modo in desuetudinem & contemptum venire, sed etiam vix ullum apparere vestigium Christianæ religionis, quandoquidem publici concionatores hæretici simplicem, ac rudem populum, rerum omnia licentia, ac libertate proposita, pervertunt, & ab obedientia non Sedis Romanæ tantum, verum etiam Ill^mæ D. V. aliorumque Ordinariorum prorsus alienant, ita ut quibusdam oppidis, ac pagis, technis suis, ac fallaciis, quibus imperitam multitudinem, ac nihil tale opinantem adoriuntur, & capiunt, illud jam effecerint, ut valedixisse penitus cultui divino, ac saluti suæ homines videantur, cum, repudiata veritate, majorum nostrorum religione contempta, priscis sacrorum cæremoniis abolitis, in tam corruptis moribus, in tam depravata doctrina, in tam perversis conventiculis, ac sectis, nihil nisi impurum, ac falsum a subdolis ingeniis doceatur, vehementer dolet tantam in tam brevi tempore religionis mutationem illis in partibus factam esse. Id autem multo magis S. Sanctitatem angit, quod audiat singularem negligentiam Ministrorum, ac Suffraganeorum Ill^mæ D. V. & Prædecessorum in causa fuisse: quod certe, si vigilantiores in officio esse, ac muneri satisfacere voluissent, ut profecto debebant ac poterant, cum res in exiguis adhuc initiis versabantur, non equidem religio ita inclinata esset, nec tantum incrementi huic malo in dies latius serpenti hæretica pestis attulisset, ut maximi jam laboris sit Christi vineam in pristinum statum restituere. Sed levius ferendum esset, si strenuos hoc tempore eadem in regione haberemus operatores, qui pro Dei honore tanquam pro aris & focis contra gigantes istos Babylonicos dimicarent, hæresum dolos, ac fraudes vigiliis & laboribus suis excluderent, ac Christi zelo armati Ecclesiæ hostium audaciam ac temeritatem frangerent, eluderentque. At quotus quisque in illis partibus est, qui pro domo domini sit? quotusquisque sese in propagando cultu divino, aut religione Catholica retinenda vel restituenda exercet? quotusquisque se nefariis hostium nominis Christiani armis opponit? Pauci sane, aut omnino nullus; propterea monet Ill^mam D. V. ut ovium suarum memor esse, ac pro prudentia sua rationem aliquam inire velit, qua hæc pestis tollatur, aut efficiatur, ne latius & cum majori detrimento serpat, ac loca illa in pristinum fidei Catholicæ statum, quoad ejus fieri potest, restituantur, ita ut Ecclesiis sua dignitas, ac rebus divinis suus splendor reddatur. In quo multum profuerit, si Illma. D. V. Suffraganeos suos, & Ministros omnes, ad rem tam laudabilem ac sempiterna beatitudine a Deo immortali compensandam, & ad officium tam necessarium salutis animarum verbis, calcaribusque incitarit. Nihil autem tam facere putat S. Sanctitas ad sananda hæc vulnera, quam si concionatores ac parochi Catholici docti, & spectatæ vitæ Ecclesiis præficiantur, qui cum doctrina tum exemplo Catholicos confirmare, aberrantesque ad veritatem reducere possint. De quo S. Sanctitas eo magis in animum induxit, ut moneret Ill^mam. D.V. quod intelligat illis in locis sacerdotes quosdam non tam concubinarios, quam conjugatos etiam ab Ordinariis cum omnium scandalo tolerari, a quibus in messe dominica, qui fructus sperare possunt, nemo non videt, quum præsertim inter cæteros Prælati minores, aliqui etiam claustrales tales ibi esse reperiantur. Postremo S. Sanctitas monet Ill^mam. D. V. ut in hac prima congregatione Coepiscoporum suorum jubeat omnibus ut secundum Canones Concilii Tridentini ac Decretum recessus Synodi Provincialis Salisburgensis nuper habitæ, professionem fidei publice faciant.

Hæc sunt Reverendissime Archipræsul ac Princeps Ill^me. ea, quæ a Summo Pontifice in mandatis habui, ut coram exponerem non tam ut Illma. D. V. habeat, in quo Diœcesi suæ prospicere pro temporum, rerumque necessitate possit, quam etiam Coepiscopos suos monere, & hortari, ut Ecclesiis suis provideant, ut singulis partibus diligenter per Ordinarios curatis, totum corpus Provinciæ Salisburgensis sanum, integrumque conservetur.

Hucusque Capita, a Feliciano Ninguarda jussu Pontificio allata pro Provinciæ reformatione.

Porro Archiepiscopus in omnem religionis & disciplinæ submovendam labem intentus, sacerdotes ab Ecclesia transfugas ejecit e finibus; plurimosque, quod calice abstinere nollent, laicos proscripsit. Tum vero Ferdinandi Archiducis, & Alberti, Bavariæ Ducis, literis incitatus, Synodum Diœcesanam rursum coegit. Has literas exhibet Schelhornius in Ergötzlichkeiten *Tomo* I. *pag.* 699. *Ajunt Principes hi: se literis Gregorii XIII. Papæ permotos, studium & operam collaturos, ut clericorum licentiæ, & præsertim turpis concubinatus, pertinacissimum hucusque omnibus remediis malum, feliciori tandem consilio opprimatur.*

CON-

CONCILIUM
SALISBURGENSE XLVIII.

Anno 1576.

Anno Christi MDLXXVI. Gregorii XIII. Papæ anno II. Maximiliani II. Imperatoris anno XIII. convocatum a Joanne Jacobo Archiepiscopo, ad eliminandum cleri, populique offendicula.

Diœcesanam deinde Synodum cogit XI. Calend. April: Multa in concubinarios decernit, urgetque ut Provincialis Synodi decreta sedulo serventur.

Compertum usu fuerat, magnam inferri religioni cladem a peregrinis hominibus, qui operas suas colonis locabant; Archiepiscopus edici curavit, ne his intra fines suos degere liceat.

Hæc Joannes Gasperi Historiographus Archiepiscopalis in laudato sæpius Manuscripto Codice pag. 165.

Acta tamen ipsa hujus Concilii, & deliberata ac conclusa, Germanio idiomate consignata, a Schelhornio fuere servata in Ergötzlichkeiten Tomo I. *Cum enim Patribus, in hoc Concilio congregatis res esset perficienda cum exteris Principibus, qui Germanica lingua in suo literarum commercio, & Legatis etiam Germanis utebantur, consultius putaverunt Patres, ut Acta hæc, ceu Recessus initus, patrio sermone perscriberentur, atque per Legatos, hoc Concilio comprehensos, transmitterentur ad Principes nominatos Ferdinandum & Albertum.* Recessus *sequenti serie continetur.*

Zu wissen Als der Hochwürdigst Fürst und Herr, Herr Johann Jacob, Erzbischove zu Salzburg, und Legat des Stuels zue Rhom. unser genedigster Herr und Metropolitan, bey sich genedigst erwegen, daß die Clerisej in Irer Hr. G. Provintz und Diocess, uber hievoe zu mehrmallen hailsame außgangne Statuta und Mandat sich in Irem Briesterlichen Leben und Wandtl ergerlich verhalte, und mit dem schendtlichen Concubinat befleckht sey. Derohalb auch die Bäbstlich Heyligkhaitt, unnser Allergnedigster Herr, den Durchleüchtigisten Fürsten und Hern, Heren Ferdinanden Ertz Hertzog zu Oesterreich ꝛc. unnsern Genedigsten Herren vätterlich ersucht, Denselben In Irer Fürstlicher Durchleicht Fürstenthumben und Landen adzustellen, und sich darüber mit den benachbarten Geistlichen und welltlichen Fürsten zu vergleichen. Nit weniger auch der Durchleichtig Hochgebohrn Fürst und Herr, Herr Albrecht Pfaltzgrave bey Rhein, Hertzog in Obern und Niedern Bayrn, unser genediger Fürst und Herr bey dem Herrn Metropolitano Freündt und nachberlich erlangen gethan, daß auch ettliche Articul, die in negsten Congregationis Tägen beschlossen worden, auf eingefallnen ursachen, bis daher unerledigt verblieben seyn, die aber ferner nit eingestellet, noch daß unordentlich Briesterlich Leben gedult werden ꝛc. Daß demnach hochermelter unser genedigster Herr und Metropolitan zu erledigung derselben, und abstellung des ergerlichen Concubinats. Die Hochwüedigisten, Hochwürdigen, Durchleichtigen, Hochgebohrnen Fürsten und Herrn Herrn Ernsten, Administratorn des Stiffts Breysing, Pfaltzgrave bey Rheln, Hertzogen in Obeen und niedern Bayrn, Herrn David Bischoven zu Regenspurg, Herrn Urban Bischoven zu Passau, Herrn Cristoffen, Cardinal und Bischoffen zue Brichsen, und Herrn Cristoffen Bischoven zu Chlembsee, unsere auch genedigste, gnedige Fürsten und Herrn, und alle Fünff Irer Fürstlich genaden mit Bischöve solicher obbemelter Puntten erinndert, auch Freündt und genedlglich begert, Irer F. G. treffentliche und versteudige Geistliche Räth, auf den fünfzehenden Tag gegenwärtigen Monats Januarii, in Irer Fr. Gn. Ertzbischoflichen Stat Saltzburg, abzusenden, and Inen zu bevelchen, daß dieselben von solchen Articuln, auch wie der Concubinat würckhlich abgestelt möchte werden, rathschlagen und schliessen möchten. Als nun darauf Herr Bischof zu Chlembsee aigner Person, und die hernachbenante adgesandte Räthe Irer F. G. fürtrag darüber angehört, sein die darinn verleibte Articul nachvolgender gestallt ainhellig beschlossen worden. Nemdlich und für daß Erst, dieweil der Concubinat jederzeit, und in vielen Concilien und Synodis, auch publicierten Mandaten bey hohen Straffen verbotten worden, der auch sonderlich bey den Geistlichen kheinswegs zu gedulden ist, so solle derselb mit allem Ernst und nachdruckh, Innhalt des negst zue Triendt gehaltnen concilii, und diser Provinz van Bädst. Heyl. approbierten Statuten durch die Herrn Ordi-

Ordinarii bey den geistlichen abgestellt, und gegen den verbrechern mit den ausgesetzten Straffen verfahren werden ꝛc.

Vnd damit solichen, ohne Verzüg, ain anfang gemacht werde, So söllen die Herrn Ordinarii noch zwieschen hie und mitfasten Ire Diocesanas Synodos halten, und ain jeder aus Inen Ire Concubinas und verdechtige Personen, in ainer khürtz benanter Zeitt, von Inen weckthuen, bey Vermeldung der Straffen, die in den Conciliis, und Statutis, auch in Mandat, welches hievor in namen des Herrn Metropolitan, und etlicher Herrn Ordinarien in dem zway und sechzigisten Jar, offentlich in Truckh ausgangen, und an Jetzt wider renoviert solle werden, benent seyn. Es solde auch der ungehorsam, da er sich sambt seiner Concubin in ain anders Bistumb dieser Provinz begeben wolte, daselbst nit aufgenomen, oder befürdert werden ꝛc.

Dieweil dann auch zu besorgen, daß solche widerspenige Briester, da sy erfaren, daß sy mit Iren Concubinen in dieser Provinz nit zu bleiben, und khainen platz haben, sich an die anrainende Bistumb, die ainer andern Provinz sein, und da etwo aus mangl der Catholischen Briester, oder anderen ursachen der Concubinat noch nit allerdings abgestellet mögen werden, begeben möchten. So solle den zu fürkhomen, und daß der ungehorsam, so vil desto mehr ursach habe, auch von diesem Laster abzusteen, Der Herr Metropolitan, und nicht weniger die andern MitBischöve, denselben anrainenden Bischöve durch schreiben ermonnen, und ersuchen, die Briester, so auf dieser Provintz mit Iren Concubinen, oder sonst sine literis testimonialibus bene ante actæ vitæ daselbs underzukhomen begern, mit kainen beneficio, oder Pfaeren zu versechen, ob sy doch aus mangl Irer unterhaltung, da sy ye von der Ehr Gottes und Briesterlicher würden wegen davon nit absteen wolten, durch dieses mitl wider zu guetter disciplin, und Erbarn wandel gezogen werden ꝛc.

Da aber der geistlichen Concubinen auf der Herrn Ordinarien, oder Irer nachgesetzten Geistlichen Obrigkhaitt abschaffen, von Iren straffmessigen wandel nit absteen, und sich in ain leidenlich Erbar leben nit degeben, sonder in despectum, & non absque suspicione in loco interdicto verharren wolten, also daß dieselb geistlich Obrigkhait gegen In brachium sæculare anrueffen wurde, So selbe alsdan die weltlich Obrigkhait gegen einer solchen ungehorsamen weibs Person die gebürliche Straff fürzunemen macht haben ꝛc.

Neben dem ist auch bedacht worden, daß zu Abstellung des Concubinats auch ain guett mitl sey, da die Seminaria, Innhalt des Trientischen Concilii, und der Provinzial Statuten aufgericht werden, dan dardurch die khunfftigen Pastores, und andere beneficiati von Jugent auf, zu guetter *Anno* 1576. disciplin underwisen, also daß Sy verhoffentlich für sich selb von dem Laster ain abscheuch tragen, und sich oder die Briesterlich würde, damit nit befleckhen wurden, derohalb der Herr Metropolitan die abgesandte Heern Räthe, genediglich ermont, bey Iren Herrn Ordinarien zuverfuegen, damit J. Fr. Gn. die Seminaria lenger nit einstellen, wie dan J. Fr. Gn. hierinn gleichsals nit gefeirt, und daß Jr mit der ersten in daß werckh richten, endtlich entschlossen sein, Derohalb Jr Fr. Gn. auch bericht zu werden begeren, welchermassen gedächte Seminaria würckhlich durch Sy angericht sein.

Dieweill sich auch in dieser Versamblung befunden, daß die Bäbst. Heyl. unser Allergenedigster Herr, daß negotium der Concubinen halben, unbewist der Herrn Ordinarien, der weltlichen Obrigkhait, die doch ohne daß ye lenger ye mehr den Geistlichen Irer Jurisdiction eingrif thuet, bevilcht, so solle Jr Bäbst. Heyl. durch den Herrn Metropolitan berichtet werden, was anyetzt des Concubinats halben alhie bedacht worden, daß Jr Bäbst. Heyl. dergleichen executiones, die den Heern Ordinariis zustendig sein, den weltlichen hinfuran nit bevelchen wollten ꝛc.

Als auch hochgedachte Fürstliche Durchleücht, Ertzhertzog Ferdinand, und Jr Fürstlich Genaden Hertzog Albrecht in Bayrn, von dem Herrn Metropolitan vertröst sein worden, daß Jr Fürstl. Durchl. und Fürstlich Genaden, was man sich dieses puncts halb alhie vergleichen, bericht solde werden, so ist offt hohernanten Herrn Metropolitan haimbgestellt, Jr Durchl. und Fürstl. Gn. dem obgesetzten beschluß gemeß, zu beanttwortten, und zu berichten, und da ain antwortt darauf ervolgen werde, die den Herrn Ordinariis zu wissen von nötten, soliche denselben auch zue communiciern ꝛc.

Was dann für daß ander die getruckhten Synodales Constitutiones, und die Agend Püechlein belangt, haben sich die abgesande Herrn Räthe (dieselben in der hievor begerten anntzal anerbotten davon der Herr Metropolitan, auf weliches verlag die getruckht sein worden, zufrieden gewest ist) Aber dieweil Jr Fr. Gn. hievor den fratrem Felicianum Ninguarda, sacræ Theologiæ doctorem pro approbatione solicher statuten auf dieser provinz gemainen Vncosten nach aines Jeden Herrn Mitbischoven angebür wider erstatt solde werden, auf den Congregations-Tag, welicher in dem drey und sibentzigisten Jar alhie gehalten, ain vergleichung getroffen, aber biß daherr daß wenigst Iren Fr. Gn. doran erstatt worden, Daher Jr Fr. Gn. verursacht, solchen ausStandt bey den Herrn Gesandten anyetzt zu ersuchen, als sy aber vermelt, wie sy umb diesen ausstandt nicht gewist, auch khainen bevelch empfangen,

Anno 1576. sich doch erbotten, solliches an Ire genedige Fürsten und Herrn zu bringen, darauf Ire Fr. Gn. ohne zweiffel die erstattung thuen werden, So hatt es Herr Metropolitan auch also geschehen lassen, und ist der bezahlung darauf gewerttig ꝛc.

Zu dem Dritten betreffendt die gravamina, welche den Hern Ordinariis, und dem hoch ohne daß verachten clero von Jar zu Jar von den weltlichen Fürsten und Potentaten, Da die Herren Ertz und Mitbischove Iren Crisam haben, aufgelegt werden, derohalb auch zu abstellung derselben Innhalts des Jüngst Anno Neün und sechzig gehaltenen provincial Synodi an gemelte Fürsten und Potentaten, ain schickhung oder werbung beschehen sein solle, wäre wohl hoch von nötten gewesen, daß soliche alßbald zue derselben Zeitt, in daß werckh gericht were worden, Aber dieweil sich der Bäbst. Heyl. approbation, uber die Constitutiooes Synodales so lang verzogen, auch allerlay verhindernuß, sonderlich daß die gravamina von etlichen Herren Ordinariis noch nit einkhomen sein, eingefallen, derohalb die schickhung in das Werckh nit gebracht werden mügen, und doch ohne grossen nachtail der Herrn Ordinariorum, und des gantzen cleri lenger nit einzustellen, so ist in dieser versamblung, zu abstellung des darauf lauffenden uncostens, für rathsamb angesehen worden, daß die werbung solcher gravaminum halb, auf vorsteenden Reichstag, da verhoffentlich die maisten weltlichen Fürsten, und Potentaten dieser provinz beysamen sein, fueglich wol verricht möge werden, und sollen demnach die darzue verordneten, sich darauf gefaßt machen, damit sollicher gravaminum halb, die werbung daselbs beschehe, und hierinn alle mitl und weeg zesuechen, beflissen sein, damit doch die Herrn Ordinarii und clerus von solchem last, entlediget möchten werden ꝛc.

Beschließlich, als neben obbemelttem puncten fürkhumen, daß die Bäbst. Heyl. unser Allergenedigster Herr allerlay neüe indulta und Concessiones zue abbruch und schmelerung deer Herrn Ordinarien Jurisdiction, und des cleri, dero Einkhumen ohne daß gering ist, nottwendigen underhaltung bewilligen. So ist der hohen nottürfft nach beschlossen worden, daß der Herr Metropolitan Ir Heyl. daß alles ausfüerlich, neben einschliessung der gravaminum diemuettig erinnern, und bitten solle, daß doch Ir Bäbst. Heyl. und daß collegium Cardinalium der gravaminum halb, allergenedigst einsehung, und wendung thuen, auch hinfüren dergleichen Concessiones, die contra immunitatem ecclesiasticam, von den weltlichen Fürsten begert werden, ohn ersuecht, und habenden Bericht von den Herrn Ordinariis nicht geben welle, und daß Ir Bäbst. Heyl. sich darüber allergenedigst erklären, daß solle durch den Herrn Metropolitan, den Herrn Ordinariis, die sich auch darnach zu richten haben, gleichsals eroffnet werden, und damit Ir Fr. Gn. diß schreiben auch befürdern möge, so sollen die Herrn Ordinarii Iren Fr. Gn. die gravamioa latine und teütsch noch vor dem Synodo diœcesana, oder unverzogentlich darnach uberschickhen ꝛc.

Und sein bey dieser Berathschlagung gewesen, persontlich offtgedachter Herr Metropolitan, der Hochwürdig Herr Cristoff, Bischof zu Chiembsee, von wegen Herrn Ernsten Administratorn des stiffts Freysing ꝛc. pfaltzgraf bey Rhein, Hertzogen in Obern und nidern Bayrn, Dee Hochwürdig Herr Sewastian Haidlauf, der heiligen Schrift Licentiat, Bischove zu Darien, und und Suffraganeus zu Freysing, Ludwig Schrenckh, der Rechten Doctor, Thumbherr und Vicarius generalis in spiritualibus &c.

Von wegen Herrn Dauiden, Bischoven zu Regenspurg, der Hochwürdig Herr, Herr Johan Bischove zu Almerien, Suffraganeus, Rath, und Commissarius in spiritualibus geoeralis zu Regenspurg ꝛc.

Von wegen Herrn Urban, Bischoven zu Passaw, der Hochwürdig Herr Hector Wegman, Theologiæ Licentiatus, Bischof zu Symbalien, Suffraganeus, und Bernhardt Schwartz, der Rechten Doctor und Thumbdechant, Bischoflicher Rath daselbs zu Passaw ꝛc.

Von wegen Herrn Cristoffen, Cardinals und Bischoven zu Brichsen, Heren Adam von Artzt, Bäbst. Heyl. Referendarius beider Signatur, Thumbherr, Rath und geistlicher Commissarius daselbs zu Brichsen ꝛc.

Des zue Urkhund haben diesen abschidt höchgedachter Herr Metropolitan, auch Herr Bischove zu Chiembsee, und dan obbemelte Herrn Abgesandte, Räthe, und Potschafften, mit aigner Handen underschrieben, und Iren aufgedruckhten Secreten, und Petschaften verfertigt.

Geschehen in des Herrn Metropolitans Statt Saltzburg, am Sambstag nach Sebastiani des hailigen Martirers, welcher gewesen ist, der ain und zwainzig Monats Januarii, nach Christi unsers lieben Herrn und Seeligmachers gebürde, Im fünfzehen hundert Sechs und sibenzigist Jare.

Plurima alia Joannes Jacobus Archiepiscopus pro revehenda pace & disciplina præclare egit. Verum quod controversiæ inter principes & clerum circa immunitates nondum essent compositæ; quodque principes contra vitia clericorum quererentur: hi rursus illorum incusarent illatam sibi oppressionem, factum est, ut Optimi Præsulis plerique conatus in irritum reciderint. Ille senio & infirmitate fractus Anno 1580. in Præpositum Metropolita- Anno 1580.

ſitanum Georgium Kuemburg, electum ſuum Coadjutorem reclinavit onus regendæ Eccleſiæ ſuæ, & mortuus eſt anno 1586.

Religio patria a novatoribus exagitatur.

Decimo ſexto hoc interlabente ſæculo, jam inde a Leonardo Archiepiſcopo, cultus patrius catholicus vehementer converſus fuit, & funeſtatus a colluvie novarum de religione opinionum, idque non ſolum per tractum Salisburgenſem, ſed & per vicinas provincias, Bavariam, Auſtriam, Styriam, Carinthiam, omnes Archiepiſcopatu Salisburgenſe comprehenſas: complures tum clerici, qui intemeratam religionem patriam docere, tuerique debebant, palam ab ea defecerunt, atque parochianos ſuos, id ipſum ut agerent, e ſuperiori loco cohortati ſunt: leges eccleſiaſticæ, ſacrique ritus paſſim ludibrio habiti, & Miſſæ ſacrificium in pluribus locis abolitum: quoque magis ſeditioſi tumultus quaquaverſum excitabantur a novatoribus, eo major licentiis hominum oblata opportunitas, & patrocinium ad excutiendam præſulum excubantium auctoritatem; maxime, quod & primores provinciæ has eſſent novitates amplexati. Hinc paſtores exteri, novitatum magiſtri, ad parochias capiendas advocati: libri vetiti paſſim invecti: rejecta auricularis confeſſio: clericorum cum concubinis probroſa volutatio; imo etiam eorundem tot ſacrilega matrimonia: Monachi quoque, ii præſertim, qui extra clauſtrum degentes parochorum vice ruri fungebantur, luſui, crapulæ & concubinatui inhærentes &c. Quæ omnia Joannes Gaſperius ex authenticis monumentis ubertim ediſſerit in laudata manuſcripta *Hiſtoria Lutherianiſmi.*

Joannis Jacobi Archiepiſcopi zelus.

Incredibile dictu eſt, quanto dolore conclamata hæc patriæ religionis calamitas ſauciaverit Archiepiſcopum Joannem Jacobum, maxima pietate, & gregis ſui amore præditum: nihil ille intermiſit curæ, nihil ſollicitudinis, exſuſcitando etiam vicinorum Principum, ſuorumque Suffraganeorum ſuppetias, ut vertigini increſcenti occurreret, malumque ſuis e finibus propulſaret; & ſi qua forte minus proficit paterna manſuetudine & monitis, etiam pœnas atque ſupplicia adhibebat: arduis ille itineribus ſæpe profectus eſt in montanas regiones, ut ibidem luſtrationes perageret, ipſusque coram inſpiceret, atque cognoſceret morbos ſuarum ovium, quibus deinde opportunius remedium adhiberet. In Bibliotheca Civica Ratisbonenſi, Codice ריך in 4to delituit manuſcripta ejusmodi luſtratio, ſeu Viſitatio, auctoritate Archiepiſcopi, & Caroli Archiducis, per Styriam & Carinthiam inſtituenda, quam a Cl. Viro, Mathia Riebcrer deſcriptam hoc loco deponimus, nempe ut ex illarum quæſtionum indole liquido intelligatur habitus illorum temporum, fideique ac morum corruptela. Quamvis viſitatio hæc reipſa nunquam peracta fuerit, ut idoneis argumentis licet conficere (*); videturque potius a quodam probo, rerumque perito Archiepiſcopi conſiliario fuiſſe delineata; quæ deinde, irruentibus temporum procellis, executioni mandata non ſit.

(*) *Nam 1mo negocium tam diuturnum, vaſtum, ac multiplicium perſonarum per provinciam examini obnoxium, ut erat hæc generalis viſitatio, Principum nomine ſuſcepta, nec memoratur a Khevenhüller, nec ab Hanſizio, nec a Stobæo, Lavantino Epiſcopo, nec a Joanne Gaſperio, aliisve, qui res illorum temporum ſat accurate complexi ſunt. 2do Nec nominatur eo in Decreto ullus ab utraque parte Archiducis & Archiepiſcopi, deſtinatus operi commiſſarius. 3tio Nec etiam locus indicatur, aut tempus, quo hoc Decretum viſitationis ſit editum. 4to Tempore conciliorum a Joanne Jacobo celebratorum, usque ad annum 1576, viſitatio illa ſolemnis haberi non poterat; non enim durantibus conciliis ejuscemodi functiones peraguntur; nec in illis conciliis ulla illius ſit mentio; poſt vero tempus horum conciliorum ſemper magis increverunt in illis provinciis vires novatorum; ita ut Carolus Archidux in Conventu Murepontano, anni 1579, ad impetrandum a Styriæ & Carinthiæ ordinibus vectigal pro bello Turcico, adactus ſit concedere iisdem libertatem Religionis Judenburgi, Græcii, Clagenfurti & Labaci; qua libertate conceſſa, quis prudenter exiſtimet, invidioſæ illi viſitationi porro locum, executionemve obtigiſſe &c.*

Instructio Visitationis Generalis.

Instructio Visitationis General.

Johann Jacob von Gottes Gnaden Erzbischoff zu Salzburg Legat des Stuhls zu Rom &c. und Carl von derselben Gnade Erzherzog zu Oesterreich &c. Instruction auf die N. N. N. N. was sie in unsrer beyder Namen, und von unsern wegen, in der vorgenommenen geistlichen Visitation, als unsre verordnete Commissarien, in vorgenommenen Visitations-Sachen, in unsern Erzherzogs Carls Fürstenthumen Kärnthen und Steyer, so weit sich dieselben in unsrer des Erzbischoffs Chrysam, und geistlichen Jurisdiction erstreckt, handeln, wie, und mit was Maass und Ordnung sie solche Visitation vornehmen, verrichten, und vollbringen sollen.

Anfänglich: nachdem wir in Kraft unsrer tragenden Erzbischöfflichen, und Landfürstlicher Aemter bey uns gnädiglich betrachtet, und erwogen, was beschwerlicher, nachtheiliger grosser Mangel und Abgang nun etliche Jahr her, der Pfarrer und Selsorger halber, unser Districts, und Fürstenthums erschienen, und vor Augen sind, also dass wir nicht ohne geringe Beschwerung unsrer Gemüther erinnert werden, dass an mehr Orten die hochschädlichen Secten, Irrthümer und Zwispalt in unsern heiligen allgemeinen Christlichen Glauben, bey geistlichen und weltlichen, hoch, und Niedern Stands Personen, dermassen über Hand geommen, und eingerissen, daneben auch bey den geistlichen Selsorgern, Gesellpriestern, Beneficiaten Klosterleuten, und andern solch ungeistlich, und unpriesterlich Leben, auch so ärgerlich, hinläsig- und verächtliche Ausrichtung des Dienst Gottes und Administration der hochheiligen Sacramenten gespühret wird, dass zu besorgen, wo nicht zeitlich Einsehen und Wendung geschieht, dass solche beschwerliche und hochnachtheilige Mängel, und ärgerlichs Wesen und Leben noch ferner einreissen, und Nichts anders, als ein heidnisch, viehisch Thun daraus erfolgen möchte.

Solchen aber vorzukommen, und, damit die Sachen wieder in einen ordentlichen Christlichen Gottseligen Wandel und Leben dirigirt und gebracht, auch solche Beschwerlichkeiten durch eine Christliche Reformation wieder abgestellet und gebessert, auch der gerechte Zorn Gottes von uns abgewendet werde, haben wir ferner nicht umgehen sollen, noch mögen, sammentlich eine geistliche Visitation vorzunehmen, und dennach haben wir die obgenannten unsre Räthe zu unsern Commissarien, und Visitatoren der geistlichkeit vorgenommen und verordnet.

Erstlich sollen unsre Commissarii allenthalben inquiriren, nämlich bey den Mann- und Frauenklöstern. Zum andern bey allen Stiftern, am dritten und vornehmlich bey allen Pfarrkirchen, Gesellen, Ständen und Beneficiaten, auch bey den Spitalen, und Bruderschaften, und den zugehörigen geistlichen Personen, wie die Namen haben.

Zum andern sollen sie auf ...... Tag, zu .... in unsers Erzherzogs Carl Stadt zu sammen kommen, und daselbst die Verzeichnuss aller Klöster, Collegien, und Pfarrkirchen dieses Districts vor sich nehmen, und der Mallstätten halber, und wie sie das Umreiten anstellen wollen, eine Austheilung machen: und so, wie zu besorgen, an allen, und bey allen Kirchen Mängel seyn werden, wie auch die Nothdurft erheischen, dass dieselben Mängel jedes Orts nicht allein mit Verhörung der Personen, sondern auch oculari inspectione erkundiget, und in Erfahrung gebracht werden. Doch mögen sie, von Beförderung wegen, von jeder Mallstat zu den nächst gelegenen Kirchen zween aus ihnen der Besichtigung halber, die daselbst, wie hernach steht, geschehen solle, verordnen, und also in Erfahrung nehmen lassen.

Für das dritte, wann die Austheilung der Mallstätte gemacht, sollen die Commissarii jedes Mal den Tag ihrer Ankunft an das Ort, dahin sie die Visitation gelegt, dem Prælaten, Prælatin, oder Pfarrer schriftlich verkunden, und die andern, so sie daselbst examiniren wollen, als Vicarios, Provisores, Beneficiatos, Pensionarios, Absentiarios, und die, so Incorporationes haben, und andre geistliche Personen: auch die Zechpröpst, etliche der alten von der Pfarrmenge, Spitalmeister, Kerzeomeister, Mesner, Schulmeister, Cantores, die Weltlichen Stifter und Lehenherren, wo es vonnöthen, und andre zu diesen Sachen nothwendige Personen (wie sie den zu thun, und sich desshalben zu vergleichen wissen) auch dahin bescheiden lassen.

Für das vierte, So oft sie an der benanoten Oerter eines kommen, sollen sie vor aller Handlung sich mit Erfoderung des Volks allda in die Kirche verfügen, und also die Inquisition mit Anrufung des Allmächtigen, und einem Amt de Spiritu Sancto anfangen, darunter auch eine Christliche Ermahnung und Predig thun lassen de

Sie sollen auch daselbst in der Kirche verrufen lassen, ob Jemand unter den Pfarrleuten wäre, der einen ansehnlichen Mangel anzuzeigen wüste, das der, oder die-

dieselben vor ihnen erscheinen, und solches (doch dass es mit Bescheidenheit, aus einem guten Eifer, und nicht mehrers aus Neid, oder andern verdächtigen ursachen, als der Nothdurft nach geschehe) anbringen möge: den wolle man gütlich hören, und darinnen gebührliches Einsehen thun.

Am fünften sollen sie darob seyn, dass weder durch sie, noch ihre Diener Jemand geärgert werde. Dazu, damit diejenigen, die examinirt werden, sie seyn geistlich oder weltlich, ihr Herz aufzuthun, und zu offenbaren keinen Abscheu nehmen, sollen sie allenthalben, und bey Männiglich die Samftmüthigkeit erzeigen, auf das ein jeder seiner Lehr, und Lebens frey, libere, und unerschroken Anzeigung zu thun verursacht werde.

Zum Sechsten sollen sie ihr fleissiges Aufmerken haben, ob nicht die Geistlichen und weltlichen sich ihrer Sage mit einander verglichen haben, und dadurch die Wahrheit unterschlagen, und verhalten wollten: und alsdan sollen sie um soviel mehr Fleiss vorkehren, sich derselben in andre Wege zu erkundigen.

Zum siebenden und lezten, solle jederzeit ein Pfarrer, oder anderer Priester, von dem andern ihren Nachbar und nächst gelegener Kirche, was für Mängel sie dabey etwan hören oder wissen, auch gefragt werden, damit alsdan demselben desto stattlicher möge nachgefragt werden.

Weil nun die Visitation hauptsächlich auf dreyen Puncten und Artikeln, als nämlich der geistlichen Lehr und Kirchendiensten, derselben Wandel, und jeder Kirche gelegenheit, Mängel und Gebrechen beruhet; sollen sie die Prælaten und Priester selbst, und jederzeit einen von den andern, dessgleichen die Weltliche Obrigkeit, Kirchendiener, Zechpröpste, und die ältesten Pfarrleute, oder andre die der Sachen Wissenschaft haben mögen, fragen, examiniren, verhören und besprechen, wie unterschiedlich hernach folgt.

1. *De Sacerdotum Fide.*

Weil aus dem Brunn falscher und verführerischer Lehre alle Gottlosigkeit, Ungehorsam in Zeitlichen sowoll, als geistlichen, und schliesslich Verderben Leibs und der Seele herkommt und entspringet, so sollen unsre Commissarii derselben halber mehrern und bessern Fleiss und Ernst brauchen, damit sie an jeden Ort lautern, und gewissen Bericht empfangen, und sich derowegen bey Geistlichen und Weltlichen nachfolgender, und andrer, zur Sache, und Erfindung der Wahrheit dientlicher, Fragstücke gebrauchen.

1mo. Wie viel bey jeden Pfarrer, auch den Klöstern Priester seyn, die sich des Predigens, und Ausspendung der hochheiligen Sacramenten gebrauchen. *2do.* Wie jeder derselben, er sey Pfarrer, Gesellpriester, oder sonders bestellter Prædicant, heisse, von wonen er gebürtig, wo er sich ordiniren lasseo (und hierum solle eines jeden Formata ersehen werden) wie lang er Priester, wo er seine erste Mess gesungen, wie viel Zeit dieser Orten sey, wo er zuvor gewesen, und studiret, and wer ihn daher befördert, und gebracht habe? *3tio.* Wie oft er in der Wochen predige? was er hiezo für Sermonisten von den alten und neüen, und sonsten für Bücher branche? *4to.* Ob er nicht an Feyertagen nachmitag den jungen Volck einen Catechismum predige? was er für einen Catechismum habe? wer author desselben sey, und wie lang er denselben Catechismum gepredigt habe? Was man ihm davon gebe? und ob ihm die Nachbarn nicht insonderheit davon eine Verehruog thun? *5to.* Ob er zum Anfang und End der Predig das Volk bethen heisse? und ob er das Ave Maria auch gebrauche als ein Gebeth? ob und was er für Ruf und Palmen singen lasse? *6to.* Ob er die feyer- und Fasttage nach Ordnung der Christlichen Kirche gebiethe? Ob er für die Seeleo der Abgestorbenen, und wie er bethe? *7to.* Was er für eine offne Beicht und Absolution brauche? *8vo.* Ob er das Volk zum Amt der heiligen Mess, und andern Gottsdienst, der mit Singen und Lesen in der Kirche Christlich, und recht gebraucht wird, vermahne? Was er von der Messe halte und predige? ob ers lobe, oder verwerfe, oder, ob ers gar verschweige? *9no.* Was er sonst von den Kirchenceremonien, und der alten Christen gebräuchen, als vom Weihwasser, Palmen, Kräutern, Bildern, Kerzenbrennen, Kreuzuod Wahlfarten, von der Marterwoche, von dem Fest Unsers Herrn Fronleichnam, und der Procession halte, und lehre. *10mo.* Was er von der Verehrung und Anrufung der Mutter Gottes, and der lieben Heiligen im Himmel predige? *11mo.* Ob er lehre, dass der Glaub allein einen Christen selig mache? und der Unglaub allein Sind sey, und verdamme? und was er von den Werken halte? ob und wie er das Volk dazu vermahne? *12mo.* Wie viel er lehre, dass Sacramenten in der Kirchen seyn? *13tio.* Ob er lehre, dass man deutsch taufen, den Christen das Oel, sammt andern Ceremonien unterlassen solle? *14to.* Ob er die Kindertauf gut oder bös heisse? *15to.* Ob er von der Firmung nie gepredigei habe, und ob ers ein Sacrament zu seyn glaube? *16to.* Was er lehre von den hochwürdigen Sacrament des Altars? ob er halte,

halte, dass unter den äusserlichen, und sichtbarlichen Gestalten sey der Wahre Leib, und Blut Christi? und unter jeder Gestalt ganz? Oder ob er lehre, dass unter der Gestalt des Brods allein sey der Leib? und unter der Gestalt des Weins allein das Blut Christi? Ob er halte und lehre die Transsubstantiation? Item was er halte de . . . . .
17mo. Ob er die Emphahung des Sacraments unter einer Gestalt verdamme? und den Befehl Christi zuwider zu seyn gelehret? Ob er die Empfahung sub utraque zu der Seligkeit nothwendig zu seyn lehre? Ob er auch einem das Sacrament reiche, der zuvor nicht gebeichtet hat? *18vo.* Ob er das Volk vermahne, dass sie aufs wenigst im Jahr einmal beichten? Was er von der Ohrenbeicht, und unterschiedlichen Erzählungen und Bekennung der Todsünden halte? Ob er lehre, dass die offne Beicht genug, und die sonderlich unterschiedliche nicht vonnöthen sey? *19no.* Ob die Buss, und Genugthuung, so einem in der Beicht auferlegt worden, zu verwerfen, und ob er lehre, dass dieselbe der Genugthuung Christi zuwider sey? *20mo.* Ob er die heilige Ehe für ein Sacrament halte? *21mo.* Ob er der Priester Ehe lobe und gut heisse? und was er von der Klosterleute Gelübden der Keuschheit lehre? *22do.* Ob er die Priesterweihe auch ein Sacrament seyn lasse? *23tio.* Ob er lehre, jedermäniglich sey ein Priester, und bedörfe keiner sondern Weihe? *24to.* Was sie von der heiligen Oelung predigen, glauben und halten? und ob sie die Kranken dazu ermahnen und weisen?

2. *De Sacerdotum Functionibus.*

1mo. Ob sie den Gottsdienst verrichten? Ob sie die Aemter, Messen, gestiftete Jahrtäge, Vigilien, Vesperas, Meten, Complet, wie es an jeden Ort von Alter hergekommen, halten, und mit Fleiss ausrichten? *2do.* Wie sie es mit andern Ceremonien, als mit Processionen, Kreuzgängen, Benedictionen, und dergleichen halten? Ob sie es nach der Kirchen Einsetzung gebrauchen? und jedes Orts Gewohnheiten, und der Zeit Gelegenheiten Gemäss, bis anhero unverändert verrichtet, sonderlich ob sie die Lytaney nicht verändert haben? *3tio.* Wann darin was verändert, wäre zu fragen, durch wen, und wann das geschehen, und warum. *4to.* Ob sie die Agent-Büchlein haben? und von wem diese ausgegangen? ob sie nach Ausweisung derselben die Sacramenta administriren? als nämlich bey dem heiligen Sacrament der Tauf zu fragen:

3. *De Baptismo.*

1mo. Ob aqua baptismatis zu dem von der Kirche geordneten Zeiten benedicirt, gesegnet, und Chrismirt werde? *2do.* Ob sie die Kinder, so zum Tauf gebracht werden, Catechisiren, und exorcisiren? auch mit dem heiligen Oel und Chrisam ungiren? *3tio.* Ob sie den Catechismum und exorcismum in lateinischer, oder deutscher Sprach betten und sprechen? *4to.* Ob man die Kinder zur rechten Zeit, und nicht erst etliche Wochen, oder eine noch längere Zeit, nach der Geburt zu dem Tauf bringe? *5to.* Ob sie die Kinder, so ihnen aus andern Pfarren zugetragen werden, auch taufen? wem sie zugehört haben?

4. *De Confirmatione.*

1mo. Wann am nächsten gefirmt sey worden? *2do.* Ob er das Volk davon? oder dazu gewisen habe? *3tio.* Was er davon halte? *4to.* Nachdem bey diesen beyden Sacramenten, Tauf und Firmung, Gevaterschaften gemacht werden; solle gefragt werden wie sie es mit diesen Gevaterschaften halten? Ob sie gestaten, das die Gevaterleute zusammen heurathen?

5. *De Eucharistia.*

1mo. Ob sie in- oder ausser der Messe Consecriren? *2do.* Ob sie das hochwürdige Sacrament dermassen reichen, wie solches die Instruction zu Wienn gestelt vermag: auch ob sie es den ongebeichteten reichen? *3tio.* Ob sie die Transsubstantiation, und ferner glauben, dass, so lang die äusserlichen Gestalten bleiben, auch der wahre Leib und Blut Christi gegenwärtig seyn? *4to.* Was sie mit den überbliebenen Hostien und Blut thun? Ob sie es wieder unter die unconsecrirten Hostien und Wein vermengen? oder ob sie selbst unter andern ausser der Mess in der Kirchen, oder anheim im haus niessen und verzehren? oder aber dem Messner, oder andern geben? Hiebey solle auch von Verrichtung des Amts der heiligen Mess gefragt werden.

6. *De Missa.*

1mo. Ob er Mess, und wie ers halte? deutsch oder lateinisch? ob er auch da . . . . Celebrire? *2do.* Ob er in der Mess beyde Canones und anders, auch den Accessum und Recessum brauche? *3tio.* Ob er das Consecriren und Communiciren in der Messe zu Zeiten unterlasse? und warum er dasselbe thue? Ob er das Wasser in den Kelch nehme? *4to.* Ob er elevire? ob er dasselbe thue, wann er schon nicht Consecrirt hat? *5to.* Ob er an einem Tag, ausserhalb des Christ-

Christtags, mehr als eine Mess lese? 6to. Ob er allwegen nüchter lese? oder jemalen celebrirt habe, wann er zuvor geessen, oder getrunken? 7mo. Ob er glaube, dass die heilige Mess ein Opfer sey? und ob darinnen das Leiden Christi für Todt- und Lebendige Gott vorgestellet, und offerirt werde.

7. *De Confessione.*

1mo. Welcher Orten, und wie er Beicht höre? 2do. Ob er die Beichtkinder auf die gemeine Bekennung, oder auf unterschiedliche Erzählung der Sünden absolvire? 3tio. Wie er absolvire? und mit was Worten? oder ob er nicht die Communicanten alle sammentlich absolvire? 4to. Ob er nach gethanener Beicht seinen Beichtkindern eine Buss auferlege? oder warum ers unterlasse? 5to. Ob er wisse, was die Casus reservati seyn? oder wie ers in denselben halte? 6to. Ob er für sich selbst auch beichte? wie oft, und wem? 7mo. Wie es mit der publica Poenitentia, offnen Buss, gehalten und gebraucht werde?

8. *De Matrimonio.*

1mo. Ob er zum inthronisiren das Agendbuch, oder obsequial? oder was er für eine Form brauche? und aus was Büchern er dieselbe genomen habe? 2do. Ob er die Brautleut vor dem zusammen geben beichten lasse? 3tio. Ob man die Heurath zu dreymahlen verkünde? 4to. Ob er zu der verbothenen Zeit Hochzeiten mit offentlichem gepräng zu halten zulasse. 5to. Ob er die heimlich- oder Winkelheurath bewillige? 6to. Ob er nicht vor der Einleitung, oder dem Einsegnen seine Nachfrag halte um die Blut-Sipschaften, Schwager- und Gevaterschaften? und ob ers, derselben unangesehen, wissentlich habe eingesegnet? 7mo. Ob er keinen Geistlichen Copulirt habe? und wer der, oder dieselben seyn? 8vo. Wie ers halte, wann etwann vor der Kirche, oder nach den Verkünden eines aus den Brautleuten versprochen wird? Ob ers nicht suspendire, und vor das geistliche Recht weise? oder ob ers gestatte, oder sonsten dazu rathe und helfe, dass man sich heimlich vertrage, und abkaufe.

9. *De Sacerdotibus peregrinis.*

1mo. Ob er nicht fremden unbekanten Leuten, die sich für Priester ausgeben, doch weder Formatas, noch andre Testimonia derowegen vorzuzeigen haben, in seiner Kirche gestatte, dass sie celebriren oder predigen? 2do. Ob er nicht ausgeloffene Mönche, die weder Rechte noch genugsame Dispensation noch Erlaubnuss von ordentlicher Obrigkeit haben, in seiner Kirche auch gebrauche.

Sollen von der Form, und dem Gebrauch dieses Sacraments aus dem Agendbüchel oder auch ob sie es brauchen, gefragt werden?

10. *De Sacerdotum moribus.*

1mo. Ob sie ihre Horas Canonicas täglich betten? derowegen sollen auch ihre Bettbücher erfordert und ersehen - daneben auch an ihnen erlernet werden, ob sie das Betten können? 2do. Wie sie die Pfarr erlangt haben? ob sie ordinarie, oder per simoniam dazu gekommen? 3tio. Ob sie ihre priesterliche Kleidungen, und Tonsur tragen? 4to. Ob sie die Fasttage halten, und zu denselben auch abstiniren? 5to. Ob sie Tabernarii, voll- und trunkene Leut seyn, bey den Layen in Wirtshäusern offentlich zechen? wie sie sich daselbst halten? ob sie Schreyen, Juchzen, rumoren Gottlästern, Schlagen, und fechten? 6to. Wie sie sich auf den Hochzeiten halten? Ob sie auch Mittanzen? 7mo. Ob sie Concubinaril, oder vermeynte Ehemänner seyn? und die Kinder bey ihnen haben? Ob sie nicht mit ihren Concubinen, oder andern, sich Copuliren lassen? wann, wo, und durch wen diess geschehen? 8vo. Ob sie mit Eheweibern in publico adulterio hausen? 9no. Ob sie ihre Concubinen, oder Weiber mit sich auf die Hochzeiten, oder sonsten in die Wirtshäuser, zu offentlichen Ladschaften, Badhäusern, unverschammt führen? 10mo. Wie sie selbe vor den Leuten heissen? Item, wie es die Pfarrleute mit Vorgehen, Vorsitzen, und in andre Wege halten? und ob sies Frau Pfarrerin heissen? 11mo. Ob sie Bärte tragen? 12mo. Ob sie ungebührlich lange Haare tragen? 13tio. Was ihr Exercitium, und Studium sey? 14to. Ob sie Spiller, Wucherer, Zutrinker, böse, oder gute Hauswirt seyn? 15to. Ob sie voller, trunkener Weis die Sacramenta administrirt, Messen gelesen, oder andern Gottsdienst verrichtet haben? 16to. Ob sie Morgens vor dem Celebriren Suppen, oder was anders essen? oder Brandwein trinken? . . . . . .

Und diese Fragstücke mögen auch bey den Klöstern; daneben aber bey den . . . . . . solln insonders gefragt werden:

11. *De Ceremoniis.*

1mo. Ob die horae Canonicae zu gebührlicher Zeit gesungen und durch sie besucht werden? 2do. Ob sie die Aemter, Messen, gestiftete Jahrtage, und Gottesdienst verrichten? 3tio. Ob sie die Ceremonien mit der Benediction des Salzes, und Wassers an Sontagen, und Sonsten

sten die Kerzen, die Palm weichen? Die Gebräuche in der Marterwochen, am Auffahrtstag, dia Kreuzgäng, die Procession unsers Herrn Fronleichnamstage Christlich vollbracht haben?

12. *De Prælaturis.*

1mo. In specie aber sollen die Prælaten oder Prælatineo gefragt werden, wie laog sie in der Prælatur gewesen? *2do.* Ob sie in des Gottshaus wichtigen Sachen sich ihrer Capitel-und Convent Raths gebrauchen. *3tio.* Wie viel Brüder, oder Schwestern, die Profess gethan, io jedem Kloster seyn? *4to.* Ob nicht etliche ausgesprungen, wo sie damalen gewesen? Wohin sie gekommen? Wo sie jetzt seyn. *5to.* Ob sie nicht etlicheo Licentiam gegebeo? wer, und wo diselben seyn? und warum das gescheheo? und wo sie sich jetzt aufhalten? *6to.* Wie die Regel werde, und ob sie den Innhalt derselben wissen? und ob mans, und zu was zeiten im Jahr lese? *7mo.* Ob der Prælat, oder die Prælatin, Brüder, oder Schwestern in keinem Verdacht der Leichtfertigkeit? und wo derselbe Verdacht herkommen. *8vo.* Ob verdächtige Personen im Kloster wohnen? oder sonsteo ab und zugehen? *9no.* Ob der Prælat, oder die Brüder eigne Concubinas io- oder ausser dem Kloster halten? *10mo.* Ob die Mannspersonen io Frauenklöstern einen freyen Zugang ad Loca Regularia habeo? *11mo.* Ob die Brüder und Schwestero ihren Prælaten, oder Prælatin gehorsam seyn, und pœnas regulares annehmen? *12mo.* Ob man die Capitula Culparum noch halte, und die verbrecheoden strafe? *13tio.* Ob die Clausur der Klöster wohl bewahret, und ob die Brüder und Schwestern eioen freyeo Ein- und Ausgang haben. *14to.* Ob sie ihren gebührenden habitum, und Kränzel, oder Kronen tragen? *15to.* Ob die Prælaten nicht Ursach geben, dass die Brüder apostatiren, und in was Weg dasselbe geschehe. *16to.* Ob nicht Meytmacher unter deo Brüdern seyn, und welcha? *17mo.* Ob sie nicht Tag und Nacht dem Trinken, Spielen, und solchen liederlichen Sachen obliegen? *18vo.* Ob sie noch zu Tisch und was sie für Bücher lesen? *19no.* Was sie für Bücher, und sonderlich, ob sie nicht der oeuen verführerischen Lehre lesen? *20mo.* Was sie für eioen Pædagogum, oder Præceptorem haben? was er ihneo lese? wie ers instituira? aus was Schul er gekommen? ob er nicht auch ein Verachter des Ordens, und Katholischeu Religion sey? *21mo.* Ob der Prælat keinen auf den lutherischen hochen Schulen verlege? *22do.* Welche Pfarreu versehen, sollen gefragt werden, wie andre Pfarrer &c. *23tio.* Ob sonsteo keine Trivialschul bey dem Kloster gehalten werde?

13. *De Parochianis.*

1mo. Wie viel ein jeder, so einer Pfarrverwaltung hat, Communicanten habe? *2do.* Wie viel derer seynd, die es sub una, und der andern, so es sub utraque empfangen? *3tio.* Ob nicht etliche unter ihren Pfarrleuten gefunden werden, die sich bis anhero der Christlichen Beicht, Communion, und des Gottesdienst geäussert, und enthalten, und ob sie selbe hiezu insonderheit nicht vermahnet haben? *4to.* Ob sie nicht Wiedertaufer, Zwinglianer und andere dergleichen Schwärmer in ihren Pfarren haben? *5to.* Ob nicht Winkelprediger verhanden, die den Pfarrleuten heimlich predigen, oder etwas lesen: bey welchen Nachbarn, oder was Enden dasselbe geschehe? *6to.* Dergleichen um die Winkel Schulen zu fragen. *7mo.* Ob jemand in ihren Pfarrverwesungen neue Prædicaturen aufgerichtet, oder sich sonsten in seinem Haus oder Schloss einen eigenen Prædicanten zu halten unterstanden? *8vo.* Ob nicht etliche in der Pfarr befunden worden, die sich unterstehen die Prediger abzurichten, und zu unterweisen, was, und wie sie predigen sollen? mit was bescheidenheit solches geschehe, und wer dieselben seyen? *9no.* Ob man ihnen nicht hiezu verbothene falsche Postillen, Predigen, und aodre Bücher geliehen, geschenkt, oder zugestellt? und wer das gethan habe? *10mo.* Ob sie nicht vertröstet seynd worden, man wolle ihnen guten Schutz und Rucken halten, da sie der neuen Lehr halber wollten eingezogen oder gestraft werden. *11mo.* Wie sich in diesen allen die nachgesetzte, und andre Obrigkeiten jedes Orts halten? *12mo.* Ob die Unterthanen zu dem Gottesdienst, der Prædig, der Processionen, und andern Arten der Kirche kommen? ob sie nicht, wann mao eleviren will, freventlich zur Kirche auslaufen, oder die Hüte vor die Augen rucken, uod den Gottesdienst verachten? *13tio.* Ob nicht etliche an der Unehe sitzen, und hausen?

14. *De Scholis.*

1mo. Wer der Schulmeister sey? und voo wem er, und wie lang er allda gewesen sey? *2do.* Welches Er studirt, und ob deshalben seine Testimonia habe? *3tio.* Wie viel er Schüler, und was für gute Ingenia darunter habe? *4to.* Was für Authores und Bücher er ihoen, sonderlich in Catechismus Lese. *5to.* Ob er auch zu Chor siogе, und was Religion er sey? *6to.* Wie er seioa Schuler zu der Beicht, und Communion unterrichte und informira? *7mo.* Ob er sie zu der Got-

tes

tes Ehre dem Gottesdienst, und Predig erziehe, führe, und weise? 8vo. Was die Schul für einen Superintendenten habe? und wann von demselben die Schul visitiret, und was von ihm den Knaben zu lesen, und zu tradiren befohlen worden? 9no. Wie er sich sonsten mit dem Fleiss, auch übrigen Trinken halber halte?

15. *De Ecclesiarum proventibus.*

1mo. Wie viell eine jede Kirche jährliches Einkommen habe? 2do. wer die Kirchenrechnung aufnehme? und mit was Kosten. 3tio. Was man Pflegern, Richtern, Gerichtschreibern, Amtleuten, und andern davon geben muss? 4to. ob sie das Zehrung- oder Ehrungeld allein von der Pfarrkirche, oder ob sie von den Filialen, und Bruderschaften, und von jedem insonderheit nehmen? und wie viel es beylaüfig von jeder Pfarrkirchen, und derselben Filialen, auf jede Jahrsrechnung bringe? 5to. wie viel bey jeder Pfarr vor Jahren Priester gehalten worden? und man der Zeit bedürftig sey, und haben muss? ob ein eigener Prediger, und wer ihn zu setzen, oder zu entsetzen habe? 6to. ob, und wie viel Pfarren vaciren? und wer dasselbe Volk bey den vacirenden Kirchen mit den Christlichen Rechten versehe? 7mo. Wie viel bey jeder Kirche Beneficia vaciren? 8vo. Wer der vacirenden Kirchen und Beneficien Einkommen einnehme? und wohin dasselbe angewendet werde. 9no. Wer derselben Lehenherren, und Patroni seyen? 10mo. Was eine jede Pfarr, sie sey besetzt oder unbesetzt, desgleichen die andern Beneficien und Stiftungen, die bey jeder Kirchen sind, auch Helferspriester, und Caplanstände, für ein beständiges jährliches Einkommen haben? 11mo. Wie die Pfarren, Beneficien, und Stift mit Pensionen, Reservaten, Abstatten, oder Incorporationen beschweret seyen? 12mo. Wie sich die Pfarrleut mit Opfer, Zehent, und Collecturen halten? 13tio. was die Pfarrer für das Seelgeräth nehmen? und ob sie die Pfarrleut wider das alte Herkommen damit beschweren? 14to. Ob Etwas von den Kirchen, Pfarren, und Beneficien alieniret sey? wann und durch wen?

16. *De Ecclesiarum suppellectili.*

Sonderlich sollen sie alle Klöster, Stift, und Pfarrkirchen erstlich inwendig wegen der Zier, der Ornat, Heiligthum, Kelch, Sacramenthäusel, Messgehäng, und Agentbüchel: und hernach aus und inwendig, desgleichen den Pfarrhof, der Gebühr und Zimmer halber, mit fleiss besuchen, und wie sie es jedes Orts befinden, in ihre Relation verzeichnen lassen. Nämlich 1mo. wie das Hochwürdig Sacrament des Altars gestaltet, ob es rein und sauber stehe, und beleuchtet sey? 2do. ob das Chrysma, und andre Sacri Liquores sauber behalten? und ob sie jedes Jahr genommen werden. 3tio. wie das Baptisterium gehalten und geschlossen sey? 4to. wie die Zier in der Kirche, mit den Altären, Tafeln, Fahnen, Gemälden, und andern bestellet? 5to. Ob bey den Kelchen, Corporalen, Altartüchern, Messgewand, Gesang- und andern Büchern kein Mangel vorhanden sey? 6to. Was für Baufälle an den Kirchen, Pfarrhöfen, Chorherrn- und Beneficiaten Häusern verhanden? 7mo. Bey den Klöstern, und Stiftern sollen sie die Libereyen, desgleichen aller andrer Priester Bücher bey den Pfarrhöfen, und sonsten ersehen, und beschreiben lassen: und, was sie für verbothene, und verworfene Bücher finden, von den andern auswerfen, und in einer sondern Behaltnuss verwahren lassen, und nichts destoweniger von allen Büchern einen Catalogum mitbringen, damit darinn weiter Erklärung geschehen, und darüber Ordnung gegeben werden möge. 8vo. sollen sie bedacht seyn, und ordentlich verzeichnen, mit wie viel Priestern ungefährlich eine jede Communitet der Stätte, Märkt und Dörfer zu versehen seyn möge, damit an dem Dienst Gottes, den heiligen Sacramenten, und Unterweisungen des Volks kein Mangel erscheine. Und hierinnen sollen sie, die Visitatores, den Abgang des gewöhnlichen Gottesdienst, und gemachten Stiftungen, die Menge des Pfarrvolks und die Grösse der Seelsorg wohl gegeneinander erwögen, und darauf bey ihnen selbst auf eine Anzahl Priester, die jedes Orts Nothdurft erfordert, schliessen; daneben auch, wo man den Abgang in Einkommen erstatten, und aufbringen wolle: si sollen auch die gestifteten Einkommen, so viel möglich, von vacirenden, und unvacirenden Pfarren, und Beneficien auch beschreiben, taxiren, und uniren, damit folgends desto stattlicher eine Ordnung möge vorgenommen werden. 9no. und ferners sollen sie jedes Orts, sonderlich bey den Klöstern, Stätten, und Märkten wege suchen, wie man mehr Schulen aufrichten, und erhalten könne? und, was auch bey den Stätten aus der Burgerschaft für taugliche Personen befunden werden, denen neben den Pfarrern des orts, die Superintendenz und Visitation der Schulen zu empfehlen wäre.

17. *De Parochianorum querelis, Beneficiis vacantibus.*

1mo. Dem Pfarrmengen solle mit Ernst eingebunden, und geschaft werden, dass sie ihrem Pfarrer und seinen Priestern den

Zehend, die vier Opfer, die Seelgeräthe, und Collecturen treulich reichen; und dass ihnen dagegen die Priester den Gottesdienst, und Stiftungen, ordentlich und ohne Abgang nach alten Herkommen, und vermög der Fundation verrichten. 2do. Ob sich aber zwischen den Pfarrer, oder Gesellpriestar und Pfarrmenge, den Beneficiaten und Lehenherren, oder Stifter, des jährlichen Einkommens, und andrer Gefälle halber, oder von wegen Abgang im Gottesdienst, Irrung zutrügen, darinnen sollen die Commissarien Befehl haben, die Parteyen mit einander gütlich zu vereinigen, und zu vertragen; und, da die Irrungen richtig und lauter, auch ungezweifelt wären, darinnen, sofern sie sich einhällig vergleichen können, abschiedlich zu erkennen. 3tio. und, nachdem die Priester dieser Zeit beschwerlich zu bekommen, mögen sie handeln, dass die Beneficiaten den Pfarrern in Verrichtung der Seelsorg, gegen billiger Vergleichung, einen Beystand thun, die Pfarrmenge aber solle sich auch daran (doch dass der Beneficiat seine Messe daneben auch verrichte, und, sofern er zum Gesellenstand geschickt) begnügen lassen. 4to. damit den Priestern, die zu kleines Einkommen haben, eine Competenz möge verordnet werden, sollen die Commissarii mit Fleiss erkundigen, was der vacirende Stand in gemeinen Jahren gewisses Einkommen habe? Item bey andern Pfarren seines gleichens, wie auch bey gesellpriestern, die demselben in der verwaltung helfen, Einkommen sey? und darauf eine Rechnung machen, wie viel dem vacirenden Stand abgehe? Alsdann mit der Pfarrmenge handeln, dass sie einem künftigen geben, was sie vor gegeben haben? oder man erstatte es von einer vacirenden Messe, oder aus den Absenten, und Pensionen, oder Incorporationen. 5to. wären die vacirenden Stände bey wenig Jahren etwann von Wohlfarten aufgekommen, diese mögen die Commissarien, weil es von alter nicht gewesen, und nichts verhanden, davon sie möchten erhalten werden, extinguiren. 6to. Könnte der Mangel des Gottesdienst, und der Priester durch diesen Weg nicht gewendet werden, so sollen die Commissarii auf Abwechslung mit den Singen, lesen, und Predigen, wie selbe füglich vorzunehmen, bedacht seyn. 7mo. sie sollen sich auch mit Fleiss erkundigen, warum die Beneficia vaciren: und folgt es aus Ringe des Einkommens her, alsdann solle dem Lehenherren eine Zeit, die Stiftung wieder in ein Wesen zu bringen, und zu besetzen, benennet werden, ungefähr drey oder vier Monath: thut ers nicht, alsdann solle desselben Beneficii Einkommen andern Kirchen, oder armen Schülern zu guten, weiter angelegt werden. 8vo. Hätte der Lehenherr die Stiftung, und die Gült in seine Hand gezogen, solle nachgefragt werden, wohin er es verwendet? und alsdan weiter davon geredet werden. 9no. Wann den Commissarien in der Visitation so ärgerlich, und verführerische Priester vorkommen, bey denen eine mehrere Gefahr, und Verführung zu gewarten, und keine Christliche Unterweisung, oder wörtliche Straff wollte angehen, oder verfänglich seyn, die sollen sie, nach gelegenheit der Sachen, entweder daselbst, bis zu fernerer Handlung gefänglich einziehen, oder, da es so hoch vonnöthen, uns, dem Metropolitan, zu schicken lassen; immassen sie dann in allen diesen Wohl wissen Bescheidenheit zu brauchen.

Und was sie also an allen Orten sich erkundigen, und wie sie die Sachen gestaltet, und beschaffen befinden, dasselbe sollen sie alles ordentlich beschreiben lassen, und uns alsdann ihrer Ausrichtung unterschiedlichen, eigentlichen, und gründlichen Bericht thun: damit wir uns alsdann einer beständigen, endlichen, und schliesslichen Reformation zu vergleichen wissen, dieselbe mit dem ehesten an die Hand nehmen, und ins Werck bringen mögen. An dem allen handlen und vollziechen Sie unsern gnädigen Willen und Meynung, gegen ihnen in Gnaden zu erkennen, und zu bedenken. Zu Urkund mit unsern beyder Fürsten vorgedruckten Secreten verfertiget.

Quod si vero hæc visitatio reipsa peracta non fuit, ut verosimillimum esse mox ostendi; perspicuum inde fit: etiam manuscriptis documentis non oportere attribui latiorem sensum, quam qui illorum temporum historiæ sit consentaneus. *Criterium Documentorum MS.* Sæpius siquidem coacervata fuere ejusmodi documenta, & recondita in tabularium, quorum tamen quæpiam non aliud sunt, quam concepta animo forma rei cujusdam peragendæ, quin hæc idea unquam fit in opus redacta, & erraret lector utique, si documentum ejusmodi, post longum tempus in lucem extractum, haberet pro facto historico, quin prius illud cum historia, & synchronis scriptoribus, num ita sit? rite contenderit. Immo dum conspiratæ factionum partes quandoque ardent in Republica, scribunt & hi, & illi pleraque studio mutuæ simultatis contaminata, ut homines solent æstu animorum abrepti, ideoque & passim factis immiscent suas animi affectiones; e quibus scriptoribus acutissimus Baylius nunquam se velle perdiscere, quid actum sit, sed duntaxat, quid homines tunc de eo locuti sint, recte judicavit. Ejusmodi documentis, utut in præstanti Tabulario diu adservata

servasse, nemo habeat fidem, nisi ad ductum sincerioris historiæ, & vadimonium synchronorum auctorum. Documentum hujus generis videtur esse Visitatio illa in Styria & Carinthia Anni 1563, exarata forsan olim a Catholicorum adversariis, ac deinde illata in Historisches Göttinger Magazin 1 Band 3 Stück pag. 470; estque illa omnino dubiæ fidei, non quidem ideo, quod monachorum probra depingat; sed ob fortiores rationes. 1mo. quod non sit exacta ad communem formam Visitationum generalium, neque instructa aliis usitatis interrogationum titulis. 2do. quod non nominentur, qui in ea fuerint commissarii. 3tio. quod quædam claustra, quorum causa fiebat visitatio per Provinciam, prorsus sint omissa, veluti Sanctimoniales ad S. Georgium in Carinthia &c. 4to. quod in visitationem monasteriorum etiam intexantur quædam collegia presbyterorum sæcularium, qui ad monachorum classem non pertinent. 5to denique: quod Georgius Stobæus, Lavantinus Episcopus, vir tunc magni nominis, multo honorificentius testimonium vitæ præbeat canonicis Regularibus ad S. Andream, & Sanctimonialibus ibidem in Epistola ad Papam Clementem VIII. in *libro Epistolar.* pag. 36. Quod si forte testimonium conspicui hujus, celeberrimique Præsulis vocatur in suspicionem falsitatis, & studii partium; eccur alterius ignoti scriptoris, nil nisi infamiam spargentis, contraria assertio habeatur pro indubia & candidissima? &c. Sed satis de his extra institutum positis.

Post XLVIII Concilium, anno 1576 habitum, nullum aliud hucusque Salisburgi fuit coactum. Quod si forte in posterum quæpiam dissensio orta est sacrum inter & civilem Magistratum, de rebus ad πολιτείαν uniuscujusque pertinentibus, congressus tum fuit actus, a delegatis utriusque partis arbitris, qui nova conventa statuerent, remque componerent. Quos congressus inde usque habitos, ceu ecclesiasticæ procurationi usum, normamque tribuentes, juxta temporum seriem proferemus.

Hoc remedio opus erat episcopis, quando Dux Bavariæ jurisdictionem ecclesiasticam vehementer infestavit, atque statutis visitationibus & electionibus Prælatorum, item pœnis delictorum, aliisque sacris usibus vim intulit; Tum quippe Archiepiscopus cum aliis Bavariæ Præsulibus coactus fuit Romam recurrere, ad Summum Pontificem Gregorium XIII, Ejusque suppliciter exorare opem: velit datis ad Guilielmum Bavariæ Ducem literis, non modo impetrare agendi congressus assensum, sed & curatores Ducales, qui collatis in commune consiliis, cum Archiepiscopo, cæterisque episcopis, res controversas reducerent ad suos limites; ut deinceps mutuo utrinque pacto fulcita, & inoffensa vigeret concordia, sacrum inter & civilem magistratum. Præbuit libenter aures Pontifex, episcoporum petitioni, eosque pie æque, ac prudenter cohortatus est cœptum ut persequerentur consilium. Literas Pontificis, totiusque subsecuti congressus seriem ex Gewoldo dabimus. *Anno* 1583.

Literæ Gregorii XIII. Papæ ad Episcopos Bavariæ.

Gregorius Episcopus &c. Venerabilibus Fratribus, Episcopis Bavariæ congregatis. Venerabiles fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Vestra singularis prudentia, & pietas spectatissima facit, ut in isto conventu omnia a vobis expectemus, quæ quidem possunt expectari a pastoribus optimis, & Christi gloriæ, sanctæque ejus Ecclesiæ dignitatis studiosissimis; nec dubitamus, quin utrique causæ omni cura & vigilantia inserviturі sitis, neque ulla in re vestro officio & muneri defuturi. Itaque nihil est, quod hortemur, ut tales esse velitis, quales vos esse certum habemus. Restat igitur, ut venerabilis Fratris Feliciani Episcopi Scalensis, Nuncii nostri verbis omnem fidem tribuatis, utque ea decernatis, quæ negociorum ipsorum gravitas flagitat, quæque vestra caritas pollicetur. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die XXIX Januarii MDLXXXIII. Pontificatus nostri anno undecimo.

Literæ ejusdem Pontificis ad Bavariæ Ducem Guilielmum.

Dilecto Filio, Nobili Viro Guilielmo Bavariæ Duci.

Gregorius P.P. XIII.

Dilecte Fili, nobis Vir, salutem & Apostolicam benedictionem.

Negotium susceptum a Venerabili Fratre Feliciano, Episcopo Scalense, Nuncio nostro de Episcoporum istius regionis conventu, istic Bavariæ habendo, gravissimum est, pertinetque magnopere ad Christi gloriam, sanctæque Ejus Ecclesiæ dignitatem, cujus utriusque causæ nobilitatem tuam semper studiosissimam cognovimus, quo majore etiam cum spe hortamur, & rogamus, ut velis rem confici. Optima omnia ab illorum prudentia, & pietate expectanda erunt. Ubi eorum decreta cognoverimus, facile perspicies nostram paternam, tibique, ut speramus, hactenus non incognitam erga Te caritatem & studium laudis tuæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die XXIX. Januarii Anno MDLXXXIII. Pontificatus nostri anno undecimo.

RECESSUS MONACHIENSIS

CONCORDATORUM CUM ORDINARIIS BAVARIÆ.

Anno 1583.

In Dei Nomine.

Notum sit universis, & ad futuram memoriam pateat evidenter. Cum superioribus annis per Reverendissimos in Christo Patres, ac Dominos, Archiepiscopum Salisburgensem Metropolitanum; cæterosque per Bavariam Episcopos, gravamina iis de rebus, quæ jurisdictionem ecclesiasticam, clerique immunitatem concernerent, ad Sedem Apostolicam fuissent explicata, unde adductus S. D. N. Gregorius XIII. Pontifex Maximus; per Reverendissimum in Christo Patrem, Dominum Felicianum, eo tempore Scalensem, nunc S. Agathæ Episcopum, qui tum ad superiores Germaniæ partes suæ S. Nuntius, cum potestate Legati a latere destinatus erat, primum apud Serenissimum Principem Albertum Bavariæ Ducem, piæ memoriæ, anno Christi Salvatoris nati M.D.LXXVIII. deinde ab ejus obitu, cum Successore filio Serenissimo Duce Guilielmo, de iis gravaminibus varie hucusque egisset, dictusque Serenissimus Dux Guilielmus, pro sua in Deum pietate, in religionem catholicam studio, & erga Ecclesiasticum statum amore & benevolentia singulari, ad se maxime pertinere judicaret, curare & efficere, ut ea ipsa, quæ sic controversa viderentur, per provincias ac ditiones suas, ad æquas ac honestas rationes componerentur, facile probavit, ut ad ipsum Reverendissimum Dominum Nuntium Apostolicum ordinarii Bavariæ huc convenirent. Itaque ubi ad præscriptum tempus, nimirum ad festum Assumptionis Deiparæ virginis Matris Reverendissimus in Christo Pater D. Georgius a Kuenburg Coadjutor ac Præpositus Salisburgens. in propria persona, & alii hujus Metropolis Episcopi, per honestissimas legationes comparuissent, de omnibus ac singulis, in quibus gravati visi sunt, mediante Reverendissimo D. Nuntio Apostolico, ordine propositum est, & cum deputatis Sereniss. Ducis Consiliariis collatum ac deliberatum, donec hinc inde concordatis sententiis, ac animis, per Dei gratiam, omnia ista, in septem capita redacta placide, & amicabiliter componerentur, ordine ac modo sequentibus.

I.

De visitationibus & Juribus D. D. Ordinariorum in Bavaria.

Primum. De visitationibus ac Juribus Episcoporum ut visitatio cum præscitu Principis, & adjunctis Ducalibus sive Commissariis, sive Consiliariis instituatur. Ipse Princeps, de tantæ molis negotio intra provinciarum suarum fines conficiendo, certior fiat, æquum judicatur in tribus casibus. *Primo,* ubi laici simul cum clericis visitandi, & examinandi erunt. *Secundo,* ubi in visitatione temporalium rerum tractatus suscipietur. *Tertio,* si quando solius etiam cleri visitatio, tamen generalis, seu universalis instituenda videbitur. At tum Commissarii Ducales,

qu

qui examini Ecclesiasticarum personarum interfuturi sunt, ut ipsi quoque sint Ecclesiastici status, conveniens erit, nisi urgentes causae postulent, ut propter rerum, temporalium maxime, concurrentiam, saeculares quoque personae addantur. Quarto vero casu, ubi Reverendissimi D. ordinarii visitationem frequentabunt particularem, ac pro sui officii ratione in clerum, ac utriusque sexus religiosas personas circa religionis negotium, ac disciplinam Ecclesiasticam inquisituri rem per se soli, suo suorumque arbitratu administrabunt, atque in omnibus supradictis visitandi casibus, Serenissimus Dux promotionis studium, & brachii saecularis auxilium, benigne, prompteque offert.

Quod si Praelati de mala rerum temporalium administratione suspecti fiant, Principes pro interesse suo, ab iis, vigore immemorabilis usus, ac indulti specialis, sicut etiam (ipsi ordinarii quoque, vel visitationis tempore vel alio, rationes ab ipsis exigere possunt, ut sic communi consilio & opera Ecclesiarum commodum procuretur. At loca illa a neutra parte, itineris expensis graventur. Itidem curetur pari opera circa Rectores seu Parochos Ecclesiarum, sive hospitalium, de bonorum temporalium dissipatione accusatos, scilicet visitationis vel alio tempore.

Haud prohibetur etiam clerus ordinariis subsidia charitativa, & alia Jura Episcopalia tribuere: dummodo non fiat insolita exactio, aut praeter antiquarum transactionum formulam.

Ut ne vero Vitrici Ecclesiarum, aliorumque piorum locorum Praefecti redditus, ac proventus eorumdem pro libitu dissipent, in iis observabitur, quod in Ratisponen. reformatione anno Domini M.D.XXIV. publicata, decimo octavo artic. provisum legitur in hunc modum: ut autem Christi fidelium Eleemosinae in usum, quo erogantur, vertantur, non liceat procuratoribus seu Vitricis fabricarum, in singulis Ecclesiis, quidquam de pecuniis ad fabricam provenientibus, distribuere, aut in aedificiorum, seu alterius rei usum dispensare, sine Rectoris scitu, sed ad armaria fabricae reponantur, ut hactenus servatum est, duobus vel tribus clavibus, pro loci consuetudine tenendis, quarum una ipsi Rectori servanda tradatur, observato usu, in clavibus & rationibus reddendis, a Principibus & Superioribus hactenus recepto.

II.

De Electionibus, & Confirmationibus Praelatorum.

Secundo. Quoad electiones Praelatorum, mortuo Praelato ad utrumque & Ecclesiasticum & saecularem Magistratum referatur, qui inter se convenient de die electioni constituenda. Cujus electionis tractatui intererunt Ducales Commissarii (ipsi autem Electioni non aliter, quam si in Compromissarios seu Scrutatores assumantur) atque ubi Electio canonice processerit, & Electus statim confirmari debebit, Principis nomine, qui adsunt Electioni factae assensum praestabunt. *Anno* 1583.

Si vero ex intervallo confirmatio seu institutio petenda erit, tum electus & confirmandus approbationis seu assensus literas Ducales secum feret. Nec etiam vacanti alicui monasterio Principis nomine dabitur, aut imponetur administrator sine ordinarii consensu.

III.

De personarum Ecclesiasticarum delictis & poenis.

Tertio. De personis Ecclesiasticis, ita est conventum, quod clerici delinquentes ad ordinarium quisque suum, vel deputatum ab Episcopo remittantur, et si iis ab Episcopis pecuniaria poena fuerit irrogata, parte ejus aliqua notariis causae, ac Pedellis cessura, residuum in Ecclesiarum fabricas vel similes pios usus, intra Bavariae fines collocetur, ideoque significabunt ordinarii Praefectis in quanto mulctaverint, ne intercipiantur istae pecuniae. Deprehensi vero clerici cum prohibitis armis, in amissione eorum a Magistratu saeculari plectentur.

Laici quoque Provinciales, ubi ex causa citationi inserta, spirituale negotium esse constiterit, comparere non prohibebuntur, sed contumaces in comparendo poenis potius coercebuntur, & adigentur.

Ac de clericis percussoribus, ubi conveniendi puniendique ii sint, jam supra commemoratum est.

Laici vero percutientes clericum, ut ultra poenam a saeculari Magistratu irrogatam, etiam absolutionem Canonicam petere teneantur, tamquam juri consonum recipitur.

Clericus porro delinquens, nisi criminis atrocitas exigit aliud, de sistendo se apud suum ordinarium, vel ejus delegatum, suae promissioni, vel ubi fugae aliqua suspicio est, fidejussoriae cautioni committetur. Ac si delicti qualitas capturam postulet, in traductione tamen superfluus sumptus, ac quantum diligentis custodiae ratio ac necessitas patitur, ordinis irreverentia vitabitur. Interium autem providendum, ne captivus in aedibus suis, aut bonis, jacturam vel damnum patiatur, nisi ipse per suos prospiciat.

IV.

Anno 1583.

IV.

De collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum.

Quarto. Circa beneficiorum collationem, omittetur primum Ducale examen, quod ſubierunt hucusque ſacerdotes, quibus animarum cura commendata fuerat, ſi finem in eo examine quæſitum præſtabit Epiſcopalium examinum rigor, ac frequens viſitatio. Ita quoque ut ſacerdotes ad animarum curam admittendi, pro reſpectu ac neceſſitate loci, ad quem mittendi fuerint, denuo ab Epiſcopis examinentur, ſuæque ſufficientiæ teſtimonium inveſtituris inſeratur.

Jam ubi per Eccleſiaſticam perſonam, ex Epiſcopi delegatione, beneficiatus in poſſeſſionem inducitur, Præfectus loci ſæcularis adhibetur (quod vulgariter den einſaʒ vocant) ut Principis loco aſſenſum temporalis adminiſtrationis, ſicuti haſtenus conſuevit, præſtet, ad quam rem, ex regimine cujuscumque loci, permiſſionis literas (quas poſſeſs-brief dicunt) beneficiati requirent. Præfecto tamen ipſi pro impertita opera, ultra taxam ſtatuti provincialis recentis nihil prorſus præſtabunt.

Ut autem clerici vel reſignent dignitates & beneficia Eccleſiaſtica ſæcularibus absque præſcitu & conſenſu ordinariorum aliique ad eadem promoti ante ordinarii confirmationem & inveſtituram adminiſtrationem eorum ſuſcipiant: vel vacanti beneficio aut dignitati Magiſtratus ſæcularis ſua quadam authoritate provideat, id vero nunquam admitti debet.

Pontificii quoque menſis Jus præſcriptum non extendet Sereniſſimus Dux ad ea beneficia, in quibus alteri Jus patronatus competit. Et quia de paucioribus forte adhuc diſceptari contingit, inibitur utrinque talis controverſiæ ſopiendæ commoda aliqua ratio.

V.

De Perſonis & bonis clericorum.

Quinto de perſonis & bonis clericorum: primum angariarum uſus ita temperabitur, ut in gravius Eccleſiarum diſpendium non cedat.

Deinde in contractibus ſuper rebus Eccleſiarum celebrandis, pro eorum legalitate, utriusque ſuperioris conſenſus requirendus eſt. Et ſi ſæculares per Bavariam de offertoriis, Eleemoſinis, & aliis rebus ad Eccleſias oblatis, per ſe ſimpliciter diſpoſuerunt: vel Præfecti, Judices, Provincialesque ſæculares, cum poſſeſſio daretur clericis, aut annui celebrantur ruſticorum conventus, quos Ehehafft appellamus, ſacerdotibus & parochis graves fuerunt hucuſque id ut in poſterum ne fiat: & tales conventus in parochialibus ædibus non amplius celebrentur, per Sereniſſ. ſedulo curabitur.

Sic etiam in cauſarum decimalium cognitione ordinariis Jus ſuum conceditur. Eæ tamen in certis caſibus, a Jure permiſſis ad ſæcularem quoque Magiſtratum ſpectant, puta in iis decimis, quæ jam effectæ ſunt Juris laici: ac ubi vel uterque vel reus tantum laicus eſt: item in contractibus decimalibus temporariis, ſcilicet ubi fructus tantum decimarum ad tempus venditi locative ſunt atque etiam in caſu ſoluti, vel non ſoluti, & in poſſeſſoriis, ubi nuda facti quæſtio eſt, nihilque proprietatis admixtum continetur, & ſimilibus caſibus, de quibus ad Jus ejusque interpretes relatio habeatur.

Querelæ denique, circa ſæcularem ſuper bonis Eccleſiaſticis ſigillationem, remedium adhibet novum ſtatutum provinciale. ut ſcilicet Prælatis & clericis ſuper fundis ſuis ſigillandi Jus regulariter competat. At ubi Præfecti Ducales vel alii, ab antiquiſſimo tempore hoc Jus præſcripſerunt, ut tamen indemnitati Eccleſiarum conſuleretur, nec tunc ſolis ſigillare licet, ſed fundi Dominus pro conſigillando ſemper eſt requirendus.

VI.

De teſtamentis clericorum.

Sexto ſuper teſtamentis clericorum transactum eſt ſuperiori tempore, nimirum a Chriſti nativitate M.D.XXXIX. inter Epiſcopum Ratisponenſ. Pancratium, & Ludovicum Bavariæ Ducem, quæ quidem formula cum Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Cardinali Tridentino, Legato, nuper in comitiis Auguſtanis, atque ipſi quoque Reverend. Domino Nuntio Apoſtolico viſa ſit diſcreta, & æquitati conſona, huc quoque accepta eſt, ab omnibus æqualiter obſervanda, eaque ſic habet.

Clerici qui legitimo teſtamento confecto mortem obeunt, bona relicta teſtamentarii, ſive Eccleſiaſtici ii ſint, ſive ſæculares deſcribant, ipſum teſtamentum vicario Ratisponenſi, pro confirmatione offerant, illudque deinceps exequantur, nec tamen id alio, quam eo loco, ubi ſacerdos vita functus eſt, bonaque iſta relicta ſita ſunt; ubi quis vero inteſtatus decedat, tum vel vicarii Ratisponenſ. vel officiarii Ducales, ad quos primum de obitu perlatum fuerit, bona relicta obſignent, etiam abſente altera parte: ad quam tamen de eo ſtatim referatur, ut deinceps communi conſilio diem ſtatuant, in qua, inven-

inventario simul ab iis confecto, creditoribus ante omnia satisfiat, cum residuo id agatur, quod Ratisponens. reformatio jam ante edita, præscribit, sumptusque majores & gravamina hæreditati minime imponantur, nec creditores, aut alii molestentur, aut impediantur diutius; hoc ex transactione illa in reliquis stetur dispositioni juris communis, & consuetudini loci.

Et ne quid desit hoc loco, etiam reformationis Ratisponens. caput hic allegatum, quod XXIII. est, addere libuit, quod ita habet: Inhibemus insuper, ne in posterum Episcopi clericis legitimis, ab intestato decedentibus, in patrimonialibus bonis seu industria propria acquisitis, succedere possint ac debeant.

VII.

De Causis Matrimonialibus.

Ultimo. Causæ matrimoniales æque ac aliæ liquido Consistoriales foro Ecclesiastico libere committuntur, sic etiam pœnitentiarum injungendarum judicium ordinariis, eorumque deputatis in populo catholico liberum semper erit: si tamen delicti qualitas, & personæ conditio satisfactionem pecuniarum imponendam suaserint, curabunt ii, ut ea pecunia ad pios usus intra Bavariæ fines collocetur.

Atque hæc sunt, de quibus inter Reverendissimos Dominos Coadjutorem Salisburgens. Metropolitanum, aliosque istius provinciæ Episcopos, ac Serenissimum Bavariæ Ducem Guilielmum, amicabiliter & placide conventum est, in iis, quæ Ecclesiasticæ jurisdictionis esse censebantur. In quæ quidem concordata eatenus consentit pientissimus Princeps, ut tamen in casibus non expresse specificatis, sibi jus suum reservet, ac, quod jam testatissimum esse vult, etiam in expressis casibus eousque conventis stabitur, dum Reverendissimi Domini Ordinarii, quod liberaliter pieque pollicentur, & sua Serenitas plane confidit, ita rem per se vel suos administrabunt, ut catholicæ religionis profectus, ac circa clerum Ecclesiasticæ disciplinæ nervus conservari possit, sin quid secus ipsi, aut remissius egerint, vel etiam aliquas prætactarum conventionum jam supra memorato instituto, ac proposito fini minime deservire, ostenderit sequens usus, certissimus legum & consiliorum explorator, Princeps tunc pro sua pietate ac publicæ salutis cura, de opportunis & efficacibus remediis vigilantissime curabit semper.

Atque hæc quoque ea ratione Reverendissimi Domini Ordinarii admittunt, ut in casibus tamen hic non expressis, vel declaratis, atque in iis, in quibus aliqui ex Dominis Ordinariis peculiares habent cum Serenissimis Bavariæ Ducibus transactiones, jus suum sibi conservant, & dato quod absit casu, quo ordinarii, etiam admoniti, officio suo minus fecerint satis, nunc hæc juris communis, & sacrorum Canonum dispositioni relinquantur. quibus tamen protestationibus, utrinque factis, non obstantibus, iisque quo de jure valere possunt modo, vel non, in suo vigore relictis, in supra specificatis negotium hoc in præsentiarum amicabiliter compositum sit, & maneat. *Anno 1583.*

Acta sunt hæc Monachii, & concordata penitus, quinto die Septembris, anno Christi Salvatoris Nati M.D.LXXXIII. Præsentibus Reverendissimis in Christo, Reverendis, Generosis, Nobilibus, Doctissimis, & Clarissimis viris sequentibus.

Primum. Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgensis nomine, cum ipso Reverendissimo D. Coadjutore sæpedicto, D. Sigismundus Fridericus Fuggerus, Baro in Kirchberg, & Weissenhorn, Decanus, P. Sebastianus Cathaneus Dominicanus, theologus, & D. Balthasar Hofinger, J. U. D. Consiliarius.

Ex Frisigensi Ecclesia D. Bartholomæus Schollius, S. Theologiæ L. Episcopus Darien. Suffraganeus &c. D. Ludovicus Schrenckius J. U. D. Canonicus, Vicarius, & officialis, ac S. Andreæ Frisingæ Præpositus.

Pro Ratisponensi Ecclesia D. Sbineo Bercka Baro de Duba, & Leippa &c. Administrator Episcopatus Ratisponens. Præpositus Vuissegradens. & Oetingens. Pronotarius Apostolicus, & S. D. N. Cubicularius. D. Joannes Baptista Pihelmair S. Theologiæ D. Episcopus Almiren. Suffraganeus &c.

Cum Patavien. Ecclesiæ mandatis, Hector Wegman SS. Theologiæ L. Episcopus Simbaliens. Suffraganeus & officialis, Præpositus Ilcen. D. Antonius Fabricius S. Theologiæ D. Decanus D. Wolffgangus Mollius J. U. D. Consiliarius. D. Casparus Heldius, Congregationis Notarius.

Chiemens. quoque Episcopi vice, supradicti D. Fuggerus, Decanus, & P. Cathaneus.

Ex parte vero Serenissimi Ducis Bavariæ, D. Georgius Lautherius, S. Theologiæ D. Præpositus Monachiensis, & Canonicus Pataviensis, D. Christophorus Elsenhaimer in Hampersberg J. U. D. supremus Bavariæ Cancellarius, Præfectus in Traunstein. D. Sebastianus Francius S. Theologiæ L. Decanus Mona-

Anno 1583. Monachienſis & Canonicus Friſingenſis.

D. Antonius Welſerus, Canonicus Monachienſis C. Joannes Chryſtophorus Kraiſſer J. U. D. Cancellarius Burkhuſienſ. D. Caſparus Lagus in Erlhoven, J. U. D. & Profeſſor Ingolſtadii. D. Theodorus Peiffer in Magersdorff, J. U. D. & Eraſmus Vendius, omnes Conſiliarii Ducales.

Et in horum omnium perpetuam memoriam iſtorum Concordatorum, pro ſingulis partibus, ſinguli ſcripti ſunt libelli, quibus Reverendiſſimus Dominus Coadjutor, & Præpoſitus Salisburgenſis, ac Sereniſſimus Dux Guilielmus, ad propriæ manus ſubſcriptionem ſigilla quoque ſua ſecreta appendi curarunt, atque ipſe Reverendiſſimus D. Nuntius Apoſtolicus manum, ſigillumque ſuum addidit. Quod felix, fauſtumque accidat & religioni, & Reipub. Bavaricæ. Amen.

GEORGIUS,
Archiepiſcopus Salisburgenſis LII.

Anno 1586.

Plurima, ut vidimus, pro Joanne Jacobo Archiepiſcopo, capularis ætatis fene, præclare geſſit Georgius Præpoſitus, & Coadjutor, imbuens paſſim gregem catholicum ſalutaribus legibus, & diſciplinis; donec demum mortuo Joanne Jacobo ipſe Archiepiſcopali ſede locatus fuit die 18. Junii Anno 1586. quam per ſeptem duntaxat menſes tenuit, anno 1587. die 25. Januarii viam univerſæ carnis ingreſſus.

WOLFGANGUS THEODORICUS,
Archiepiſcopus Salisburgenſis LIII.

Anno 1587.

Maximi, juſto tamen ardentioris animi Princeps, non ea aut Eccleſtæ ſuæ, aut Principatui præſtitit emolumenta, quæ pro naturæ dotibus, ſperare ab eo, atque conſciſcere uterque potuiſſet; dum omnium fere ordinum homines, novorum tributorum impoſitione, atque vicinos etiam Principes indomitis, perpetuo contra pugnandi ſtimulis, a ſeſe alienavit. Erat tum in Styria, Carinthia, Carniolia, quæ Hierarchiæ Salisburgenſi inſertæ ſunt regiones, maximam partem funeſtiſſima orthodoxi cultus imago, Novatoribus Lutheranis in omne licentiæ genus effuſis; præſertim poſtquam Carolus Archidux, vel invitus, ob ſubſidiorum, quibus ad ſalutem patriæ contra Turcas tutandam egebat, neceſſitatem, indulſit liberum Auguſtanæ Confeſſionis uſum Græcii, Judenburgi, Clagenfurti, & Labaci. Incredibile dictu eſt, quanta tum ferocia in ſanctuarium, templa, imagines, in ſacerdotes non modo minorum gentium, ſed & in Epiſcopos deſævierint, ut teſtis eſt locupletiſſimus Georgius Stobœus de Palmaburgo, Epiſcopus Lavantinus. Hæſit eo altius malum, *quod Nobilitas cumprimis hac fuerit labe infecta, atque corrupta, jam ad ea tum vitia proclivis, quæ Lutherus ore & opere proferebat, & quibus omnis fere doctrina illius innititur, libidinem, inquam, gulam, faſtum, & conſcientiæ, hoc eſt, carnis & ſanguinis libertatem*, ait idem Joannes Stobœus, in Epiſtola ad Carolum Archiducem ſcripta de religionis reformatione. Coloni quoque illarum regionum, Procerum vexilla turmatim ſecuti, patriam avitam religionem ſusque deque verterunt, ita ut peſtifera labes etiam in vicinum agrum Salisburgenſem ſeſe protenderit, quam cohibere, ac reprimere Archiepiſcopus non valebat. Sanxit Wolfgangus Theodoricus Archiepiſcopus, Capitulo conſentiente, non eſſe, exacto quolibet quinquennio, recurrendum ad Papam pro confirmatione juris, quod Archiepiſcopus nactus eſt, nominandi Canonicos in menſibus Papalibus, quod hæc facultas cum ipſa confirmatione ſingulis Archiepiſcopis collata, ad omne vitæ illorum tempus protendatur, ut nuper anno 1769. tres quoque Electores eccleſiaſtici, Moguntinus, Trevirenſis & Colonienſis Archiepiſcopi pertenderunt, apud *Le Bret in Magazin Tomo VIII.* Attamen quod illud Archiepiſcopi Decretum a Romanis nunquam ſit ratihabitum, absque vi & efficientia ad poſteros tranſivit, Wolfgangus Theodoricus Anno 1612. Archiepiſcopatu cedere juſſus moritur Anno 1617. die 16. Januarii.

MAR-

MARCUS SITTICUS,

Archiepiscopus Salisburgensis LIV.

Anno 1612.

Præstantissimi animi Princeps, ac dignissimis tanto fastigio virtutibus exornatus, clementia præprimis pietate, benefaciendi studio omnium sibi ordinum homines obstrinxit. Per septem duntaxat, quibus Ecclesiæ huic suæ præfuit annis, memoriam ædificiorum magni nominis, ecclesiasticorum æque ac civilium post se reliquit: fabricam Ecclesiæ Metropolitanæ, grandi idea delineatam, a fundamentis ad usque apicem extruxit, tecto, fronte & duabus turribus exceptis; aliasque ornatissime absolvit minores in agro Salisburgensi fabricas: variarum facultatum professores pro clero suo literis expoliendo advocavit: pauperum atque infirmorum miseriis levandis adeo intentus, ut quotidie eorum aliquos cibis, e mensa sua depromptis, reficeret: novatores in religionem patriam perduelles, quos beneficiis ad meliorem frugem revocare non poterat, minis perculit, & exilio, eosque potissimum ex Rastadiensi, & Waigranensi agro.

Interea in tanta Reipublicæ perturbatione, ob continuo descifcentes a veteri religione non tantum populos, sed & pastores, cupiens Marcus Sitticus ministerium ecclesiasticum redigere in ordinem, ac firmare, edidit Anno 1616. *Decreta Generalia visitationis*, prioribus conciliis, & præsentium rerum avertendo discrimini accomodata, quæ ex Lunigii Reichs *Archiv Spicileg. Ecclesiast. Continuatione II. pag.* 236. hoc loco referimus.

Anno 1616. Nos Marcus Sitticus, Dei gratia Archiepiscopus & Princeps Salisburgensis, Sedis Apostolicæ Legatus &c.

Omnibus & singulis nostræ Archidiœceseos Prælatis, Ecclesiarum Rectoribus, Parochis, curatis & clericis quibuscunque nomine, ac dignitate fulgeant, salutem & obedientiam in Domino sempiternam.

Ut qua majori decet, ac potest, reverentia & industria tum sacra omnia administrentur, tum clerus universus sui, suorumque munerum, & ecclesiarum, juriumque, ac dignitatis earundem rationem quam exactissimam habeat: decreta visitationis, per nos institutæ, generalia antehac sub ejus initium edita, hoc ipsius progressu pro ejusdem faciliori, feliciorique fine assequendo, non modo confirmanda, verum etiam quorundam aliorum accessione augenda, secunda hac editione operæ pretium judicavimus. Quæ proinde omnia & singula, nec non si quæ particularia nostris Visitatoribus Generalibus, quibuscunque vestrum, quando & qualitercunque decerni contigerit, in virtute sanctæ obedientiæ, sub pœnis tam canonicis & synodalibus, quam arbitrariis, per vos, & vestrum quemlibet, juxta statum & ordinem suum, quanta maxima diligentia observari, debitumque effectum consequi volumus, & mandamus: ita tamen, ut quæ moram aliquam temporis, vel sumptus, & expensas majores exigunt, successive, juxta locorum facultatem, data opportunitate, infallibiliter executioni demandentur. Ea, ut sublata omni Confusione & difficultate, commodius inveniri, & præ manibus haberi possent, in hanc formam, sub tribus distinctis titulis generalibus, Personarum scilicet, Rerum & Locorum in sua capita subdistinctis, redigi ac reduci curavimus. In quorum executione, si quas forte difficultates, impedimenta, controversias, contumacias, aut negligentias deprehendi, sive exoriri contigerit, Consistorium nostrum, aut locorum Archidiaconi diligenter consulantur, & admoneantur, ut tempestive & canonice quibuscunque illis occurratur, atque provideatur, ad laudem Dei omnipotentis: cui honor & gloria in sæcula. Data ex civitate nostra Metropolitica Salisburgensi die 7. Mens. Octob. anno 1616.

TITULUS PRIMUS.

DE PERSONIS.

De Archidiaconis.

CAPUT I.

Archidiaconi juxta canonum sanctiones diligenter visitent sibi subditas ecclesias, & personas: ejusque visitationis rationem Nobis accuratam quotannis transmittant.

Iidem in synodis Archidiaconalibus curent, ut Parochi suorum cooperatorum nomina, status & vitæ testimonia scripto deponant: inquirantque, quam

Anno 1616. quam prompte ab eorum singulis Visitationis Decretis tam generalibus, quam particularibus satisfiat, & quo ære alieno sint obstricti; Nostrumque Consistorium diligenter, & sincere desuper informent, transcribantque puncta, per ipsos in Synodis proposita, & conclusa.

Officio suo fungantur diligenter, suaque sint jurisdictione contenti, neque temere ampliorem sibi quovis respectu, aut prætextu arrogent, nec unquam crimina subditorum mulcta pecuniaria punire præsumant, sed aliis debitis, & a jure constitutis pœnis coerceant.

Archidiaconis, ut suis parochis, & sacerdotibus, qui ad id tenentur, steurarum annalem solutionem, ac legitimum sufficiensque præstitæ solutionis testimonium quotannis sibi ab iisdem exhibendum imponant, & procurent, districtius mandamus.

De Decanis, & quasi

Caput II.

Decani non solum assidue in suo Decanatu resideant, verum etiam non impediti legitime a principio usque ad finem divinis semper in Ecclesia intersint officiis, eaque non cursim ac festinanter, sed sensim ac pedetentim, non truncate, sed integre, distincte, devote ac reverenter a suis sacerdotibus persolvi curent.

De Parochis, Cooperatoribus & Vicariis.

Caput III.

Parochi tot semper Cooperatores, & Vicarios alant, quot vel ex fundatione, vel laudabili consuetudine, pro onerum atque obligationum qualitate & quantitate requiruntur.

Cooperatores, vel Vicarii, neque assumantur a Parochis, neque ex quavis causa dimittantur sine nostra, sive & nostrorum officialium approbatione & licentia.

De Concionatoribus.

Caput IV.

Conciones diebus Dominicis & festivis ad populum habeant, nec eum, dum habentur, in foribus, aut extra Ecclesiam, absque necessitate, commorari patiantur.

Sint concionatores in concionando diligentes, cauti, orthodoxi, prudentes, & catholicorum approbatorumque doctorum sensus, & opiniones sequantur: hæreticorum doctrinas falsas, & argumenta apud imperitam multitudinem, nisi loci aut temporis conditio contrarium requirat, minime referant, aut ineptas & ridiculas fabulas, aut historias apocryphas: vitaque moribus & exemplo cæteris præluceant, quodque verbis alios docent, factis ipsi præstent.

De vita, honestate ac officiis clericorum & Sacerdotum.

Caput V.

Clerici tam domi, quam foris, honesto, & cujusque gradui competente habitu clericali semper utantur, & coronam, seu tonsuram deferant.

Horas canonicas quotidie, ad Breviarii Romani novi, & Calendarii, seu Directorii, nec non Officii proprii Salisburgensis præscriptam methodum, quam diligentissime persolvant.

Comessationes, compotationesque quascunque, atque maxime choreas domi seu alibi, in hospitiis præsertim ac tabernis quibuscunque fieri solitas, etiam baptismi, aut nuptiarum seu matrimonii occasione institutas, consortiaque intemperantium quorumcunque, & male moratorum evitent, ac declinent.

Ebrii officiis publicis interesse, aut ipsa peragere, nullo modo præsumant.

Nullus aliorum prædia lucri causa conducat.

Nullus domi suæ, seu in ædibus parochialibus cauponam vel tabernam per se, vel alios exerceat: neque vino, vel rebus aliis, mercatorum more emendis, vel vendendis, aut aliis quibuscunque negotiationibus, seu quæstibus, ac lucris sæcularibus inhiet, & insistat: salva Constitutione Synodali Salisburgensi 21. Cap. XI.

Nullus concubinas, unam, vel plures, aut detineat, aut recipiat; quin si qui habeant, ad sex minimum milliaria eas statim ablegent, nec ullo unquam prætextu, ac colore, easdem, aut alias reassumant; neque vel eas ipsi accedant, vel ad se accedere patiantur: prolesque ex illis susceptas nullo modo apud se cohabitare, sine speciali nostra in scriptis licentia permittant.

Suspectarum fœminarum familiaritates, servitutes & colloquia, velut pestem fugiant.

Abstineant ab omni incontinentia, intemperantia, crapula, ebrietate, luxu, armorum delatione, vetitis lusibus, venationibus illicitis, blasphemiis, rixis, percussionibus, tumultibus, scandalis, aliisque vitiis quibuscunque, & actibus, qui vitæ & honestati sacerdotum repugnant, eosque dehonestant: & diligenter in suis Ecclesiis, ac beneficiis, qui tenentur, resideant.

De

De Medicis.
CAPUT VI.

Nullus Medicorum, antequam coram nostris officialibus fidei catholicæ professionem emiserit, artem medicam exercere præsumat.

Medici infirmos decumbentes ante omnia admoneant, ut peccata sua idoneo confessario confiteantur: quod si intra triduum, cessante causa rationabili, id minime præstiterint, eos amplius non visitent.

De Vitricis Ecclesiarum.
CAPUT VII.

Vitrici nulli ad Ecclesiarum administrationem absque sufficiente & idonea fidejussione, nec nisi catholici recipiantur: & quotannis suæ administrationis rationem coram Parocho, & loci Præfecto reddant.

Iidem curent diligenter, ne Ecclesiarum jura, ac proventus annui defraudeotur, diminuantur, aut penitus subtrahantur.

De Æditu is.
CAPUT VIII.

Æditui, quaotum fieri potest, modum ministrandi Missæ discant: Ecclesiam & sacristiam diligenter expurgent; aranearum telas ubicunque sedulo dejiciant: salutationem angelicam suis temporibus ter quotidie, nec non semel sub noctem signum pro defunctis pulsent: Ecclesiarum januas clausas, beneque munitas conservent, earum claves penes se tuto detineant: & Parochis omnem reverentiam, atque obedientiam debitam exhibeant: idoneamque cautionem præstent, de supellectili ecclesiastica, sibi credita, diligenter custodienda. *Anno* 1616.

De Ludimagistris.
CAPUT IX.

Ludimagister quicunque, antequam munus suum exerceat, catholicæ fidei professionem emittat: suos discipulos non minus pietatem & bonos mores, quam literas, & semel saltem in hebdomada catechisticam doctrinam doceat: utatur vero in docendo libris neque turpibus, neque obscœnis, neque hæreticis, aut hæreticorum, seu alias quomodolibet a sacro Trident. Concilio prohibitis.

TITULUS SECUNDUS.
DE REBUS.

De Sacramentis in genere.
CAPUT I.

Materiæ Sacramentorum fideliter, soliciteque ac loco congruo custodiantur; & nemini unquam, etiam medicinæ, vel tollendi maleficii prætextu concedantur.

In Sacramentorum administratione quilibet tam Constitutiones Synodales, quam Agenda nova Salisburgensia exactissime observet, superpelliceoque & stola competenti semper utatur.

Nullus in mortali peccato existens, Sacramentum ullum, nisi vel necessitas subsit, vel copia confessoris desit, & ne tunc quidem, sine contritione administrare præsumat.

Quoscunque sacerdotes ulla Sacramenta administrare, aut concionari, antequam a Consistorio nostro, aut locorum Archidiaconis sint approbati, vel Missam celebrare, nisi legitimum sufficiensque admissionis testimonium exhibuerint, quavis causa & prætextu non permittant.

Requisiti a suis subditis pro Sacramentis administrandis, promptos se ac faciles, nec morosos, pro loci, temporis, personarum, reique exigentia exhibeant, infirmosque etiam non vocati sæpius invisant, & eorum animabus solicite consulant.

Sacramenta hæreticis ministrare nullus unquam præsumat.

Pro qualiscunque Sacramenti, vel Sacramentalis, aut etiam sepulturæ administratione, sacerdotes nullo modo pacifcantur de danda sibi certa pecunia, vel alia re quavis: post administrationem tamen, quod juris & laudabilis consuetudinis est, discrete tamen exigere non prohibentur.

De Baptismo.
CAPUT II.

Baptisteria in Ecclesiarum medio erecta, quæ commode possunt, transferantur, vel, illis sublatis, nova ex marmore, vel petra solida, cum operculo, seu turricula, quæ in medio dividi, seu aperiri possit, in Ecclesiæ ingressu ad sinistrum latus erigantur, & cancellis muniantur.

In ipso Baptisterio, sive turricula, locus paretur aptus ad sacra olea, munda absterforia, vas pro infundendo, & librum

Anno 1616. librum baptizatorum commode ac tuto cnnfervanda.

Obstetrices curati instruant diligentissime, in quibus casibus, qunmodo, & sub qua verborum vulgarium forma baptismum impendere valeant.

Cum infantes dnmi ex necessitate baptizati ad ecclesiam catechizandi deferuntur, sacerdos diligenter inquirat, an rite baptizati fuerint?

Provideant prn fonte baptismatis, ne manibus aqua contrectetur, de vasculn condecenti, qui baptizandis superinfundatur.

Procurent, ne aqua baptismalis capiti infantis infusa in eundem fontem recidat, sed in Piscinam prnfluat, vel vase excepta in eam postea mittatur.

Baptizati infantis caput, antequam absterforin fuerit abstersum, non patiantur ab ullo tangi.

Curent nmninn curati, ut infantium baptismus, nisi ex rationabili aliqua causa, & sua licentia, ultra octavum a nativitate diem non differatur, iisdem sanctorum nomina impnnantur.

Baptismus semper in Ecclesia tantum, nunquam in æditunrum aut Parnchnrum ædibus, quantumvis Ecclesiis ipsis cntiguæ fuerint, aut annexæ, nec alin ullo in loco, extra necessitatem administrent.

Patrinos hæreticos, minnres quatunrdecim annis, nec dum confirmatos, transgressores præcepti Ecclesiæ de confessinne & communinne, ignorantes nratinnem Dominicam, Salutatinnem Angelicam, Symbolum fidei & præcepta decalogi, aliosque jure prohibitos, & inhabiles nullns, habilium vero nunquam plures, quam unum, vel ad summum unum & unam admittant.

Baptizatnrum, parentum ac patrinorum, nec non mandantium & mandatariorum nnmina atque cognomina, diemque cnllati baptismi, ad modum in fnrmulario adnntatum, certn in librn describant, eumque tuto asservent.

De Confirmatione & Extrema Unctione.

CAPUT III.

Popnlum frequentius in concionibus & confessinnibus ad Sacramenta hæc suis temporibus rite suscipienda commoneant, instruant, inducant.

Admnneant, ne Confirmatinnis Sacramentum iterare quis temere præsumat.

Librum habeant, cui confirmatorum nnmina, juxta præscriptam formulam, inscribant.

Infirmorum oleum in vase, a cæteris distincto, & sacculn vinlaceo cooperto, tuto ac diligenter conservent.

Cum Extrema unctin ad infirmos deferenda est, detur signum campanæ, distinctum a signn Eucharistiæ deferendæ: deferatur autem sine luminibus, præterquam forte de nncte, prævia cruce minnri, & vase cum aqua lustrali, & populus moncatur, ne, cum defertur, genua flectat, sed tantum aperto capite condignam ei reverentiam exhibeat.

Sacerdos ægrntns lnnge dissitos communicaturus, ferat secum etiam vasculum sacræ unctinnis, ut post Eucharistiam, infirmn administratam, si necesse judicaverit, Unctionem quoque administret.

De Sacramento Pœnitentiæ.

CAPUT IV.

Sacerdotes sæpius sacramentaliter confiteantur.

Confessiones non plurium simul, & promiscue, sed singulnrum singulas excipiant: eodemque mndn in absolutione sacramentali se habeant.

Diligentissime pnpulum instruant, & admoneant, ut peccatnrum circumstantias & intelligat, & cnnfiteatur, nec cnnfessione generali, in qua nulla fit alicujus commissi peccati mentin specialis, sint contenti, aut taliter confessns absolvant.

Confessinnis sacramentalis sigillum quam exactissime servent.

Cathedras cnnfessinnales, convenienter fabrefactas, earumque fenestellas, lamina ferrea perforata, vel cancellis ligneis munitas, unam vel plures pro Ecclesiarum necessitate, locn cnmmodo ac patente in ipsis Ecclesiis erigi curent: nec extra eas etiam in sacristia, mulierum præsertim, confessiones excipiant, nisi exigente necessitate, vel alia ratinnabili causa.

Habeant in confessionalibus affixas piam aliquam imaginem, & tabulas continentes cannnes pœnitentiales, fnrmam absolutionis, & casus tum summo Pontifici, tum Nnbis de jure & consuetudine reservatns: a quibus sine cannnica facultate neminem absolvere quovis prætextu, extra mortis periculum, ac ne tum quidem; nisi servatis de jure servandis, præsumant.

Singulis Quadragesimæ Diebus Dominicis publicent suis subditis, & publice ex suggesto, vel altari intiment præceptum Ecclesiæ, & obligationem cnnfitendi & communicandi in Paschate, prout in fnrmulario.

Quotannis debitn tempnre suos nuncios pro deferendis auctoritatibus a reserva-

servatis absolvendi ad nostrum Consistorium, vel suos Archidiaconos, diligenter transmittant.

De Eucharistia.

Caput V.

Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, ubi & quam primum commode potest, ad Altaris summi medium, in condecenti & elevato tabernaculo, quod intus panno serico circumquoque vestitum sit, & substratum habeat mundum corporale, supra quod pyxides collocentur, reponi ac transferri, idque mundum ac optime munitum, semper conservari curent.

Sacramentum hoc rationis usu carentibus & amentibus, nisi cum forte lucida habent intervalla, ac frequenti vomitu laborantibus, aut tempore ac personis a jure prohibitis, non administretur, nec nisi iis, de quorum Sacramentali confessione præmissa certo constiterit.

Advertant diligenter, ne aliqua ex hostiis communicantium sufflatu, vel suspiriis e Ciborio, vel patena ejiciatur.

Laicis nullo modo ablutionem per calices subministrent, sed per alia convenientia vasa, sive pocula, quæ calicis formam non repræsentent.

Curati, antequam juniores ad hoc Sacramentum admittant, eos diligenter instruant tum de ipsius dignitate, virtute, excellentia, tum de fide requisita, & modo, se ad id digne suscipiendum præparandi.

Cum venerabile Sacramentum ad infirmos descrendum est, dato prius campanæ signo, populus ad Ecclesiam, & concomitandum invitetur.

In ejusmodi delatione adsint semper duæ minimum sacræ particulæ in pyxide, sive vasculo: aut certo si vel distantia loci, vel alia ratio id non patiatur, sine pulsu, lumine, stola ac superpelliceo revertendum.

Administraturus ægroto hoc Sacramentum, deferat secum in bursa Corporale mundum, pyxidi super mensam substeruendum, nec non purificatorium ad digitos abstergendos.

Eucharistia quantum fieri potest ad ægros mane, non sub vesperam vel noctem, ut a jejunis sumi possit, deferatur.

Communicantium mento Sacerdos pyxidem, vel patenam apte supponat, ne particularum fragmenta in terram, aut super linteum, quod mundum semper substernatur, decidant.

Sacerdos ægroto Eucharistiam allaturus curet, ac præmoneat, ut ejus cubiculum ab omni sorde, indecorisque imaginibus expurgetur, instruaturque mensa, mappa nitida, sacris imaginibus, candelabris, & candelis accensis, nec non aliquo poculo, seu vase cum vino, vel aqua ad usum ablutionis. *Anno* 1616.

Umbella, ubi commode potest, comparetur pro venerabili Sacramento, cum ad infirmum, non longe dissitum, defertur, contegendo: quod nihilominus semper velo condecenti, ex utroque sacerdotis humero composite demisso cooperiatur.

Vas aquæ lustralis cum aspersorio, & tintinabulum, quod interpellatim eundo & redeundo pulsetur, semper sacerdos portari curet, & lumen prævium, cum Sacramentum hoc defert ad infirmos.

Sodalitas sanctissimi Sacramenti ubicunque potest, erigatur.

Habeant librum, de quo in Formulario, in quo capaces communionis sibi subditos omnes diligenter describant.

Inobedientes indifferenter notent: tum confecta Regesta tempore debito Nostro Consistorio, sive & suis Archidiaconis transmittant.

De Pyxidibus & Vasculis.

Caput VI.

Duæ in quavis Ecclesia curata pyxides habeantur argenteæ, intus deauratæ, foris competentibus palliolis vestitæ: major una continuo in tabernaculo pro communione populi asservanda: altera minor pro communicandis infirmis: quas sæpius curati a particularum fragmentis purgent, hasque renovent, ac mutent novis & recentibus, singulis mensibus ad minus semel, aut pluries, secundum earum, locorumque ac temporum exigentiam & opportunitatem. Quod si nullam pyxidem cum Sacramento in tabernaculo sive hebdomada sacra, sive alio quovis tempore, esse contigerit, ad tollendam omnem idolatrandi occasionem, tabernaculum apertum ac patens omnino dimittant.

Particulæ in vasculis non super Corporale nudum, quantum commode potest, consecrentur.

Nullæ pallæ, vel pulvinariola in pyxide Eucharistiæ substernantur.

Vasculum præterea rotundum argenteum, intus deauratum pro Augustissima Eucharistia ad infirmos longe dissitos commodius deferenda, ubi opus, comparetur, quod mundum & sericis cordulis instructum, ut collo suspendi possit, conservetur.

Monstrantia pro venerabili Sacramento in processionibus circumferendo,

Anno 1616. do, vel minimum ejus lunula sit argentea, atque hæc ita accommodetur, ut facile claudi & aperiri possit.

Vasculum decens, ligneum saltem, in quo hostiæ pro sacrificio conserventur, in sacristia habeatur.

De Lampade, & Cereo Paschali.

Caput VII.

Lampas semper ante tabernaculum accensa Venerabili Sacramento præluceat, ut ejus splendor conspici aliquo modo possit.

Cereus Paschalis juxta missalis rubricas pro Ecclesiarum facultatibus accommodetur, accendatur, extinguatur.

De Altaribus, eorumque ornatu.

Caput VIII.

Omnia & singula altaria instructa sint tela cerata, tribus mundis mappis, quæ totam altaris mensam apte contegant (quarum superior benedicta, cæterisque amplior & prolixior sæpius pro necessitate ac decentia mutetur) cruce, secretorum tabella, candelabris condecentibus, pulvinari vel scabello ligneo ad Missale fulciendum, & tela viridi, seu alterius coloris in locum tabellarum lignearum, quas omnino ocyus amoveri volumus.

Altare summum, ubi commode potest, columellis præcludatur.

Altaria si quæ sub suggesto vel organis sita sunt, alio transferantur, vel omnino tollantur, si eorum fundationes id patiantur.

Altaria nimis angusta & brevia, quæ commode possunt, dilatentur & amplientur.

Altaria parvis ac tenuibus imaginibus, tabellis & crucibus non onerentur.

Ab altaribus sedilia qualia ac quorumcunque annexa submoveantur.

Altaria portatilia tela cerata includantur, inque sacristia loco honesto ac tuto asserventur.

De Sacra Supellectili.

Caput IX.

Curent provideri de antipendiis, ex tela saltem, vel ligno depictis, de casulis cum suis stolis & manipulis, velis ac bursis quatuor colorum, deque thuribulo, navicella & cochleari, juxta Romanæ Ecclesiæ usum, ac cujusque necessitatem.

Antipendia & paramenta quæcunque vetera, indecentia ac lacerata, si vel resarciri, vel in pium aliquem & ecclesiasticum usum converti nequeant, comburantur, cineresque in piscinam mittantur.

Paramenta omnia probe complicata, cæteraque omnis ecclesiastica & sacra supellex in armariis & cistis intra sacristiam, vel alibi commode tutoque dispositis, decenter diligenterque asserventur.

Sacra vasa, corporalia, purificatoria, pallas, humeralia, albas, cingula (quæ sufficientis longitudinis conficiantur) urceolos, reliquamque sacram omnem supellectilem, & ornamenta nitida, mundaque semper conservari procurent.

In quavis Ecclesia, juxta cujusque necessitatem, plura comparentur corporalia, purificatoria, vela & strophiola, ut commode immunda mundis mutari possint.

Purificatoria cruce in medio signentur.

Vexilla pro processionibus fracta reficiantur, vel nova pro cujusque Ecclesiæ necessitate ac dignitate comparentur, aptisque ac tutis locis asserventur.

Quemadmodum pro hostiis, ita & pro particulis formandis & exprimendis, nisi aliter forsan commode haberi possint, ferrum aliquod comparetur.

Totius sacræ supellectilis inventaria duo conficiantur, quorum unum æditiuus, alterum Vitrici penes se conservent.

De Missæ Sacrificio.

Caput X.

Nullus sacerdos ab officio suspensus, excommunicatus, vel in peccato mortali existens, vel non jejunus a media nocte, multo minus adhuc ebrius, vel sine luminibus, vel idoneo ministro, vel Missali, quamvis Missam memoriter sciat, vel non dictis saltem Matutino & Laudibus, vel in loco polluto, aut interdicto, Missam celebrare præsumat.

Celebrent omnes in altaribus consecratis, vel super portatili sufficientis magnitudinis, nec nisi calicibus ac patenis argenteis inauratis ac mundis & consecratis utantur: vilioris materiæ quoscunque serio interdicimus.

Missas, quantum fieri potest, dicant in altaribus, ad quæ fundatæ fuerint.

Missæ nec notabiliter ante auroram, vel post meridiem, nec nisi regulariter singulæ a singulis celebrentur.

Missali Salisburgensi novo, vel Romano in Missis dicendis utantur: earumque ceremonias ac ritus ecclesiasticos tam secundum Missalis rubricas, quam inferius annexam appendicem ad unguem edificant, & quam accuratissime observent.

Dominicis aliisque festis diebus Missas pro defunctis nullatenus celebrent: oratio-

omtionem tamen pro iisdem inferere, majoribus ac folennioribus festivitatibus exceptis, non prohibentur.

Quo die festum duplex celebratur, Missæ votivæ non dicantur.

Birretum, seu Quadratum, vel celebrantis sudariolum, super altare non collocetur.

Totus tenor canonis Missæ, & secreta omnia, voce submissa recitentur.

Tintinabulum adsit pro signo ad elevationem dando.

Faces paulo ante elevationem accendantur, nec nisi post celebrantis, aut populi communionem extinguantur.

De Sacramento Ordinis.

Caput XI.

Parochi originis & domicilii publice, ad instar matrimoniorum, semel saltem denuncient præsentandos ad aliquem sacrorum ordinum, fidemque legitimam in scriptis occlusis faciant, tum de dictis denunciationibus habitus, tum de impedimentis, si quæ detecta fuerint, nec non de eorundem ætate, moribus & vita.

De Matrimonio.

Caput XII.

A prima Dominica Adventus usque ad festum Epiphaniæ: & a die Cinerum ad octavam usque Paschatis inclusive matrimonia nullatenus solemnizent.

Sciant omnia impedimenta Matrimonii, tam impedientia, quam dirimentia.

Clandestinis matrimoniis nullo pacto intersint: neque alias ullum celebrent, nisi præmissis tribus canonicis denunciationibus, & legitimo cessante impedimento.

Denunciationes ejusmodi non fiant, nisi ad petitionem, vel de consensu eorum, qui sunt matrimonium contracturi.

Nullus ullos sponsos, qui fidei rudimenta ignorant, antequam ea discant, matrimonio jungere præsumat.

Secundas nuptias non benedicant.

Solutas personas, de concubitu suspectas cohabitare, vel conjugatas divertere, ac separatim pro earum libitu vivere, nullo modo patiantur.

Habeant librum, cui contrahentium, testiumque nomina juxta infra notatam formulam, inscribant.

De sacrorum liquorum & reliquiarum custodia.

Caput XIII.

Vascula omnia sacrorum liquorum sint saltem argentea, si non deaurata.

Vascula ejusmodi, reliquias & alias res sacras non nisi in sacristia, vel alio congruo loco, extra venerabilis Sacramenti tabernaculum, decenter ac tuto reponant. *Anno* 1616.

Reliquias in thecis decentibus disponant, nec nisi a clericis reverenter tangi, efferri ac referri patiantur: notis sua nomina inscribant: ignotas decenter una asservent.

Claves sacrorum liquorum, tabernaculi, fontis baptismalis, & reliquiarum Parochi sub sua, vel cooperatorum, diligentissime semper retineant.

De Cruce, ac Crucifixi, aliisque imaginibus, ac picturis.

Caput XIV.

In quavis Ecclesia inter altare summum & populum loco conspicuo sanctissimi Crucifixi imago sculpta, vel super trabe collocata, vel ex fornice Ecclesiæ pensilis demissa, vel terræ infixa, & nonnihil elevata erigatur.

Cruces, & nomen Jesus si in Ecclesiarum pavimentis, aut locis sordidis reperiantur, illico tolli serio mandamus.

Cruces, quæ de tumulis defunctorum decidunt, ne pedibus conculcentur, opportune provideant.

In locum depictarum imaginum, quæ retro altaria concisæ reperiuntur, laminæ ferreæ, Christi facie depictæ, reaffigantur, vel omnino illæ deponantur.

Si quæ sint in Ecclesiarum muris, intus, seu foris, picturæ turpes, prophanæ & indecentes, eas statim deleri, nec in posterum nisi devotas, sacras & honestas depingi curent, aut patiantur.

Linteamina & quæcunque donaria deformia, a statutis discrete amoveantur.

De Benedictionibus.

Caput XV.

Procurent, ne esculenta, vel poculenta, in Ecclesiis benedicenda, altari, sed alicui commodo scamno, vel mensæ decenti, juxta altare paratæ, imponantur, aut certe in sacristia benedicantur.

De Jejuniorum, festorumque dierum cultu & observatione.

Caput XVI.

Parochi omnino curent, ne diebus vetitis carnes comedantur.

Festos dies & jejunia, tam de præcepto, quam consuetudine observanda populo studiose diebus Dominicis inter Missa-

Anno 1616. Missarum solemnia, vel concionem, proponant, ab eoque inviolabiliter curent observari.

Curent etiam, ut sui Parochiani Dominicis festisque diebus in propriis Ecclesiis, quantum fieri potest, Missæ sacrificio, verbique divini prædicationi, a principio ad finem usque, diligenter ac devote intersint: nec quicquam ante finita officia divina quovis loco venale publice exponi patiantur.

Dominicis ac festis diebus, quibus Vesperæ in Ecclesia cantari ac haberi solent, populum ad earum frequentationem inducere conentur.

Iisdem diebus catechismum stata hora post meridiem, aut certe inter concionandum, usumque deferendi ac modum recitandi Rosarii juventutem ac rudem populum quam accuratissime doceant, neç ulli labori ac industriæ in tam salutari ac necessaria institutione parcant.

De Sepulturis, & Exequiis.

Caput XVII.

Sepultura sacra nusquam vel hæreticis, vel non baptizatis infantibus, aliisque personis, jure prohibitis, concedatur.

Extra cœmeterium loco clauso infantium non baptizatorum corpuscula nullo funere, & absque cerimoniis sepeliantur.

Parochus nullum defunctum ad sepulturam sinat deferri, nisi ipse, vel aliquis suorum cooperatorum, aut sacerdos superpelliceo amictus, & stola competente ad collum appensa, prævia cruce, luminaribus, & aqua benedicta funus conducat.

In reliquis Agenda nostra nova omnino & diligenter observentur.

De Libris.

Caput XVIII.

Curati animarum libros, inferius in Formulario descriptos, & habeant, & asservent diligenter.

Adsint Psalteria, Gradualia, Antiphonaria & Agenda Nostra nova in quibusvis Ecclesiis curatis.

Provideant sibi non modo de Breviario Romano novo, Proprioque & ordinario Salisburgensi, verum etiam de casuum & Concionum auctoribus approbatis.

Quivis Parochorum & sacerdotum seu clericorum absolutum integrumque habeat suorum quorumcunque librorum Indicem, eumque diligenter asservet.

Nullus libros hæreticos, seu alias quomodolibet prohibitos legat, vel detineat, multoque minus venales exponi patiatur.

TITULUS TERTIUS.

DE LOCIS IN GENERE.

Caput I.

Ecclesiæ, sacristiæ, cœmeteria, & quævis loca sacra, a prophanis, indecoris, illicitisque actibus immunia, munda semper, eorumque tecta farta conserventur, fenestræ demissiores, sacristiarum maxime, ferreis cancellis, omnes vero filis ferreis contextis muniantur, aut rotulis vitreis, vel tela diaphana contegantur, parietesque ac pavimenta, ubi opus, reficiantur, in iisque dormitiones nocturnæ nullæ fiant, nec frumenta, vasa, cistæ, arcæ, vel alia supellectilia ad usum prophanum reponantur, nisi forte propter hostiles incursus, aut incendia repentina, aut urgentem aliam necessitatem.

Prohibeant omnino Ecclesiarum rectores, ne ullæ merces nundinarum seu alio tempore, in limitibus, porticibus & continentiis templorum, aut cœmeteriis venales exponantur.

Adulterorum catastæ e cœmeteriis, aliisque locis sacris omnino tollantur.

De Ecclesiis.

Caput II.

Ad Ecclesiarum ingressum, seu januas loco commodo atque elevato vasa aquæ lustralis lapidea erigantur, mundaque serventur: aqua vero singulis saltem Dominicis diebus benedicatur, ac renovetur.

Curent curati, ut Ecclesiæ opportuno tempore ab æditiuis aperiantur, & claudantur.

De Rebus & juribus Ecclesiarum.

Caput III.

Res & jura parochialia, Beneficiorum, Ecclesiarum, sacrorumque locorum sive corporalia sive incorporalia alienare quovis titulo non præsumant, quin potius diligentissime tueantur, illegitimeque ac indebite alienata inquirant, repetant & recuperent: nec non morosos aut contumaces eorum occupato-

batores & perturbatores indiscriminatim ac serio ad Nos, vel ipsorum Magistratum sæcularem deferant.

Parochi reddituum suorum ecclesiasticorum, & Vitrici suarum Ecclesiarum, una cum oneribus duo conficiant authentica inventaria, seu Urbaria spatio trium mensium a præsentium notitia, sive exhibitione, quas parochi vitricis insinuent: quorum alterum nostro Consistorio, sive & suis Archidiaconis (qui eorum transsumpta authentica Nobis communicent) ex tunc illico transmittant, alterum penes se detineant.

De Sacristia.

Caput IV.

In Sacristiis loco commodo genuflexorium cum Oratorio & orationibus pro celebrantibus curent.

Iidem in tabellis affixis descriptas habeant fundationes, functiones, & obligationes Missarum, Legatorum, votorum, Processionum, peregrinationum, piarum consuetudinum, nec non onera, quæ Ecclesiis, & cuique altari incumbunt, eaque omnia sollicite ac diligenter adimpleant.

Curent, ut in Sacristiis lavacra cum aqua & manutergiis mundis ad usum celebrantium adsint parata.

De Cœmeteriis.

Caput V.

In medio cœmeterii crucem erigi curent, ac ejus pedi vas aquæ lustralis appendi.

Ad cœmeteriorum ingressus cancelli ferrei, vel saltem lignei super effossa humo accommodentur.

Cœmeteria claudi, & in custodia teneri, maxime ad bruta animalia inde prohibenda, vitesque ac arbores quascunque ex iis eradicari curent.

In cœmeteriis, vel ab iis non procul, loco commodiore tum ossarium erigatur, in quo defunctorum ossa aliquando exhumata justo ordine disponantur; tum locus accommodetur, in quo feretra, scalæ, scopæ, ligones & similia tuto asserventur.

De Hospitalibus, eorumque ac aliorum sacrorum & piorum locorum rationibus. Anno 1616.

Caput VI.

Hospitalia, juxta suarum fundationum tenorem fideliter ac diligenter regantur, ac gubernentur.

Omnia & singula suas regulas seu statuta, a nostro Consistorio adprobata habeant, quæ sedulo observentur.

Nemo recipiatur, qui nesciat, aut certe discere facile possit, orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, & Decalogum: exceptis mutis, stultis, aut furiosis.

In hypocaustis & cubiculis adsint piæ imagines & aqua lustralis.

Rationes hospitalium remotorum ac pauperum Parochus cum Præfecto loci diligenter excipiat, ac deinde nostrum Consistorium de ejusmodi rationum atque hospitalium statu ingenue informet.

In rationibus tam Ecclesiarum, quam hospitalium, confraternitatum, ac quorumcunque piorum locorum reddendis & excipiendis, compotationes, postpotationes, superfluasque, inutiles ac graves expensas prohibere, paulatimque non obstante ulla in contrarium consuetudine, verius corruptela omnino tollere Ecclesiarum rectores procurent.

De Domibus Parochialibus.

Caput VII.

Parochi ædificiis domorum Parochialium opportune satisque provideant, atque ea tecta & sarta conserveant.

Parochi, Cooperatores, Vicarii, Capellani in domibus parochialibus habitent, & cibum sumant, non in conductitiis, vel tabernariis: nisi quis in domo propria, aut consanguineorum sine scandalo habitaret.

Aedes, atque etiam prædia parochialia, beneficiorum seu Ecclesiæ, personis infamibus, aut quæ solvendo non sunt, nullo modo locentur.

Decretorum finis.

FORMULARIUM

Inscriptionum, Attestationum & Denunciationum.

Habeant Curati animarum quatuor distinctos libros papyraceos mundos: quorum uni animarum, seu Parochianorum: alteri baptizatorum: tertio confirmatorum: quarto matrimonio conjunctorum nomina ad methodum, quæ sequitur, inscribant.

Forma Libri animarum.

In libro animarum describantur omnes & singulæ familiæ distincte (inscripto primum nomine ac cognomine patris & matris, deinde filiorum, cæterorumque de familia) sat amplo mar-

Anno 1616. gine & competenti inter eas intervallo relictis; tum ut recens natorum, ac baptizatorum nomina, eorumque pariter, qui de novo in servitiis, vel alia de causa ab aliqua familia assumuntur, vel parochiam habitatum veniunt, subscribi; tum ut nominibus eorum quidem, qui moriuntur, crux in margine iisdem directe respondens, adjunctis die, mense & anno obitus; eorum vero, qui e parochia domicilium transferunt, vel migrant, ejusmodi linea — apponi: tum etiam, qui sunt maturæ ætatis ad sacram Eucharistiam suscipiendam, litera C notari possint.

Forma Libri Baptizatorum.

Die N. Mense N. Anno N.

N. filius N. & N., ex legitimo matrimonio (vel illegitimo) natus die N. mense N. fuit per me N. Rectorem Ecclesiæ N. baptizatus: Patrini fuere N. & N.

Cum vero infans domi, ob urgentem necessitatem baptizatur, & defertur ad Ecclesiam, forma sequens observetur.

Die N. Mense N. Anno N.

N. filius N. & N. ex legitimo matrimonio (vel illegitimo) natus, die N. mense N. necessitate exigente, ab N. domi baptizatus fuit, suscipientibus N. & N. ei ad Ecclesiam præsentato, ceremoniæ, quæ defuerant, per me N. Rectorem Ecclesiæ N. fuerunt adhibitæ.

Quando autem Procurator constituitur ad aliquem de sacro fonte suscipiendum, servata prædicta forma in cæteris, omittantur illa, Patrini fuere &c. & eorum loco notetur: suscipiente N. nomine, ac de mandato N.N. vero nomine proprio, si quando alterum proprio, alterum mandantis nomine suscipere contigerit.

Modus denunciandæ Confirmationis.

Volente Illustrissimo & Reverendissimo D. D. Archiepiscopo, seu Reverendissimo D. Suffraganeo confirmare, publicetur in Ecclesia, ut confirmandi curent sua nomina, parentum, ac patrinorum, nec non cognomina in schedula describi, quæ in actu confirmationis tradatur Presbytero, ad id muneris destinato: Parochus deinde selectis singulorum chirographis, in libro confirmatorum per ordinem Alphabeti eos, prout sequitur, describet, ac disponet.

Forma Libri Confirmatorum.

Die N. Mense N. Anno N.

Illustrissimus & Reverendissimus &c. in Ecclesia nostra parochiali N. confirmavit N. filium N. & N. conjugum (vel illegitimum) suscipiente N. & ita deinceps cæteri, singuli a capite subnectantur.

Formula observanda ad inquirendum ab iis, qui matrimonium contracturi sunt, an denunciationes in Ecclesia fieri velint.

Domine N. vel Domina N. visne fiant denunciationes in Ecclesia, quod agatur de matrimonio inter te N. & N. contrahendo, ut iis factis, vel nulla interveniente contradictione, sive impedimento, possit id postmodum libere celebrari.

Quibus annuentibus, curabit eas parochus tribus continuis diebus festivis inter Missarum solemnia publice fieri ad modum, qui sequitur.

Formula denunciandi Matrimonia.

Significatur Devotioni vestræ, quod N. filius N. & N. contracturus est matrimonium cum N. filia N. quare si quis vestrum sciat inter eos impedimentum aliquod, quo ab ejusmodi contractu canonice prohibeantur, id mihi parocho, sub obedientia, qua S. Matri Ecclesiæ tenetur, denunciet.

Et casu, quo contrahentes sint diversarum parochiarum, prius parochi sese mutuo certiores reddant de utriusque partis consensu ad denunciationes faciendas, quam eæ fiant, juxta sequentem modum.

Formula supradictæ mutuæ parochorum certiorationis.

Die N. Mense N. Anno N.

Attestor ego presbyter N. curatus Ecclesiæ N. quod requisiverim ex Domino N. vel Domina N. mea parochiana: an velit fieri denunciationes de matrimonio cum Domina N. vel Domino N. vestro parochiano contrahendo: qui vel quæ, ut fiant, libere consentit.

Formula attestationum unius curati ad alterum, cum contrahentes sunt diversarum parochiarum, de factis denunciationibus.

Attestor ego Curatus N. Ecclesiæ N. per me in mea Ecclesia inter Missarum solemnia publice denunciatum fuisse matrimonium contrahendum inter N. filium N. meum parochianum, & N. filiam N. parochianam Ecclesiæ N. tribus

bus infrascriptis diebus festivis, juxta dispositionem S. Concilii Tridentini.

Prima denunciatio facta fuit die N. mensis N. qui fuit dominicus, vel N.

Altera, die N. mensis N. fuit dominicus, vel N.

Tertia, die N. mensis N. qui fuit dominicus, vel N. neque aliquod detectum, vel delatum fuisse impedimentum.

Hujusmodi autem attestationes consuantur, & conserventur ab iis curatis, qui illas recipiunt.

Formula Matrimoniorum inscribendorum.

Die N. Mense N. Anno N.

N. filius N. & N. contraxit matrimonium per verba de præsenti, cum N. filia N. in Ecclesia N. coram me N. parocho (de licentia N. parochi) præsentibus testibus N. & N. & N. &c. atque servatis servandis juxta dispositionem & decretum sacri Concilii Tridentini.

Et statim atque matrimonium in suo libro descriptum fuerit, vel innotuerit, scribatur nomen mulieris in libro animarum infra nomen viri, loco suæ familiæ proprio, in margine tamen libri animarum, ubi erat nomen mulieris, apponatur linea — sive contraxerit in propria parochia, sive extra. Quod si accidat, ut ab Illustrissimo & Reverendissimo ex rationabili causa denunciationes dispensative remittantur, Curatus id annotet in Libro, & testimonium talis dispensationis ac remissionis diligenter conservet.

Dies vero & anni non numeris, sed distinctis expressisque literis scribantur, hoc modo, verbi gratia, Die quinta mensis Augusti. An. Millesi. sexcentesi. dec. sexto.

Formula denunciandi promovendos ad aliquem sacrorum ordinum.

Significatur dilectioni vestræ, quod N. filius N. & N. intendit se præsentare Illustrissimo & Reverendissimo &c. ad suscipiendum sacrum Subdiaconatus (vel N.) ordinem. Quare si quis vestrum noverit in ipso aliquod impedimentum, seu defectum reperiri, ratione cujus promoveri nequeat, secretus Illustrissimæ suæ Celsitudini, vel mihi parocho deferat.

Formula denunciandi Dom. Quadrages. præceptum de confitendo & communicando in Paschate.

Ex commissione Illustrissimi &c. in executionem præcepti Eccl. omnes hujus parochiæ incolas generaliter & singulariter admonemus, ut quotquot sunt ætatis maturæ ad communicandum, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & privationis sepulturæ sacræ, sint confessi, & communicent juxta terminum trium hebdomadarum ante, totidemque post Pascha, alias dicto termino elapso, contra inobedientes & contumaces ad hujusmodi interdicti publicationem procedetur. Anno 1616.

Formula publicandi sic interdictos.

Ex commissione Illustrissimi &c. denunciatur N. N. interdictus ab ingressu Ecclesiæ, & in eventum mortis, privatus sepultura sacra, juxta sacrorum canonum decreta, eo quod non fuerit confessus, nec communicarit in Paschate, prout decernit sancta Mater Ecclesia, licet de eo generaliter fuerit admonitus: qui proinde si tempore divinorum officiorum Ecclesiam forte ingredi temere præsumpserit, ab eorundem celebratione cessabitur: si vero per mensem in ejusmodi interdicti censura contumaciter perseveraverit, contra ipsum ad excommunicationis, aliasque pœnas canonicas procedetur.

Formula denunciandi excommunicatos.

Ex commissione Illustrissimi &c. denunciatur innodatus majori excommunicatione N. N. contra ipsum præviis canonicis monitionibus, aliasque canonice lata in consistorio Salisburgensi, die N. mensis N. anno N. causa N. prout latius in ipsa sententia. Quare cum ipse exclusus sit a participatione Sacramentorum, suffragiis & communione fidelium, quilibet vestrum eum vitare sub pœna excommunicationis tenetur: qui si nihilominus in ejusmodi excommunicatione perseveraverit, contra ipsum, veluti de hæresi suspectum, prout juris, procedetur.

Formula denunciandi liberatos a censuris ecclesiasticis.

Significatur Dilectioni Vestræ, quod N. N. olim interdictus (vel excommunicatus) per Dei gratiam rediit ad Ecclesiæ sanctæ obedientiam, & confessus est atque communicavit: quare nemo ipsum vitet, nec male de ipso sed tanquam de fideli Christiano atque Catholico sentiat.

Formula conscribendi relationes citationum, mandatorum & actuum quorumcunque Venerabili Consistorio præsentandorum.

Die N. Mense N. Anno N.

Ego N. Rector Ecclesiæ N. secundum formam præsentis mandati (vel citationis, vel edicti) citavi N. die N. mense

Anno 1616. se N. juxta præsentium literarum continentiam. In cujus testimonium manu propria hæc scripsi, & sigillum meum apposui.

Atque hæc attestatio facienda est a tergo literarum citatoriarum &c. quando sunt superiori remittendæ: alias utendum sequenti forma.

Alia Formula.

Die N. mense N. anno N.

Attestor ego N. curatus Ecclesiæ N. quod N. N. mihi jurejurando retulerit, se die N. mense N. præsentasse (vel intimasse) N. N. personaliter reperto (vel ad domum habitationis) mandatum, vel aliam authenticam scripturam, confectam sub die N. mense N. anno N. ex officio (vel ad instantiam N. N.) In cujus rei testimonium manu propria hæc scripsi.

Hujusmodi relationes, & aliæ quævis scripturæ Consistorio transmittendæ scribantur, & mittantur in folio integro, & proprio sigillo muniantur, & non aliter.

Formularii Finis.

APPENDIX

ad sacrosancti Missæ sacrificii cæremonias.

Sacerdos celebraturus sacris vestibus, juxta Missalis rubricas indutus, caput primum cooperiet, tum calicem sinistra accipiet, dextra supra exteosa, ne quid decidat, itaque elevatum deferet, ut ejus summitas ad pectus pertingat, nec tamen excedat, factaque cruci, vel imagini sacræ in sacristia reverentia, ad altare oculis demissis, incessu gravi, erecto corpore procedet, eodemque modo ab altari ad sacristiam revertetur, nec in egressu vel ingressu quemquam salutabit, aut salutanti respondebit, aut reverentiam cuiquam, nisi proprio Episcopo, exhibebit.

Cui si ante altare majus transeundum fuerit, in quo ooo sit Veoerabile Sacramentum, profunde sese erga illud cooperto capite inclinet: si vero sit Sacramentum in tabernaculo Altaris occluso, capite item operto reverentiam genu dextro ad terram usque demisso eidem exhibebit: quod si patenter sit expositum, vel super altari quocunque post consecrationem in Missa collocatum, vel sumatur, vel ministretur, primum genu dextrum flectat, tum dextra a calice semota, caput denudet, birretumque calici superimponat, ac manu teneat, & Sacrameotum capite inclinato ardoret: post adorationem caput tegat, dextram super calicem reponat, ac demum deceoter sese erigat. Quod ipsum observet diligenter, si quando traosit ante altare, ubi Missa celebratur, in qua sacra hostia vel calix elevatur; hoc tamen addito, quod tunc genu utrumque flectat, nec ante surgat, quam Calix super Corporale fuerit depositus.

Cum vero ad Altare, in quo Missam celebraturus est, pervenerit, stans ante illius infimum gradum, caput detegat, birretum ministro porrigat (quod, quemadmodum & Strophiolum, ad usum sacerdotis proprium, nusquam super altare collocandum) altari, sive cruci, super eo positæ, sese profunde inclinet, vel si adsit Sacrameotum in tabernaculo, seu extra, genu flectat, ad medium altaris ascendat, Corporale illico super lapidem sacratum extendat, neque ejus extensionem differat usque ad offertorium, ac demum calicem medio Corporali superimpositum velo ex anteriori parte totum cooperiat.

Ut autem compendiosa non minus, quam exacta reverentiarum in Missa occurrentium scieotia, ratioque habeatur, sciendum est, tres esse earum modos: Quædam enim fiunt genu tantum dextri ad terram usque flexione: quædam capitis, humerorumque profunda inclinatiooe: quædam solius capitis inclinatione.

Genuflectit celebrans semper & ubique cum sanctissimo Sacramento exposito reverentiam exhibet: exhibet autem, quando ad altare ingreditur, vel ante id transit, aut inde discedit, & quotiescunque vel ad medium altaris accedit, iodeque recedit, vel antequam hostiam consecratam in manus accipiat, & postquam eam deposuit, nec non aote & postquam ad populum se convertit: quo casu oe dorsum unquam Sacramento invertat, semperque se a sinistra ad dextram paulo ultra medium altaris versus cornu Evangelii vertat, curandum. Genuflectit etiam antequam Missam incipiat in Altari, ubi sit Venerabile Sacramentum, sive expositum, sive in tabernaculo: Item cum dicit: *Flectamus genua: In nomine Jesu omne genu flectatur*: post Epistolam in Quadragesima ad versum: *Adjuva nos Deus*: Itemque in Missa de Spiritu sancto ad Versum: *Veni sancte Spiritus:* præterea cum dicit: *Et Verbum caro factum est: Et procidentes adoraverunt eum: Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & Homo factus est.*

Cum

Cum vero dicitur: *Hic est panis qui de cœlo descendit*, neque genuflectat, neque humeros vel caput inclinet.

Circa quam genuflexionem duo observanda: alterum ut fiat absque pedum strepitu, non incomposito vel contorto, sed recto capite & reliquo corpore, dextro pede nec super sinistrum posito, nec extra supremum Altaris gradum porrecto, manibusque in Altari non in modum crucis compositis, neque conjunctis, sed hinc inde extra Corporale quidem ante consecrationem, post eam vero super Corporalis extremitates disjunctis, & apte ita dispositis, ut extensarum palmæ junctis digitis jungendis altaris mensæ imponantur. Alterum ut fiat ea Altaris parte, & situ corporis, ubi tunc celebrans reperietur, non convertendo se ad tabernaculum, vel ad medium Altaris accedendo, sed genuflectendo versus librum, verbi gratia, cum ad Epistolam, vel Evangelium est genuflectendum.

Caput & humeros sacerdos incurvat, cum facit reverentiam vel Prælato, vel Altari majori, vel in quo celebraturus est, aut celebravit, dummodo in neutro sit Venerabile Sacramentum: prætereà cum dicit *Confiteor*, donec minister absolverit *Misereatur*; Ad *Oramus Te Domine*: *Munda cor meum*: *Dominus sit in corde tuo*: *in spiritu humilitatis*: *Suscipe Sancta Trinitas*: *Sanctus* usque ad *Benedictus*: *Te igitur* usque ad Altaris osculum: *Supplices Te rogamus*: *Agnus Dei*: Orationes ante Communionem: *Placeat*, & profundius, quoties Altare osculatur, cujus loco calicem non osculetur, vel patenam. Cum vero dicit: *Deus tu conversus*, usque ad *Aufer a nobis* inclusive, vel profert verba consecrationis, vel hostiam sacram sumit, incurvat quidem caput & humeros, non tamen ita profunde, sed aliquanto remissius.

Caput tantum inclinat celebrans, & quidem versus crucem, quoties a medio Altaris discedit, & eo accedit, cumque ante orationes, etiam Dominicam, dicit *Oremus*: quandocunque profert nomen Jesu, præterquam in fractione hostiæ, dum dicit: *Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum*: & ante ejusdem, ac sanguinis sumptionem dicens: *Corpus*, vel *Sanguis Domini Nostri Jesu Christi*, & quoties inclinatus id profert: neque enim ulla tunc fit reverentia: similiter caput inclinat ad *Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto*, in Psalmo *Judica* tantum, & Missæ introitu. Nec non in *Gloria in Excelsis* ad verba, *Deo*, *adoramus te*: *Gratias agimus tibi*: *suscipe deprecationem nostram*. In *Credo* ad verba *in unum Deum*: *simul adoratur*. *In Præfatione* ad verba: *Domino Deo nostro*: ante utramque consecrationem ad verba: *tibi gratias agens*. Post *Memento* pro defunctis ad verba: *per eundem Christum* &c. In fine Missæ ad verba benedictionis *Omnipotens Deus*, & quando profertur nomen Mariæ, vel Sancti, cujus festum eo die celebratur, vel Pontificis. Anno 1616.

Circa quos duos reverentiarum modos tria sunt advertenda: primum, ne, cum Venerabili Sacramento, in Altari existente celebrans reverentiam genuflexionis exhibuit, cruci etiam se postmodum quandocunque inclinet. Alterum, ut, cum Venerabile Sacramentum est ad latus Altaris, ad initium Missæ sacerdos versus illud non genuflectat, sed cruci tantummodo in Altari suam reverentiam exhibeat. Tertium, ne celebrans, dum prædicta, vel similia verba profert, genu unum, vel utrumque, ullo modo curvet, vel alias unquam, aut aliter in Missa reverentiam exhibeat.

Circa capitis inclinationem duo occurrunt notanda: alterum ad nomen *Jesu* caput aliquanto profundius, quam ad nomina Mariæ, Sanctorum & Pontificis inclinandum esse, eo versus, ubi tunc celebrans erit, ita, ut si in medio altaris existat, versus crucem, seu medium altaris inclinet: si in cornu Epistolæ, vel Evangelii, versus librum: præterquam cum in fine orationum dicitur *Per Dominum nostrum Jesum Christum*; & in Missæ introitu *Gloria Patri &c.* tunc enim etiam versus Crucem caput inclinet. Cum vero orationes terminantur per *Qui vivis & regnas*: vel *Qui tecum vivit, & regnat*, nulla fit reverentia; quemadmodum neque cum ante, aut post consecrationem dicitur *Per Christum*, vel *per eundem Christum Dominum nostrum*, nisi, ut dictum est, post Memento pro defunctis. Alterum, celebrantem ad verba in Confiteor *Vobis* vel *Vos fratres*, nullo modo debere inclinare, vel quomodolibet convertere caput ad ministrum, aut populum; ita etiam cum ad populum versus dicit *Dominus Vobiscum*: *Orate fratres*: *Ite missa est*, maneat recto capite, & corpore, nec Altari dorso innitatur, totaliterque & junctis manibus se convertat.

Paramentis sacerdos non utatur, quæ ab Episcopo, vel alio, facultatem habente, benedicta prius non fuerint.

Verbis Missæ nihil addatur, detrahatur, vel immutetur: quare ubi Missale habet: *In nomine Patris*: *Beata Mariæ*, & *vos fratres*: *dimissis peccatis vestris*: *Domine non sum dignus*: *benedicat Vos omnipotens Deus* &c. non dicat celebrans, *in nomine Dei Patris*: *Beatissima*

Anno 1616. *tissimæ Mariæ: tibi & te frater* (etiamsi solus minister adsit) *dimissis omnibus peccatis: Domine Jesu Christe non sum dignus: benedicat vos omnipotens & misericors Deus*, & similia: neque ad elevationem dicat: *Adoramus te Christe* &c. vel post communionem; *nunc dimittis servum* &c. aut alia quæcunque.

Cum manus & digiti junguntur, dexter pollex super sinistrum in modum crucis semper ante consecrationem ponitur, post vero nunquam, sed usque ad communionem pollices & indices non disjunguntur, nisi cum sacra hostia tractanda est: quo casu caveat celebrans, ne eos super corporale unquam extergat; post communionem vero omnes digiti æqualiter extensi, & simul juncti detinentur.

Manus ante pectus ita junctæ detineantur, ut summitates digitorum non tabulam Altaris, sed celebrantis faciem respiciant, sive cum standum; sive cum a medio ad cornu altaris, aut a cornu ad medium transeundum est; dum tamen impeditæ non fuerint.

Extendens, elevans aut jungens manus humerorum altitudinem distantiamque non excedat, nec antequam prius junctas extendat, ac elevet, quod ad Gloria, Credo & alias fieri consuevit, super Altaris mensam deponat (ad utrumque tamen Memento, & post sumptam sacram hostiam, etiam ad faciem usque junctas elevare ac tenere potest) quod ipsum in iisdem disjungendis observet, nec non, ut, cum disjunctæ elevatæ tenentur, unius palma alteram respiciat, non tabulam vel mensam altaris. Cum vero manus junctæ Altari vel Corporali superimponendæ erunt, extremitates tantum digitorum parvulorum anteriorem faciem mensæ altaris punctim, summitates vero annularium superiorem cæsim attingant. Ita vero junguntur & collocantur, cum dicit: *Oramus te Domine: In Spiritu humilitatis: Suscipe sancta Trinitas: Te igitur: supplices Te rogamus: Domine Jesu Christe*, & cæteras orationes ante communionem, & *Placeat Tibi sancta Trinitas*. Cum vero dicit, *Munda cor meum: Sanctus:* primum *Agnus Dei:* pro vivis, & omnes pro defunctis, manus quidem ante pectus jungit, iis tamen Altaris mensam non attingit.

Signans se signo crucis, palmam dextræ manus ad faciem suam convertat, omnesque digitos extendat, & simul jungat, præterquam post consecrationem: producatque non in aëre, sed frontem, pectus humerosque, sinistrum primum, tum dextrum attingendo. Crucem magnam sinistra infra pectus extensa: facta vero cruce nunquam digitum vel manum osculetur.

Signans se patena, hostia vel calice, caput aut humeros non excedat, neque patenam super caput vel oculos ponat, neque osculatam in Planeta vel aliter extergat.

Cum incepturus Missam dicit: *In nomine Patris* &c. sic dispenset verba ad singulos sui contactus: tangens frontem dicat *In nomine Patris:* pectus *& Filii:* humerum sinistrum *& Spiritus sancti:* humerum dextrum *Amen*.

Quotiescunque pectus percutit, dextra manu decenter nec nimis fortiter, aut vehementer id faciat, tota manu extensa ante consecrationem: post vero tribus ejus postremis digitis, qui sacram hostiam non attigerunt, connexis & extensis, sinistra infra pectus pariter extensa & locata, præterquam ad *Agnus Dei*, & *Domine non sum dignus;* de quibus suo loco.

Quando Altare, liber vel aliud osculandum, nunquam prius crux super eo qualitercunque formetur: Altare vero semper in medio osculandum, manibus hinc inde super ejus mensam, vel corporale, composite extensis, & capite corporeque ita directe Altaris medio correspondentibus, ut in nullam ejus partem propendeant.

Introitus & reliqua in cornu Epistolæ dicenda sunt in ipso cornu versa facie directe ad tabulam altaris, non vero stando in medio altaris, quantumcunque versa facie ad angulum dicti cornu. Cum autem dicto *Dominus vobiscum* dicenda est oratio in cornu Epistolæ, nunquam est ad medium altaris redeundum, ut ibi dicatur *Oremus*.

Dicturus *Dominus vobiscum* non se signet signo crucis, neque dicat versum *Domine exaudi orationem meam* &c.

Alterutram tantum manum nunquam apertam, vel elevatam teneat. Quod si quandoque altera folium vertendum sit, vel oblata benedicenda, vel post Orationem Dominicam Patena dextra tenenda, alteram interim super corporale, vel librum, vel altare, secundum rei exigentiam & opportunitatem deponat.

Celebrans dicto ante Evangelium *Dominus sit in corde meo* &c. non se signet, neque dicat *In nomine Patris* &c. Cum vero dicit *Initium* vel *sequentia sancti Evangelii* semper signet se tribus parvis crucibus pollice dextro, prima in fronte, altera in ore, tertia in pectore; non vero una magna a fronte ad pectus humerosque ducta.

Cum respondetur *Gloria tibi Domine* non se vertat, neque inclinet adversus crucem, aut librum, aut alio.

Evan-

Evangelium non legat in medio Altaris, sed ad cornu Evangelii stando recto corpore versus librum, manibus ante pectus junctis, non innitendo brachiis, libro, vel Altari. Eo autem, etiam in fine Missæ lecto absque ulla crucis productione librum ad Evangelii principium osculetur, præterquam in Missis defunctorum, & in principio, in fine Missæ. Moxque Evangelio absoluto una cum pulvinari, vel scabello, ne tamen corporale tangat, librum attrahat versus altaris medium, & post in medio semper maneat, & cætera prosequatur, nisi cum forte inde omnino ad aliquod ejus cornu recedendum fuerit.

Ad offertorium patenam cum hostia, & calicem neque elevet, neque teneat ultra, vel infra, sed juxta & ante pectus.

Invasis a cornu Epistolæ in calicem vino & aqua, eoque purificatorio absterso, celebrans calicem super altare ibidem deponat, ipseque ad medium altaris progressus, Purificatorio super Patenam deposito, in medio stans calicem dextra accipiat, & dicat: *Offerimus* &c.

Ad *Lavabo* extremitates digitorum utriusque pollicis & indicis lavet, corpore vel ad altaris tabulam, vel cornu Epistolæ converso: quos tamen dum extergit, ad ipsam tabulam recta ibidem se convertat.

Ante quamvis benedictionem, super oblata adhibendam, sive osculato altari, sive non, semper manus prius conjungendæ.

Cruces super oblata, vel aliam rem benedicendam infra missam, fiant manu dextra, extensa recta in longum, ac deinde in transversum hoc modo † ducta, non autem formando tantum quatuor puncta hoc modo ∵ digitis ita conjunctis & dispositis, ut parvus rei benedicendæ sit versus, & crucis formandæ longitudo & latitudo palmum non excedat. Et quando hostia & calix cruce communi signantur, transversum crucis in medio inter utrumque, non super alterutrum tantum ducatur.

Ad *Sanctus* pectus non percutiat, neque ad *Agnus Dei* pro defunctis.

Antistes, seu Episcopus loci, in cujus Diœcesi quis celebrat, est in canone, ibi, & *Antistite nostro* N. nominandus.

Tenens manu hostiam, vel calicem mox consecrandum, pectus non percutiat, neque ullo modo, quamcunque reverentiam, maxime genuflexione perfecta, vel imperfecta faciat, neque hostiam consecrandam sinistra elevet, sed demissam teneat.

Proferens verba consecrationis caveat, ne afflet, ne barba, vel ore hostiam aut calicem contingat, calicive barbam immittat, ne caput faciemve moveat, ne crucem ore capiteve producat, ne hostiam vel calicem osculetur, neve calicem consecrandum ante hostiam transferat: quem dum consecrat, rectum & non nihil elevatum teneat. *Anno* 1616.

Hostiam vel calicem consecratos elevaturus genuflectens capiti non superimponat, neque elevando extra limites corporalis unquam ferat, nec retro post se, neque directe supra suum caput, sed iis oculos semper intentos habeat, nunquam in utrumque, vel alterutrum latus convertat, aut illis crucem effingat, sed rectos & immotos in alto adornandos aliquantillum teneat, moxque reverenter deponat, nec osculetur hostiam, aut nodum pedemve Calicis, aut manum; postremosque tres utriusque manus digitos post sacram hostiam conjunctos, rectos, firmosque teneat.

In elevatione aut depositione calicis advertat, ne manipulus hostiam tangat.

Quandocunque hostiam tractat, pedem non incurvet, neque manum osculetur.

Cum dicit *Per ipsum* &c. hostia super calicem formet cruces, ita ut fere, sed non omnino labia calicis tangat; reliquæ vero cruces inter calicem & celebrantem non excedant calicis altitudinem: postea non multum elevet calicem cum hostia, nec unquam ferat hostiam retro post calicem, neque in gyrum.

Dum hostiam frangit, brachiis altaris mensæ non innitatur.

Dum dicit *Agnus Dei*, pro vivis, & primum Miserere nobis, manus disjungat, sinistram super corporale deponat, usque dicto *Dona nobis pacem*: dextram a pectore non removeat, nisi cum ad id percutiendum eam extendit.

In Missa privata non dicatur *Pax tecum* nisi per osculum instrumenti danda pax fuerit.

Dicens *Domine non sum dignus* &c. cubitum sinistrum non imponat Altari, non levet hostiam in altum, nec ad latus, non genuflectat, nec ullo modo pedem incurvet, vel corpus contorqueat; sed capite inclinatus, stans reliquo corpore erectus, neque in aliquam Altaris partem propendens, sinistra super corporale inter calicem & pectus, suppositis postremis tribus ejus digitis patenam sustineat, pollice interim & indice hostiam sacram supra patenam tenentibus: dextra vero pectus, ut ad *Agnus Dei* dictum est, percutiat.

In sumptione tam sacræ hostiæ, quam sanguinis ne pedem quovis modo

Anno 1616. do incurvet, neque tintinabulum pulsari permittat.

Patena postquam super calicem extensa est, eidem inversa oullo modo superimponatur.

Sumpturus sanguinem calice se signans, dextra ejus oodum, sinistra pedem teneat: peracta cruce patenam sinistra accipiat, calicique, dum sumit, supponat.

Io sumendo sanguinem ooo circumferat, vel circumquaque calicem lambat, sed uno eodemque loco sumat.

Infusum vloum pro purificatione ea ex calicis parta sumat, qua sacrosanctum sanguinem sumpsit: dumque infunditur, a calica dextram oon removeat.

Infusa ablutione oon lambat digitos, neque iis madidis oculos sibi abstergat &c.

Purificatio & ablutio infundantur stante celebrante ad medium Altaris.

Sumpta communione operam det, ne per aliquantulum temporis expuat.

Cum intra Missam administratur Eucharistia, non est ulla tunc danda communicantibus benedictio.

In fine Missæ unica tantum benedictio danda est, formando crucem unicam rectam in longum & transversum in medio Altaris, quæ frontis altitudinem, humerorumque latitudinem non excedat, toto corpore ac facie ad populum versa.

Cum quis celebravit in Altari, in quo non est positum Venerabile Sacramentum, finita Missa caput tegat superius stans ad Altaris medium, tum accepto calice descendat: Si vero Sacramentum adsit, aperto capite cum calice ad infimum gradum descendat, ubi genuflectat, ac demum caput cooperiat, revertaturque ad sacristiam.

Aspergens populum aqua benedicta, nemini aspergendo faciat reverentiam.

Cætera quæ cæremonias tam in privatis, quam solemnibus Missis, vel Pontificalibus adhiberi solitas, & ex usu rituque Romano præscriptas concernunt, ex ipsius Missalis rubricis generalibus, & Pontificali petantur, diligenterque observentur.

Appendicis finis.

Obiit Marcus Sitticus die 9. Octob. Anno 1619. vitæ suæ quadragesimo quinto.

PARIS,

Archiepiscopus Salisburgensis LV.

Prima Paridi, ad Ecclesiæ & Provinciæ gubernaculum admoto, insedit sollicitudo, potentiore manu ut ignorantiæ tenebras undequaque depelleret, amplificare scientias, bonasque artes, atque cœptum paulo aote gymnasium ad dignitatem Universitatis evehere. Patres itaque Benedictini, peculiari pacto, hanc ad spartam exornandam vocati ab eo fuere, eisque munus administrandi regendique moliminis delatum; quod deinde, postquam a Ferdinando II. Imperatore, & Urbano VIII. Pontifice ratihabitum, & peculiari cujusque decreto firmatum fuit, fortunatis in huoc usque diem progressibus perdurat.

Presserunt ea tempestate omnem late Germaniam gravissimæ calamitates, a oovatorum tumultibus excitatæ, hisque partium studiis non plebs modo agrestis, aut clericorum monachorumque vulgus, sed & summi Principes implicati, bellis sese mutuo impetieruot, pervastando cædibus & incendiis provincias, alium a suo cultum profitentes. Paridis Archiepiscopi singulare consilium & prudentia in eo mire enituit, quod oec ad catholicorum Principum societatem, armis fœderatis coalitam, adjungi voluerit; nimirum ne in variante belli alea gravius exinde Principatui suo malum accerseret.

Intercessere tum quædam inter Archiepiscopum, & Maximilianum Bavariæ ducem simultates de defeodendis utriusque juribus in monasteria, cum defuncto Abbate agitur de alio surrogando. Hanc Transactionem, germanico idiomate editam, ex autographo Archivi secretioris aulici Salisburgensis, hoc loco opportune deponimus.

Ver-

Vertrag

zwischen

Churfürst Maximilian in Bayrn, und Erzbischof Paris

Anno 1628.

von wegen der obsignation, inventur und tradition der Clöster Sachen bey denen in Bayrn gelegenen Clöstern Salzburgl. Diœces errichtet Anno 1628, 17 Januarii.

Zu wissen, als sich ein zeithero zwischen dem Duechl. Fürsten und Herrn Herrn Maximilian Pfalzgraoen bey Rhein, Herzog in ob- und nieder bayern rc. des Heil. R. Reichs Erztruchsess, und Chürfürsten, an ainem - Dann dem Hochwürdigsten fürsten und Herrn, Herrn Paris, des Stuls zu Rom Legaten, und Erzbischoven zu Salzburg am anderen thail, umb und oon wegen obsignation, Inventur, und tradition der Clöstersachen, bey dennen in Churfürstenthumb bayern gelegenen Clöstern Salzburgischer Diœces, Streit und Irr erhalten, indeme Hechstgedacht Jr. Churfrl. Durchl. auszutragende fähl der Verenderungen aines Prälatens, obbemelte obsignation, Inveotue, und tradition der temporalien in Jhren Churfürstenthumben und landen alleinig, sowol als ihre geehrte Vor-Eltern, oon unverdenklichen Jahren hergebracht, und vorgenommen, dessen auch also allein und privative berechtiget zu sein: entgegen aber hechstermelt Jr. Hochfstl. Gdi. zu Salzburg vorgeben, das solches von ihro, und dero vorfordern, Herrn Erzbischooen mehrfeltig widersprochen, Jhnen von rechtswegen gebüre, Sye auch solcher gestalle, wann Sye berürte actus nit zu gleich mit oerrichten, und dardurch wissenschafft bekhommen wie die Clöstersachen in ainem und anderen bey den Clöstern administrirt werden, Jren tragenden Erzbischofl. ambt kain sattes genüegen laisten, noch die Clösterliche disciplin erhalten kinden, vnd abee solche eingefallene differenzien ein zeit hero die ersözung der Prälaturen bey denen Clöstern gespörrt, und dardurch sowohl in geistlicher disciplin, als administration der weltlichen sachen allerhandt nachthail und schaden verursacht, Alsʒu abkürzung vererer weitleiffigkait, verhiettung der angezognen Inconvenientien, bevorab zu befürderung der Clöster, nuzen, und aufnemmen, wie auch zu erhaltung gueten nachbarlichen verstands, haben sich beede Chur- und fürsten aines guet- und Endlichen vergleichs entschlossen wie von Puncten zu Puncten hernach oolgt.

Nembiich und fürs erste, wann ins konfftig ein Prälatur, Abbtey, oder Probstey vacirt, solle die obsignation der Clöster sachen baiden thailn gemain sein, und zwar also, das die prævention nit statt habe, hierdurch den anderen abwösenden thail von besagter obsignation, und verpötschierung auszuschliessen, sonder wer eheunder erscheint, der khan ohne des anderen thails præiudiz, und nachthail die obsignation gleichwol vor die handt nemmen, Jedoch das der hernachkommende thail gleichsals die spörr vorzunemmen, sein recht behalte, mit diser Condition, und geding, das in den geistlichen sachen, als bey der Sacristei Jhrer Hochfst. Gdl. Commissarius primum locum, in denen übrigen aber der Chustl. abgeordnete in Verpetschierung den ersten und vornemmen ortt haben solle.

Damit mann aber nit ursach habe, etwann aus mangel der teglichen notturfft vor erwehlung aines neuen Haubts die spörr zu eröffnen, so würdet der oorkommende thail oder baiderlai Commissarii miteinander (Da Sye sich zu gleich in loco befinden) dahin gedacht sein, damit vorhero aus denn zimmern, und andern ortten die notwendig und unentpörliche sachen heraus genommen, beschriben, und dem Priori oder respective Decano sambt dem Seniori conventus auf künftige verantwortung eingehendiget werden. Auf den fahl aber Jr ain zimmer, etwas notwendiges heraus zunemmen, muste eröffnet werden, solle solche eröffnung in beisein beyderseits Commissarien beschehen, da abe. etwann periculum in mora und des andern thails ankonfft nit erwarttet werden kundte, solle des abwesenden Commissarii Stöll Pater Prior oder Decanus und Senioe, zugleich vertretten, und die neue obsignation vornemmen, darauf auch alsbalden dasienige, was fürybergangen, an sein orth berichten.

Zum andern solle balden thailen in Inventation und beschreibung auch gemain sein, Jedoch auf dise weis, wann mann sich wegen khonfftiger wahl oder Postulation des neüen Prälaten, Abbten, oder brobstens aines gewisen tags verainbarth, auch die Election oder Postulation vorybergangen, und der neüerwelte Prälat offentlich ex suggestu publicirt, und verrufft worden, solle mit gesambter hand zur Inventur oder beschreibung aller zum Closter gehörigen Mobilien geschritten, und beederseits von denen Commissariis absonderliche Ioventaria beschriben werden, So sie hernach miteinander zu Collationiren, Jedoch ist in aufrichtung des Inventarii obangerögter unterschidt zu halten, das bey

Anno 1628. dennen geweicht - und geistlichen in der Sacristey verhand- und dahin gehörigen sachen, Jr. Hochfl. Gdl. Commissarii primum locum, in anderen sachen aber die Churfürstl. Abgeorduete haben sollen.

Vnd demnach zu aufrichtung des Inventarii (darinnen so wohl die Credita, als Debita einzubringen) ein notturfft, die Urbaria, Stift- und gültbüecher, vnd Closters raittungen, wie auch des gewesenen Prälatens Diaria, und schreib Calender zurevidiren, Alß soll zu befürderung der sachen solche revidirung von beederseits Commissariis Coniunctim vorgenommen werden.

Formula Traditionis

in Namen Jr. Hochfftl. Gnaden zu Salzburg ꝛc.

An statt und in Namen des Hochwürdigisten fürsten vnd Herrn, Herrn Paridis des Stuels zu Rom Legaten, und Erzbischovens zu Salzburg, unsers gnädigsten Herrn, übergeben, und einantworten wür Euch als neuerwölten Prälaten hiemit durch überraichung diser schlüssel die geistl. Iurisdiction und andere sachen, so zu erhaltung gueter Clösterlichen disciplin und administration vonnetten, und erst gedacht Jr. Hochfftl. Gdl. als diß orths ordinarius, und hoche gaistliche obrigkait, zu volziehung Ires ordinarii Ambts Euch zu geben haben, das Jr dieselbe gebrauchet, und verwaltet, wie Jr Euch solches vor Gott dem allmechtigen und Jrer Hochfftl. Gdl. als Hocher gaistlicher obrigkait zu verantworten gethrauet.

Formula Traditionis

in Namen Sr. Churfrl. Durchl, in Bayrn ꝛc.

An Statt, und in Namen des Durchlauchtigisten Fürsten und Herrn Herrn Maximilian, Pfalzgraven bey Rhein, Herzogen in Obern und Niedern Bayrn ꝛc. des heiligen Röm. Reichs Erztruchsessen, und Churfürstens, unsers Gnädigisten Herrn, übergeben, und einantwortten wür Euch als neuerwölten Prälaten hiemit durch überreichung dieser Schlüssl die weltliche Iurisdiction, und andere temporalia, daß ihr dieselbe gebrauchet, und verwaltet, wie Ihr euch solches vor Sr. Churfürstl. Durchl. alß dis orts weltlichen hohen Obrigkeit und Lands-Fürsten zu verantwortten getrauet. Hierzue wöllen Höchstermelt Jhro Churfürstl. Durchl. Euch auf eraischende notturfft daß Brachium sæculare, und alle weltliche Lands Fürstl. Assistenz und Hilf genedigist raichen lassen.

Dem neuen Prälaten nach verrichter Tradition, ist daß Inventarium mit baider thails Commissariorum Insigin versigelt einzuhändigen, und damit wegen der Præcedenz obangedeute Ordnung kinde gehalten werden, mag mann Supellectilis sacræ, und prophanæ jedes ein besonderes Inventarium aufrichten.

So vill aber die Fürstell, und Anweisung der unterthanen betrl. soll solche durch die Churfürstl. Commissarien zu ihrer Gelegenhait nach Abtrettung der Salzburgischen allein verrichtet werden.

Eine gleiche Mainung soll es auch mit den Frauen Clöstern haben, und in allen Puncten, wie jezo nach langes erzölt worden, ebenmässige cæteris paribus verfahren werden.

Vnd damit dieser Vergleich desto steiffer gehalten, und nit etwan zu Erweckhung anderer strittigkeiten Anlaß genohmen werde, so ist austrukhlich bedingt und vorbehalten worden, wovern ain oder ander Thall disen Vergleich in anderen Verstand ziehen, oder Jme sonsten hierdurch ein mehreres Recht, alß er befuegt zuaignen, und dem andern thail an seinen Rechtsamen ichtwas schmölern, oder entziehen wolte, daß auf solchen unverhofften Fahl dieser Vergleich ganz Crafftlos, nichtich, todt und absein, auch einen jeden Thail sein Recht, und Gerechtigkait, und derowegen habende Prüch, und Forderung vorbehalten: zugestalten dan auch sonsten dieser Vertrag ain und anderen thail an Jren wohlhergebrachten Recht, und Gerechtigkäiten, wie auch denen in Anno Aintausent Fünf hundert drey und Achzig ausgerichten Concordaten vnpræjudicirlich sein solle. Threülich ohne Geuerde zur wahren, und ewiger stetthaltung sein dieser Vertrags handlung zway gleichlautende Brief, Jedem thail ainen einzuhändigen ausgericht, mit beeder Chur, und Fürsten aigener Hand vnderschrifft und anhangenden Secret Insigln bekrefftiget worden.

Geben den Sibenzehenten Monaths tag Januarii, nach Christi unsers lieben Herrn und Seligmachers Geburth in Sechzehenhundert Acht und Zwainzigsten Jahr.

Maximilian mppr. Paris mppr.

Cujus

Cujus quidem Transactionis hæc est summa: Vacantis Præposituræ, aut Abbatiæ res quasque appositis armis obsignare pertinere ad utrumque conjunctim magistratum hoc cum moderamine, ut in rebus sacris, veluti sacrario Archiepiscopalis delegatus, in aliis quibusque civilibus Electoralis teneat primas.

Eadem conjuncta potestate fiant recensiones jurium quorumque, atque tributariæ rationes cognoscantur.

Formulæ jurisdictionis proferuntur tum ab Ecclesiastico tum ab Electorali Delegato in clavium traditione usurpandæ.

Iisdem his conventis comprehendi & Abbatissas monialium.

Obiit Paris Archiepiscopus Anno 1653. 15. Decemb.

GUIDOBALDUS,
Archiepiscopus Salisburgensis LVI.

Anno 1654.

Bono publico, seu Imperium seu Ecclesiam spectes, natus Guidobaldus ob eximias animi dotes ab Imperatore Leopoldo Legatus decernitur, qui in Comitiis Imperii Ratisbonensibus, anno 1662. habitis, res Imperatoris ageret. Mira in eo tum eluxit dexteritas demulcendi exulceratas res difficillimorum temporum, quibus & Imperium ab immanissimo Turcarum Tyranno impetebatur in Hungaria, & Ecclesia simul atque Imperium a Novatoribus in Germania. Pontifici quoque, vim contra Gallorum regem, Avenionensem ditionem armis sibi vindicantem, adfuit consilio, reque ipsa; ita quippe Guidobaldus Archiepiscopus in Epistola, ad Papam Alexandrum VII. data, Anno 1663. die 21. Februarii: Dicere vix possum, *scribit in ea*, quam acerbissime feram Sanctitatis Vestræ afflictionem, ita communiter nolui, ne impendente hujus belli metu, meum pro tenuitate virium mei Archiepiscopatus auxilium desideretur: & cum ex præfato Domino Episcopo Aversano intellexerim, e re futurum suæ Sanctitatis, si quem peditum numerum ex mea ditione submitterem; quamobrem ut ex meo Principatu quantocyus, & quo major fieri potest, meis conducatur stipendiis, eoque, quo Sanctitas V^ra^ imperaverit, deducatur, quam diligentissime curabo. *Episcopatu etiam Ratisbonensi, & Cardinalatu S. R. E. potitus moritur Guidobaldus Archiepiscopus anno 1668. die 1. Junii.*

MAXIMILIANUS GANDOLPHUS,
Archiepiscopus Salisburgensis LVII.

Anno 1668.

Erant Archiepiscopi hujus celeberrimi diei intemperie Novatorum, & cæptis nuper de religione dissidiis perfuncti: populus Venedomatheranus, vulgo in der Windisch *matheraj, cum errores suos in patriæ religionis contumeliam palam jactaret, præfectus illius regionis auctor fit Archiepiscopo, ut pœnis in eos animadverteret, & pertinaciter proposito inhærentes etiam excedere finibus juberet, nempe ut hoc exemplo adacti alii ad saniorem mentem redirent: aliquot eorum & vicinorum, numero facile quadraginta, præfracte abeunt; quibus per Tyrolim contendentibus ad Augustanam Urbem proles impuberes demptæ fuere, atque Salisburgum remissæ. Hi motus cum ad vicinarum gentium aures pervenissent, Fridericus Wilhelmus Brandeburgensis Elector Archiepiscopum per literas admonet:* Memor esset Imperii fœderum, neque religionis causa in subjectos populos sæviret, si & catholicos, intra protestantium fines sitos, ab eadem esse cuperet calamitate immunes. *Ad quæ rescripsit Archiepiscopus:* Mirari se Electorem adeo de iis, qui Salisburgo migraverant, esse sollicitum; hos enim, etsi Lutheranos se esse perhibeant, diffidere tamen circa capita quædam ab Augustana formula, & cum Romana Ecclesia consentire. Alterius ergo eos esse, & in tota Germania ignotæ religionis - - - magnoque numero sæpius fecisse coitiones, & contumelias in Romanam jactasse Ecclesiam, quod seditioni quam proximum erat &c. *Hoc idem negocium cum & apud Cæsarem ageretur, literas is dat ad curiam Oenipontanam, mandatque:* Si e tribus in Imperio receptis religionibus, qui emigrarunt, aliquam profiteantur, bonorum distrahendorum facultatem eis faciendam, spatiumque, quod æquum visum fuerit, migrationi dandum: infantes filios parentibus permittendos: qui ratione utuntur, si catholica sacra præferant, divelli a parentibus posse &c. *Eadem fere rescripserunt Archiepiscopo Legati Principum Protestantium, qui ad Comitia Ratisbonensia missi fuere, ajunt-*

que: Esse emigrantes Salisburgenses Augustanæ formulæ asseclis annumerandos, etsi doctoribus destituti cum fuerint, ab ea aliquantum aberrarint. Sineret ergo Archiepiscopus sacris suis unumquemque domi, ut hactenus, vacare, aut si neminem a Romana Ecclesia alienum intra fines ferre, constitutum ei jam sit, beneficiis saltem, quæ fœderum tabulis decreta sunt, gaudere pateretur &c. *Quæ omnia Cl. Gasperius in Historia Lutherianismi fol.* 644. *ex genuinis monumentis attulit, & veluti pro initio haberi debent majorum consiliorum atque emigrationum, quas deinde populus a nulla re magis quam Romanis sacris alienus pertinacissime secutus est.*

Sed & cum Domo Austriaca graves ac diuturnæ simultates Archiepiscopo agebantur de Jurisdictione Ecclesiastica, quæ in Styria & Carinthia obtinuit, aut obtinere debebat. Igitur delectis & Cæsareis & Archiepiscopalibus delegatis provincia demandata, controversiam firmo stabilique convento componerent; Quod & factum est in Recessu An. 1671. *die* 12. *Nov. Germanice edito, ut sequitur.*

Salzburgerischer Erzbischöfl. Recess

In puncto Jurisdictionis Episcopalis cum annexis &c.

Anno 1671.

Welcher mit Kaiser Leopoldo in Ansehung der Herzogthümer Steyermark und Kärndten Anno 1671. errichtet worden.

Von der Röm. Kaiserl. auch zu Hungarn und Böheim Königlichen Majestät Erzherzogen zu Oesterreich, Unsers allergnädigsten Herrn wegen denen von Ihro Hochfürstlichen Gnaden des Herrn Erz-Bischof zu Salzburg, Maximilian Gandolph sich alhier befindenden Abgeordneten respective Consistorial-Rath, und Rath, auch Canonico B. V. M. ad Nives, und Agenten am Kaiserl. Hof, Herrn Karl Ludwig Kließ, und Herrn Johann Dummer, beeden respective SS. Theologiæ & Jurium Doctoribus hiemit in Gnaden anzuzeigen.

Denenselben ist bewust, was vor schwere und longwierige Strittigkeiten zwischen allerhöchst-ermeldt Ihro Kaiserl. Majestät und Dero glorwürdigsten Herren Vorfahrern, sonderlich dero Uränn, Herr Erz-Herzog Karl, Dero Anherrn, Herrn Ferdinand dem Andern, und Dero Vatern Herrn Ferdinand dem Dritten, allen respective Ihro Kaiserl. Majestät, und Erzfürstl. Durchl. seeligen Gedächtnuss, als Herzogen in Steyer und Kärndten, an einem, und Ihro Hochfürstl. Gnaden denen Herrn Erzbischöffen zu Salzburg, andertenTheils, in puncto der geistlichen Jurisdiction in Inner-Oesterreich schweben, und was massen hochernennt Ihro Fürstl. Gnaden der jetzige Herr Erzbischof zu gütlicher Hinlegung derselben, auch Bezeigung Dero führenden friedfertigen, und Einigkeit liebenden Gemüths anfänglich Dero Rath, Consistorii Directorn, auch Probsten zu St. Virgilienberg, und Canonicum B. V. M. ad Nives Herr Doctor Johann Peter Mistenzi unter dem 16. Jenner fernstigen 1670. Jahrs allhiehero abgeordnet, nach dessen allhier erfolgten Tod aber ihme Herrn Kließ, Krafft mitgegebenen Creditiv unter Dato Salzburg den 23. Junii 1671. substituirt, und zugleich sowohl dem Herrn Mistenzi seeligen, als ihme Herrn Kliessen, Herrn Dummer adiungirt, und was gestalt Ihro Kaiserl. Majestät darauf auch ihrer Seits zu Commissarien Dero geheimen Rath, und Obrist-Hofkanzler Herrn Johann Paul Hocher Freyherr von Hochengrän, und Dero Hofrath, geheimen Secretarium, und Referendarium der Inner-Oe. Landen, Herrn Christophen von Abele, allergnädigst verordnet, auch was vor unterschiedliche Zusammenkünften, und Conferenzen beederseits gehalten, und was vor 13. Beschwerden ex parte des Löbl. Erzstifts Salzburg darbey vorgebracht, darüber auch pro & contra in einem und anderm vorgetrogen, und gehandlet worden, welches mehr höchst-gedacht Ihro Kaiserl. Majestät allerunterthänigst referiren lassen, und haben sich Dieselbe darüber in ein- und andern allergnädigst resolvirt, wie hernach von Punct zu Punct folgt, und zwar præliminarie versichern Ihro Kaiserl. Majestät Ihro Hochfürstl. Gnaden gnädigst, daß sie gewiß Ihro in, oder an Dero, als Ordinario dieß Orts gebührenden geistlichen Jurisdiction, so weit diese Salzburgerischer Seits hergebracht worden, nichts zu entziehen, oder solches auch andern zu gestatten begehren, sondern sie vielmehrers darbey auf alle Weis zu schützen, und zu schürmen verlangen; versehen sich hingegen allergnädigst, daß auch Ihro Hochfürstl. Gnaden nichts verlangen, oder suchen werden, was Ihro Kaiserl. Majestät als Landsfürsten, Advocato, und Patrono in dero weltl. Jurisdiction wissentlich von Rechts, oder Gewohnheit wegen zustehet, oder sie, und dero Herren Vorfahrer es bishero notorie hergebracht, und erhalten haben.

Was nun die von ihnen Herren Salzburgischen Abgeordneten vorgebrachte 13. Beschwerden, und Gravamina betrift, und zwar das

Erste, daß die Geistliche, wenn sie nicht allein actione reali, sondern auch personali bey der weltl. Obrigkeit beklagt werden vor derselben zu erscheinen, den Process zu verführen, und die Verbscheidung zu erwarten schuldig, wie auch das Ander-

Anderte anbetrift, daß so gar der ex Officio wider sie verfahrenden weltlichen Obrigkeit Correctur und Abstraffung unterwürfig seyn sollen, da wissen sich die Herren Abgeordnete zu erinnern, daß im Namen Ihro Hochfürstl. Gnaden sie sich dahin schriftlich erklärt, unangesehen es unwidersprechlich, daß de Jure eine geistliche Person, quacumque actione conveniatur, vor ein weltliches Gericht nicht möge gezogen werden: so möchte man doch an Seiten Ihro Hochfürstl. Gnaden so weit nachsehen, daß dem Kläger in actione mere reali, was nemlichen Grund und Boden anbetrifft, frey stehen solle, dergleichen wider einen Geistlichen habende Action entweders bey dessen geistlichen Obrigkeit, oder weltlichen Regierung anzustellen, und zu verführen.

Was aber die Abstraffung der Geistlichen wegen ihrer Verbrechung anbetrift, verhoffen die Herren Salzburgische Abgeordnete, daß Ihro Kaiserl. Majestät hierinfalls einige Jurisdiction nicht begehren, viel weniger daß andere sich solcher unterfangen, gestatten werden.

Hierüber erklären sich Ihro Kaiserl. Majestät dergestalten gnädigst, weilen ex parte Oesterreichs undisputirliches Herkommen, daß die Geistliche in realibus durchgehends vor der weltl. Obrigkeit allein conveniret werden, auch kein authentisches Exempl in contrarium, oder ein solches vorhanden, in welchem der Clerus in realibus vor dem geistlichem Foro mit Vorwissen verstattet, oder Einwilligung Ihro Kaiserl. Majestät Dero glorwürdigsten Herren Vorfahrern, oder dero in Landen nachgesetzten weltlichen Obrigkeiten conveniret, oder wann es beschehen wäre, auf dergleichen Sentenzen einige Execution ertheilet werden, als lassen Ihro Kaiserl. Majestät es bey deme auch in das künftige beständig verbleiben, und könnten zum Præjudiz dieses uralten notorischen Gebrauchs nicht wohl ein anders einwilligen.

Quoad Personalia in causis civilibus ist ebenmässig bekannt, und notorium, und bestättigen es nicht nur infinita præterita Exempla, sondern auch die tägliche Observanz, daß die Herren Prälaten, und auch der andere Clerus in den J. Oe. Landen, ihre Instanz bishero von denen darinnigen weltlichen Obrigkeiten active und passive gehabt, bey welcher von unerdenklichen Jahren her fliessenden Observanz es billig zu lassen, gleichwie auch sie Herren Prälaten, und der Clerus in gedachten J. Oe. Landen, a tempora immemoriali, die Temporalien, und das Zeitliche von Ihro Kaiserl. Majestät oder im Namen deroselben, von dero nachgesetzten Stellen allein und privative empfangen, und demnach um so viel billiger, daß sie die Geistliche vor der Landsfürstl. Obrigkeit in Sachen, so in die Temporalia einlauffen, auch gebührend Recht nehmen sollen.

Quoad delicta Ecclesiasticorum, da ist zu unterscheiden, cum agatur quoad æstimationem, vel reparationem damni, & ejus quod læsi interest, in hoc casu, weilen es abermalen das Zeitliche anbetrifft, als ergiebt es sich ex dicto principio, daß solche Jurisdiction in diesen Fällen, wie bishero, also auch in das künftig bey denen weltlichen Gerichtern allein gelassen werde, ubi vero agitur ad pœnam sive pecuniariam Fisco applicandam, vel ad corporis afflictivam, ungeacht quoad pœnas pecuniarias die nachgesetzte Stellen gar viel Exempla vor sich, und ad fundandam illorum Jurisdictionem anziehen, so wollen doch allerhöchst gedacht Ihro Kaiserl. Majestät nicht allein nicht gestatten, daß quoad pœnas corporis afflictivas von ihm nachgesetzten Obrigkeiten wider die Geistliche verfahren werde, sondern sie wollen auch die gnädigste Verordnung thuen, daß auch quoad pœnas pecuniarias alle Process bey gedachten ihren nachgesetzten Obrigkeiten wider besagte Geistliche eingestellt verbleiben, doch mit der ausdrücklichen Bedingnuß, daß Salzburg hingegen jederzeit die gebührende Ausrichtung und schleunige Remedirung verschaffen, und ertheilen thue, so gewiß, als man sonst, und in widrigen auf andere Mittel, und auf jenes, was anvor in dergleichen Fällen beschehen, bedacht seyn müste doch und dennach Ihro Kaiserl. Majestät und dero Löbl. Vorfahren in Possess gewest, und noch seynd, an ihre Landstände, sie seyen geistlich oder weltlich, nach Beschaffenheit der Sachen, und da es die Nothdurft erfordert, auch Pœnal-Befehl und Edicta, so Ihrer Kaiserl. Majestät höchstes Interesse, und des gemeinen Weesens Bestes und Wohlfahrt betrift, ergehen zu lassen, als hat es auch fürohin darbey sein gänzl. und ungeändertes bewenden. Es nehmen Ihro Kaiserl. Majestät bey diesen Punct Ihro auch ausdrücklich aus, und thuen Ihro allerdings vorbehalten, die Cognition und Bestraffung des Criminis læsæ Majestatis, & perduellionis, so von ein- oder anderen Geistlichen wider Verhoffen begangen werden sollte, was nun das

Anno 1671.

Dritte und sechste Salzburgische Gravamen anbelangt, daß der Herr Ordinarius von Sperr, Inventur, und Abhandlung der Geistlichkeit, und deren Bedienten Verlassenschaften excludirt, auch der Kirchen, Spitäler und anderer geistlichen Oerter Raittungen von denen weltlichen Obrigkeiten, und Vogt-Herren alleinig, und zwar in ihren Häusern, mit Zuziehung vieler darzu nicht gehörigen Personen, und folglich denen Gottes-Häusern verursachender grossen Unkosten aufgenommen, ratificirt, und unterschrieben, auch mit derselben Güthern, Vermögen, und Einkommen, als in Ausleihung derselben Capitalien, Abschrift, und Stiftung der Kirchen Unterthanen, Aufrichtung der Briefereyen über derselben Güther, Inventur, und Abhandlung seidiger Verlassenschaften Aufnehmung der Meßner, Kirchen-Pröbst, und anderer

Anno 1671. derer Kirchen-Bedienten privative disponirt, und über selbe Jurisdictio exercirt werden wolle. Da haben sich die Herren Salzburgische Abgeordnete dahin erklärt, weilen allbereits durch ein General-Mandat die Sach verglichen, daß die in demselben begriffene Actus vor geist- und weltlicher Obrigkeit gesamter Hand beschehen, es auch darbey sein Verbleiben haben solle, allein, daß wegen deren bey denen Raittungen, Inventur, und Abhandlungen, auch was dergleichen ist, habenden Mühewaltung ein ordentliche Tax geschöpft, und absonderlich die Kirchen-Cassen jederzeit unter zween, oder mehr unterschiedlichen Schlüsseln verwahret wurde, auch denen Raittungen fürohin niemand, dann geist- und weltliche Obrigkeit samt denen Kirchen-Pröbsten beywohnen solle.

Ueber diese zwey Beschwerden lassen sich Ihro Kaiserl. Majestät dahin gnädigst vernehmen, was

Erstlich die mit Sperr und Inventur der Verstorbenen Geistlichen Verlassenschafften anbetrift, weilen solch gemeldter Geistlichkeit bereits von Ihro Erzfürstl. Durchl. dem Herr Erz-Herzogen Karl seel. Angedenkens Anno 1574. und zwar darumen, damit der Geistlichkeit, und was Ihro gehörig, um so viel weniger entzogen werden kunte, verwilliget, und in viel Fällen bishero also geübet worden, als wollen Ihro Kaiserl. Majestät demselben solche auch in das künftig verstatten, doch darbey vorbehalten haben, wann dießfalls etwas anders, vel ex congruo Jure, vel Possessione, vel consuetudine immemoriali, herauskammen, oder sonsten dieses an einem oder andern Ort in contraria consuetudine begriffen, und herkammen wäre, daß Ihro Kaiserl. Majestät durch diese Dero allergnädigste Resolution solchem alten Juri, possessioni, & consuetudini immemoriali keineswegs derogirt haben wollen. Was in dem

Anderten die Abhandlung solchen Verstorbenen geistlichen Verlassenschafft, und was deme anhängig, anbelangt, und es dahero der zeitlichen Jurisdiction allein zugehörig, und dergestalt bishero unfürdenklich practicirt worden, als solle auch dieselbe noch ferners bey der weltlichen Jurisdiction allein gelassen werden. Wegen der Kirchen, Spitäler, und anderer geistlichen Oerter, Raittungen aber pro

Tertio, obwohlen diese Raittungen von Rechtswegen auch der weltlichen Jurisdiction allein zustehen thäten, weilen auch solche das Zeitliche anberühren, so wollen Ihro Kaiserl. Majestät doch hierin so weit gnädigst verwilliget haben, wo bishero gebräuchig gewesen, daß bey solchen Raittungen, auch die Geistlichkeit gesessen, und gewesen, daß solches auch in das künftig gehalten, und auch die Geistlichkeit darbey gelassen, und gestattet, wo aber bis dato das Widerspiel observirt, und dergleichen Raittungen mit Ausschliessung, oder Beyseyn der Geistlichkeit von der weltlichen Jurisdiction allein vor- und aufgenommen worden, daß es daselbsten auch in das künftig also von der weltlichen Jurisdiction allein vorgekehrt, und hingegen die Geistlichkeit davon ausgeschlossen werden solle.

Quarto, ist gar billich, und recht, daß all unnöthige Unkosten bey dergleichen Raittung abgestellt, auch solche Raittung, wann (wie gemeldt) Geistliche sich bey solchen Raittungen einzufinden haben, und in andern Fällen in denen Pfarr-Höfen, oder bequemen Orten durch den Vogtherrn und Zech-Pröbsten, oder wie an einem, oder andern Ort vorhero gebräuchig gewesen, vorgenommen, wie auch

Quinto, fürdershin zu der Cassa 3. Schlüssel, und einer dem Vogtherren, der andere dem Geistlichen, und der dritte denen Kirchen-Pröbsten zugestellt, nicht weniger zu besserer Versicherung mit gemeinem Rath, und Gutbefinden die Gelder angelegt werden sollen.

Sexto, mit Aufnehmung der Meßner, Kirchen-Pröbst, und andern Kirchen-Bedienten es fürdershin also gehalten werden solle, wie es bishero an einem und andern Ort observirt, und practicirt worden, ingleichen waren Ihro Kaiserl. Majestät

Septimo, garwohl zufrieden, daß so wohl in Bezahlung der Mühewaltung vor solch aufnehmende Raittung, als auch in der darbey erforderenden Zehrung all möglichste Ersparsamkeit gebraucht werde, und werden Ihro Kaiserl. Majestät der J. Oe. Regierung und Kammer gemessen anbefehlen, daß sie derentwegen gute Obsicht tragen, und jedesmalen nach gestalten Befund Einsehen thuen sollen, dann ein ordentlicher Tax aller Orten, und durchgehend zu schöpfen kann darumen nicht wohl beschehen, weilen die Zeit und Läuf ungleich, ein Ort weiters entlegen, als das andere, wie auch daß theils Kirchen, und Beneficien in Einkammen respective besser und ringer, als andere, und dann der Werth in der Zehrung nicht an allen Orten gleich, und also das Beste seye dießfalls nur generaliter zu ordnen, daß man sich dieß Orts in einem, und anderen aller möglichsten Gesparsamkeit gebrauche, und darab mit Ernst, und Nachdruck der Sachen besagte weltliche Obrigkeit die darüber verübende Expensen und Mißbräuch mit Schärfe abstellen solle.

Das vierte Salzburgische Gravamen lautet also, daß dero Commissarien bey denen Installationibus der Herren Prälaten, Frauen Abtißinnen, Pfarren, Beneficiaten, und anderen Geistlichen ad traditionem Temporalium mit gelassen werden wollen. Darüber sich nun die Herren Salzburgische Abgeordnete dahin erklärt, zumahlen aus Ihrer Durchl. Herrn Erzherzog Ferdinandi sub dato Grätz den 29. Martii 1616. vor eingebrachten Schreiben klar erscheinet, daß man von der Tradition der Temporalien

Ihr

Ihr Hochfürstl. Gnaden auszuschliessen niemals gesinnet gewesen, als wird man nicht Bedenken tragen, daß solche mit gesamter Hand auch hinfüro beschehe, und zu Abschneidung aller Difficultäten, weilen ihres gnädigsten Fürsten, und Herrn Intention niemalen gewesen, ihnen dardurch ein Landsfürstl. Hoheit zu arrogiren, wurde man sich wegen zwey unterschidlichen Traditions-Formulen, darinnen eines iedwedern Theils Gebühr beobachtet werde, hoffentlich vergleichen können.

Hierüber lassen Ihro Kaiserl. Majestät ihnen Herrn Abgeordneten andeuten, weilen auch diessfalls von Oesterreich die Possessio & Consuetudo immemorialis, und die Temporalität iedesmahl independenter von dem Herrn Ordinario, & eo excluso, durch die Vogtherren allein eingeantwortet worden, dieses auch ein actus pure temporalitatem concernens seye, mit welchem der Herr Ordinarius nichts zu thun, als lassen Ihro Kaiserl. Majestät es auch in das künftig allerdings darbey gnädigst verbleiben.

Das fünfte Salzburgische Gravamen bestehet in deme, daß die Kaiserl. Herren Commissarii, oder die Herren Lands-Vice-Dom auf Ableibung, oder Veränderungen der Herren Prælaten, Frauen Abtissinnen, auch ermeldter Herren Lands-Vice-Dom, und andere Vogtherren auf Absterben, oder in gleichen Permutirung deren Pfarrer, und Beneficiaten bis zu deren Widerersetzung, oder auch über Administration eines oder des andern die Anordnung, und Verwaltung in temporalibus, auch Bestellung eines Oeconomi alleinig vorkehren wollen, ja so gar die Pfarr-Urbaria, und andere Pfärrliche Documenta zu sich nehmen, daß ein angehender Pfarrer nicht wissen kann, was vor Reditus ihme gebühren thun.

Nun haben sich die Herren Salzburgische Abgeordnete dahin erklärt: daß sie vermeynten, es wurde Ihro Hochfstl. Gnaden nicht zuwider seyn, daß dergleichen Provisores, oder Oeconomi mit Vorwissen der weltlichen Obrigkeit gesetzt wurden, jedoch, da propter malam Oeconomiam ein Herr Prälat, oder sonst andere Vorsteher ab Administratione sollten abgesetzt werden, die causæ cognitio Ihro Hochfstl. Gnaden alleinig vorbehalten seyn, doch daß vor Benennung besagtes Oeconomi (ausser der Pfarren, und andern geringeren Beneficien) dem Herrn und Landsfürsten darvon parte geben, und sich ratione personæ vergleichen, welcher ieberzeit, da einer tauglich, aus desselben Kloster, oder sonsten anderwerts selbiger Religion sollte genommen, die Pfarr-Urbaria, und andere schriftliche Documenta, da kein Gefahr, sollen in denen Pfarrhöfen gelassen, oder sonsten an sichern Ort, jederzeit aber unter beederseits Sigill, versperret gelegt werden, wie dann solches denen Generalibus gemäß seye.

Hierüber haben Ihro Kaiserl. Majestät allergnädigst resolvirt, weilen diese Interims-Bestellung, oder Administratioo temporalium sede vacante ein annexum zu der Temporalität, und von der Temporalität dependirend seye, und nun die Temporalität Ihro Kaiserl. Majestät, vermög der allegirten Herkommens, allein zuständig seye, als folgt nothwendig, daß auch die Ordinatio temporalium, oder die Bestellung derselben Ihro Kaiserl. Majestät und dero weltlichen Jurisdiction allein gebühret, gleichwie Ihro Hochfstl. Gdl. dem Herrn Erz-Bischof zu Salzburg als Ordinario die Spiritualitas, und derselben Bestellung, und Cognitio, und Erkanntnuß allein zuständig. Und *Anno 1671.*

Gleichwie nun Ihro Kaiserl. Majestät, und Dero weltliche Jurisdiction dem neuerwählten Herrn Prälaten, und Frauen Abtissin, auch andern neugesezten Geistlichen die Temporalität durch, und auf ihr ganzes Leben, und Administration (so lang sie sich wohl verhalten, und nicht sospendirt, oder gar abgesetzt werden) allein ein- und überantworten lassen, als folgt deducto argumento a majori ad minus unwidersprechlich, daß Ihro Kaiserl. Majestät, und Dero nachgesetzte Stellen, auch sede vacante, einen Interims-Administratoren oder Oeconomum in Temporalibus allein, & privative anzuordnen, und zu bestellen haben, gleichwie Ihro Hochfstl. Gdl. der Herr Erzbischof zu Salzburg, als Ordinarius, solches in spiritualibus auch allein, & privative thuen können, iedoch, wann ob malam administrationem, vel aliam legitimam causam ein dergleichen Herr Prälat, Frau Abbtissin, oder anderer Pfarrer der Temporalität gänzlich entsetzet werden sollte, so werden Ihro Kaiserl. Majestät solches Ihro Hochfstl. Gdl. dem Herrn Ordinario andeuten lassen, wie es hingegen auch Seine Hochfstl. Gdl. der Herr Ordinarius, da in dem geistlichen Weesen übel gehauset, und die Absezung vorgenommen werden solle, Ihro Kaiserl. Majestät als Herrn und Landsfürsten gleichmässig thuen möchte.

Das siebende Salzburgische Gravamen haltet in sich, daß von denen Herren Prälaten, Frauen Abtissinnen, Pfarrern, und Beneficiaten bey ihrer Antrettung Reversales begehret werden, darüber sich sie Herren Salzburgische Abgeordnete dahin erkläret, weilen Ihro Hochfstl. Gdl. Meynung jederzeit gewesen, daß von allen Geistlichen die gebührende Ehr Ihro Kaiserl. Majestät als Vogt- und Lehensherrn, auch allen andern gegeben, und dahero solche Reversales derLgestalten zugelassen werden möchten, daß eine gewisse Formula verfast, und darinnen dem Juri Ordinarii nichts Præiodicirliches eingeführet wurde.

Worauf Ihro Kaiserl. Majestät die Resolution allergnädigst gefast, nachdeme die Revers nicht die Geistlichkeit, sondern allein

das

Anno 1671. das Zeitliche betreffen, also darbey der Herr Ordinarius, wie oben erwähnt, gar nichts zu thuen, oder darvon zu wissen, dergleichen Revers auch von unfürdenklichen Jahren hero und noch dato also üblich, und billig gewesen, als lassen Ihro Kaiserl. Majestät es auch dabey, und zugleich bey der bis dato gehabten Formula allerdings bewenden, und haben nachmahlen gnädigst resolvirt, daß keinem Herrn Prälaten, Frauen Abtissin, Pfarrern, Beneficiaten, und andern Geistlichen in das künftig die Temporalität ohne vorheriger Einhändigung dergleichen Revers eingeantwortet werden solle. Und nachdem vorkommet, daß die Salzburgische Erz-Priester in Steyer, und Kärndten von denen Pfarrern heimliche Revers erzwingen, Kraft deren sie sich ausdrüklich verobligiren müssen Ihro Hochfstl. Gdl. den Herrn Erzbischofen zu Salzburg auch in Temporalibus für einen Herrn zu erkennen, solches aber zu Ihro Kaiserl. Majestät weltlichen Jurisdiction grossen Nachtheil gereichet, als versehen sich dieselbe gnädigst, daß man ex parte Salzburg besagten Erz-Priestern dergleichen unbefugte Anmassungen, und schädliche Eingrif in das künftig allerdings einstellen werde.

Das achte, und neunte Salzburgl. Gravamen begreifen, daß die Kaiserl. Herrn Commissarii ipsi actui electionis deroselben Prälaten, und Frauen Abtissinnen beyzuwohnen prætendiren, auch ob sie zwar in diesen nachgeben, gleichwohl, wann denenselben der Electus notificirt worden, den Consensum in Personam Electi, nomine Ihro Kaiserl. Majestät, als Landsfürsten ertheilen, noch etwo dargegen gehabte Considerationes eröfnen, und also das Werk mit grossen Unkösten der Klöster suspendiren.

Auf diese zwey, und zwar den achten, haben sich die Herren Salzburgl. Abgeordnete dahin erkläret, weilen das achte Gravamen wider das alte Herkommen, und alles Recht seye, als werde solches hoffentlich von Ihro Kaiserl. Majestät nicht begehrt, sondern völlig abgeschaft werden.

Bey dem neunten Punct aber, weilen es bishero gebräuchig gewesen, daß man post Electionem deren Herren Prälaten, und Frauen Abtissinnen den Electum Ihro Kaiserl. Majestät als Landsfürsten, oder derselben Commissariis notificire, also es auch fürohin beobachtet werde solle, doch mit diesem Beding, daß die Kaiserl. Herrn Commissarii entweders gleich den Consens im Namen Ihro Kaiserl. Majestät als Principis Terræ, geben, oder wenigist warumen sie solchen zu geben Bedenken tragen, Ihro Hochfürstl. Gnaden Commissariis eröfnen, damit nach befundenen erheblichen Ursachen bis zu Erfolg derselben mit gesamter Hand ein Anstalt gemacht werden könnte.

Hierüber lassen Ihro Kaiserl. Majestät ihnen Herren Salzburgl. Abgeordneten gnädigst anfügen, weilen es mit dem achten Punct sein Richtigkeit habe, und Ihro Kaiserl. Majestät Herrn Commissarii denen Actibus Electionis der Herren Prälaten, und Frauen Abtissinnen, tamquam Actibus mere spiritualibus, fürohin nicht beyzuwohnen haben, als habe es darbey sein beständiges Verbleiben. In dem andern aber wurden Ihro Kaiserl. Majestät gnädigst bedacht seyn, daß der canonice Electus, vel Electa (wann anderst keine erhebliche Bedenken darwider vorhanden) nach beschehener Anzeigung denen Herren Kaiserl. Commissariis alsobald von denenselben in solche Election verwilliget, und folgends denselben oder derselben zu Ersparung alles weiters Unkosten die Temporalität übergeben; da aber wider solchen Neoelectum, oder Neoelectam erhebliche Bedenken vorhanden wären, daß selbe ihnen Herren Salzburgl. Commissariis von den Kaiserl. und Landsfürstlichen zuwissen lassen, damit sowohl zu Prälaten, als Abbtissinnen taugliche Persohnen erwählet werden, und können auf solchen Fall immittels die von dem Löbl. Erz Stift Salzburg als Ordinario in Spiritualibus, gleich nach der Sperr bestellte Interims-Administration in Spiritualibus, und die von Ihro Kaiserl. Majestät als Advocato & Patrono gleicher Gestalt alsobald nach der Sperr immittels bestellte Administration in Temporalibus bis zu Confirmirung, oder Reiicirung solches neuen Electi, vel Electæ, oder bis zu Erwählung eines andern neuen, und dessen Confirmirung continuirt werden, ohne daß sich entweder Ihro Kaiserl. Majestät in diese Interims-Administration in Spiritualibus, oder Ihro Hochfstl. Gdl. der Herr Erz-Bischof zu Salzburg in die Interims-Administration in Temporalibus einmischt, sondern ein jeder Theil bey dem seinigen ihnen gebührenden Jure, respective Spirituali & Temporali, ohne Eingrif des andern verbleibe.

Das zehente Salzburgische Gravamen lautet also, daß bey denen Zusammenkünften und Handlungen von denen Kaiserl. und Landsfürstl. Commissariis denen geistl. Commissariis weder die Præcedenz, noch Alternatio, ja wohl auch von denen Privat-Vogtherren denen geistl. Obrigkeiten in Actibus Jurisdictionis der Vorgang gestattet werden solle.

Darüber sich die Herren Salzburgl. Abgeordnete vermerken lassen, daß man der Præcedenz halber hoffentlich auf Mittel gedenken werde, damit zu Verhütung vieler Ungelegenheiten, und unnothwendigen Unkosten man zwischen Ihro Kaiserl. Majestät, dann Ihro Hochfstl. Gdl. Herren Commissarien bis zur Austrag dieser Præcedenz-Strittigkeiten, ein unpræjudicirliches Medium ergriffen werden möge, daß aber andere privat Vogt- und Lehensherren sich dessen auch anzumassen unterstehen wollten, seheten sie nicht, wie von Ihro Hochfstl.

fürstl. Gnaden einiges Temperament könne zugelassen werden.

Hierauf lassen sich Ihro Kaiserl. Majestät mit ihrer Resolution dahin allergnädigst vernehmen, weilen erstlich bey Ihro Kaiserl. Majestät die Qualität als Kaisers, Königs, und zugleich Erz-Herzogens mit unterlauft, und beynebens zu consideriren, wo pure Spiritualia seynd, als die Acten Electionis, & similes, daß Ihro Kaiserl. Majestät Herren Commissarii alldort nichts interveniren werden, und consequenter kein Gelegenheit zu einigen Præcedenz-Stritt einlaufet, beynebens die Kaiserliche und Landsfürstl. Herren Commissarien solche Præcedenz sogar zu Zeiten, als die Erz-Herzogen die J. Oe. Lande besessen, hergebracht, als lassen Ihro Kaiserl. Majestät es darbey in omnibus & per omnia auch in das künftig allerdings verbleiben, wegen der privat Vogt- und Lehenherren aber dieses statuiren: Daß auch sie in der Pfarr-Inventur, und dergleichen mere Temporal-Fällen den Vorgang, und die Præcedenz, wie es bishero gebräuchig gewesen, haben sollen; wann es aber mit diesen Privat-Herren, und denen Salzburgisch. Herren Commissarien zu der Tafel zum Essen, und Trinken, oder sonsten ad alios Actus indifferentes kommet, daß also an jedem Ort der bisherige Brauch observirt, wie zumalen jedesmal die Beschaffenheit, der Stand, und Qualität derjenigen, so beederseits zusammen kommen, beobachtet, und die gebührende Civilität, und Höflichkeit von ihnen Privat-Herren gegen denen geistlichen Herren Commissarien gebrauche werden solle.

Das Eilfte Salzburgische Gravamen halt in sich; daß denen Geistlichen die Abstraffung nicht allein in casibus mixti Fori, sondern wohl auch mere Ecclesiasticis, keineswegs zugegeben, hingegen prætendirt werde, daß die Geistliche ihre übertrettende Pfarr-Kinder vor denen weltlichen Obrigkeiten derentwegen beklagen sollen.

Darüber sich die Herren Salzburgische Abgeordnete erklärt, daß zu Verhütung aller Competenzien, und daraus entstehenden Mißverständnuß die Prævention der Abstraffung in casibus mixti Fori zugelassen werden könnte, mit Vorbehalt deren, so mere Ecclesiastici seynd, und dieses zwar mit dem Zusatz, wann vor der geistl. Obrigkeit einem wegen dergleichen Verbrechen pecuniaria pœna dictirt werden sollte, daß selbiges Geld nicht ihnen, sondern ad pios usus in derselben Pfarr, da der Verbrecher wohnhaft, applicirt werde, was aber die sich sowohl unter geistlichen, als weltl. Persohnen ereignende Differenzien de Jure Patronatus & Advocatiæ anbetrift, daß deren erstere vor die geistliche Obrigkeit, und deren Abhandlungen alleinig, die andere aber gleichwohlen vor die weltl. hohe Obrigkeit gehörig seyn sollen.

Worauf Ihro Kaiserl. Majestät ihnen Herren Salzburgischen Abgeordneten dieses zur Resolution gnädigst ertheilen lassen, weilen jene Causæ, so von denen Canonisten, und Rechtsgelehrten mixti Fori zu seyn angegeben worden, bishero allein von der weltl. Obrigkeit cognoscirt worden, als hat auch kein Competenz, oder Prævention Statt, und ist dahero darvon weiter nichts zu melden, oder zu statuiren; was aber die Bestraffung der übertrettenden Pfarrkinder in einigen Fällen anbetrift, sollte es also gehalten werden, daß, wo der Geistlichen die Jurisdiction wider die Weltlichen, vermög des Herkommens, fundirt, allein quoad Pœnam Canonicam, hingegen der weltl. Obrigkeit, quoad Pœnam sive pecuniariam, sive corporis afflictivam zustehen, jedoch dießfalls, wie auch in dem anderten Membro huius undecimi Gravaminis wegen Erkanntnuß über das strittige respective Jus Patronatus & Advocatiæ es allerdings bey deme gelassen werden solle, wie es dießfalls an ein- oder andern Ort von Alters bis hieher gebräuchig, und der alten Consuetudini, und alten Statutis conform gewesen. Anno 1671.

Das zwölfte Salzburgische Gravamen ist, daß man nicht zulassen wolle, die causas etiam spirituales extra provincias hæreditarias mit Anziehung eines derenthalben habenden Privilegii zu ziehen.

Hierüber sich die Herren Salzburgl. Abgeordnete dahin erklärt, weilen dergleichen angezogenes Privilegium niemals gesehen, als wollten sie sich auf die Edirung, und desselben würkliche Uebung bezogen haben.

Hierüber haben sich Ihro Kaiserl. Majestät gnädigst resolvirt, weilen die Consuetudo & Observantia notorie klar, & immemorialis, daß die Ecclesiasticæ Causæ extra Territorium in diesen Austriacis Provinciis nicht gezogen werden können, sondern da solche auch extra gezogen worden, von dem Päbstl. Stuhl selbsten auf das erste Repliciren allzeit widerumen ad Partes zuruck remittirt, deßwegen auch jederzeit ein Judex delegatus in Partibus bestellt werden, als werde solches auch von dem löbl. Erz-Stift Salzburg gehalten werden, und bey demselben stehen, ob auch sie pro secunda Instancia einen Officialen in Inner-Oesterreich bestellen, und halten lassen wollen.

Das dreyzehende Salzburgl. Gravamen ist, daß die Visitationes nur in Spiritualibus, aber nicht Temporalibus bewilliget, der Clerus auch mit dem Tax, Recompens, oder Verehrung (wie es sodann genennet wird) pro obtinendis Præsentationibus ad beneficia, & eorundem Installationibus hoch gravirt werden.

Darüber sich die Herren Salzburgl. Abgeordnete erklärt, daß sie der Visitation halber verhoffen wollten, daß Ihro Kaiserl. Majestät vertröstermassen solche, als ein in denen Erblanden äusserst nothwendiges Werk befördern helfen werden, damit solche ih-

Anno 1671. ren gewünschten Effect gewinnen möchten, wie dann Jhro Hochfstl. Gnaden zu Versicherung ihres Gewissen solche anzustellen gesinnet wären, jedoch in Bedenkung der armen Kirchen, und geistl. Persohnen dahin trachten, darmit die darbey auflaufende Unkösten so viel möglich eingezogen werden, welches man auch Gegenseits ohne allem Zweifel thun werde, und wollen in diesem Punct Jhro Hochfstl. Gdl. nicht anderst, als mit vorgehenden Jhrer Kaiserl. Majestät allergnädigsten Consens, und Verordnung sich einlassen, wie man dann, wasgestalten solche ratione Temporalium, sowohl unter Jhrer Kaiserl. Majestät, als gedachten Jhro Hochfstl. Gdl. Namen auf das beförderlichst generaliter vel particulariter beschehen möge, zu gedenken, und weiter zu conferiren bey dem mit dieser Canzley gehabten Congress sich beederseits angelassen hat.

Hierauf erklären auch Jhro Kaiserl. Majestät sich gnädigst, daß sie diese Jhrer Hochfstl. Gdl. des Herrn Erzbischofen zu Salzburg vorhabende gute Intention, die Diœces zu visitiren, sehr loben, und bey Jhro stehet, ob und wie oft sie selbe in Spiritualibus generaliter vel particulariter visitiren lassen wolle, Jhro Kaiserl. Majestät wollten deroselben darinn nicht allein keine Verhinderung zufügen, sondern vielmehrers alle schleunige Beförderung widerfahren lassen, doch daß Sr. Hochfstl. Gdl. ihrem obigem selbst eigenem Erbieten gemäß solche vorhabende Visitation in Spiritualibus Jhrer Kaiserl. Majestät vorhero jederzeit erinneren, und dero Consens darüber erwarten sollen, sonsten aber könnten sie nicht zugeben, daß von derselben oder dero Herren Commissarien mit Occasion, oder unter dem Prætext der Visitation in Spiritualibus, auch die Temporalia visitirt wurden, als welche Jhro Kaiserl. Majestät als Vogt- und Lehensherrn allein zuständig seye, doch aber so oft Jhre Kaiserl. Majestät solche Visitation auch in Temporalibus nöthig zu seyn erachten, oder aber dieselben Jhro Hochfstl. Gdl. der Herr Erz-Bischof um gleichmäßige Verordnung ihrer Seits Commissarien anlangen werden, wollten Jhro Kaiserl. Majestät zugleich darauf ihre Landsfürstl. Herren Commissarien verordnen lassen, welche ihrer Seits unter einsten die Temporalia visitiren, darbey Jhro Kaiserl. Majestät aber gar wohl geschehen lassen können, wann Jhro Hochfstl. Gdl. der Herr Erz-Bischof zu Salzburg, oder dessen zu Visitirung der Spiritualität abgeordnete Herren Commissarii in, oder ausser der Visitation bey Jhro Kaiserl. Majestät oder dero J. Oe. Stellen, denen zu Visitirung der Temporalität bestellten Landsfürstl. Herren Commissarien wegen der sich an ein oder dem andern in der Administration der Temporalität befindenden Mängel oder Verbesserung derselben einige wohlmeynende Erinnerung zu thuen, oder etwas Nuzlich- und Fruchtbares an die Hand zu geben hätten, daß sie solches per modum informationis gar wohl thuen können, darüber auch die Wendung, wie es sich gebühret, jederzeit zeitlich und schleunig erfahren solle.

Im übrigen wisse man von keiner Tax-Steigerung der Præsentationen, und Installationen, da aber von dem Löbl. Salzburgl. Erz-Stift ein und der andere Casus specificus werde benennet werden, so sollte die Abstellung und Remedirung darauf alsobald folgen, wie dann Jhro Kaiserl. Majestät von neuen allergnädigst anbefohlen, daß niemand hierin wider die Gebühr beschweret werden sollte, gleichwie man ex parte Jhro Kaiserl. Majestät sich versichert, daß man auch an Seiten Salzburg alle im Land nicht gebräuchige Excommunicationen einstellen, wie auch in Spiritualibus gleichmäßig die verspürte Abusus, Scandala, und Gelds-Erpressung gänzlich abthuen, und sonsten die Geistliche in keiner Sach denen Oesterreich, Reichs- und Landsfreyheiten zuwider ausser Lands erfordern, weniger mit der Tax-Steigerung bedrängen, oder auch in denen haltenden Synodis mit Gelds-Anlag belegen, sintemalen vorkommen, wie daß gewisse præsentirte Geistliche ad Examen, und andern Sachen halber nacher Salzburg citirt, theils mit dem Tax, dem Einkommen, und Ertragnuß nach gesteigert, theils aber in Synodo mit gewissen Gelds-Dargaben beschwert worden seyn sollen. So man Jhnen Herren Salzburgl. Abgeordneten anfügen sollen, und gleichwie aus dieser Jhro Kaiserl. Majestät allergnädigsten Resolution zu sehen, daß sie hierinnen alles dasjenige gethan, was Jhro hierinnen zu thuen, und zu lassen nur möglich gewesen, als versehen sich hingegen dieselbe gnädigst, daß man auch ex parte Jhrer Hochfürstlichen Gnaden Herrn Erz-Bischofs bey solcher Jhrer Kaiserlichen Majestät allergnädigsten Resolution allerdings verbleiben, und mithin diesen so langwierigen Streit dermalen ein End machen lassen werde, welches Jhro Kaiserl. Majestät dann von ihnen Herren Salzburgl. Abgeordneten ehist zu vernehmen erwarteten. Jnmittels aber denselben mit Kaiserl. und Landsfürstl. Gnaden wohlgewogen verbleiben. Signatum unter Jhro Kaiserl. Majestät aufgedruckten Secret-Insigl.

Wien, den 12. November 1671.

Anno 1673. exstruxit Maximilianus Gandolphus Bibliothecam amplissimam Archiepiscopalem Salisburgi, eamque insigni librorum supellectile ditavit; quæ tamen deinde variam fortunam experta est; donec Anno 1777. Hieronymus Archiepiscopus maxima eam voluminum accessione auxit, bonoque publico patere jussit. Mortuus est Maximilianus Gandolphus Archiepiscopus die 3. Maji Anno 1687.

JOAN-

JOANNES ERNESTUS,

Anno 1687. *Archiepifcopus Salisburgenfis LVIII.*

Ut primum Joannes Erneftus ex Seccovienfi Epifcopo creatus eft Metropolita Salisburgenfis, cogitationes fuas ad convocationem concilii Provincialis convertit, probe fciens, hanc unam effe ecclefiafticæ difciplinæ confervandæ emendandæque rationem; verum cum cogeretur ob multiplices obices atque impedimenta a propofito defiftere, adcuravit magno fervore, ut Provinciale concilium nuper Anno 1569. a Joanne Jacobo habitum, novis typis ornate expreffum, novaque Præfulis follicitudine omnibus commendatum Salisburgi Anno 1697. prodiret; erat quippe hoc paffim eximiis præfulibus in more pofitum, ut antecefforum fuorum ftatuta, in diœcefeos commodum olim lata recoquerent, zelum in iis pro difciplinæ confervatione perdifcerent, atque gregis fui clerique animos flecterent ad eorum obfervationem. Porro antiquas turbas in Archiepifcopatu novatores nectere tum perrexerunt; quidam enim eorum qui nuper, Maximiliano Gandolpho Archiepifcopo imperitante, provincia excefferant, clam reduces, proles etiam fuas, antea relictas, abduxerunt; hi ab apparitoribus comprehenfi ad triremes damnantur, & Venetis traduntur; unus horum e triremibus transfuga, rem totam, ex Archiepifcopi fententia fecum actam, dolenter aperit Duci Wirtenbergico, qui, datis ad Archiepifcopum literis graviter expoftulat factum, ceu iniquum, & Germaniæ legibus adverfum, petitque, ut cæteros, e triremibus proprio ære redemptos, domum remitteret. Cui Archiepifcopus refpondit: adactum fe fuiffe, ad fpecimen aliquod ftatuendum, ut cæterorum perduellium audaciam coerceret, neque aliam fibi patuiffe viam. qua tranquillitatem & pacem in Provinciam fuam reveheret. Inftituit Joannes Erneftus ordinem equeftrem Sancti Ruperti pro patria Nobilitate, & annuum cuivis pretium e fuis impendiis numerari juffit. Mortuus eft Joannes Erneftus Archiepifcopus Anno 1709. die 20. Aprilis, poftquam plurima beneficentiæ fuæ teftimonia, Xenodochium, Domum Presbyterorum &c. pofteritati reliquiffet.

FRANCISCUS,

Anno 1709. *Archiepifcopus Salisburgenfis LIX.*

Ex Epifcopo Viennenfi electus Coadjutor, ac tandem Archiepifcopus incredibili omnium ordinum amore effulfit, ob fingularem pietatem, bonitatem animi, cæterasque virtutes, eidem perfamiliares. Cathedram Epifcopalem Viennenfem, a fe primum occupatam fenfit, non fine læfione dignitatis fuæ Metropoliticæ, in Archiepifcopatum evehi. Petiit Carolus VI. Imperator Viennam, plurimorum Auguftorum patriam, ac fedem hac exornari dignitate; igitur Suffraganeum eidem fubjici oportebat Epifcopum Neoftadienfem, quem una cum Epifcopo Fabianenfi, feu Viennenfi, legitur in Actis Imperii a Friderico III. Imperatore Ratisbonæ Anno 1471. editis, Suffraganeum fuiffe Metropolitæ Salisburgenfis: oportebat item magnam Diœcefi Paffavienfi vicinæ partem demi, addique ad novum Archiepifcopatum Viennenfem, a Clemente XI. Pontifice Romano, Anno 1721. die 6. Martii confirmatum. Paffavienfis autem Epifcopus ut detrimentum, fuæ Diœcefi illatum, quadantenus refarciret, obtinuit Pallium a Pontifice, atque exemptionem a Suffraganeatu Salisburgenfi. Quæ omnia, utut Salisburgenfis Metropolita animofe obftreperet, fibique inferri injuriam caufaretur, nihilominus utraque & Imperiali & Pontificia auctoritate jubebantur rata firmaque permanere. Mortuus eft Franciscus Archiepifcopus Anno 1727. die 18. Julii.

Interim cum Provincia ecclefiaftica Viennenfis a Carolo VI. Imperatore nuper impetrata, pro rata & legitima ab omnibus habeatur, & haberi debeat; ut ne clerici quidam difcoli, horum omnium jurium ignari, & magiftratibus oblatrare affueti, occafionem capere poffint, intuendi meras rapinas in ejusmodi immutationibus ecclefiafticis, atque ufurpationes violentas, in Ecclefiæ & Principum dedecus; neve omnia, quæ confentiente Sacerdotio & Imperio recte conftituta funt, pro infectis haberi oportere exiftiment, neceffarium hoc loco duxi præcipua quædam exponere, ac generalia jura con-

ftituendi novas Provincias ecclefiafticas, & Epifcopatus, canonibus perpetuoque ufui ecclefiarum inædificata. Sit itaque

ADMONITIO.

De Provinciarum Ecclefiafticarum partitione cum Paffavienfibus.

De Provinciarum Ecclefiafticarum partitione cum Paffavienfibus.

Erectionem novorum Archiepifcopatuum, & Epifcopatuum, provinciarumque ecclefiafticarum partitionem, femper fuiffe munera Magiftratus ecclefiaftici, tradunt fafti Ecclefiarum; pertinebant ea ad miffionem Apoftolicam, pafcendis cum jurisdictione variis populis a Chrifto demandatam: *Ecce ego mitto vos &c. attendite univerfo gregi, in quo vos Spiritus S. pofuit Epifcopos &c. Actor. XX. verf.* 28. Semper hoc jure ufi fuerunt ecclefiarum præfules a primis temporibus. Quod fi vaftior quæpiam fuit diœcefis, aut parochia, quam cui adminiftrandæ par effet unus paftor, licebat tum Epifcopo, per Sardicenfe concilium, fibi Chorepifcopum, aut vifitatorem conftituere, qui ex nutu Epifcopi omnia ageret; aut prorfus divifæ diœcefi proprium præfecit Epifcopum. Inerat quippe Epifcopis plenitudo & fumma jurisdictionis Sacerdotalis, atque perfecta poteftas ad fubveniendum omnibus neceffitatibus fuorum fidelium. Ne vero Epifcopi liberius feriandi caufa plures crearent, atque neceffum effet, Epifcopos, fanxit Antiochenum concilium, anno 341. habitum, canone IX. *non effe conftituendos Epifcopos nifi de Metropolitani confenfu.* Sæculo VI, VII & VIII. ad erectionem Epifcopatuum & provinciarum, præter Metropolitani, ac provincialis Synodi requirebatur etiam Romani Pontificis & principis territorialis confenfio. Etfi enim principes non accenfeantur magiftratui ecclefiaftico, tamen eorum, ceu advocatorum tanta femper fuit auctoritas, in publicis ecclefiafticis muneribus conftituendis, ut fi qui, principe inconfulto & infcio, fuiffent Epifcopi conftituti, pro nulla eorum habita fuerit conftitutio, cujus exemplum profert *Odoricus Raynaldus ad annum* 1219. Cæterum dum in Hiftoria ecclefiaftica dicuntur principes non tantum confenfum præbuiffe, fed etiam erexiffe novos Epifcopatus, feparaffe provincias ecclefiafticas &c. id intelligendum eft de materiali duntaxat difpofitione perfonarum & diœcefium, quas principes cenfuerint boni publici caufa, hac aliave ratione difponi oportere; cui deinde petitioni principum cedere debebat ecclefiaftica difpofitio, quæ primum alia fuerit; nempe ne ecclefia videretur emolumentis Reipublicæ adverfari; neque enim ftatus eft in Ecclefia, fed Ecclefia in ftatu; adeoque tenebatur, tenetur que hodiedum Magiftratus ecclefiafticus factam a principe materialem defignationem epifcopatuum aut provinciarum complere, conferendo fpiritualem jurisdictionem neo-conftitutis præfulibus, quæ jurisdictionis elargitio in folius ecclefiaftici magiftratus eft poteftate, & quam Chriftiani principes nunquam fibi arrogarunt; quemadmodum nec ille Patronus laicus ecclefiafticæ jurisdictionis collationem fibi vendicat, qui clericum quempiam ad parochiam capiendam præfentat, aut nominat, fed nominat folom idoneum hominem, cui a facro magiftratu conferri debeat jurisdictio; & pro epifcopatuum quidem & provinciarum erectione etfi Romanus Pontifex ecclefiaftici magiftratus poteftatem ab aliquo jam tempore fibi vendicat; fieri tamen in re difciplinæ mutabilis poteft, ut hæc eadem poteftas, juftis de caufis, ad Metropolitas, & provinciales fynodos, quod & olim obtinuit, denuo referatur. Quotiescunque autem Chriftiani principes erectionem novorum epifcopatuum moliuntur, aut provinciarum ecclefiafticarum partitionem, gravibus eos niti oportet, juftisque rationibus, atque bono publico inædificatis; temere enim ac frivolis de caufis ftatuta ecclefiaftica, quorum principes defenfores funt, ac vindices, non infringuntur. Vigilius Papa fæculo VI. Juftinianam primam, civitatem epifcopalem, extulit ad Archiepifcopalem dignitatem, ut gratum fefe, & obfequentem præberet Juftiniano Imperatori, tanti nominis & fapientiæ principi, qui illam civitatem, fuam patriam, civilibus primum titulis amplificatam, petebat etiam ad ecclefiafticas dignitates attolli, ut habetur *Novella CXXXI Cap.* 3. (*) Refert Thomaffinus *De vetere & nova Ecclefiæ difci-*

(*) τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς τῆς ἡμετέρας πατρίδος, ἔχειν ἀεὶ ὑπὸ τὴν οἰκείαν δικαιοδοσίαν τοὺς ἐπισκόπους τῶν ἐπαρχιῶν Δακίας ---- καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ὑποκειμέναις αὐτῷ ἐπαρχίαις τὸν τόπον ἐπέχειν αὐτὸν τοῦ ἀποστολικοῦ Ῥώμης θρόνου, κατὰ τὰ ὁρισθέντα ἀπὸ τοῦ ἁγίου πάπα Βιγιλίου. Beatiffimum epifcopum Juftinianæ primæ, noftræ patriæ, habere femper fub fua jurisdictione epifcopos provinciarum Daciæ --- & in fubjectis fibi provinciis locum obtinere eum Sedis Apoftolicæ Romæ, fecundum ea, quæ definita funt a Sancto Papa Vigilio.

disciplina Parte I. Lib. I. Cap. 55. *Num.* 2. ex Cointio ad annum 569, quod Theodoricus rex, Clodovæi magni filius, jussit institui novum episcopatum Arisitæ, quod Rothenorum civitas, quæ alias diœcesana fuerat, esset a Visigothis hostibus occupata. Privatis hominibus vix licere partem ferre judicium de ejusmodi sufficientibus principum causis ad novorum episcopatuum & provinciarum erectionem; has, pace mea, illi solum determinent, qui sedent ad Reipublicæ gubernacula, quique soli, quid expediat? quidve bono publico sit devioctum? acute præ aliis, uniceque perspiciunt.

LEOPOLDUS,

Anno 1727. *Archiepiscopus Salisburgensis LX.*

Omnibus boni Pastoris & Principis elogiis clarus, ex Lavantino & Seccoviensi episcopatu Metropolitanam Salisburgensem capessivit. Quod autem maximo dolore optimum principem pene confecit, est ex novi cultus amore & perduellione natum infortunium, quod subditorum suorum Salisburgensium ultra 20000 regione excesserint, atque ita solo Salisburgensi damnum prope irreparabile illatum sit. Quoad jurisdictionem episcopalem quoque, in Styria præsertim & Carinthia, simultates cum Dominatione Austriaca eruperant, quas ut pastor providus meliori, quo licebat, auspicio consopiret, Commissarios a Carolo VI. Imperatore impetravit, qui controversa jurisdictionis capita, pro futura tranquillitate definirent.

Salzburgerischer Recess

Anno 1729. von dem Jahr 1729.

In Puncto Jurisdictionis Episcopalis, und anderen dahin einschlagenden Materien, und Beschwerden, die beede Herzogthümer Steyermark, und Kärnthen betreffend.

Bekennen für Uns, und Unsere Nachkommen offentlich, und in Kraft dieses Briefs, und thuen kund jedermänniglich: Nachdeme sich von Jahren her zwischen Unseren Hochgeehrtesten Vorfahreren, als Erz-Herzogen zu Oesterreich, und Herzogen zu Steyer, und Kärnthen, Christ-mildesten Andenkens: dann des dermaligen Erz-Bischoffen zu Salzburg, Leopoldi Antonii Eleutherii Liebden Antecessoren seeligsten Gedächtnuß: wie auch hernach Uns von wegen der Landsfürstl. Hochheit, auch Territorial- und Feudal-Juriam, und respective der Ordinariats-Jurisdiction in beeden Herzogthümern Steyer, und Kärnthen allerhand Mißverstand, Stritt- und Irrungen erhoben, als haben Wir zu deren gütlicher Untersuchung, und folgsamer bestthunlicher Vermittel- und Hinlegung die beederseits schon vor Jahren angeordnet geweste Commission jüngsthin, um das Werk zu dem allerseits abgezihlt-heylsamen Endzweck zu bringen, wiederholen lassen.

Hierzu Unserer Seits Unseren wirklichen geheimen Rath, und Hof-Vice-Kanzlern, Johann Friedrich Grafen von Seillern: dann Unseren Hofrath Johann Andre von Stritz benennet, welche mit des Erz-Bischoffen Liebden Commissariis, als nemlich ihrem Consistorial-Præsidenten, Hannibal, Grafen von Thurn und Valsassina, des Erz-Stifts Salzburg Domherrn: dann dero Hof-Kanzlern Johann Franz Gentilott von Engelsbrun, zusammen getretten, die bishero geschwebte Stritt- und Irrungen alles Fleißes untersuchet, und auseinander gesetzet.

Nach deren allerseitigen Relation, auch reifer Berathschlagung der Sachen, und Umständen, Wir Uns dieser nachfolgenden beederseits verfaßten Beschwer-Puncten, und Articul halber, mit oberwehnt des Erz-Bischoffen Liebden in der Güte dergestalten vereiniget, und verglichen, und zwar, so viel erstlich die Inner-Oe. eingelegte zwanzig Beschwer-Puncten anbetrift.

Primum Gravamen der J. Oe. Regierung, und Kammer; da beschwereten sich selbe gegen das Salzburgl. Consistorium, daß selbes der Erz-Bischöflichen Titulatur in diesen Ordinariats-Functionen das einem Landsfürsten allein zustehende Prædicat: Clementissime neuerlich beygeleget, und in einer von dem Landsfürstl. Markt Eysenärzt ausgefertigten Præsentation den alt-üblich gewesten Titul Gratiosissime ausgelöschet, und statt dessen Clementissime gesetzet, und derowegen den Præsentations-Brief ad Correcturam hinaus gegeben habe.

Hierinnen ist verabredet, und verglichen worden, daß die Præsentations-Briefe deren J. Oe. Privat-Patronen künftighin nicht in Latein mit dem Wort Gratiosissime, oder Clementissime, sondern zu Teutsch mit dem Prædicat Gnädigst an einem zeitlichen Erz-Bischoffen zu Salzburg eingerichtet werden sollen.

Secundum Gravamen, daß erst gedachtes Consistorium in denen, sowohl über die von

Anno 1729. von dem Landsfürſten in Steyer, und Kärnthen, als auch übee jene von denen Privat-Patronis in dieſen beeden Landen ausfertigende Præſentations-Brief expedirenden Confirmations- und Inveſtiturs-Inſtrumentis das Jus Patronatus entweder gar ausgelaſſen, oder doch ſogeſtalten verdunklet, daß der Namen des Patroni nicht zu entnehmen geweſen, oder auch den Inhalt der Præſentation (gleichwie es mit dem Stift Pöllau, und mit der Stadt-Pfarr Hardberg beſchehen) willkührlich verändert, auch ſogar dem Neo-Præſentato die Producirung der Original-Confirmation, oder Copiæ an den Inſtallatorem oder deſſen Commiſſarium verbotten habe.

Worüber die Vereinigung dahin beſchehen iſt, daß nämlich künftighin denen Confirmations- und Inveſtiturs-Briefen der Namen des Patroni jederzeit einverleibet, und daß auch von dem Neo-Confirmato ſolche Inveſtiturs- und Beſtättigungs-Briefe jedesmal dem Patrono vorgewieſen werden ſollen.

Tertium Gravamen, daß man von Seiten Salzburg bey deeen Prælaten- und Abbtiſſinnen-Wahlen ſub prætextu puræ Spiritualitatis die Landsfürſtliche Commiſſarios ab ipſo Actu Electionis, wie auch von dem vorhergehenden Examine præparatorio ausſchließe, da doch dem Publico daran gelegen ſeye zu wiſſen, was für ein Subjectum uupartheyiſch und frey erwählet werde?

Dieſes Puncts halber iſt die Verſtändnuß dahin geſchehen, daß die Landsfürſtl. Commiſſarii zwar anfänglich nicht ad Electionem erſcheinen, ſonder immittels in ihren Wohnzimmern verbleiben ſollen, woſelbſt ihnen facta Electione durch den Salzburgl. Notariom die canonice beſchehene Wahl notificiret, und ſie ad Locum Scrutinii eingeladen, alldort ihnen Perſona electa kund gemacht, nnd darauf, ob ſelbe dem Herrn nnd Landsfürſten anſtändig, und gefällig ſeye, deliberiret, ſodann entweder das allergnädigſte Placet ertheilet, oder non gratam eſſe Perſonam electam eingewendet, und in ſolch letzteren Fall bis auf weitere Landsfürſtl. allergnädigſte Determination alles in ſtatu quo gelaſſen: übrigens aber auch dem Landsfürſtl. Commiſſions-Secretario der Salzburgl. Notarius im Tractament gleich gehalten werden ſolle.

Quartum Gravamen, daß denen Neo-Electis von Seiten Salzburg contra Capitulum ult. X. de Reg. Juris ein formliches Homagium vorgehalten, und ſie annebens per literas ſecretas, oder mündlich zu Præjudiz des Herrn und Landsfürſten, auch reſpective [illegible]en privat-Patronen verpflüchtet wurden, beſondere Obligationen einzugehen, und ſchriftlich von ſich zu geben.

Darüber iſt beederſeits die Verſtändnuß dahin genommen worden, daß ſolches von denen Neo-Electis dem Ordinario ablegende Juramentum, und die von ſich gebende Verbündnuſſen nur allein in ſenſu canonico Statt haben, der Landsfürſtl. Hoheit, und Vaſallagio aber am mindiſten nichts derogiren ſollen.

Quintum Gravamen, daß das Salzburgl. Conſiſtoriom gegen die vorhergegangene Vergleichs-Reſoluta de Annis 1671. und 1674. in denen Sterbfällen dee zu daſigen Ordinariat gewidmeten Geiſtlichkeit in Steyer und Kärnthen die Abhandlung der Sperr, und Inventur einſeitig, und ohne Vorwiſſen des weltlichen Patroni vornehme, anch deren Verſtorbenen hinterlaſſene Teſtamenta auſſer Lands nacher Salzburg ad Conſiſtorium ziehe, wie letzthin bey dem Todfall des Erz-Prieſters zu Straßgang Doctoris Bernard Pöckel geſchehen.

Welchee Punct mit deme beygeleget worden, daß newſichen in vim der ältern Vergleichs-Reſolution de Anno 1674. die Teſtamenta des Steyriſch- nnd Kärnthneriſchen, zum Salzburgl. Ordinariat gehörigen Cleri zu Handen der J. Oe. Regierung und Cammer genommen, davon jedoch zu Handen des Ordinariats eine Abſchrift gegeben: die Abhandlung dee Sperr und Inventur aber mit der Geiſtlichkeit conjunctim jedesmal bey denen Beneficiis ſo Oeſterreich- als Salzbnegiſcher Collation geſchehen, und im Land vorgenommen werden ſollen.

Sextum Gravamen, daß bey erfolgenden Todfällen deren Biſchöffen zu Gurgg, Seccau, und Lavant, über derenſelben in denen J. Oe. Landen poſſidirende Güther, und Verläß die Coucurrenz zu vorkehrenden Sperr nnd Inventur mit dem Ordinariat geweigeet werden wolle, andurch abee dem Publico und Privato in denen J. Oe. Landen der Weeg præcludiret wurde, zerſchiedene Præjudicia, ſo hierdurch zu befahren, der Gebühr nach abzuwenden.

Worüber gleichmäßig die cumnlative Vorkehrung der Sperr, und Inventur reſpectu obgedachter Biſchöffen in Inner-Oeſterreich befindlichee unbeweglichen Patrimonial-Güther beederſeits zu- und eingeſtanden worden iſt.

Septimum Gravamen, daß die mehrgedachte drey Biſchöf, und die ſo genante Parochi liberæ Collationis Salisborgenſis, und andere Beneficiati Majores & Minores auf die alleinige Salzburgl. Ermahnung ad beneficia, ſodann inſalutato Principe terræ in die J. Oe. Länder, auch Landhäuſer eingehen, und ihre Stift Güther antretten, ohne daß ſie den Landsfürſtl. Conſens anſuchen, dahero nöthig ſeyn wolle, auf eine Reſervirung anzutragen, daß ſie nemlichen dem Herrn, und Landsfürſten getreu, und gewärtig ſeyn, ſich auch dem Landegebrauch unterziehen, und ihre mitbeingende, von dem Ordinariat bekommene Inſtructiones produciren ſollen.

Hier-

Hierüber ist ratione erstgedachter Reversirung in Consideration gezogen worden, daß, weilen der Landsfürst ex potestate Laica sc. solo wider allen Unfug der Geistlichkeit manutenirten kann, es keiner Reversirung nöthig habe; übrigens jedoch ist die Verständnuß dahin beschehen, daß sowohl obige Bischöffe, als Parochi & Beneficiati liberæ Collationis Salisburgensis ihren Eintritt in die J. Oe. Länder jedesmal entweder dem Herrn und Landsfürsten selbst, oder dero nachgesetzten Dicasterien vorläufig erinneren sollen.

Octavum Gravamen, daß von Seiten des Ertz-Stifts Saltzburg denen Vicariis Generalibus in Steyer und Kärnthen die Activität und Facultäten restringiret worden, und wiederum einzuraumen seyen.

Hierinn ist nachfolgender Vergleich getroffen worden, daß denen Vicariis Generalibus in Steyer, und Kärnthen nachfolgende Facultates eingeraumet werden sollen; als

- *Primo.* Dispensatio Indulgentiarum, Recognitio, & Executio earundem.
- *Secundo.* Causarum & Congregationum confirmatio.
- *Tertio.* Executio Bullarum ad Matrimonium dispensatoriarum, so auf sie, qua Vicarios Generales, oder Officiales, von Rom aus dirigiret werden.
- *Quarto.* Anniversariorum & Fundationum Approbatio, und
- *Quinto.* Erlaubnuß zu geben, Kirchen, und Capellen zu erbauen; dieses jedoch mit Vorwissen des Ordinarii, mit welchem der Vicarius Generalis zu correspondiren und den Consens vor sich zu requiriren, auch sonsten alles zu exerciren haben solle, was ein Ordinarius selbst, wann er sich in diesen Distrikten befindete, omnimoda facultate thun kann.

Nonum Gravamen, daß ohne Landsfürstl. Vorwissen der Ertz-Bischof selbst, qua Ordinarius, vor einigen Jahren mit Gelegenheit der bey dem Stift Seccau vorgenommenen Visitation die J. Oe. Länder betretten habe; solches sein Vorhaben aber fürohin vorläufig zu erinneren seye, damit derselbe mit gewöhnlichen Ehren-Bezeugungen empfangen werden könne.

Dieser Punct ist verglichen worden, daß solches ins künftige nicht mehr also, wie in obangezogener Stift Seccauerischen Begebenheit beschehen, vorgenommen werden; sondern die vorläufige Ertz-Bischöfl. Notification des vorhabenden Eintritts an den Landsfürsten geschehen solle.

Decimum Gravamen, daß die von denen Geistlichen beschehende Resignation deren Pfarrern, und Beneficiaten, ubi Patronus est Laicus, præsertim Princeps terræ, durch den Ordinarium allein, und ohne vorläufige Verständnuß mit dem Patrono, angenommen zu werden pflegen.

Welches hinführo vermög gegenwärtigen Vergleichs nicht mehr geschehen; sondern bey Resignation, oder Absetzung eines Pfarrers, oder Beneficiati vor der Execution, und Abzug in Spiritualibus die Notification gleichmäßig an den Patronum & Advocatum, um auf seiner Seits in der Temporalität das Nöthige vorkehren zu können, allzeit beschehen solle.

Undecimum Gravamen, daß in denen Landen Steyer, und Kärnthen von dem Ordinariat ohne Landsfürstl. Vorwissen einige auch von Rom ausgehende Bullæ, wie auch andere Censuræ & Excommunicationes publiciret werden.

Hierinnen ist die Interims-Verständnuß dahin getroffen worden, daß, weilen solches Landsfürstl. Seits nicht gestattet werden kann, von der Geistlichkeit ein und anderes Medium zu dieser Satisfactions-Verschaffung gegen die Excedenten ꝛc. ausfündig gemacht, und ad approbandum vorgeschlagen werden möge.

Duodecimum Gravamen, daß bey der Pfarr Straßgang in Steyer dem Landsfürsten von dem Ertz-Stift Saltzburg das Jus Patronatus widersprochen werde.

Dieser Punct ist mit deme aufgehoben, daß von Landsfürstl. Seiten, nach seithero besser relevirten Befund der Sachen, dem Ertz-Stift Saltzburg, weilen selbes a tempore, cujus initium non exstat, in possessione ist, hiemit das Jus Patronatus seu liberæ Collationis zugestanden worden.

Decimum tertium Gravamen, daß von der Geistlichkeit die Stol-Ordnung, welche von unerdenklichen Jahren durch die J. Oe. Regierung, und Cammer eingericht, und publiciret worden, einseitig und sehr excessive gesteigert, und bey denen Armen gar zu rigorose exequiret wurde, dergestalt, daß denen Mittellosen die Administrirung deren h. Sakramenten, die Begräbnuß in casu inopiæ, oder bey weigerender Zahlung der nicht schuldigen so excessiven Steigerung, denegiret werde.

Hierinn ist man beederseits billich verstanden, daß erst gedachte Stol-Ordnung künftighin durch die Landsfürstl. J. Oe. Regierung und Cammer cumulative mit der Geistlichkeit eingerichtet; keineswegs aber einseitig gesteigert, die Unbilde von der so beschehenen Steigerung abgethan, auch der eer geklagte rigorose Eintreibung bey denen Armen, so viel möglich, verhütet werden solle.

Decimum quartum Gravamen, daß zu Clagenfurt, und anderer Orten in Kärnthen in denen precibus publicis die sonst in denen Oesterr. Erb-Landen überall gebräuchige Collecta, für den Landsfürsten zu betten, ausgelassen werde, auch dem Saltzburgl. Rituali noch nicht einverleibet seye.

Hier-

Anno 1729. Hierinnen hat es mit folgendem Vergleich seine abhelfliche Maaß erreichet; daß der Ordinarius ins künftige für dem Landsfürsten die gebräuchige Collectam einzulegen, und dem Rituali einzuverleiben, auch, nach gegenwärtigen Umständen, pro Prole Mascula des Erz-Hauses zu betten, dem unterhabenden Clero aufzutragen habe.

Decimum quintum Gravamen, enthaltet das von Salzburg unterbrochene Ceremoniale bey denen Prälaten ꝛc. Wahlen.

Weilen aus denen vorhergehend, und nachfolgenden Vergleichs-Puncten ohne deme alle Stritt- und Weitläufftigkeiten, so sich hierinnfalls ergeben könnten, gehoben werden, ist bey diesem Punct sich länger aufzuhalten für unnöthig angesehen worden.

Decimum sextum Gravamen, daß dem dermaligen Prälaten zu Admont in Steyer von Salzburg die Confirmation, und Benediction in Spiritualibus lange Zeit verzögeret worden seye.

Immassen seithero besagter Prälat im Land benediciert, und confirmiret worden, als ist dieser obgeschwebte Beschwer-Punct gehoben; für das Künftige aber verglichen worden, daß der in sequentibus folgender bißfählligen Normæ allerdings nachzuleben seye.

Decimum septimum Gravamen, daß bey Ersetzung deren in Steyer, und Kärnthen befindlichen Pfarreyen, und Beneficien, worüber dem Erz-Stift das Jus Patronatus & libera Collatio zustehet, die Landes-Kinder cæteris paribus ratione des Vorzugs nicht gebührend angesehen werden.

Hierüber ist der Vergleich dahin ausgefallen, daß von Salzburg das in hoc passu præferentiæ respectu deren Landes-Kindern cæteris paribus unterlassene füeohin wohl beobachtet werden, dem Erz-Stift jedoch unbenommen seyn solle, auch andere Principi terræ gratis Subjecta cæteris paribus dahin promoviren zu können.

Decimum octavum Gravamen, daß der Recess de Anno 1537., vermög wessen ein zeitlicher Erz-Bischof zu Salzburg, als Steyerisch- und Kärnthnerischer Land-Stand, von der Personal-Erscheinung vor Gericht auf 101. Jahr dispensiert worden, verflossen seye, von dem Erz-Stift aber wider die Verjährung protestiret werde.

Hierinnfalls ist erst-gedachter Recess nachsuchen zu lassen, sich jedoch dermalen, bis auf dessen Erfindung, und weitere Fürsehung hierinnfalls nicht aufzuhalten erachtet worden.

Decimum nonum Gravamen, daß man von Salzburg aus mit zerschiedenen Verordnungen proprio motu, und ohne die Regierung und Cammer, sodann auch die Vicarios Generales, und durch selbe die Erz-Priester ratione dasiger guten Bräuch, und Gewohnheiten vorläufig zu vernehmen, dispositive respectu der J. Oe. Länder fürgehe, und publicire, andurch dem Landsfürsten eingreiffe, und præjudicire.

Dieses ist dahin verglichen worden, daß die in den Statum Politicum mit-einlauffende Patentes, welche nur durch den Vicarium Generalem ad Valvas Ecclesiæ publicirt zu werden pflegen, jederzeit der J. Oe. Regierung vorläufig communiciert, und ehender nicht affigiret werden sollen.

Vigesimum Gravamen, diese in der Zahl der angebrachten Oesterreichischen Gravaminum die letzte Beschwerde hat vorhin in deme bestanden, daß von Seiten des Erz-Stifts Salzburg dem Herrn, und Landsfürsten die Pfarr Ober-Bellach in Kärnthen, quoad Jus Patronatus, anspruchig gemacht worden.

Um willen aber nach beederseits untersuchten Behelfen, solche Pfarr, quoad Jus Patronatus, dem Landsfürsten bereits vor Jahren lediglich zugestanden worden, so hat es dabey sein festes Bewenden.

Andertens folgen nun die Salzburgische 35. Puncta Gravaminum: und zwar

Primo: Beschwerte sich das Erz-Stift, daß die J. Oe. Regierung und Cammer dem Erz-Priester zu Grätz bey schwerer Straf verbotten habe, denen PP. S. Paoli primi Eremitæ an die Schloßcapelle zu Purberg, anjetzo Maria Trost genannt, ein Salzburgl. Consistorial-Decret zu affigiren, vermög wessen ihnen PP. die von ermeldtem Consistorio anbefohlene Suspendirung des Meß-Lesens, und anderer geistl. Functionen am erst-besagten Ort Maria Trost hätte kund gemacht werden sollen.

Worüber vorhin verstanden, und verglichener massen denuo Kraft dieses Vergleichs bekräftiget worden, daß künftighin von keinem in Inner-Oesterreich ein Salzburgl. Consistorial-Decret angenommen, oder publiciret, auch von denen Vicariis Generalibus keineswegs ad valvas Ecclesiæ affigiret werden solle (wann die Sach in das Publicum einschlaget, und der Status Politicus directe vel indirecte andurch berühret wird) ohne vorläufiger bey der J. Oe. Regierung und Cammer beschehender Anmeldung und Einverständnuß.

Secundo: Daß die Landsfürstliche denen Salzburgischen Commissariis nach beschehener deren Prälaten und Abbtissinnen ein gefertigtes Closter-Inventarium zu geben weigerten, wie bey denen Wahlen des Gottfried, und Marion, beeder Abbten zu Admont in Steyer, und auch der Abbtissin zu St. Georgen am Langsee in Kärnthen beschehen wäre.

Durch gegenwärtigen solennen Vergleich ist diese Stritt-Sach dahin determiniret worden, daß künftighin bey jeder derglei-chen Inventur respectu der weltl. Güther, und Haabschaft drey gleichlautende Inventaria errichtet; Eines hiervon denen Landes-

fürst-

fürstlichen, das anderte denen Salzburgl. Commissariis behändiget, und das dritte dem Neo-Electo vel Electæ eingeantwortet; ratione sacræ Suppellectilis aber derselbe von denen geistl. Commissariis zwar allein inventiret, jedoch sodann auch zu dem anderen ratione der Temporalitdt verfaßten Inventario eingetragen, und dieses Leßtere von geistl. und weitl. Commissariis conjunctim unterschrieben werden solle.

Tertio: Daß die J. Oe. Reglerung und Cammer jene von dem Ordinario canonice aufgestellte Vicarios ad S. Catharinam in der Lamming, und zu Pernegg in Steyer abgeschaft, und das erste Vicariat dem P. Sigmund Lucas, das anderte aber dem P. Georg Bernard Pfaff, provisorio modo, bis zu Erörterung des wider den gewesten Stadt-Pfarrer zu Prugg an der Muhr, Baron von Rhein, in punctu Simoniæ angestellt gewesten Procels eingegeben, auch selbe unperturbirt zu lassen, dem Archidiaconal-Provisori bey Sperrung der Temporalitdt aufgetragen habe.

Dieses Puncts halber ist die Verständnuß beederseits dahin geschehen, daß (weilen das Præteritum eine schon lang beschehene Sach ist) das Futurum also dahin moderiret seyn solle, daß nemlich die J. Oe. Regierung und Cammer in casu einer verspührenden üblen Administration der Temporalität, besonders wo periculum in mora, der Remedur halber unterlauffet, die erstgedachte Temporalitdt zwar sequestriren, nachgehends aber gleichwohlen zu Vorkehrung weiterer Provision mit dem Vicario Generali correspondiren, und das Nöthige beederseits veranstaltet werden solle.

Quarto: Daß die J. Oe. Regierung und Cammer nach der vor Jahren zu Grätz beschehenen Entleibung des Leopold Herrn von Stubenberg den daselbst in das Augustiner-Kloster entflohenen Thäter Antoni Dismas Grafen von Saurau habe heraus- und in Arrest nehmen lassen, die Erkantnuß: utrum delictum sit exceptum, nec non? der geistl. Obrigkeit geweigert, und dem Erz-Priester, so die Restitution des Arrestati ad locum Asyli anbegehret, mit Sperrung deren Temporalien bedrohet habe.

Dieser Punct bleibet bis dahin in suspenso, daß quoad Immunitatem Ecclesiasticam von allen Oesterl. Canzleyen mit der Geistlichkeit ein Totum daraus gemacht wird.

Quinto: Daß bishero von der J. Oe. Regierung und Cammer denen Erz-Priestern, und Pfarrern in Steyer und Kärnthen authoritative anbefohlen worden, in vorgefallenen Begebenheiten das Te Deum laudamus, und Exequien &c. zu halten.

Ist dahin verglichen, daß die Haltung des Te Deum laudamus, Exequien &c. jedesmal denen Vicariis Generalibus zu weiterer Publicirung zwar authoritative jedoch in glimpflichen Terminis, aufgetragen werden solle. *Anno 1729.*

Sexto: Daß auf Befehl gedachter Regierung und Cammer die Verkündung des Schlachtsgelds, und Fleischtätzes rc. nebst andern Profanis, von offener Kanzel dem Volk verkündet worden, welche Profana doch nicht in die Kirchen gehöreten.

Hierüber ist die Verständnuß beederseits ergriffen worden, daß inskünftige nur das Zehend- und Bergrecht, wie von Alters her gepflogen worden, noch fernershin von der Kanzel dem Volk verkündet, die übrige Profana, als Fleisch-Tätz rc. in loco sæculari, nach jedes Orts Gewohnheit, auch besserer Thunlichkeit promulgiret, auch derley Patentes nicht mehr als Valvas Ecclesiæ angeschlagen werden sollen.

Septimo: Daß vor einigen Jahren die J. Oe. Regierung und Cammer den von Seiten Salzburg zur Concurrenz ad Visitationem deren Temporalien bey dem Stift Rottenmann deputirt-gewesten Abbten zu Admont von der Concurrenz abgewiesen habe.

Hierinn ist die vorhin gemacht geweste Verständnuß erfrischet worden, daß nemlich das Ordinariat von der Concurrenz zur Visitirung der Temporalien nicht ausgeschlossen werden: jedoch, daß selbes an die Landsfürstl. Stellen die Abschickung ihres Commissarii jedesmal vorläufig erinneren solle, damit auch diese den Landsfürstl. Commissarium zu Visitirung deren Temporalien abordnen können.

Octavo: Daß erst vorgedachte J. Oe. Regierung und Cammer den Clerum in Steyer, und Kärnthen zu Erlegung ihres Kirchen-Schatz an Geld, und Silber, item Vermögen-Steuer, bey widrigens angedroheter militarischer Execution, angehalten habe.

Ist verglichen vor das Künftige, daß, so viel die ordinari Steuer betrift, alles nach der alten Vergleichs-Resolution de Anno 1671. gehalten; in denen, die Geistlichkeit allein betreffenden Extraordinariis aber die Norma, welche mit der damahligen Einbringung deren Decimal-Geldern vor beede Vestungen Belgrad, und Temeswar eingerichtet ist, beobachtet werden solle.

Nono: Daß die J. Oe. Regierung und Cammer der Geistlichkeit ohne Landsfürstl. Consens Capitalien aufzunehmen sub Præjudicio, daß im widrigen denen Darlehnern keine gerichtliche Execution wider ihre Debitores ertheilet werden solle, verbotten, das Ordinariat aber von der Concurrenten Expedition dieses Verbotts ausgeschlossen habe.

Verglichen, daß es bey diesem zu Erhaltung deren geistl. Stiftungen sowohl, als des politischen Stands hauptsächlich abzihlenden Verbott, und dessen Publication allerdings zu verbleiben habe, und solle dem Ordinario auch unbenommen seyn, durch

Anno 1729. seine an die Geistlichkeit schickende Dehortatoria, und Inhibitoria ein gleiches zu thun.

Decimo: Daß die J. Oe. Regierung und Cammer dem Fürst Schwarzenbergischen Hauptmann zu Muhrau in Steyer bey Straf verbotten, selbigen Stadt-Pfarrer das Brachium sæculare zu ertheilen: anbey anbefohlen habe, die wegen Haltung eines Caplans verhandene Acta nacher Grätz zu ihren Handen zu schicken.

Verglichen, daß der Geistlichkeit in dillichen Dingen und auf derselben gezimmendes Anlangen das Brachium künftighin von der weltl. Obrigkeit in Steyer, und Kärnthen nicht denegiret werden solle.

Undecimo: Daß die J. Oe. Regierung und Cammer von dem Vogt- und Lehens-Herren, auch Städt- Märkt- und Dorf-Obrigkeiten in denen J. Oe. Landen per Patentes die Nachrichten wie sich der Clerus curatus in Administration deren Sacramenten, Einforderung der Stolen, und sonsten quoad vitam & mores verhalte? durch offene Patentes abgefordert habe, doch derley publicirende Patenten dem Ordinario in seiner Jurisdiction circa Curam Animarum sehr nachtheilig seyen.

Hierüber ist die beederseitige Verständnuß dahin beschehen, daß solche Inquirirung in Erforderungs-Fall nicht mehr durch offene Patentes, sondern durch verschlossene an die Gehörde aussertigende Befehle beschehen, und die Remedur von der Gehörde begehret, und vorgekehret werden solle.

Duodecimo: Beschweret sich das Erz-Stift, daß von denen J. Oe. Stellen der Clerus in Steyer, und Kärnthen bey denen Præsentationen und Installationen auf die vacant- und respective ersetzte geistliche Beneficia mit Taxen, und anderen Auslagen prægraviret wurde.

Ist verglichen, daß die dießfällige Remunerationes, so über Gebühr lauffen, abzustellen seyen, und bey denen Installationen nichts als frugalis mensa, und was sonsten von Alters her gebräuchig, nebst Abtrag deren Reiß- und Zehrungs-Unkosten, gegeben werden solle.

Decimo Tertio: Daß die J. Oe. Regierung und Cammer super vita & moribus, atque exactione Stolæ des Pfarr-Provisoris zu Teofenbach in Steyer N. N. Waßnig ohne Concurrenz der Geistlichkeit inquiriret, die Kirchen-Cassa eröfnet, die Pfarrliche Urbaria, und Steuer-Register, item die Stol-Ordnung mit sich genommen haben.

Verglichen, daß künftighin in derley Begebenheiten nicht einseitig vorzugehen, sondern im Fall, daß ein Geistlicher wider besseres Verhoffen sich übel aufführen, das Volk mit Steigerung der Stolen beschweren, und sonst sich ärgerlich verhalten sollte, von der weltl. Obrigkeit, seiner Correction halber, mit der Geistlichkeit gute Correspondenz zu pflegen seye.

Decimo Quarto: Daß des verstorbenen Pfarrers zu Pöls in Steyer, Doctoris Hieronymi Niderist, Verlassenschaft seinen Erben ab intestato einseitig, und ohne Concurrenz der Geistlichkeit extradiret worden zu seyn vorkomme, da doch die geistliche Verläß in denen J. Oe. Landen cumulative gesperret, inventirt, und gütlich abgehandlet werden sollten.

In diesem Punct ist die alte verglichene Verständnuß durch gegenwärtigen Vergleich dahin erfrischet worden, daß ins künftige solche Verrichtungen nach denen bereits emanirten alten Vergleichs-Resolutionen mit der Geistlichkeit gemeinschaftlich vorgekehret werden sollen.

Decimo Quinto: Daß von dem Lands-Vicedom in Kärnthen, und dessen Amts-Secretario bey des verstorbenen Stadt-Pfarrers zu St. Veit daselbst in Kärnthen Verlassenschafts-Abhandlung eine excessive Tax, und zwar ex parte des Lands-Vicedoms von ein Gulden zwey Kreutzer: von Seiten des Secretarii aber von 1. fl. 1. kr. genommen worden zu seyn vorkomme.

Weilen dessen Abstellung schon vorhero in Puncto 12. verglichen worden, hat es dabey sein festes Bewenden.

Decimo Sexto: Daß die J. Oe. Regierung und Cammer den vor Jahren zwischen der Bruderschaft Corporis Christi, und denen Studenten zu Grätz entstandenen Præcedenz Streit authoritative erörtert habe.

Verglichen, es habe dabey sein Bewenden: jedoch, daß dem Ordinario in seinen übrigen Rechten nichts derogiret werde.

Decimo Septimo: Daß die J. Oe. Regierung und Cammer die Schäfferische Waisen-Haus-Stiftung zu Grätz vor sich selbsten, und ohne Concurrenz der Geistlichkeit commutiret, und Unterhaltung der Mägdlen ausgeschlossen habe.

Diese Klag ist durch neuerlich mit Einverständnuß der Geistlichkeit beschehene neue gute Einrichtung und Erweiterung dieser frommen Stiftung allerseits vergnüglich gehoben.

Decimo Octavo: Daß der Stadt-Magistrat zu Prugg an der Muhr ohne Concurrenz des dasigen Stadt-Pfarrers die Stift-Gelder selbiger Pfarr-Kirchen einseitig verwalte, und dem Pfarrer so gar keine Schlüssel von dißfähliger Cassa zulasse.

Verglichen, daß der Stadt-Pfarrer daselbst zu Prugg, zur Mit-Administration besagter Stift-Gelder gelassen, und selbem auch ein Cassa-Schlüssel gegeben werden solle.

Decimo Nono: Daß gedachter Stadt-Magistrat zu Prugg des Adam Hammel gewesten Raths-Burgern daselbst zu Prugg, zu selbiger Pfarr-Kirchen verschaftes ganzes Vermögen ohne Interesse zu sich, & ad suum usum genommen, und auch dem

Stadt-

Stadt Pfarrer eine Abschrift von Testament des Defuncti ad ontitiem des Vermögens zu geben verweigert habe.

Diese Beschwer-Punct ist vermög des über das 5. Gravamen der J. Oe. Regierung und Cammer getroffenen Vergleichs auch dahin abgethan, daß dem Stadt-Pfarrer in dessen Conformität eine Copia Testamenti zu geben, und die ermeldte Verlassenschaft von dem Stadt-Magistrat und dem Stadt-Pfarrer cumulative zu administriren seye.

Vigesimo: Ziehet das Erz-Stift Salzburg Beschwer-weis an, daß demselben nicht gestattet werden wolle, zu denen Prälaten und Abtißinnen-Wahlen in Steyer, und Kärnthen fremde, oder ausländische Commisserios abzuordnen.

Hierinn ist die Verständnuß dahin gepflogen worden, daß es mit Abordnung derley Commissarien nach der Resolutinn vom 29. Decembr. 1696. gehalten werden solle, daß man nemlich auch fremde, sed Principi terræ gratos, abschicken dörfte, und respective zulassen wolle.

Vigesimo Primo: Daß bis anhero bey denen Prälaten- und Abtißinnen-Wahlen in Ertheilung der Landsfürstl. Placet, und bey der Tafel die Landsfürstl. Commissarii den Hut in Gegenwart deren geistl. Commissarien aufzusetzen gepflogen.

Verglichen, daß künftighin die Landsfürstl. Commisserii des Hut-Aussetzens sich begeben, hingegen auch die geistl. Commissarien ihres Käppels sich nicht gebrauchen, sondern beederseits unbedeckt seyn sollen.

Vigesimo Secundo: Daß die Landsfürstl. Commisserii bey der letzt-gewesten Stift-Vorauerischen Probsten-Wahl die Præcedenz in der Kirchen prætendirt, und eingenommen haben.

Verglichen, daß die Landsfürstl. Commissarii künftighin bey dem, nach denen beschehenen Wahlen haltenden GOttesdienst ihren Platz in der Kirchen ad Cornu Evangelii extra Presbyterium nehmen, die geistl. Commissarii aber intra Cancellos, oder Presbyterium ihr Ort haben sollen.

Vigesimo Tertio: Es habe die J. Oe. Regierung und Cammer denen Curaten in der Haupt-Stadt Grätz zu verkünden anbefohlen, daß alle verbottene und ketzerische Bücher dem Erz-Priester daselbst zugestellet werden sollen, da doch die Erkanntnuß in materia Hæresis dem Ordinario allein zustehe.

Die beederseitige Verständnuß gehet in diesem Passo dahin, daß ins künftige in modo dicta materie Hæresis die Præceotion von der J. Oe. Regierung und Cammer auf andere Weis, nemlich mit der Geistlichkeit cumulative vorgenommen, und, wann der weltliche dem geistl. Richter, & vice versa ob periculum in mora vorkommet, der Præveniens die Communication des Beschehenen dem Prævento fördersam thun solle. *Anno* 1729.

Vigesimo Quarto: Daß der Fürst von Portia als Graf zu Ortenburg: 1. Den Erz-Priester zu Gmündt bey Installirung der Pfarrer in Spital, Molzpicht, Weissenstain, Holz, und Peschen in Temporelibus nicht admittire. 2. Den Pfarrer von denen Spital-Raittungen in gedachtem Markt Spital völlig ausschliesse. 3. Selbige Beneficiat-Unterthanen an sich ziehe: Ingleichen daß 4. Die Graf Lodronische Herrschaft Gmündt selbigen Pfarrer von denen Spital-Raittungen ebenmäßig ausschliesse; Dann 5. die Burgerschaft zu Greiffenburg respectu der S. Catharina-Filial-Kirchen daselbst ein gleiches unternehme.

Pro interim dahin verglichen, daß, weilen hierüber von denen J. Oe. Stellen Bericht und Gutachten abgefordert worden, inmittels alles nach denen alten Vergleichs-Resolutionen de annis 1671. & 1674. gehalten werden solle.

Vigesimo Quinto: Daß das Bisthum Gurgg, und die Jesuiterische Residenz zu Müllstatt als Vogt-Herren der Pfarr S. Peter in Tweng bey denen Kirchen-Raittungen die Præcedenz vor denen geistl. Commissarien prætendiren.

Verglichen, daß alle Privat-Vögt- und Lehens-Herren in Steyer, und Kärnthen, oder ihre Commissarien denen Salzburgl. Commisseriis in Concurso die Vorhand zu lassen haben; ausser, es wäre der Vogt- und Lehens-Herr ein wirklich-Kaiserl. Rath, Landmann, oder Ritter, und erscheinete zu solcher Functinn in Persone, in welchem Fall er vor dem Salzburgl. Commissarin, wann selber nicht auch eine gleichmäßige Standspersohn ist, den Vorzug zu nehmen haben solle.

Vigesimo Sexto: Daß der Graf Karl von Dietrichstein nicht allein die Pfarrkirchen Casse zu St. Margarethen in Steyer auf sein Guth Hörnbach transferiret, sondern auch selbigem Pfarrer einen Schlüssel darzu zu behändigen geweigert hätte.

Verglichen: es solle künftighin die bereits resolvirte Norma deren drey Cassa-Schlüsseln (wovon einer dem Advocato Ecclesiæ, der andere dem Pfarrer, und der dritte dem Kirchenvater zu behändigen ist) genau observiret werden.

Vigesimo Septimo: Daß die Graf Dietrichsteinische Herrschaft Landscron, wegen prætendirenden Jus Petronatus über die Pfarr Köstenberg in Steyer, den von Salzburg authoritate ordinaria aufgestellten Pfarrer daselbst zu Köstenberg, Martin Meßner, anzunehmen geweigeret.

Gedachter Pfarrer ist guter Ordnung nach installirt, anmit auch die Klag gehoben worden.

Vigesimo Octavo: Daß die Privet-Vögt- und Lehens-Herren in Steyer und Kärnthen um jede geringe Ursach denen Pfarrern, und

Anno 1729. Beneficiaten die Temporalien zu sperren sich anmassten.

Verglichen, daß kein Privatus ohne Vorwissen der J. Oe. Regierung und Cammer einem Pfarrer, oder Beneficiato die Temporalien zu sperren künftighin befugt seyn solle.

Vigesimo Nono: Es seye der Priester Johann Christoph von Geöffing auf die Pfarr Ober-Bellach und das Beneficium zu Ober-Falkenstein in Kärnthen, his nondum vacantibus, durch den Lands-Vicedom daselbst in Kärnthen in Temporalibus installiret worden.

Dieses ist für eine vor langen Jahren beschehene Inconvenienz angesehen, und für das künftige verglichen worden, daß es bey alt-vorgeschriebener Norma, was bey Resignation, oder Amotion eines Pfarrers, oder Beneficiaten zu beobachten seye, verbleiben solle.

Trigesimo: Wolle die J. Oe. Regierung und Cammer nicht zugeben, daß 1. die Causæ contentiosæ ad Appellationam dahin nacher Salzburg gelangen; neque 2. daß sich der Clerus pro Examine, Investitura, & Confirmatione, noch auch die Prälaten und Pröbsten ad Confirmationes, Solennitates, neque ad suscipiendam Benedictionem ausser Lands alldahin nacher Salzburg begeben, oder berufen werden sollen.

Verglichen, daß ad 1. ratione Evocationis Causarum die litigirende Partheyen ihre Appellations-Schriften an den Ordinarium zwar stilisiren, auswendig aber die Clausulam (zu Handen des Vicarii Generalis in Steyer oder Kärnthen) annectiren, auch selbe denen erstgedachten Vicariis Generalibus einreichen, und daß sodann selbe Vicarii Generales die Appellations-Schriften, und ihre darüber gefällte Sentenz mit denen Actis und Motivis an den Ordinarium (in gravioribus Causis) zwar einschicken können, jedoch, daß von ihme Ordinario die Causa nicht aufgeschoben, sondern inner 6. Wochen die Approbation zu Handen des Vicarii Generalis zuruck erfolgen, und darauf der gefällte Sentenz im Land durch ihne Vicarium Generalem publiciret werden solle. Dann daß quoad 2. circa Evocationem Personarum die beede Prälaten von Vorau, und Pöllau, ingleichen auch jene Pfarrer und Beneficiati, so unterhalb des Districts von gedachtem Vorau, und Pöllau liegen, und mit nächstem denominiret werden sollen, pro Infula, Benedictione, & Confirmatione &c. nacher Salzburg nicht excurriren, sondern allein dem Vicario Generali in Steyer, (gleich jenen, so von ihme ersetzet werden) sich zu sistiren haben; hingegen daß die Prälaten zu Admont, und Rottenmann, wie auch die oberhalb des Districts von mehr gedachten Vorau, und Pöllau liegenden Pfarrer im Land Steyer, so ebenfalls zu Vermeidung fernerer Streitigkeiten namhaft gemacht werden sollen; wie nicht weniger im Land Kärnthen die beede Prälaten zu Ossiach, und St. Paul, nebst allen Pfarrern und Beneficiaten) ausser deren, so der Vicarius Generalis alldort ersetzet) nacher Salzburg erscheinen können; jedoch, daß selbe allda zu Salzburg in der Taxa, und anderen Auslagen nicht graviret, auch von diesen zugelassenen Excurrenten, im Fall erhebliche Ursachen vorkommeten, noch ein und anderer von der Erscheinung ausser Lands dispensiret werden; und daß alle, sowohl Prälaten, und die liberæ Collationis Salisburgensis, als andere Parochi, so die Confirmation in Salzburg erhalten, ihre Bullas, & Concessiones Archi-Episcopales der weltlichen Obrigkeit vorweisen sollen.

Trigesimo Primo: Daß die Correspondenz zwischen denen Landsfürstl. J. Oe. Stellen, und dem Erz-Stift Salzburg ohne Ursach unterbrochen worden seye.

Verglichen: daß selbe nunmehro anwiederumen von gedachter J. Oe. Regierung und Cammer, wie vorhin beschehen, mit Salzburg gepflogen werden solle.

Nebst diesen obstehenden in geistl. Sachen angebrachten 31. Salzburgl. Beschwer-Puncten hat das Erz-Stift auch in weltl. Sachen nachfolgende vier Gravamina angebracht, welche in der angefangenen Ordnung folgen.

Trigesimo Secundo: Wo die Beschwerde gemacht wird, daß man von Seiten Oesterreich die Nomina des Geschlechts deren Grafen von Lamberg zu den bey dem Erz-Stift Salzburg vacirenden Erb-Truckseffen-Amt, dem altem Herkommen zugegen, nicht angenommen habe.

Hierinnen ist verglichen worden, daß von dem Erz-Stift nach Abgehen deren auf die drey von Oesterreich herrührende Erb-Aemter, als das Erb-Marschall, Erb-Schenken, und Erb-Truckseffen-Amt bey dem Erz-Stift investirten Familien jedesmal drey andere in dem Land, worvon jedes Erb-Amt seine Denomination hernimmet, seßhafte Familien zu recommendiren, und daraus von Seiten Oesterreich eine zu erkiesen seye; pro hac vice aber ermeldte Familiæ deren Grafen von Lamberg zu dem Erb-Truckseffen-Amt investiret werden solle.

Trigesimo Tertio: Es wollten die J. Oe. Stellen nicht gestatten, daß diejenige Lehen, welche Oesterreich als Landsfürst in Kärnthen von dem Erz-Stift Salzburg innen hat, durch einen abgeordneten Gewalts-Haber zu Salzburg empfangen werden sollen.

Verglichen, daß solche Lehen im Land Kärnthen bey dem Salzburgl. Lehens-Commissario durch den Lands-Vicedom daselbst genommen werden können.

Trigesimo Quarto: Daß der Johann Georg Freyherr von P[illegible]uk zu Pux auf der

im

im Salzburgl. Territorio liegenden Alm, Yberling genannt, nicht allein gejaget, sondern auch andurch die Confinen disputirlich gemacht haben solle.

Dieser Punct ist dahin verabredet worden, daß diese Beschwerde bey der J. Oe. Regierung und Cammer angebracht, und auf des verlierenden Theils Unkosten eine Augenscheins-Commission vorgekehret, auch nach wohl untersuchter Sach sodann, was Rechtens ist, verordnet werden solle.

Trigesimo Quinto: Bestehet die Salzburgl. Beschwerde in deme, daß die Ratificationes über den bereits Anno 1677. wegen deren Confinen am Fluß Mändling aufgerichten Recess zwar beederseits erfolget, und ausgewechslet, die Adimplierung und würkliche Setzung deren Marksteinen aber zu dato nicht beschehen seye.

Dieser Punct hat mit deme sein abhelfliche Maaß, daß von Seiten Inner-Oesterreich die Setzung deren Marksteinen ehist geschehen werde.

Drittens und leztlichen folgen die Tempore der Wahl des jetzigen Erz-Bischoffen zu Salzburg von daselbstigen Consistorial-Canzler eingelegte 20 neue Gravamina, über welche der Vergleich auch folgender Gestalten getroffen worden, und zwar ad

Primum: Daß (nachdeme dem dermaligen Abten zu Admont der Usus Pontificalium, wegen nicht ab Ordinario gehabter Confirmation; per Decretum Consistoriale inhibiret worden) die J. Oe. Regierung und Cammer die Respectirung derley Consistorial-Decreten absolute verbotten, und dem Clero anbefohlen habe, solche Decreta entweder Ihro Regierung und Cammer uneröfneter einzuschicken, oder uneröfneter nacher Salzburg widerum zurück zu schicken.

Verglichen mit deme, daß sich künftighin ein dergleichen Casus von dem Salzburgl. Consistorio stante Facultate omnimoda des Vicarii Generalis nicht mehr ergeben, und also die Beschwerde gehoben seyn solle.

Secundum: Daß von der J. Oe. Regierung und Cammer dem Ordinario in Visitatione Spiritualium des Frauen-Kloster Göß in Steyer ganz neuerlich Einhalt gethan, und diesfalls die vorläufige Insinuation prætendiret worden seye.

Verglichen: Es solle bey der Vergleichs-Resolution de Anno 1674. §. 4. verbleiben, und der Ordinarius ohne vorläufiger Anzeige bey der J. Oe. Regierung und Cammer keine Visitation etiam in Spiritualibus bey dem Clero in Steyer, und Kärnthen vorkehren, damit auch selbe zu Mitvisitierung deren Temporalien Commissarios abordnen, und man also durch einmüthige Zuthuen den abzihlenden Effect erhalten möge. Ad

Tertium: Daß bey denen Sperr- und Inventuren in denen Frauen-Klöstern, wie letzlich zu Grätz bey denen Dominicanerinnen beschehen, vor die Landsfürstl. Commissarios der Eintritt in die Clausur prætendiret, und genommen, auch solcher Eintritt zuwider deren geistl. Rechten bereits generaliter verordnet worden seye. *Anno 1729.*

Verglichen: Es habe bey dem Beschehenen, welches auf dem Fuß anno 1674. emanirten Vergleichs-Resolution gegründet ist, sein Bewenden, weilen, um solche Stiftungen in aufrechten Stand quoad Temporalia zu erhalten, der Eintritt des Landsfürsten, und dessen Commissarien in die Clausur höchst nöthig ist; jedoch soll ein dergleichen Eintritt, und Visitation intra Clausuram ohne anscheinender grossen Noth, und damals auch mit Vorwissen & communicato Consilio der Geistlichkeit künftighin nicht vorgekehret werden. Ad

Quartum: Daß von Seiten der J. Oe. Regierung und Cammer der im Land Salzburg zu Dämsweg bestellte Archidiaconal-Commissarius die im Land Steyer gelegene specificirte 5. Pfarrer zu visitiren, und inventiren nicht admittiret werden wolle.

Hierüber ist die Verständnuß dahin genommen worden, daß der Ordinarius solche Functiones durch Subalternos verrichten lassen könne; jedoch nicht, daß ein ausländischer Commissarius hierzu gebraucht, sondern ein innländischer Archidiaconus oder Decanus pro Commissario darzu deputiret werden solle. Ad

Quintum: Daß Regierung und Cammer dem Freysinglischen Hauptmann zu Rotenfels in Steyer anbefohlen habe, dem Pfarrer zu St. Peter unter dem Cammersperg in Steyer, welcher von dem in vorhergehenden Punct gedachten Dämsweegischen Archidiaconal-Commissarius in Spiritualibus installiret worden, ex ratione, daß solches von einem Ausländer geschehen, in Temporalibus nicht installiren solle.

Die Hinlegung dieses hat mit vorhergehendem Punct gleiche Beschaffenheit. Ad

Sextum: Daß die J. Oe. Regierung und Cammer dem ex puris Causis Spiritualibus canonice amovirten Pfarrer zu gedachten St. Peter am Cammersperg dannoch 5. Jahr lang via facti cum Perceptione fructuum auf der Pfarr manuteniret habe.

Verglichen, daß, weilen die Amotion des besagten Pfarrers nicht im Land debito modo, & forma beschehen, und der Sentenz via facti hat exequiret werden wollen, es bey deme, was von Regierung und Cammer de præterito vorgekehret worden, sein Bewenden habe; quoad futurum aber es bey der in Puncto Trigesimo gegenwärtigen Recess vorgeschriebenen Norma sein stetes Verbleiben haben solle. Ad

Septi-

Anno 1729. *Septimum:* Daß der Fürſt-Schwarzenbergiſche Oberverwalter zu Muhrau, auf Verbott der J. Oe. Regierung und Cammer, den Authoritate ordinaria inſtituirten Pfarrer zu St. Georgen in Steyer in Temporalibus cumulative mit der Geiſtlichkeit zu inſtalliren verweigere.

Die Hinlegung dieſes Poncts bleibet bis auf Einlangung des von der Gehörde darüber abgeforderten Berichts und Gutachtens in ſuſpenſo. Ad

Octavum: Daß dem dermalligen Abbten zu Oſſiach, umwillen er pro Confirmatione, & Benedictione ſich contra Edicta prohibitoria nacher Salzburg ſiſtiret, die Temporalia durch 1½ Jahr geſperret, und dem Stift ein Adminiſtrator geſtellt, andurch aber namhafte Unkoſten cauſiret worden wären.

Dieſee Puoct iſt mit deme bereits vorhin quoad præteritum abgethan, weilen gedachter Prälat bereits längſt inſtalliret, reſpectu deren Adminiſtrations-Unkoſten aber die Sach auf ein billiches zu moderiren anbefohlen worden, pro futuro aber die Norma, wie in Puncto Trigeſimo gemeldet worden, obſervieet werden ſolle. Ad

Nonum: Daß durch die J. Oe. Regierung und Cammer erſt neulich dem Convent zu St. Paul in Kärnthen, Ordinis S. Benedicti, ſchriftlich bedeutet worden, daß die Coocertation des Wahl-Tags ihres neuen Prälaten nicht auſſee: ſondern im Land abgehandlet, und von denen Landsfürſtl. Commiſſariis erklieſet werden ſolle.

Verglichen: Es habe bey ſolcher ſchriftlichen Bedeutung de præterito, & in futurum ſein Verbleiben. Ad

Decimum: So ebenfalls ratione Concertirung des Wahl-Tags einſchlaget.

Die Entſcheidung dieſes iſt aus denen vorhergehenden Puncten, wohin dieſer Punct ebenfalls einflieſſet, verſtanden, daß es nemlichen damit gehalten werden ſolle, wie es jüngſt in der vorgangenen Wahl zu St. Paul geſchehen, da ſich beyde Commiſſarien über den Tag, an welchem ſolche vorgenommen weeden könnte, in loco mündlich unterredet, und auf einen gewiſſen gemeinſchaftlich geſchloſſen haben. Ad

Undecimum: Daß der Erz-Prieſter zu Straßgang, und Stadt-Pfarrer zu Grätz, um daß ſelbe zu Eehaltung der Collation und Inveſtitur vor ihrem Ordinario auſſer Lands nacher Salzburg erſcheinen, zu Grätz ad Commiſſionem Laicam citiret, und conſtituiret woeden ſeyen.

Verglichen: daß es für das künftige nach der in Puncto Trigeſimo concertirten Vorſchrift gehalten werden ſolle. Ad

Duodecimum: Daß der Landsfürſtl. Commiſſarius Graf von Wurmbrand bey der Inſtallation des Stadt-Pfarrers zu Grätz in der Kirchen des Baldachins ſich bedienet, auch im Aus- und Eingang die rechte Hand genommen habe.

Pro interim verglichen, daß ſolcher deſſentwegen vernommen, und ſodann nach Befund der Sachen das weitere vorgekehret werden ſolle. Ad

Decimum Tertium: Daß auf die Landsfürſtl. Pfarr Deinſperg in Käenthen Prieſter, Franz Freyberger, welcher in Examine nicht einmal die Impedimenta Matrimonii, und Gradus Conſanguinitatis, & Affinitatis gewuſt, præſentieet worden.

In dieſem Punct iſt man beederſeits verſtanden, daß künftighin jedesmal die Concurrentes um Pfaeren und Beneficia ante Præſentationem in Concurſu von qualificirten und gelehrten Geiſtlichen examiniret werden ſollen, damit taugliche Subjecta dem Ordinario præſentiret werden. Ad

Decimum Quartum: Daß Salzbueg, qua Ordinarius, der Bambeegiſchen Vogt-Herrſchaft zu Wolfsberg in Kärnthen zur cumulativen Inſtallation, auch Sperr, Inventur, und Abhandlung deren daſigen Pfarrer- und Beneficiaten-Verlaſſenſchaften, wie auch zue Cumulativ-Verwaltung deren Kirchen-Gelder nicht admittieet werden wolle.

Dieſer Punct bleibet in ſuſpenſo, bis der über des Stifts Bamberg dißfällige Befugnuß abgefoederte Bericht und Gutachten einlauffen wird, um ſodann das weitere auch hierüber concertiren, und verordnen zu können.

Nach dieſen, obſtehender maſſen angeführten, die Ordinariats-Jurisdiction in Steyer und Kärnthen betreffenden 14. Gravaminibus hat das Erz-Stift Salzburg auch noch andere 6. die O. Oe. Regierung zu Ynſprugg concernirende Beſchwers-Puncta neuerlich angebracht, über welche aber durch Gehörde gleichfalls Bericht und Gutachten abgefordert worden iſt, wo ſodann nach derenſelben Einlangung in Conformität dieſer bereits abgehandleten Punctorum ebenmäßig vorgegangen, mithin durchaus eine dermaleinſtige gute Verſtändnuß inter Sacerdotium & Imperium ſowohl in beeden Ländern Steyer und Käenthen, als Tyrol wieder hergeſtellt, einfolglich alle Zwiſtigkeiten applaniret; wie dann auch obgedachte Veegleichs-Puncta auf die Biſthümer Gurgg, Seccau und Lavant gleichmäßig verſtanden, und dahin extendiret werden ſollen.

Demnach gereden und verſprechen Wir als Erz-Herzog zu Oeſterreich, und Herzog zu Steyer und Käenthen bey Unſeren Erz-Herzoglichen Worten, und Würden, daß Wir obſtehenden Vergleich in allen und jeden Puncten, Clauſulen, Articulen, Inhalt und Meynung wahr, ſtätt, und unverbrüchlich halten, vollziehen, und darwider keineswegs handlen, weder denen Unſeren, noch anderen daegegen zu handlen geſtatten ſollen, noch wollen.

Zue Uekund und Gezeugnuß deſſen haben Wir dieſes Inſtrument eigenhändig unterſchrieben, mit Unſerem Kaiſerl. Königl. und

Erz-

Erz-Herzogl. anhangenden Inſigel verfertigen, und mehr-gedacht des Erz-Biſchof Liebden behändigen, auch Unſerer Seits behörigen Orts zu deſſen Befolgung intimieen laſſen. Woegegen dann auch zu Unſeren Handen Seine Liebden ein ganz gleiches Exemplare unter dero eigenhändigen Unterſchrift, und Erz-Biſchöflichen Fertigung zu berührten heilſamen Ziehl wohlbedächtig eingereichet haben.

Geben ꝛc. Wien den 13. Aprilis 1729.

Sequitur expreſſa deſignatio Parochorum & Beneficiatorum in Styria & Carinthia, quibus aut Salisburgum ſe conferre liceat pro confirmatione & inveſtitura, aut a Vicariis Epiſcopis eam confirmationem ſua in provincia obtinere.

Anno 1730. Demnach zwiſchen Sr. Röm. Kayſ. auch in Hiſpanien, Hungaen, und Böheim ꝛc. Königl. Maj. als Herzogen in Steye, und Kärnten ꝛc. an einem: dann Se. Hochfürſtl. Gnaden Herrn Erzbiſchofen von Salzburg, als in partibus Styriæ & Carinthiæ Ordinario andern Theils, Kraft Receſs vom 13ten Aprilis 1729. verſchiedene vorhin ſtrittige punct verglichen, dabey aber ad punctum Salisburgenſe 30mum reſpectu excurſionis perſonalis vorbehalten worden, jene Steyriſche Pfarrer und Beneficiaten nächſtens ſpecifice zu benennen, welche pro Actu Confirmationis & Inveſtituræ Canonicæ bey ihrer Antrettung ſich auſſer Lands, und nach Salzburg ſtellen mögen; und ſothane Benennung nunmehro dahier bey dem Kayſ. Hof Mitteiſt der Oeſterl. geheimen Hofkanzley, und des hierzu beſonders abgeſchickten, und bevollmächtigten Salzburgl. Herrn Hofkanzlers Johann Heinrich Fichtl über deßfals gehabte verſchiedene Unterredungen, und dabey von beſagten Salzburgl. Herrn Hofkanzler mehrmals gethane Erklärung, daß dieſe von dem Landsfürſten allergnädigſt geſtattende excurſion denen Landsfürſtl. Juribus nicht præjudiciren ſolle, dahin determinirt, und beſchloſſen worden, daß die vorhin in Stritt geſtandene Acht und Vierzig Pfarren, und Beneficia in gleiche Zahlen abgetheilet, und ſolchemnach 24. pro ſolo actu Confirmationis & Inveſtituræ Canonicæ auf Salzburg hinaus gelaſſen: die übrige 24. aber im Land Steyr durch den bevollmächtigten Vicarium Generalem confirmirt werden ſollen.

Als werden deme zu Folge hiemit für Salzburg benennet. 1mo der Pfarrer zu Gräbming, wann ein Sæcularis dazu beſtellt wird, 2do der Pfarrer zu Haus. 3tio der Beneficiat zu Schladming. 4to der Stadt-Pfarrer zu Peugg. 5to der Pfarrer zu Teägöß. 6to der Pfarrer zu Leoben. 7mo der Beneficiat daſelbſt. 8vo der Pfarrer am Veitſperg. 9no der Pfarrer zu Judenburg. 10mo der Beneficiat daſelbſt. 11mo der Pfarrer zu Oberwelz. 12mo der Pfarrer zu Frauenburg. 13tio der Pfarrer in Tieffenbach. 14to der Stadt-Pfarrer zu Muhrau. 15to der Pfarrer in der Radmar. 16to der Pfarrer in Vordrenberg. 17mo der Pfarrer in Eiſenärzt. 18vo der Pfarrer zu Pölß. 19no der Pfarrer in Stadl. 20mo der Pfarrer zu Ranten. 21mo der Pfarrer zu St. Peter untern Cammerſperg. 22do der Pfarrer zu St. Geörgen ob Muhrau. 23tio der Beneficiat in Durach: und 24to der Pfarrer zu Straßgang, wellen er auch Patronatus Salisburgenſis iſt.

Bey dem Vicario Generali in Steyr aber ſollen ſich pro dicta Confirmatione ſtellen: 1mo der Stadtpfarrer zu Grätz. 2do der Pfarrer zu Piſchlstorf. 3tio der Stadtpfarrer zu Purgau. 5to der Pfarrer zu Neubau. 6to der Pfarrer zu Walterſtorf. 7mo der Pfarrer zu Eberſtorf. 8vo der Pfarrer zu Hartberg. 9no der Pfarr Vicarius in Sauſaal. 10mo der Pfarr Vicarius in Witſchein. 11mo die Pfarr Vicarii in Jähring. 12mo in Windiſch-Pichlen. 13tio in Marburg. 14to in Zellniß. 15to in Gämbß. 16to bey St. Peter unter Marburg. 17mo der Stadtpfarrer zu Pöttau. 18vo der Beneficiat zu Pfanberg. 19no der Pfarrer zu Fronleuthen. 20mo der Beneficiat zu Peugg. 21mo der Pfarrer am Waaſen. 22do der Beneficiat zu Kriegbach. 23tio der Pfarrer ad Stum. Dionyſium nächſt Prugg. 24to der Pfarrer zu Troſenach.

Was etwa künftig für neue Beneficia aufkommen möchten, ſolche ſollen nach ober- und unter-Steyr abgetheilt: Jene zwar auf Salzburg: dieſe aber auf Grätz angewieſen ſeyn, auſſer es verordnete der fundator etwas beſonders.

Denen Archi-Diaconis wird auf beſchehenes inſtändiges Anhalten, officiorum gratia pro prima approbatione hinaus auf Salzburg zu gehen erlaubt: In all übrigen aber bleibt es bey dem obbemeldten Receſs.

Deſſen zu Urkund ſeind hierüber zwey gleichlautende Inſtrumenta verfertiget, und von Seiten auch im Namen Sr. Röm. Kayſ. Maj. auch zu Hiſpanien, Hungarn, und Böheim ꝛc. Königl. Maj. als Herzogen in Steyr ꝛc. durch dero wirkl. geheimen Rath, und erſteren Hofkanzlern, dem Hochgebohrnen Herrn Philipp Ludwig des H. Röm. Reichs Erbſchatzmeiſtern Grafen und Herrn von Sinzendorf ꝛc. Rittern des goldenen Vlieſes ꝛc. dann auch von Dero wirkl. geheimen Rath, und Hof-Vice-Kanzlern dem Hoch- und Wohlgebohrnen Herrn Johann Friederich Grafen von Seilern ꝛc. Ingleichen von Seiten, und im Nahmen Sr. Hochfürſtl. Gnaden des Herrn Erzbiſchofens zu Salzburg, als Ordinarii in Steyer, durch dero geheimen Rath, und Hofkanzlern, den Hochedelgebohrnen Herrn Johann Heinrich Fichtl, als hierzu beſonders abgeordnet- und bevollmächtigten Com-

miſſa-

miſſarium unterſchrieben, und gefertiget worden. Wienn den Sieben und zwanzigſten Octobris Anno Siebenzehenhundert und Dreyßig.

Ex Archivo Secretiore Aulico Salisburgenſi.

In ſimili.

Anno 1731. Ich erſehe aus dem unterm 25. Junii leßthin an mich abgelaſſenen Schreiben, was maſſen Euer Liebden bey der mit Anfang lauffenden Jahrs erfolgten Pfarr-Erſeßung zu Pettau in Steyer Gelegenheit nehmen ſich zu erſchweren.

Erſtens: Daß in der dermaligen Præſentation zugegen der alten Formul Dero, als Ordinarii Namen, durchgehends ausgelaſſen; Und

Andertens: In derſelben Præſentation, anſtatt der vorhin eingekommenen Formalien: Dilectionem veſtram, & vos benigne requirentes, ut dictum Presbyterum de memorata Parochia inveſtiatis, & canonice, uti moris eſt, iuſtituatis; *dando* illi poſſeſſionem realem & actualem, cum fructuum & emolumentorum omnium perceptione, dieſe Formalia geſeßt worden: Devotionem tuam benigne, clementerque requirentes, ut dictum Presbyterum de memorata Parochia & Beneficiis illi incorporatis inveſtire, & canonice, uti moris eſt, inſtituere velit, *cui* Nos poſſeſſionem realem & actualem, cum fructuum, & emolumentorum omnium perceptione *decrevimus.* Durch welch leßtere abgeänderte Wort Euer Liebden qua Ordinarius von der Cumulativ-Poſſeſs-Gebung deren Temporalium Eccleſiaſticorum denen geiſtlichen Rechten, der Reſolution Anno 1674. und der bisherigen Obſervanz zugegen, gleichſam ausgeſchloſſen worden, darzu es das Anſehen um ſo mehrer hätte: Als

Drittens: Der angeſeßte Lands-Vice-Dom in Steyer, als dißfällig mein Commiſſarius, allein die Temporalia dem Neo-Inveſtito verliehen hätte, ohne dem geiſtl. Commiſſario die Mithandanlegung oder Concurrenz zu geſtatten. Welcher Lands-Vice-Dom

Viertens: Auch in deme Neuerungen gemacht, daß er den Inſtallations-Tag ohne gewöhnlich-vorgehende Unterred- und Einverſtehung mit dem geiſtl. Commiſſario einſeitig beſtimmet haben ſolle: Dann auch

Fünftens: Ohngeachtet aller Gegen-Remonſtration intra ipſam Eccleſiam in Acceſſu & Receſſu die Præcedenz genommen, da doch in Receſſu de 1729. dero Commiſſariis locus dignior intra Presbyterium allergnädigſt zuerkennet worden worden wäre; über welches ein- und anders ſchließlichen Euer Liebden die Remedur anſucheten.

Zumalen nun zwar, quoad primum, in der obbemeldten Præſentation eine Neuerung des Styli iſt, aber nur eine ſolche, welche der neue Receſs de Anno 1729. (Kraft deſſen ein angehender Pfarrer zu Pettau per Vicarium Generalem zu confirmiren, folglich demſelben ad talem effectum zu præſentiren iſt) in aller Legalität nach ſich ziehet, und welche Euer Liebden im mindeſten nicht nachtheilig iſt, dero Namen und Recht auch deutlich einfließt, dum præſentatur Epiſcopo Seccovienſi, qua Salisburgenſis per Styriam Vicario Generali; und dann eben auch quoad Secundum kein Gedanken, weder Anſchein iſt, durch die abgeänderte Clauſul denen Ordinariats-Juribus im mindeſten zu derogiren, dann wann auch in ſuppoſito caſu cumulative ein Theil ſein ihm unſtreitig zuſtehendes Jus exercirt, wie ich per Formalia Præſentationis gemeynt bin, ſo bleibet deßwegen dem andern Theil ſein Jus gleichwohlen in ſalvo, und ungehindert; bey Gelegenheit aber der für Euer Liebden dahier prætendirenden Cumulativæ, kann ich nicht verhalten, daß ſolche dießfalls nicht Statt habe, und ich in meinen Erb-Landen niemanden eine Cumulativam reſpectu Temporalium zugeſtehe; bis daher auch noch kein Ordinarius ſich ſolcher angemaſſet hat, auſſer was Euer Liebden Conſiſtorium aus ſeinen längſt verworffenen Principiis immer waget, und nicht begreiffen will, daß ein Landsfürſt ſeine Gerechtſame mit eines oder andern Schullehrers willkürlichen Bedunken nicht beſchränken laſſen könne; In denen J. Oe. Landen es auch bey denen Landsfürſtlichen Pfarrern ein ununterbrochenes Herkommen iſt, daß bey Einantwortung deren Temporalien der Geiſtlichkeit keine Concurrenz geſtattet werde; Und obwohlen die Reſolution de Anno 1674. in contrarium angezogen worden, ſo iſt doch ſolches von darumen ohne Beſtand, weilen jenes, was daſelbſt von einer cumulativen Einantwortung verordnet wird, nicht von Pfarrern, ſondern nur von denen neuen Kloſter-Prälaten zu verſtehen iſt, reſpectu deren damals ganz neuerlich der geiſtl. Obrigkeit ein Hand- oder Finger-Anlegung ad Traditionem Temporalium geſtattet worden, nicht daß ſie Geiſtlichkeit etwas zu verleihen hätte, ſondern daß die Electi, utpote voto paupertatis obſtricti, & Bonorum Temporalium incapaces etiam per ſignum hoc Superioritatis Eccleſiaſticæ ad Bonorum Temporalium Adminiſtrationem habilitiret werden, und iſt ſolcher Abſaß ex Contextu klar, wo die Concurrenz erlaubt wird, in denen Zimmern, und privatim, in publico aber meinen Commiſſariis privative vorbehalten bleibet, derley doppelte Vorſtellung aber nur mit denen Prälaten, mit denen Pfarrern aber nicht mehr, als eine Vorſtellung in publico geſchieht, in welchem Fall die Concurrenz nicht erlaubt, weder ad uſum gebracht, wohl aber die dagegen jeweilig vorgenommene Attentata namhaft geahndet worden.

Wie

Wie nun hieraus klar erhellet, daß der verbinnige Tenor Præsentationis in Effectu nichts anderes, als der jetzige imporiret, also ist befremdlich, daß man mich binden wolle, Meine Landsfürstliche Gnaden nur mit geschränkten Worten auszutheilen, oder daß Ich Meine natürliche Gerechtsame nicht bewahren solle, wo solche unbefugter Dingen angefochten werden, sehe dahero auch ungern, daß Dero Consistoriales, um sich immer in Meine Temporalität zu bringen, derselben ungewöhnliche Epitheta ankleben, und schon Ecclesiastica betiteln wollen, da doch jene cum Ecclesiasticis eine mehrere Gemeinschaft nicht haben, als meine löbliche Vorfahrer, und ich ohne jemands Rath, oder Zuthuen verordnet haben, von deme ich zwar der Geistlichkeit ultro ein Mitwissen, aber keine Disposition gestehen kann; es ist dahero

Quoad Tertium: Der angesetzte Lands-Vice-Dom in Steyer in deme, daß er dem geistl. Commissario quoad Traditionem Temporalium keine Concurrenz gestattet hat, um so mehr recht daran, als er noch ante ipsum Actum Installationis dem geistl. Commissario (da er seiner Gewohnheit nach auch desfalls unnöthige Anstände auf die Bahn gebracht) das alt beständige Pettauerische Herkommen klar gezeiget, mithin damals ihne geistlichen Commissarium beruhiget hat; Daß aber

Quoad Quartum: Mein Lands-Vice-Dom den Installations-Tag einseitig, und ohne sich mit dem geistl. Commissario vorhero zu vernehmen, sollte bestimmet haben, dessen grades Widerspiel ist aus der in Sachen heraus erstatteten Amts-Relation zu ersehen, wo mein Commissarius expresse meldet, daß der Tag mit Einverständnuß des Grafen von Inzaghi Erz-Priesters zu Straßgang, als geistlichen Commissarii bestimmet worden, darbey ich es auch pro futuro bewenden lasse, wo immittels ich gleichwohl an meine Stellen verordnet habe, eigentlich zu untersuchen, welcher von beeden etwas ungleich relationiret habe, oder worinnen die Mißverständnuß bestehe. Anno 1731.

Ad Quintum: Daß der Vice-Dom als mein Commissarius, in Accessu & Recessu, auch in der Kirchen die Oberhand genommen, daran ist allerdings recht geschehen, wie solches die gött- und weltlich- auch natürliche Rechten geben, daß nämlich der regierende Fürst im ganzen Land der vornehmste seye, folglich auch in der Kirchen, so in selbem Land liegt, und also giebt es die allgemeine Observanz bey allen Christlichen Königen, und Fürsten; so giebt es das J. Oe. stäte Herkommen, und die darüber ausgefallene oben von euer Liebden allegirte Resolution von 1674. dabey es sein vestes Bewenden haben muß, zumalen auch durch den Recess de Anno 1729. daran nichts vergeben, als wo meinen Commissariis das vorhin allezeit innen gehabte obere Ort ad Cornu Evangelii, denen geistl. Commissariis aber (um alle deßfällige Competenz aufzuheben) ihr Ort intra Presbyterium angewiesen worden, dabey es sein Bewenden haben kann, sofferne sie Geistliche in geziemender Modestie, und Mir schuldigen Respect sich dessen betragen. Solchemnach da ich Mich gegen euer Liebden versehe, dieselbe werden künftig jener Leuten Consilia nicht anhören, welche meines Erz-Hauses hohe Gerechtsame, und deren Erb-Landen gutes Herkommen entweders nicht wissen, oder ihren unbewehrten Schul-Sätzen sacrificiren wollen. Ich verbleibe 2c.

Wien den 12. Septembris 1731.

Mortuus est Leopoldus Archiepiscopus Anno 1744 die 22 Octob.

JACOBUS,

Archiepiscopus Salisburgensis LXI.

Postquam episcopatum primò Seccoviensem, tum Olomucensem gessisset, electus Archiepiscopus Salisburgensis, non nisi duos annos hac in dignitate explevit, quos Nestorios & Ecclesia & Respublica exoptasset. Moritur Anno 1747, 13 Junii.

ANDREAS,

Archiepiscopus Salisburgensis LXII.

Anno 1747.

Ex Præposito Salisburgensi ad Archiepiscopalem cathedram maximo omnium ordinum jubilo elatus fuit; sed optimum principem mortalis conditio opinione celerius attrivit, eundemque tandem e vivis eripuit Anno 1753. 5 Jan.

SIGISMUNDUS III.

Anno 1753. ### *Archiepiscopus Salisburgensis LXIII.*

Ex Decano Capituli factus Archiepiscopus pietate, modestia animi, & benefaciendi studio potissimum eluxit. Circa finem vitæ cum in Bavaria jurisdictio ecclesiastica a civili magistratu in magnum discrimen vocaretur, synodum episcopalem, diœceses in Bavariam extendentium, qui deliberarent super remediis, congregavit, sed morte præventus negocium susceptum successori absolvendum reliquit, extinctus Anno 1771. 21 Decemb.

HIERONYMUS,

Anno 1772. ### *Archiepiscopus Salisburgensis LXIV.*

Gurcensis primum Episcopus, tum ad Metropoliticam sedem Anno 1772. die 14 Martii translatus est. Congressum Episcoporum Bavariæ, Salisburgi institutum, singulari cura promovit; nempe ut gravamina communi Legatorum consilio apponerentur, quæ palam facerent, in quibus potissimum capitibus Concordata, olim Anno 1533 cum Electore inita, hodie infringerentur. Congressus Legatorum deinde Monachium abiit, ab Electore opitulationem impetraturus.

GRAVAMINA

a congressu Reverendissimorum Præsulum Archiepiscopi, & Episcoporum, quorum diœceses per utramque Bavariam, & Palatinatum Superiorem extenduntur, Electori Bavariæ oblata die 19 Decemb. Anni 1772.

Offerentes sunt:

Archiepiscopus Salisburgensis.
Episcopus Augustanus.
Episcopus Passaviensis.
Episcopus Eistettensis.
Episcopus Frisingensis.
Episcopus Ratisbonensis.
Episcopus Würceburgensis.

GENERALIA GRAVAMINA.

Caput I.

Circa collectationem cleri, & ecclesiarum; quo ea spectant, quæ inferius ad Caput V. gravaminum particularium afferuntur.

Caput II.

Circa mandatum electorale indigenatus; per quod contra leges Ecclesiæ, & S. R. I. omnes clerici, licet diœcesani, & omnes incolæ circuli Bavarici a beneficiis & dignitatibus excluduntur, vel novæ & inauditæ taxæ submittuntur: electiones Abbatum & Superiorum difficiliores redduntur, & libertas electionis adimitur, religiosique exteri, jam professi, jure privantur, quod per professionem & merita ad altiores dignitates adepti fuerant.

Caput III.

Circa mandata electoralia de sponsalibus; quibus declaratur: sponsalia nihil spirituale in se continere; ideoque cognitio & judicium de ipsorum validitate RR^is DD. Ordinariis contra doctrinam uniformem S. Ecclesiæ, a primis ad nostra usque sæcula propagatam, contra usum & observantiam, imo leges ipsas, non Imperii Germanici solum, sed ipsius etiam Bavariæ, eripitur, dictisque sponsalibus plura impedimenta dirimentia, etiam in foro conscientiæ obligatoria, per solam potestatem sæcularem præscribuntur, & fideles christiani, æque ac parochi ad horum observantiam vi, & metu, per pœnas temporales, & sequestrationem bonorum adiguntur &c.

Caput IV.

Circa censuram librorum conqueruntur RR^mi DD. Ordinarii, quod noviter ad hoc designatum collegium sacros, ab Episcopis jam approbatos, pios & spirituales libros, novo etiam circa fidem & mores examini subjiciat, licentiam legendi libros prohibitos, soli Ecclesiæ concessam, expediat, & tales etiam libros impune prælo exponat,

qui

qui jam ab Ecclesia censurati, prohibiti, & ob seditionis periculum fideli populo interdicti fuerunt.

CAPUT V.

Circa collegium, sic dictum Electorale - ecclesiasticum; quod sibi plura arroget jura, soli episcopatui vi institutionis, ordinis, jurisdictionis, & juris diœcesani propria, subjiciendo novo examini mandata, sententias, & ordinationes Episcoporum in rebus, etiam mere ecclesiasticis, & disciplinam utriusque cleri concernentibus, veluti reformationem religiosorum, pœnas clericis infligendas propter graviora delicta, non expectato Ecclesiæ judicio, ac sine præcedente degradatione &c.: prætendi, concilium Tridentinum nunquam fuisse in Bavaria receptum: denegari concordatis Bavariæ inter episcopatum, & principatum, Anno 1583, & posterioribus annis cretis, vim pacti reciproco-obligatorii; & hæc titulo privilegii tanquam ad nutum principis revocabilia declarari.

CAPUT VI.

Circa Placitum regium, seu ducale; quod noviter contra jura Germaniæ, usumque, hucusque in Bavaria, ante & post concordata vigentem, vult stabiliri, eidemque omnes ordinationes Episcoporum, etiam in rebus sacris, & ecclesiasticis, subjici prætenduntur. *Anno 1772.*

CAPUT VII.

Contra recursum ad Principem, & appellationem tanquam ab abusu; qui pariter contra ordinem ecclesiastico-judiciarium in S. R. I. per usum & leges patrias æque ac in Bavaria præscriptum & observatum, introducuntur, quove mediante non tantum uterque clerus ab obedientia, Episcopis debita, eximitur, verum ipsa etiam ecclesiastica disciplina magno exponitur periculo.

CAPUT VIII.

Circa mandata respectu religiosorum, & Monachorum utriusque sexus, quibus pro emissione votorum solemnium certa præscribitur ætas, infra quam emissa vota, etiam quoad conscientiam declarantur non obligatoria: numerus personarum religiosarum sola auctoritate civili imminuitur: directio in- & externæ disciplinæ præscribitur, & Episcopatui omnis curia & inspectio circa bona monasteriorum, contra jura, Episcopis vi officii propria, & contra tenorem concordatorum denegatur &c.

PARTICULARIA GRAVAMINA.

Circa Concordata Anno 1583 inter Episcopatum & Ducatum Bavariæ inita, quæ superius exhibuimus.

Ad Caput I. Concordatorum.

De Visitationibus & juribus RRmorum DDnorum Episcoporum.

1. Conqueruntur plerique RRmi DDni Ordinarii, quod visitationes generales, a S. Ecclesia tam præcise & salubriter præscriptæ, in Bavaria vel penitus impediantur, vel ob præsentiam commissariorum electoralium nimis clero & Ecclesiis onerosæ, vel infructuosæ reddantur; quodque

2. Commissarii electorales sola assistentia brachii sæcularis, & inspectione non contenti, manum etiam ad ipsa sacra extendant, præsentiam & cognitionem in ipso presbyterio, & visitatione altarium, tabernaculi, ostensorii, lunulæ, baptisterii & sacristiæ prætendant. Item

3. Conqueruntur nonnulli, quod etiam visitationes particulares infinitis subjaceant difficultatibus, & etiam in his partim contra concordata commissarii electorales assistere prætendant; partim

4. Quod RRmi DDni Ordinarii in corrigendis excessibus clericorum per recursum ad Principem impediantur; maxime vero dolent

5. Omnia Monasteria, religiosasque personas Episcoporum curæ & sollicitudini, tam quoad interna spiritualia, & ecclesiasticam disciplinam, quam quoad temporalia, illorumque inspectionem & notitiam subtrahi. Similiter

6. RRmis DDnis Ordinariis subtrahitur notitia & cognitio bonorum Ecclesiæ, quæ privativæ dispositioni potestatis sæcularis subduntur; hinc sine præscitu RRmorum Episcoporum in plerisque diœcesibus bona, & redditus ecclesiarum non tantum a sæcularibus privative administrantur, verum & dispensantur, dissipantur, & quandoque etiam violenter eripiuntur, neque rationes vel debito tempore redduntur, vel Ordinariorum examini, & approbationi submittuntur. Quare

7. Non paucæ in Bavaria ecclesiæ eo redactæ sunt, ut vix necessariis expensis sustentandis sufficiant, & non raro piæ fundationes, & intentiones fundatorum adimpleri amplius nequeant; & ideo

Anno 1772. 8. Sæpius tales fundationes ſolo nutu poteſtatis temporalis in alias abſque conſenſu & approbatione Ordinariorum permutantur, ſine eo, quod econtra in caſu neceſſitatis idem jus permutandi RR^mis DD^nis Ordinariis (quibus tamen de jure competit) reciproca æquitate concedatur.

9. Æditui vel immorigeri, vel haud idonei, ſine præſcitu ſuperiorum eccleſiaſticorum per poteſtatem ſæcularem introducuntur, illiſque interdicitur conſueta emiſſio profeſſionis fidei coram parocho.

10. Confraternitates ſacræ, tam antiquæ, quam novæ ſine confirmatione electorali amplius non admittuntur, illarumque ratiocinia privativæ Epiſcoporum diſpoſitioni (uti hucusque in uſu & obſervantia erat) non amplius relinquuntur, ſed cumulativæ cum temporali poteſtate adminiſtrationi ſubmitti prætenduntur. Similiter

11. Eccleſiæ Collegiatæ, cumulative fundatæ, privative a ſæculari poteſtate adminiſtantur.

12. Subſidia, ſic dicta charitativa, & alia jura epiſcopalia (vulgo Inful und Weich-Steuer) nonnullis RR^mis DD^nis Ordinariis vel interdicuntur, vel difficiliora redduntur.

Ad Caput II.

De Electionibus & confirmationibus Prælatorum.

1. Conqueruntur plerique RR^mi DD^ni Ordinarii, quod a Commiſſariis electoralibus in electione Prælatorum contra uſum totius Imperii Germanici, & ipſius Bavariæ, prætendatur præcedentia; imo vi & importune arripiatur in ipſa eccleſia, clauſtro & conclavi, cui etiam vel penitus, vel ſaltem ultra terminum, a jure, conſuetudine, & Concordatis præſcripto, aſſiſtere volunt: hanc præcedentiam prætendi etiam a commiſſariis, officialibus electoralibus, judicibus, Hofmarſchialibus in aliis functionibus cumulativis cum epiſcopalibus: inſuper Decanis ruralibus ſub pœna ſequeſtrationis temporalium libertatem interponendæ proteſtationis, pro ſalvando jure RR^morum Ordinariorum fuiſſe interdictam. Similiter conqueruntur, quod electiones Prælatorum

2. Sine aſſiſtentia commiſſariorum epiſcopalium, imo contradicente Ordinario, per ſolos commiſſarios electorales, contra præſcriptum ſacrorum canonum, fuerint peractæ, & taliter, nulliterque electo adminiſtratio temporalium ſine conſenſu epiſcopi fuerit conſignata. Quod

3. Dies ad electionem a ſolis electoralibus privative determinari velint: quod confectionem, ſubſcriptionem, & communicationem inventariorum circa temporalia denegent; & RR^mis DD^nis Ordinariis nulla amplius cognitio, ſcientia, & inſpectio in temporalia monaſteriorum concedatur: Adminiſtratores contra concordata privative conſtituantur; imo ipſis religioſis ſevere prohibeatur, RR^mis DD^nis Ordinariis vel minimam circa temporalia notitiam ſubminiſtrandi. Hoc ipſum

4. Commiſſarii electorales etiam exigunt in iis electionibus Abbatiſſarum, & Superiorum Monialium, quibus per conſuetudinem huſuſque nunquam interfuerunt.

5. Ipſi commiſſarii electorales quoque, ſine Ordinariorum licentia, Monialium clauſtra ingrediuntur: eiſdem monialibus confeſſarios ejusdem ordinis religioſos adimunt, alioſque propria auctoritate conſtituunt, & Parochis ſine licentia Ordinariorum jus committitur comitandi funus Monialium. Iidem commiſſarii electorales

6. Contra uſum & conſuetudinem electionibus Decanorum ruralium ſe immiſcent, quæ unice a nutu & licentia epiſcoporum dependent. Denique

7. Per prædictum mandatum electorale indigenatus religioſis & profeſſis jus ad munia, & dignitates clauſtrales contra æquitatem adimitur, & libertas electionis violatur, vel ſaltem ſummopere reſtringitur.

Ad Caput III.

De delictis & pœnis perſonarum eccleſiaſticarum.

1. Circa hoc punctum maxime dolent plerique RR^mi DD^ni Ordinarii, omnem ipſis jurisdictionem in utrumque clerum adimi, ipſoſque impediri, quin corrigendo, & puniendo delicta clericorum paſtorali ſuo muneri ſatisfaciant; cum

2. Non tantum omnes perſonæ ipſorum directioni, & correctioni ſubducuntur; verum etiam ad fora ſæcularia in levioribus delictis æque ac majoribus pertrahuntur, ibique ſine præſcitu, concurſu, vel conſenſu epiſcoporum examinantur, incarcerantur, & ita puniuntur, ut juſta etiam delictorum caſtigatio potius in contemptum, & ludibrium totius ſtatus clericalis, quam ad correctionem delinquentium, & ædificationem populorum intentata videatur; cum religioſæ perſonæ vi ex clauſtris deducuntur, ipſorumque ſuperioribus facultas conceditur, inauditis Ordinariis, ipſas ex clauſtris expellendi, habituque religioſo ſpoliandi. Simili modo

3. Etiam

3. Etiam proceditur contra clerum fæcularem, cum perfonæ ecclefiafticæ militari manu ad cujusvis accufationem capiuntur, nonnunquam etiam per apparitores arripiuntur, in carceribus, non obftante fufficiente oblata cautione, & fidejuffione, per plures hebdomades detinentur, & criminaliter contra ipfos proceditur. Huc quoque referunt

4. RR^mi DD^ni Ordinarii, quod perfonæ ecclefiafticæ vi, metu & comminationibus fine ipforum confenfu adigantur ad comparendum coram foro fæculari, ibique præftandum corporale juramentum in caufa etiam criminali: quod nonnulli præcones verbi divini fub iisdem comminationibus ad forum fæculare citati, ibique fuper prædicatione verbi divini examinati, & judicati fuerint. Huc etiam pertinet, quod

5. In caufa percuffionis clericorum poteftas fæcularis fibi omnem cognitionem circa factum, & decifionem in ipfa caufa adfcribat, & fimiliter caufas injuriarum, clericum inter & laicum, ad forum fuum trahat, & commiffiones epifcopales in loco ad inquirendam veritatem deneget. Pari modo

6. In caufis fuicidii cognitio ad forum fæculare protrahitur; & fepultorum corpora, fine poteftatis ecclefiafticæ prævio confenfu, e cœmeterio extrahuntur, teftiumque examen a fæculari judice affumitur. Denique

7. Jus afyli fæpius violatur, cum vel delinquentes propria auctoritate ex afylo eripiuntur, vel fine confenfu Ordinariorum in ipfis monafteriis armata manu cuftodiuntur.

Ad Caput IV.

De collatione beneficiorum ecclefiafticorum.

1. RR^mi DD^ni Epifcopi, tanquam collatores Ordinarii, & reliqui etiam Patroni gravantur per novum mandatum electorale, vi cujus omnes extranei a beneficiis quibuscunque excluduntur, vel fi admittuntur, tamen arbitrariæ, in Ecclefia & Imperio inauditæ gravi taxæ fubjiciuntur, hocque edictum etiam ad præfentatos diœcefanos, & fubditos circuli Bavarici extenditur, ficque contra canones Ecclefiæ Diœcefanæ, & contra leges Imperii, ejusdem circuli fubditi tanquam extranei confiderantur.

2. In caufis Juris Patronatus, ubi quæftio de ftatu familiarum, quæ hoc jus prætendunt, incidit, cognitio & decifio RR^mis DD^nis Ordinariis denegatur.

3. Jure devolutionis fpoliantur; nec non *Anno 1772.*

4. In caufis collationum dubiis, vel litigiofis, inftructio proceffus Ordinariis interdicitur, & RR^mis Ordinariis ipforum jus dubium per fequeftrationem temporalium vi aufferri tentatur: eodemque modo

5. In cafu permutationis, ubi præfentatur ab Ordinario ex ponderofis rationibus admitti nequit, ille tamen via facti introducatur. Similiter

6. Etiam jura collationis clara, & indubia vel fufpenduntur, vel eorum exercitium RR^mis Ordinariis impeditur.

7. Noviter quoque præfentati Præpofiti, Decani, Canonici curati, omnesque beneficiati per jura taxæ electoralis de anno 1759. redimendis literis præfentationis, inftallationis, & poffeffionis nimium gravantur, cum ab ipfis vel 15ta, vel vigefima pars annuorum reddituum exigitur. Denique

8. Æftimatio domorum, & reparatio parochialium non tantum in cafu obitus, fed etiam permutationis a fæculari poteftate exigitur.

Ad Caput V.

De Perfonis, & bonis ecclefiafticorum.

1. Ad hoc punctum ea gravamina fpectant, quæ in Capite I. gravaminum generalium circa collectationem cleri extenfe continentur, eoque fe reducunt, quod

2. Hæc collectatio jure territoriali, fine prævio confenfu fummi Pontificis, & RR^morum DD^norum Ordinariorum, fine evidente neceffitate, arbitrarie & cum exceffu, contra jura ecclefiæ, leges Imperii, & ipfam in Bavaria inveteratam confuetudinem præfcribatur, & cum comminatione fequeftrationis temporalium, vel actuali executione, non tantum a communi clero exigatur; fed etiam

3. Illis Prælatis, capitulis, & communitatibus ecclefiafticis imponatur, quæ vel aliunde jam quotannis ftipulatam quotam ad publica onera perfolvunt, vel fpeciali privilegio gaudent, & per pacta publica inter Sereniffimum electorem, & ftatus provinciales fæpius inita, ab omni arbitraria exactione immunes funt. Quod

4. Hæc collectatio etiam ad illa bona dotalia ecclefiarum (vulgo Widum Güter) extendatur, quæ vel aliunde oneribus gravata, vel ab his per pofteriora concordata exempta fuerunt. Conqueruntur maxime

5. RR^mi DD^ni plerique Ordinarii omnem immunitatem perfonalem, & realem ecclefiafticam, totumque privile-

Anno 1772. vilegium fori, sacerdotio adimi, tam per ea, quæ ad Caput III. concordatorum adducta fuerunt, quam per hoc etiam, quod

6. Parochi beneficiati, aliæque personæ ecclesiasticæ per pœnas pecuniarias, commioationes & sequestrationem temporalium ab obedientia RR^mis Episcopis debita, retineantur, eoque vi adigantur, ut contra episcopale præceptum, vel saltem insciis Ordinariis, se ultro illis mandatis submittant, quæ a sæculari potestate etiam circa sacra, & ecclesiastica emanarunt.

7. Per fossores nitri (vulgo Salitter Gräber) & per inspectores focorum (seu Feyr Beschau) & ipsos nonnunquam apparitores (Schergen) plures excessus committuntur, cum se propria auctoritate in domos parochiales intradunt. Huc etiam illud gravamen referri debet, quod

8. In una alterave diœcesi RR^mis DD^nis Episcopis etiam ea auferri velit administratio bonorum ecclesiasticorum, quæ tamen jam ultra sæculum privativæ episcopali directioni subjecta fuerunt; quodque

9. Per deductiooem quartæ pauperum ab omni legato pio, & causis piis, non mediocre detrimentum, & voluntati testantium non minor vis afferatur. Non minus dolent

10. RR^mi DD^ni Ordinarii in causis decimarum, tam in iis, ubi agitur de solo possessorio, reusque est laicus, quam in iis, ubi de solo agitur petitorio; ac denique in causis, in quibus possessorium cum petitorio cumulatur, ipsis omnem cognitionem & judicium adimi, causasque vel decisas, vel adhuc coram foro episcopali pendentes, propter prætensam fori incompetentiam ad forum sæculare avocari, & pro nullis declarari; nec non

11. Decimas minutas pro sæcularibus teneri, & sæculari foro submitti.

Ad Caput VI.

De Testamento clericorum.

1. Gravamina episcopalia circa hoc punctun eo collimant: in pluribus diœcesibus a sæculari potestate prætendi privativam cognitionem circa valorem testamentorum clericalium, & hoc jus per comminationes, & sequestrationes temporalium sustineri; hinc

2. Omnes causas testamentarias in foro ecclesiastico vel jam decisas, vel coram eo adhuc pendentes annullari, & ad forum sæculare avocari. Conqueruntur similiter

3. Privativam executionem testamentorum clericalium denegari, & ab officialibus electoralibus cumulativam, & publicationem in loco defuncti fieri prætendi. Pari modo

4. In superiori Palatinatu per edictum electorale, de dato 17. Augusti 1770, episcopis omnem denegari dispositionem circa testamenta clericorum; nec non

5. In ditionibus Bavaricis, quæ in circulo Suevico sitæ, nulloque coucordatorum nexu adstrictæ sunt, privativam dispositionem circa testamenta clericalia judices electorales sibi arrogare. Gravantur non minus RR^mi DD^ni Ordinarii per hoc, quod

6. Testamenta clericorum apud laicos deposita, sine confirmatione pro validis publicentur, & confirmatio episcopalis a sæcularibus judicibus nec amplius expeti, nec expectari velit; Quodque

7. In causis concursus commissarii episcopales prorsus excludantur, nulla amplius testamenta, aliaque acta publica ad consistoria episcopalia communicentur, & circa reparationes domorum, aliaque necessaria ædificia, parochis & quota, & tempus solutionis, a solis judicibus electoralibus præscribatur. Huc etiam pertinet

8. Quod in casu, quo jam executor testamentarius denominatus est, tamen electorales commissarii cum magno massæ hæreditariæ detrimento adesse, remque cum executore peragere prætendant; & econtra episcopalibus commissariis cumulativam præsentiam denegent, quando hæres laicus testatoris ecclesiastici hæreditatem adire se velle declaravit; quodque omnia & singula hæc

9. Non tantum in hæreditatibus Decanorum, & parochorum, verum in illis etiam cooperatorum & expositorum cootra concordata prætendantur; & insuper

10. Ultimæ clericorum dispositiones tam per deductionem quartæ pauperum, quam

11. Per jus retractus (vulgo Nachsteuer) maxime gravantur. Denique

12. Clerici ad assumendum executoris officium apud laicos inhabiles declarati sunt, licet laici a munere executoris penes ecclesiasticos nunquam adhuc fuere exclusi.

Ad Caput VII.

De causis Matrimonialibus.

Huc ea gravamina pertinent, quæ in Capite III. gravaminum generalium de mandato electorali circa sponsalia continentur, & in eo summariter existunt.

1. Declarari causas sponsalium pro mere sæcularibus, neque amplius a sæculari

culari poteftate inter caufas liquido confiftoriales, contra ufum & confuetudinem totius Germaniæ & Bavariæ numerari.

2. RR^mis DD^nis Ordinariis denegari cognitionem & decifionem circa validitatem fponfalium, fimul ac

3. Circa caufas incidentes dotis, alimentationis, fatisfactionisque civilis.

4. Præfcribi contractui fponfalitio a fæculari poteftate plures conditiones, fine quibus fponfalia non tantum quoad effectus civiles, verum etiam quoad effectus fpirituales, & forum confcientiæ, pro nullis declarantur; licet

5. Coram parocho proprio, & duobus teftibus fuerint peracta. Hæc omnia

6. Facta & ordinata fuiffe fine præfcitu RR^morum DD^norum Ordinariorum, fine confenfu Pontificio, & ultra

7. Tam parochos, quam laicas perfonas ad obfervantiam horum mandatorum per fequeftrationem bonorum, pœnas, aliasque comminationes adigi.

Hoc gravaminum tollendorum negocium Monachii hæfit uno alterove anno, non fine levi onere Epifcoporum, qui largiffimos fumptus in Legatos fuos, ibidem fuftentandos, profuderunt. Poftquam vero compertum fuit, rem ab Electoralibus miniftris lentiffime agi, & per totum tempus ex plurimis gravaminibus DD. Ordinariorum tantummodo de Abbatum electione, & fponfalium cognitione fuiffe conventum, ut tempus & inanes fumptus redimerent, congreffum abruperunt gravaminibus omnibus in fufpenfo relictis. Neque enim Electori erat animus, controverfias has, feu gravamina, a territorii fui Epifcopis oblata, fubito ac præpropere definire; dum eadem controverfiæ, inter aliarum Provinciarum Magiftratus & Epifcopos agitatæ, dubiæ, aut fortaffis adverfæ fortunæ metum aluerunt. Abruptum igitur fuit, relictumque in medio negocium gravaminum cum Electore componendorum, & fingulorum Epifcoporum ablegati, Monachio valere juffo, fedes fuas repetierunt.

Interim, cum Paftores maximi Nominis Fitz James, Sueffionenfis Epifcopus; Beaumont, Parifienfis Archiepifcopus: Cardinalis Trautfon, Viennenfis Archiepifcopus, plurimique alii, qui difficultatem hodiernam convocandi concilia infpexerunt, emiferint Paftorales Epiftolas, quibus emergentes in religionis negocio caufas, quod olim in conciliis ecclefiafticis actum eft, illi eadem auctoritate definirent in fua Diœcefi: abufus fuccrefcentes evellerent, atque præcipuum fuum pro re nata docendi munus exequerentur; Hieronymus quoque Archiepifcopus illorum premens veneranda veftigia, primam fuam Paftoralem Epiftolam edidit Anno 1775. die 31. Junii, qua Curatis animarum præcipit, ut juventutem, præprimis ruralem, prævia doctrina rite excolant ad Sacramentum Confirmationis digne fufcipiendum.

Epiftolæ paftorales fupplent fynodos.

Anno 1775.

Anno 1776 rumor quaqua verfum percrebuit, Clericos quofpiam fanaticos in Suevia & Bavaria mederi morbis hominum, quos morbos dicebant effe inductos a dæmonibus, humanorum corporum inquilinis, adhibebantque his depellendis Exorcifmos Ecclefiæ, cum peregrinis quibusdam fimulationibus, atque fidem elici vivam, eminentemque oportere pertendebant ab iis, quibus effet reddenda fanitas. Incredibile dictu eft, quam mira & inexpectata fabula repente perculerit fuperftitiofam multitudinem, ut turmatim accurreret ad hos presbyteros, ceu ad circumforaneos pharmacopolas, morbisque fe fuis peteret liberari. Viri etiam quidam ecclefiaftici, dignitate confpicui pronam impoftoribus adhibuerunt fidem eorumque fefe imbui difciplina petierunt. Vetus quippe eft, & perpetuus humanorum animorum nævus, quod plus ament mirabile, quam verum, maxime qui ratiociniis non infueverunt. Hac eadem ex ignavia natam clericorum illorum fycophantiam, jamjam irrepentem in diœcefanos limites, tempori repreffit Archiepifcopus altera edita Paftorali Epiftola, die 5ta Januarii, qua vetuit clericos fuos omnes vacare exorcifmis, nifi accedente confilio eruditiffimorum hominum, & facri magiftratus auctoritate; nimirum, ne facræ cerimoniæ exponantur profanationi & ridiculo, neve incauti Salisburgenfes in ejusmodi fanationum ludibriis fiduciam collocent, nubemque, quod ajunt, pro Junone amplexentur.

Anno 1776.

Si quis autem vaniffimam hanc feu de morborum caufis, feu eorundem fanationibus perfuafionem velit penitus intelligere ex hiftoricis criticisque fontibus, ille animo fecum reputet: Antiquiffimas gentes per orientem, Syros, Chaldæos &c. cenfuiffe, morborum, humana corpora depafcentium, caufam effe inhabitatores dæmones; varios equidem pro morborum varietate: Dæmones hos ejici incantationibus, excantationibus, exorcifmis, barbaris item horridisque vocibus prolatis, vel infcriptis, colloque appenfis; atque ita etiam ægrotorum morbos depelli. Hæc populorum placita Pythagoras & Plato in fuam Philofophiam transtulerunt; quibus pleni funt Platonicorum libri; Plotinus II. Encad. Lib. IX. Cap. 14: Νῦν δὲ ὑποστησάμενοι τὰς νόσους δαιμόνια εἶναι, καὶ ταῦτα ἐξαίρειν λόγῳ φάσκον-

Dæmones putabantur morbos cau-fare.

Anno 1776. φάσκοντες δύνασθαι, καὶ ἐπαγγελλόμενοι σεμνότεροι μὲν ἂν εἶναι δόξαιεν παρὰ τοῖς πολλοῖς. *Nunc autem, qui morbos dicunt esse dæmones, seseque potestate præditos ejiciendi eos publice prædicant, præstantiores apud plebem habentur.* Apollonium quoque Tyanæum, magnum illum Zoroastris imitatorem, id sensisse, & egisse Philostratus asseverat. Lib. IV. Cap. 10. *de vita Apollonii* &c.

Et Judæi hoc senserunt. Sed & Judæi his fuere præjudiciis contaminati; nam præterquam quod e captivitate Babylonica retulerint plura, prius ignota, angelorum nomina, etiam de spirituum in corpora & animas imperio, orientalium sententias sunt amplexati. Sacri Codices id non obscure innuunt, veluti de Saulis Dæmonio *Lib. I. Reg. Cap. XVI. vers.* 23. De dæmonio muto & surdo, quod Christus ejecit *Marci Cap. IX. vers.* 24. De muliere, quæ habebat spiritum infirmitatis decem & octo annis *Luc. Cap. XIII. vers.* 10. &c. Josephus Flavius *Lib. VIII. Antiquit. Cap.* 2. asserit, hanc disciplinam suis popularibus tum fuisse usitatissimam, & Eleazarum quempiam Judæum coram Vespasiano Imperatore ejusmodi sanationis portentum edidisse; fidem tamen non meretur, dum de Salomone ait: Παρέσχε δὲ αὐτῷ μαθεῖν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν κατὰ τῶν δαιμονίων τεχνὴν εἰς ὠφελείαν, καὶ θεραπείαν τοῖς ἀνθρώποις· ἐπῳδάς τε συνταξάμενος, αἷς παρηγορεῖται τὰ νοσήματα, καὶ τρόπους ἐξορκώσεων κατέλειπεν, οἷς ἐνδέμενα τὰ δαιμόνια ὡς μηκέτ' ἐπανελθεῖν ἐκδιώκουσι, καὶ αὕτη μέχρι νῦν παρ' ἡμῖν ἡ θεραπεία πλεῖστον ἰσχύει. *Concessit ei etiam Deus, ut disceret artem contra malos dæmones ad utilitatem & curationem hominum, & cum excantationes composuisset, quibus leniantur morbi, etiam formas adjurationum, seu exorcismorum reliquit, quibus vincta dæmonia ita ejiciunt, ut nunquam revertantur. Atque hoc sanationis genus apud nos plurimum valet.* Nam nullum uspiam in sacris codicibus cernitur vestigium de his, quas Salomon docuisset, dæmoniacis artibus; quidquid Origenes de Libro Exorcismorum Salomonis præfidenter adstruat in *Cap. XXXV. Matthæi*, a Josepho fortassis seductus. Ac proinde merito incusatur Josephus, hæc suo e cerebro Salomoni adsuisse, placitorum suorum firmandorum causa, quæ placita olebant mercem profanam & popularem, inter Platonica scita deinde cooptatam.

Christiani quoque. Quin & Christianis hæc quoque frequentata fuit disciplina, iis potissimum, qui aut e gentilibus fuere proselyti, aut qui Philosophiam Platonicam cum Christiana professione conjunxerunt; etsi voci *Dæmon* aliam Platonici, aliam Christiani notionem subjecerint. Tertullianus in *Apologetico Cap. XXII.* hujus rei fidem facit; dicens: *Operatio dæmonum est hominis eversio - - - - corporibus quidem & valetudines infligunt, & aliquos casus acerbos: animæ vero repentinos & extraordinarios per vim excessus &c.* Item Lactantius Firmianus Divinar. Institut. Lib. II. Cap. 15: *Dæmones quoniam spiritus sunt tenues, & incomprehensibiles, insinuant se corporibus hominum, & occulte in visceribus operati, valetudinem vitiant, morbos cient, somniis animos terrent, mentes furoribus quatiunt &c.* Item Minutius Felix in *Octavio* Cap. XXVII. & alii. Sæpius per intercapedines fluentium sæculorum hæc de dæmonibus amentia paulatim desiit, sæpius revixit. Certo Gallicus Scriptor S. Evremond *Oeuvres melées Tom. III. pag.* 85. ejusmodi sycophantam, dæmones ejicere, & morbis mederi mentientem, superiori sæculo salse depinxit. Aliis temporibus, aliisque locis idipsum factum fuisse alii præclari scriptores prodiderunt.

Verumtamen semper, jam inde a primis temporibus, etiam qui inter ipsos paganos recte sapuerunt, acriter impugnarunt popularem hanc de morbis & dæmonibus persuasionem. Hippocrates περὶ ἱερῆς νόσου *de morbo sacro* ait: τοιαῦτα λέγοντες καὶ μεμηχανευμένα προσποιέονται πλέον τι εἰδέναι, καὶ ἀνθρώπους ἐξαπατέουσι. *Qui similia dicunt & agunt, multum videntur possidere scientiam, reipsa autem homines decipiunt.* Nam suapte natura superveniunt corporibus gravia incommoda e propria compage, atque e turbatis corruptisque partibus, quæ pharmacorum ope a peritis dispelluntur, ut proinde necessum non sit hanc fanaticam alere credulitatem de dæmonibus, morborum effectoribus, & eorundem Platonica curatione. Hæ tamen compertæ veritates quo minus alte insiderent humanis mentibus, semper præjudiciorum interventus præpedivit.

Christiani quoque, ut & illi exuberantem usum popularis opinionis restringerent, ac mitigarent, avocarunt significationes dæmonis ad mala quæque, morbos & calamitates, e peccato provenientes, quibus homines afficiuntur. Sic in Epistola, quæ sancto Barnabæ attribuitur, Num XIV. habetur: πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ ἦν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενὲς, ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρὸς ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας ἦν οἶκος δαιμονίων, διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ Θεῷ· οἰκοδομηθήσεται δὲ ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου· προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς κυρίου ἐνδόξως οἰκοδομηθῇ· πῶς; μάθετε. λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. *Antequam Deo crederemus, erat cordis nostri domi-* *Morbi funt sequela peccati.*

domicilium corruptioni obnoxium, & imbecille, ad modum templi, vere per manus ædificati; plenum siquidem erat idolorum cultu, & erat domus dæmoniorum; quod faceret, quæcunque Deo contraria sunt. Ædificabitur autem in nomine Domini. Attendite, ut templum Domini magnifice ædificetur. Quomodo? discite: accepta remissione peccatorum &c. Apud Cotelerium Tomo I. Patrum Apostolic. pag. 49. Clemens Alexandrinus II. Strom. ante finem: τὰς ἐνεργείας ἐν τοῖς δαιμονίοις καταλλήλους ἐπιτελεῖν φησι τοὺς ἁμαρτωλούς· οὐχὶ δὲ αὐτὰ τὰ πνεύματα ἐν τῇ τοῦ ἀπίστου κατοικεῖν ψυχῇ. *Operationes igitur dæmoniis convenientes facere dicit peccatores, non autem ipsos spiritus, hoc est, dæmones in anima infidelis hominis habitare.* Item: οὐ γὰρ οἱ δαίμονες ἡμῶν ἀπελαύνονται, ἀλλ' αἱ ἁμαρτίαι ἀφίενται, ἃς ὁμοίως ἐκείνοις ἐπετελοῦμεν, πρὶν ἢ πιστεῦσαι. *Non enim ex nobis dæmonia ejiciuntur, sed peccata dimittuntur, quæ similiter atque illi faciebamus, antequam crederemus.* Idem ibidem. Hac eadem ratione Christiani significationem *Exorcismorum*, quibus multi abutebautur ad quæstum, & præstigias, ut habet Justinus in *Dialogo cum Tryphone*, ita attemperarunt, ut quandoque non uisi bene precari per illos vellent, & adhibitis piis formulis benedicere res etiam inanimes, oleum, flores &c. In *Ordine Romano* aqua exorcisata sumitur pro benedicta: Exorcistæ catechumenos ante baptismum exorcizarunt, id est, christianis usibus præpararunt ad baptismum, ut est apud Cyprianum *Epist.* 76. & Basilium *de Baptismo* &c. atque hac allegorica interpretatione fit opportune occurrerunt populari & usitatissimo præjudicio.

Dantur revera energumeni. Nihilominus etsi falsa illa fuerit Platonicorum persuasio, quod dæmones, corporibus insidentes, gravent ægritudinibus homines, quæ ægritudines illorum expulsione persanentur, adhibitis incantationibus: etsi etiam hæc sententia pervagata illiberaliter frequentata fuerit non modo a gentilibus, sed etiam a Judæis, & Christianis; non tamen ex illorum paralogismis consequitur, nullos esse, aut fuisse unquam dæmones, humanorum corporum inquilinos, nullos revera energumenos, seu dæmoniacos; falsum hoc rursus est; & novus ex altero opposito enatus error. Quod si in quibusdam historiarum locis morbus naturalis, quod ultro tribuerim, intelligendus est loco dæmonis, qui ipsum induxerit; in aliis certo & auctoritas, & ratio, & exempla liquido evincunt, homines revera a dæmonibus fuisse correptos, plurimasque ab illis calamitates pertulisse, pro divinæ permissionis modulo. Christus ipse in Evangelio dæmones a morbis secrevit, deditque Apostolis suis non hanc modo potestatem, expellendi dœmones, sed & alteram, curandi quosquos sine dæmonum consortio ægrotos. Matthæus Cap. X. vers. 1. ait: ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν. *Dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem infirmitatem, & omnem languorem.* Habetur præterea *Marci Cap. I. vers.* 20. dæmonem fuisse expulsum a Christo sine morbi insinuatione: & rursum sine dæmonis contagione fuisse sanatam mulierem a fluxu sanguinis *Matth. Cap. IX. vers.* 20.; neque etiam abhorrere a natura spirituum, ut in materiam, & humana corpora, res sua entitate multo inferiores, vim exerceant, ac potestatem, divinæ permissioni, arcanisque finibus commensam: patere id in pluribus, etiam sacrarum Scripturarum, exemplis: fuisse etiam a Medicis, arte & peritia clarissimis, post omnes naturæ & fraudis perquisitas latebras, morbum detectum naturalem, convulsionibus & furore versatili simillimum energumenis, ideoque etiam *Dæmoniacum* dictum; cui tamen morbo, aut cuicunque astui non liceat attribuere mira illa phænomena, veluti manifestationem arcanorum remotorum, locutionem ignotorum idiomatum &c., quæ produntur ab energumenis; ut ita necessum sit, hæc arcessere a Spiritu quodam inhabitante, qui energumenos proprie constituat, eosque a morbo quolibet, vel fraude secernat.

Anno 1776.

Itaque cum Christus per mortem suam ligaverit potestates aëreas, dæmonumque in homines imperium, ut tantum jam in eos agere non possint: cumque etiam naturales morbi maximam cum energumenis referant similitudinem, ut etiam periti quandoque non internoscant: cum doceamur experientia, homines atra bile perturbatisque humoribus laborantes agitari imaginatione vivacissima, atque variis phantasmatum ludibriis, ut etiam possideri sese a dæmone, ac interesse magicis consortiis, ipsimet credant: denique cum atri impostores sæpius examussim imitentur spectacula energumenorum, ut quæstum exinde faciant; facili ratiocinio quilibet assequetur, qua fide, seu potius contemptu excipere oporteat stultam illorum clericorum audaciam ad exorcisandos dæmones, morbosque eorum expulsione persanandi. Mirum id sane videri debet, quod sycophantia hæc fanatica, neque cum christianæ religionis principiis sat con-

Anno 1776. sentanea, tamdiu tolerata fuerit in quibusdam diœcesibus, & donata patrocinio; opusque fuerit decreto Imperatoris, ut fabulæ cursus abrumperetur; etsi hominibus, qui sedato animo interfuerunt illis spectaculis, plerumque neque dæmon ullus, neque morbus fortasse, minus adhuc sanatio ulla apparuerit.

Pro Jubilæi Indulgentiis. Eodem anno 1776, ingruente Jubilæo, alteram Pastoralem Epistolam edidit Archipræsul Hieronymus, qua creditum sibi populum sollicite admonet, salutis suæ ut curam gerat hac in opportunitate; ac docet, quibus potissimum remediis, quo pœnitentiæ, propositi, amoris, & emendationis sensu quisque se comparare debeat, nt sacro hoc indnlgentiarum thesauro sese præstet idoneum: vanissimam quippe esse illorum persuasionem, qui per annunciatam indulgentiarum concessionem, & injuncta pietatis opera censent delictorum pœnis sese omnibus eripi, & divino ornatu potiri, nisi interioris hominis quoque accedat immutatio. Data est hæc Epistola die 14 Febr.

Anno 1779. Anno 1779 die 12 Martii, edito Decreto interdixit ludos scenicos, quibus in haud paucis Provinciæ locis vacabat populus, tempore majoris hebdomadæ, pietatemque omnem erga Dominicam Passionem ad jocos traduxit, atque ad sensibilia spectacula, quibus magnopere afficitur. Interdixit item Archiepiscopus eodem decreto Processiones, seu Pompas lugubres, quibus Christi patientis mysteria non tam recoluntur, quam profanantur; nam homines, qui pœnitentes & esse, & videri volunt, quique castigare corpus suum cupiunt ob peccata præterita, induuntur larvis, & abutuntur ipsis flagellis, & crucibus ad petulciendum, ut ita omnem animis devotionem eripiant, parumque absit, quin denuo revocetur suis e cineribus *Festum Stultorum*, quod jam anno 1274 in Concilio XXIII Salisburgensi Canone XVII proscriptum fuit atque abolitum.

Anno 1782. Anno 1782, recurrente festo sæculari Hierarchiæ Salisburgensis institutæ, ut populum suum Archiepiscopus ad agendum Deo grates permoveret pro Provincia, per duodecim sæcula in lumine veræ fidei servata, utque eorum animos in hujus celebritatis jubilo compararet ad sublimiora pietatis opera, Pastoralem edidit Epistolam, die 29 Junii, in qua sollicitus Pastor quatuor hæc præcipue religionis fastigia illustrare, atque commendare satagit. 1mo. Qua oporteat cura exercere charitatem in proximum? 2do. Quod impendere studium lectioni sacrarum Scripturarum? 3^tio^. Qua moderatione vacare cultui Sanctorum, sacrarumque reliquiarum? ac denique 4to. Quam confidentiam reponere in Ecclesiæ indulgentiis? His quippe in Articulis frequentissimi abusus recurrunt, qui vehementer deprimunt, atque pervertunt meritum Christianorum officiorum. Ac primum quidem charitatem, eam comprimis, quæ pauperum solatur egestatem, admirabili argumentorum pondere, Verbo nimirum Dei scripto, & tradito, inculcat Archiepiscopus, & undequaque tuetur; nam ὃς δ' ἂν ἔχῃ τὸν βίον τοῦ κόσμου, καὶ θεωρῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ μένει ἐν αὐτῷ. *Si quis habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauserit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in eo?* ait Joannes *Epistola I, Cap. III. versu* 17.: hanc charitatis tesseram præhaberi oportere, ait Archi-Præsul, cuicunque Ecclesiarum splendori accessorio, cuicunque affectatæ elegantiæ, aut luxui, in sacram supellectilem collato: his misericordiæ officiis semper inhæsisse Disciplinam Christianam omnium sæculorum; atque ne illa elaberetur unquam e memoria hominum, neve pro arbitratu avaritiæ deflueret ad vilissima impendia, aut ad triobolarios sumptus in pauperes, præceptum fuisse a pluribus Ecclesiæ Catholicæ conciliis: quadrifariam dividi oportere reditus Ecclesiarum; quorum prima pars cedat Episcopo: altera clericis: tertia fabricæ, & supellectili sacræ: quarta pauperibus: fuisse ab Arnone, primo Salisburgensi Archiepiscopo, hanc eandem e bonis Ecclesiæ attributam pauperibus portionem, & rejectam Hispaniæ Episcoporum novitatem, qui contra aliarum Ecclesiarum Decreta, aliam statuerunt proventuum partitionem, qua pauperum beneficio derogarunt; ut in *Concilio I. Salisburgensi anni* 799. *Can. VI.* uberius est expositum. In hac redituum ecclesiasticorum distributione præcipue eluxit mens & institutum Ecclesiæ, attemperantis æqua partitione & Ecclesiarum & pauperum sortem; Quod si ad Christiani cultus perfunctionem necessarius est decor externus, qui dignitatem mysteriorum sustineat, populorumque animos ad sublimiora officia attollat; etiam charitas in pauperes demandata est a Christo suis sectatoribus, & perpetuo ab eis usu exculta; eadem quippe est, quæ fideles animat, & Dei & proximi charitas: quam charitatis legem jubet Archiepiscopus serio a prædicatoribus inferni animis populorum; ne unius forte inutilis affluentia alterius inducat egestatem, neve prodiga liberalitas, ecclе-

Charitatem esse exercendam.

ecclesiarum ornatui impensa, charitatis legem erga pauperes pessumdet.

Luxus a templis removetur.

Post ecclesiasticorum quoque bonorum divisionem eodem semper charitatis sensu Ecclesia prosecuta est pauperum conditionem: semper hi ad Ecclesiæ thesaurum adjuvandi juxta veterem regulam, pascendique pertinebant: semper illa viduas & pupillos, quibus potuit, subsidiis fovit, etiam divenditis, si ita opus esset, pretiosis vasis, non necessariis; clericos autem tam sollicite illa adstrinxit ad ferendam opem egentibus, ægrotis, & miserabilibus personis, ut ne quidem, quæ superflua eis essent, pateretur ad alios, hosque arbitrarios fines dissipari.

Igitur quidquid seu in sacris Scripturis, seu in Patribus recurrit de gloria, splendore & majestate domus Dei: quidquid item de charitatis & misericordiæ præcepto, hac Christiana moderatione capiendum est, juxta constantem Conciliorum interpretationem: ut neque divino servitio in Ecclesiis, qua licet, desint necessaria, neque etiam necessaria misericordia erga proximum, ærumna & miseriis laborantem, exuatur: statuatur & a præfectis bonorum ecclesiasticorum, & ab eorum collatoribus, prudens hæc utriusque partis æquilibratio: ne opes immodicæ in inanem ornatum profundantur cum vanitatis ostentatione, quæ deinde desint pauperibus, & quæ deficientes eorum sortem infra justam charitatis dimensionem deponant.

Decernit deinde sapientissimus Pastor in hac Epistola plura capita, quæ ad redundantem luminarium numerum in templis, ad picturas adscititias & profanam musicam referuntur, estque in eo totus, ut inutiles expensæ devitentur, eliminentur sensuum diverticula, & in gravi, atque ad puriorum sæculorum normam exacto ecclesiarum decore populus liberior cœlestia anhelet; pollicetur que sibi inde futurum, ut si populus viderit in ecclesiis dignissimam hanc frugalitatem, ludicra dispendia & abusus eliminantem, liberalior reddatur erga pauperes, & eminentiore charitatis ornatu Christianæ professionis officia coronet. Quæ eximiæ constitutiones tanti fuerunt a præclaris hominibus habitæ, ut palam edixerint, ex his & earum observatione Evangelicæ puritatis & Apostolicorum temporum sanctimoniam elucere.

Sacræ Scripturæ Lectio commendatur.

Alterum quod Archiepiscopus sua in Pastorali Epistola præcipit, est, ut omnes Diœcesani sui sacram Scripturam, ac præsertim novum Testamentum, sibi reddant, qua licet, usitatissimam & familiarem. Semper illa extitit basis spei & charitatis, perpetuum in omni adversitate perfugium: nulla unquam fuit Pastorum Christianorum sollicitudo major, ac sanctillimam hanc, unicamque Religionis & officiorum legem in populorum animos inserere. Modus autem eam doctrinam capiendi in Ecclesia duplex fuit; vel ex ore & institutione Pastorum; vel ex lectione librorum. Priorem modum Pastores statim ab Ecclesiæ ortu tenuerunt; quod præcipuas muneris sui esse partes intelligerent, doctrinam Evangelicam annunciare, atque ex vastissimo hoc divinorum eloquiorum pelago derivare fluenta ad irrigandum pro cujusque modulo & necessitate; idque non tantum pro primo illo tempore, quo sacri codices scripto nondum fuere consignati, sed & postea, usque modo, quod multi sacram Scripturam non haberent, vel legere nescirent, vel tarditate mentis implexi eam digerere non valerent; quo prædicatorum zelo factum est, ut homines etiam simplices & imperiti plurimum profecerint, atque ad maximam sanctimoniam, non sine nostra confusione, pervenerint, ut in Ecclesiarum fastis continetur: sed & in missis, quæ olim multo longiores erant, ac hodie, lecta fuerunt a clericis plura per ordinem Capita Scripturarum, ut instrueretur populus: Quod S. Justinus *Apologia II.* admonuit. Alter quoque modus legendi Scripturas fidelibus semper fuit frequentatus: hujus causa Constantinus M. Imperator 50 codices divinarum Scripturarum, belle descriptos, in Ecclesia prostare voluit, communi usu terendos, ut est apud Eusebium *Libro II. de vita Constantini Cap.* 36. Atque ut alia omnia prætercam, S. Chrysostomus acerbe insectatur: τὰ ψυχρὰ ῥήματα ἐκεῖνα, καὶ πολλῆς καταγνώσεως ἄξια, ὅτι ἀνὴρ εἰμὶ βιωτικὸς, οὐκ ἔστιν ἐμὸν γραφὰς ἀναγινώσκειν: *Frigidas illas, & omni condemnatione dignas voces quorundam: Ego mundanus homo sum, non est meum legere Scripturas.* Homilia III. in Lazarum. Saluberrimæ hujus lectionis sedulitatem ut & Archiepiscopus inter suos & tueretur, & proveheret, Testamentum Novum intemeratæ versionis excudi fecit, pro faciliore distributione in populum. Falsum quippe est, fuisse unquam ab Universali Ecclesia in universum prohibitam lectionem sacrarum Scripturarum. Fuere equidem tempore Tridentini Concilii homines eruditi, qui ob accidentem illius temporis causam, nempe ob plures in vernacula lingua, easque corruptas versiones, censuerint: notitiam rerum ad religionem pertinentium, alias tum ex Præsulum doctrina, tum e lectione Scripturarum collectam, post- hac

Anno 1782.

Lectio S. Scripturæ nunquam prohibita.

Anno 1782. hac ex nre Pastorum tantummodo percipi oportere; attamen illorum eruditorum sententiam Ecclesia Salisburgensis nunquam pro lege habuit, nec acceptavit; neque etiam opportunum esse censuit, ut, si etiam tum facta alicubi esset prohibitio, ea ex unius temporis calamitate in omnem temporum & locorum seriem protraheretur. Hortatur autem Archiepiscopus gregem suum ad reverentiam, & promptitudinem obediendi Præpositis, ne putent se doctiores Sancto Hieronymo, qui in *Epistola ad Paulinam de studio sacræ Scripturæ* ait: *In Actis Apostolorum Sanctus Eunuchus cum legeret Isaiam, interrogatus a Philippo: putasne intelligis, quæ legis? respondit: quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego, ut de me interim loquar, nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior.* Ipse Sanctus Petrus, Apostolorum Princeps, hanc vult cautelam adhiberi in Paulinis Epistolis: *ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. In quibus sunt multa difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, quemadmodum & reliquas scripturas in propriam illorum perditionem.* In Epistola Petri II. Cap. III. vers. 16. Nam sæpe factum fuit, ut arrogantes lectores, Scripturam sacram ad proprium suum sensum pertinaciter interpretati, ex saluberrimo pharmaco pestem sibi consciscerent, & mortem. Pastores denique serio admonet Archiepiscopus, ut non modo dies noctesque divinis eloquiis sua pro parte navent operam, sed etiam rectum eorum sensum in populorum animis moderentur; atque ita futurum confidit, ut divinæ illustrationes duplici fonte, lectione nimirum & institutione large scaturiant in Salisburgensi Ecclesia.

Cultus SS. & reliquiarum. Procedit porro Archiepiscopus in hac sua Pastorali Epistola ad moderationem & cautelaa, in reliquiarum & sacrarum imaginum cultu adhibendas; hic enim cultus facillime deflectit ad pudendos abusus & superstitiones, sub assumpta religionis specie latentes; præsertim si præjudicium vetus, & lucrandi cupiditas accedat. Hæc autem religionis & superstitionis permutatio perniciosissima est: per eam res, etiam in sese sacræ, redduntur abominabiles, piæ actiones fiunt nefariæ, Deoque exosæ, & quod pro salute animæ agitur, damnationem eidem consciscit. Horum omnium unam, hancque palmarem rationem Deus ipse edixit, agens de simulacris *Exod. XX. vers.* 5. לא־תשתחוה להם ולא תעבדם כי אנכי יהוה אלהיך אל קנא *Non incurvabis te eis, & non servies eis; quia Ego Dominus Deus tuus, fortis, zelator*, id est: ultor in eos, qui cultum meum altari cuicunque deferunt, & aliena pro meis, creata pro divinis amplexantur. Nulla res extra Deum, infinitum hunc universi Dominum, sancta aut esse, aut dici potest; nulla in sese digna cultu religioso, nisi quatenus illa divinam hanc sanctitatem, dignitatemque participat; veluti animæ justorum, principio morali, intellectu nimirum & voluntate præditæ, quibus gratia & amicitia cum Deo, divinus ille decor infunditur. Nulla autem nuda materia, quod distet toto ordine a moralibus entibus, hanc intime potest sanctitatem adipisci; si corpus Christi excipias, hypostatice Verbo unitum; itemque materialia Sacramenta, quæ ex institutione Christi gratiam operantur; adeoque nulla etiam nuda materia ad religiosum unquam cultum potest attolli, nisi e longinquo, & relative, quatenus per reflexionem mentis cum hac diversæ naturæ sanctimonia conjungitur: Corpus alicujus Sancti sola materia est, fit cultu relativo dignum, dum animus recogitat, in hac olim compage habitasse animam, divinis charismatibus refulgentem, & quæ pro nobis apud Deum possit intercedere: imago alicujus Sancti, vel sculpta, vel picta, est sola materia, ducens nos ad recolendum hominem, supernaturali gratia condecoratum; nosque ad imitandum illius virtutes invitat; hinc *τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει honor imaginis transit ad Prototypon* ait S. Basilius *de Spiritu S.* Cap. XVII: Terra sancta, præsepe Domini, Domus in Nazareth &c. materia sunt, omni non solum sanctimonia, sed etiam morali habitu immunis, quæ tamen apta est nobis revocare in memoriam opus redemptionis, in illis locis olim peractum: aqua benedicta, vestes, scapularia, esculenta, rosaria, numismata, Amuleta, ex herbis vel schedulis composita &c. sunt sola materia, super qua Sacerdos cum certis ab Ecclesia probatis ritibus protulit benedictionem & preces, ut Deus eos absentes, qui iis pie utentur, protegat divino suo numine; quin illa benedictio maneat in re materiali, incapace religiosi ornatus, sed ad utentes transeat, eosque ob relationis nexum excitet ad fiduciam & spem obtinendi effectum precum, a Sacerdote prolatarum. *Quid de scapularibus &c.*

Cultus relativus. Adeoque in omni relativo cultu duo valde ab invicem diversa occurrunt: unum morale, nempe divina sanctitas, quæ proprie, & in sese sola religiose colitur: alterum materiale, seu signum, quod ad alterum morale per reflexionem manuducit: Neutrum horum duorum

rum ex altero quidquam participat præter externam relationem; Inde est, quod, quemadmodum Ecclesia rebus materialibus, reliquiis & imaginibus &c. relativum cultum religiosum indulsit; ita iisdem proprium deferre religionis cultum semper sit detestata; id enim esset contra Dei sanctitatem agere, & religionem in superstitionem commutare. Et amabo! quis terrenorum Principum non ferret indignanter, ligno aut saxo civilem reverentiam, sibi debitam, exhiberi, suæque dignitati exæquari vilem illam materiam? cum honor ille civilis saxo, aut ligno, ea tantum ratione competat, qua speciem quandam offerunt principis, atque externo quodam ordine ad illum referuntur; qua similitudine seu relatione cessante, vilis sola remanebit omnis reverentiæ expers materia.

Cohortatur itaque Pastores suos Archiepiscopus, diligenter ut invigilent, atque attendant, an in tanta rerum relativarum copia, in imaginibus, statuis, templis, altaribus, ossium ac vestium reliquiis &c. populus religiosum cultum in solo Deo tandem figat, fonte omnis sanctitatis? an vero in rebus materialibus superstitiose & insensate attineatur? atque ita non tam divinam sibi benedictionem, quam indignationem accersat? Commendent parochianis suis, quod definivit Tridentinum Concilium, laudabilem esse Sanctorum cultum; sed primam persuadeant esse necessitatem confugiendi ad unicum Dei hominumque mediatorem Jesum Christum, hunc esse proprium nostrum coram Patre advocatum, atque promptissimum ad opitulandum; dum alii Sancti orare quidem pro nobis possint, nihil tamen ex sese opitulari; imo forte ne audiant quidem in universum preces mortalium, ad se directas, ut S. Augustinus censuit *Libro de cura pro mortuis Cap. XVI.* adeoque certum & necessarium semper laudabili atque accessorio anteponant. Perpetua autem quorundam hominum de Sanctis sollicitudo, & irrequieta in eorum cultu occupatio majus quidpiam depingit externorum oculis, quam officium accessorium; quasi vero illi totam spem & fiduciam in Sanctorum sibi esse patrocinio repositam existimarent; Quod Protestantibus, non indoctis, præbuit ansam sugillandi mores & cultum Catholicorum, ut revocari ab his dicerent paganas superstitiones, & majorum minorumque gentium Deos Tutelares eodem ab illis zelo celebrari. Ita immoderatio officiis etiam sanctissimis est perniciosa.

De Indulgentiis. Ad Indulgentias tandem in illa Pastorali Epistola transit Archiepiscopus, atque nimium earum studium contentionemque vult in suo populo attemperari, & magis ad pœnitentiam, & vitæ emendationem transferri. Non enim olim dabatur ab Episcopis indulgentia pœnæ canonicæ, magnis criminibus impositæ, nisi pro ratione compunctionis & conversionis, quam certus ille pœnitens testaretur, ut habet Concilium Ancyranum Canone V. statuens: *τὺς δὲ ἐπισκόπυς ἐξυσίαν ἔχειν κατὰ τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάζοντας φιλανθρωπεύεσθαι, ἢ πλείονα προστιθέναι χρόνον. Episcopos habere potestatem, explorata prius ratione eorum conversionis, vel utendi clementia, vel plus temporis adjiciendi.* Idem decernit Concilium Nicænum I. Can. XII. Postquam vero Ecclesia deinde liberalius jure suo egit, & pro clavium sibi tradita potestate concessit indulgentiam generaliter cuicunque Christiano idoneo, peragenti certum quodpiam pietatis opus, veluti recitationem Psalmorum, visitationem Ecclesiæ &c. nihil illa perinde voluit ordini & scopo pœnitendi derogatum hac sua benignitate; quin imo, id ne fieret, sæpius restrinxit Episcoporum facilitatem ad concedendum Indulgentias, veluti in Concilio Lateranensi XII. Generali, Canone LXII. in Tridentino Sessione XXV. &c. ac plures etiam Indulgentias dubias ac suppositias, a quibusdam magni habitas, data opera suppressit; ut legitur in Decreto S. Congregationis Anno 1678 die 7 Martii. *Indulgentiæ suppressæ.* Et alioquin etsi Pastores Ecclesiarum hodie consueverint largiri Indulgentias ad remissionem pœnarum, Deo debitarum etiam post remissa peccata; idque etiam pie credatur; non tamen est de fide, neque unquam definitum fuit ab Universali Ecclesia: aboleri per Indulgentiam Ecclesiæ pœnas illas superstites, seu in hac, seu in altera vita eluendas; Ipsum Tridentinum Concilium dum Sessione XXV. in Decreto *de Indulgentiis* pronunciavit esse dogma fidei: quod Indulgentiarum concessio a Christo tradita fuerit Ecclesiæ: hanc fuisse ab ea antiquissimis temporibus exercitam potestatem, & Conciliorum auctoritate firmatam; videtur Concilium Indulgentiis eundem sensum, eandemque significationem admetiri, quam tenuerunt ipsa antiqua concilia, superius adducta; illa autem concilia edixerunt remitti ab Indulgentiis pœnas canonicas, variis criminibus impositas, non vero pœnas illas superstites, post absolutionem a peccatis Deo persolvendas: Igitur in re, quæ quidem pie creditur, nequaquam tamen ad fidei articulos pertinet, non esse populo tanto cum studio & tenacitate inhærendum, in detrimentum Christianæ pœnitentiæ, neque

Anno 1782.

Anno 1782. neque confectationi Indulgentiarum inhiari oportere tanta cum ſollicitudine, aut forte prorſus aliam Indulgentiis, quam quod revera ſunt, ideam attribuere; Id enim non modo Chriſtianæ doctrinæ puritatem, animorumque ſanctimoniam vehementer deturparet, ſed etiam egeſtatem falſo oſtenderet in tanta tamque copioſa ſanctificationis ubertate, quæ fidelibus offertur in Sacramentorum frequentatione, ut opus non ſit ad alia minori cum ſecuritate confugere. Præſertim dum proprius hominum apud Deum Patrem Mediator alte inclamat apud Matthæum Cap. XI. verſ. 28. *Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Nullum ille alium ait nobis eſſe pro hoc recurſu, atque exauditione neceſſarium. Quod ſi nihilominus quorundam Dei amicorum ſuffragiis, atque interceſſione fulciri cupimus, non dedignatur ille equidem amicos ſuos; *Nemo tamen unquam illo nobis eſt amicior, qui pro nobis corpus ſuum tradidit*: ut notat S. Ambroſ. Lib. VII. in Lucam Cap. 11. &c.

Faxit Deus, ut horum, & aliorum ejuscemodi ſtatutorum obſervatio reſpondeat expectationi Sapientiſſimi Præſulis, deterrimam abuſuum labem, Catholicis rebus tantoperede decoram, e medio tollere adlaborantis.

Epilogus. Denique univerſo operi pro colligendis canonibus & conſtitutionibus Salisburgenſis Eccleſiæ ſuſcepto, dum impono coronidem, liceat mihi præclaram illam uſurpare ſententiam, deſumptam ex Manuſcripto codice Conciliorum Generalium & Particularium, qui XII. Sæculo fuit exaratus, & in Bibliotheca Regia Taurinenſi adſervatur, ut refert Joſephus Paſſinus in Indice Manuſcriptorum Taurinenſium, pag. 194.: *ταῦτα καὶ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν ὦ Ἐπίσκοποι· ὑμεῖς δὲ ἐμμένοντες αὐτοῖς σωθήσεσθε· καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπειθοῦντες δὲ κολασθήσεσθε· καὶ πόλεμον μετ' ἀλλήλων ἀΐδιον ἕξετε· δίκην τῆς ἀνηκοΐας τὴν προσήκουσαν τιννύντες. Hæc de canonibus vobis obſervanda præcipere viſum eſt, o Epiſcopi! Vos igitur, qui in iis perſeveratis, ſalutem & pacem aſſequemini. Moroſi autem & præfracti afficiemini ſupplicis, bellumque inter vos mutuo & perpetim geretis, congruam in eo inobedientiæ pœnam luentes.*

Proteſtatio Auctoris. Cæterum ſi fortaſſis in hoc Conciliorum Opere me aliquando ſefellit aut dubia fides monumentorum, aut etiam proprium judicium, ut mercem intruderem minus conſentaneam præceptis Sanctæ Religionis & Diſciplinæ, ſaluberrimisque quorumque Paſtorum inſtitutis, pernego & abjuro omnia, neque ea unquam a me volo eſſe prolata; ut qui æterno vinculo me eſſe obſtrictum profitear divinæ humanæque auctoritati, atque ad illius nutum meas quales ſententias ultro ac lubens cupiam emendatas.

APPEN-

APPENDIX.

De Congressu in Embs Anni 1786, deque Capitulis ibidem die 25 Augusti editis.

Pro coronide operis subnectere juvat gravem controversiam, nuper in Bavaria ob Apostolicum Nuncium excitatam, proprium sane argumentum cogendo Salisburgensi Concilio, si temporum hominumque acerbitas tulisset opportunis ejusmodi remediis deliniri. Facti hæc fuit series:

Anno 1785. ineunte, per Germaniam quaqua versum ferebat rumor: & in Provinciis Palatino-Bavaris constitutum iri a Romano Pontifice Nuncium Apostolicum; quam famam dubiam, errantemque, mox eventus firmavit, quando die 14. Februarii eodem anno, in Papali Consistorio Romæ Julius Cæsar Zoglio, Archiepiscopus Atheniensis, palam renunciatus fuit Nuncius, Monachii sedem habiturus.

Inexpectata rei novitas universam subito perculit Germaniam, atque eos comprimis Præsules, quorum Diœceses intra Bavariæ atque Palatinatus fines protenduntur; hi quippe suo cum animo reputarunt graves conflictus, alias jam habitos Nunciorum illorum causa, prospexeruntque non inaniter, insultantem perpetuo hierarchiæ Germanicæ Nunciorum procurationem novas denuo vires sumpturam in hoc novo Nuncio, ut tandem laborantem Episcoporum Germaniæ auctoritatem illi magis deprimant, & constitutiones patrias penitus derideant, ac frustrentur.

Malorum horum imminentium sollicitudine, ac metu, exciti Archiepiscopus Elector Moguntinus, & Salisburgensis Archiepiscopus, tum & plures Germaniæ Præsules, serio esse obnitendum principiis duxerunt; & primum quidem opportune sciscitati sunt per literas ex Romanis: quamnam vellet Pontifex novo Nuncio Monacensi attribuere potestatem? Quod si illi demandanda est communis provincia aliorum legatorum, nomine variorum principum in aulis exteris degentium, inoffensum utique fore, imo præclarum summi Pontificis propositum, ac utriusque, & Pontificis & Electoris Bavariæ principatui conveniantissimum: Sin vero Comes Zoglius & in Bavaria exercere debeat jurisdictionem, qua præditum se dicit Nuncius Coloniensis, Episcopali ordini tantopere perniciosam, nil nisi novas turbas, & conflictus orituros; præsertim quod tam in Moguntino, quam Salisburgensi Archiepiscopatu, nullius unquam Nuncii Apostolici toleratus sit interventus, neque opera illius rebus agendis unquam adhibita.

Archiepiscopia, anxie de hoc edoceri cupientibus, paulo post allatum est responsum e Romana Curia, plenum dominatu: eandem omnino fore & Bavarici & Coloniensis Nuncii potestatem. Qua quidem Pontificis decernentis libertate nimium quantum aucta est Archiepiscoporum Germaniæ inquietudo, & simul increvit ardor defendendi jura sua Ordinaria contra Romanas invasiones: rediit & tionitus aurium, ex tot gravaminibus Germanicæ Nationis contra Nuncium Apostolicum Coloniensem nuper & perpetuo prolatis, & quam justis sententiis exuberantem illius Nuncii dominatum suprema Imperii tribunalia sæpe jam represserint, memoria recurrebat. Igitur pro sua reverentia denuo insistunt apud summum Pontificem Archiepiscopi, hortanturque communem Patrem, & Canonum custodem, nollet persequi consilium, quod intempestive ceperat ad Nuncium Bavaris submittendum: rem hanc fore periculosæ plenum aleæ, atque odiosis consecutionibus obnoxiam: esse & elapsa tempora despotismi curialis, neque Archiepiscopos & Episcopos Germaniæ porro passuros, ut ad arbitrium Romanæ curiæ sua auctoritas procumbat, munita jure hierarchiæ originario, atque publicis Imperii decretis stabilita. Quod si alia ratione depellere discrimen nequeant, imploraturos sese Augusti Cæsaris, Summi Ecclesiarum Germanicarum Advocati, auxilium, qui jura earum ac libertates, legibus Imperii implexas, irrefragabili judicio tueatur.

Verum & hæc ad Pontificem flectendum Archiepiscoporum opera incassum recidit; perfunctorie responsum fuit Electori Archiepiscopo Moguntino: Pontificem permanere sua in sententia; Archiepiscopus autem Salisburgensis, aliique, qui his sese junxerunt, Episcopi a Cardinale Secretario sunt con-

condocefacti: ne quidem responsum Pontificem eorum literis.

Liquido intellexerunt Archiepiscopi ex hac repulsa spei suæ fallaciam, & quam Romani semper parvi pendant justas querimonias Germanorum, quin & insolitas usurpationes non modo retinere hodiedum studeant, sed & provehere, atque Hierarchiam Germanicam ad fastus sui duntaxat, & commodorum rationes attemperare, contra ac ecclesiasticæ præcipiunt, civilesque leges. Quapropter cum mora premeret, & adventus Nuncii in Bavariam jamjam imminere diceretur, neque etiam superesset tempus, statuendi modum ac vias pertractando negocio ex collectis omnium Germanorum Præsulum suffragiis, Archiepiscopus Elector Moguntinus, & Salisburgensis Archiepiscopus, abjecta omni cunctatione, opitulatorem Cæsarem appellarunt, qui pro perpetua sua ad sustentandum Imperium vigilantia, ac promptitudine, die 12. Octob. Anni 1785. significari jussit Romanæ Curiæ: sua supremi capitis interesse, servari in Imperio immunitatem Episcoporum ab exteris vexationibus, atque ab aggressoribus jurisdictionis, publicis legibus sancitæ: Sacramento sese adstringi ad hanc defensionem, neque unquam permissurum, ut novus Nuncius Apostolicus, in Germania constitutus, Ecclesiarum libertates ibidem exagitet. Archiepiscopis autem, opem poscentibus, eodem die 12. Octob. Anni ejusdem edito decreto patefecit, maximam suam, ex eorum zelo haustam animi voluptatem, nihilque sibi magis cordi futurum pollicitus, quam augusto eos undequaque tueri patrocinio: Evocavit etiam Princeps Optimus, & impense eos cohortatus est, ut unitis Suffraganeorum, suorum sententiis exponerent gravamina omnia, & usurpationes, non modo a Nunciis Apostolicis hactenus in Germania exercitas, sed & alias quasque, a Romana Curia proterve invectas, ad constringendum jus Ordinarium; ut ita offendicula illa omnia cognita, atque ad sacrarum, civiliumque legum normam expensa, generali Imperatoris, omniumque ordinum decreto proscribantur, atque felicius e patria extermimentur.

In medio hoc negociorum æstu, intellecta etiam desuper Imperatoris mente, ablegavit nihilominus Romana Curia Mense Majo Anni 1786 Nuncium Zoglium in Bavariam, jussitque Cardinalem Secretarium illac liberrime perscribere: æqualem esse, ac ratam hujus & Coloniensis Nuncii facultatem. Quo ausu indomito Romanæ Curiæ vix accidere Germanicæ Nationi quid contemptibilius poterat. Incitavit autem hæc agendi durities præcipuos Archipræsules Imperii, eoque abduxit, ut freti patrocinio Imperatoris serio cogitarent Metropolitana sua, & diœcesana jura primæ suæ & justissimæ restituere integritati. Horum Archipræsulum quatuor fuere: tres Archiepiscopi Electores, & Archiepiscopus Princeps Salisburgensis: tum quod urgens negocium inchoari sine mora quantocyus oporteret: tum quod præparanda primum esset gravaminum materies, suumque in ordinem redigenda, atque etiam petitionum fines delineandi, ut promptior sperari queat Episcoporum cæterorum concordia: tum denique quod eminentes hos in Imperio Archipræsules Imperator ipse voluerit primam perficiendo operi manum admovere. Hi itaque quatuor Archiepiscopi Mense Augusto Anni 1786 Embsii suos per delegatos congregati, sequentia capita, in Episcoporum reliquorum coetu uberius perquirenda, uno animo ediderunt Germanico idiomate:

I.

Christus, der Stifter unserer heiligen Kirche, hat den Aposteln, und ihren Nachfolgern den Bischöffen, eine unbeschränkte Gewalt zu binden, und zu lösen, für alle jene Fälle gegeben, wo es die Nothwendigkeit, oder Nutzbarkeit ihrer Kirchen, oder der zu denselben gehörigen Glaubigen, immer erfordern mag, und es ist

(*a*) Nach der Natur der ursprünglichen Kirchen-Verfassung keinem Zweifel unterworfen, daß alle in den Kirchen Sprengeln der Bischöfe wohnende Personen, ohne Unterschied, in innerlich- und äußerlichen Religionswesen denselben untergeordnet seyen; dahero soll

(*b*) Allen Diözesanen verboten seyn, den Recurs mit Vorbeygehung ihrer unmittel-

I.

Christus Ecclesiæ auctor plenam Apostolis, eorumque Successoribus Episcopis, indidit potestatem ligandi atque solvendi diœcesanos suos, pro omni necessitatis, atque utilitatis eventu.

(*a*) A prima statim Ecclesiæ origine Episcopi fidelium quique suorum internam & externam religionem, ac cultum sunt moderati.

(*b*) Itaque vetitum sit, præterito diœcesano proprio Episcopo deferre causas ad

baren geistlichen Oberhirten, nach Rom zu nehmen; indessen wird denselben nicht benommen, in den von rechtswegen dazu geeigneten Fällen sich der Berufungsmittel Stufenweise nach der Hierarchischen Verfassung zu bedienen.

(*c*) Keine Exemptionen, weil sie der Verwaltung des bischöflichen Amtes entgegen stehen, können ferner mehr Platz haben; jedoch mit Ausschließung jener Corporum, und Glieder, deren Exemption durch Kayserliche Freyheits-Briefe bestättiget, und in dem Reiche allgemein anerkannt ist.

(*d*) Keinem Mönchs-Orden solle hinfüro erlaubt seyn, den Namen Exemt in Hand- oder Druck-Schriften sich beyzulegen; den Kloster-Geistlichen wird

(*e*) verboten, Verordnungen, oder Bescheide von ihren Generalen, oder General-Capiteln, auch sonstigen außer Deutschland wohnenden Obern, von deren Verbindung sie für allemal gänzlich losgesagt werden, anzunehmen: den General-Versammlungen beyzuwohnen, oder ein Geld-Beytrag, unter was für einen Vorwand es immer sey, dahin abzuschicken.

ad Romanum tribunal; nisi legitima sit, & Hierarchiæ legibus accomodata appellatio.

(*c*) Tollantur Exemptiones quæque, Episcoporum jurisdictionem remorantes; nisi quæ exactæ sint ad publicas Imperii leges, usuque firmatæ.

(*d*) Monachis deinceps nullatenus liceat Exemptionum titulos sibi vendicare.

(*e*) Nec Regulares acceptent aut exequantur Decreta suorum Præsidum Generalium, extra Germaniam degentium, aut Capitulorum, in præjudicium Ordinariæ jurisdictionis; neque intersint illis capitulis, neque iis cogendis dent symbolum.

II.

Ein jeder Bischof kann, vermög der von Gott erhaltenen Gewalt zu binden, und zu lösen, Gesetze geben, und in denselben aus zureichenden Ursachen dispensiren. Er allein kennt die Bedürfnisse seiner Heerde, und die erforderliche Mittel dieselbe zu heben, und muß daher in dem besondern so wohl, als allgemeinen Kirchen-Gesätzen den Glaubigen einige Nachsicht auf eine bestimmte Frist, oder auch so lang gestatten können, als Zeit und Umstände es erfordern. Er ist sonach

(*a*) berechtiget in dem allgemeinen Abstinenz-Gebotte auf erwehnte Art zu dispensiren, wenn diese Dispens sich auf öffentliche Nothwendigkeit, oder Nutzbarkeit der ihm untergebenen Diœcesanen gründet: Wie auch

(*b*) in allen Ehe-Hindernüssen, so weit der heilige Stuhl zeither den Bischöfen allgemeine Dispens-Vollmacht, oder auch zuweilen in einzelnen Fällen noch nähere Grade, nämlich in secundo gradu consanguinitatis, und in 1mo & 2do affinitatis Dispensen zu ertheilen pflegte. Wobey es jedem Erz- und Bischofe frey bleibt, in vorkommenden bedenklichen Fällen sich bey Sr. Päpstlichen Heiligkeit Raths zu erholen.

(*c*) Da in dem dritten und vierten Grade der Consanguinität und Affinität, auch der geistlichen Verwandschaft in den meisten Fällen, und dem sogenannten Impedimento publicæ honestatis schier immer dispensirt wird, so könnte mit den übrigen Bischöfen näher überlegt werden: ob es nicht räthlicher seye, die obgenannte Impedimenta ganz aufzuheben. Ingleichen gehöret

II.

Quilibet Episcopus ob procurationis suæ, a Christo sibi inditæ auctoritatem, uti ligare valet, ita & solvere ac dispensare, id est, immunitatem etiam a communibus Ecclesiæ præceptis impertiri; ut qui solus noverit, qua temperatione diœcesanorum suorum opitulari necessitatibus oporteat.

(*a*) Hac cautione adhibita, Episcopus jure suo abstinentiæ præceptum moderatur, aut etiam tollit, si necessitas, aut utilitas suorum Diœcesanorum id sibi postulet.

(*b*) Dispensabit item Episcopus in impedimentis matrimonii, nempe quoadusque suppetit facultas, Episcopis a S. Sede concessa aut generaliter, aut peculiariter pro vicinioribus gradibus, veluti secundo consanguinitatis, & primo & secundo affinitatis. In casibus tamen majore considerationi dignis liberum sit cuique Episcopo requirere a S. Sede consilium.

(*c*) Quoniam in tertio & quarto gradu affinitatis, item in cognatione spirituali, atque in impedimento publicæ honestatis, Episcopi passim elargiuntur immunitatem contrahentibus; disquirant solerter Ordinarii: consultiusne foret, ac salutarius, hæc impedimenta penitus abolere?

(*d*) auch die Gewalt eines jeden Bischofs die Verbindlichkeiten, die aus den heiligen Weyhen entspringen, aufzuheben, und werden die Erz- und Bischöfe diese Befugniß bey eintrettenden erheblich und dringenden Ursachen in Ansehung der Sub- und Diaconen gebrauchen.

(*e*) Die Ordensgeistliche von ihren feyerlichen Gelübden, wenn hinlängliche canonische Ursachen vorhanden sind, loszusprechen, und zu verordnen, daß in allen Manns-Klöstern die Gelübde erst nach vollendeten 25sten Jahre, in Weibs-Klöstern aber nach vollbrachten 40sten Jahre abgelegt werden.

(*d*) Susceptorum quoque sacrorum ordinum solvere valent obligationem Episcopi justis de causis; ac præsertim Subdiacooatus & Diaconatus.

(*e*) Regularium denique vota solennia; si canonicæ adsint rationes; hinc professionem Virorum ad 25tum, fœminarum aotem ad 40mum ætatis anoum prudenter desigent.

III.

Die Erfahrung lehret, daß auch die besten Absichten mancher milden Stiftungen bey veränderten Zeitläuften entweder gar nicht mehr, oder nicht so, wie Anfangs erreichet werden können. Die Bischöfe sind befugt in diesen Fällen zum besten der Religion, oder des gemeinen Wesens eine fromme Stiftung in eine andere, die dem Hauptzwecke gemäßer, und den würklichen Bedürfnissen angemessener ist, zu verändern.

III.

Cum piæ fundationes ob temporum vicissitudines non raro aut collabaotur penitus, aut saltem sua ab origine descifcant, erit in potestate Episcopi, re ita exigente, ejusmodi fundationes in alias convertere, fundatoris piæ voluntati, rerumqoe præsentium necessitati magis consentaneas.

IV.

Dieses vorausgesetzt werden

(*a*) Die sogenannten Facultates quinquennales hinfüro von dem Römischen Hofe nicht mehr begehret, sondern in den darinn enthaltenen Fällen die erforderlichen Dispensen, wenn canonische Beweggründe in Mittel liegen, vom Bischof ertheilt. Jene Dispensen, die auswärtig erlangt werden, sollen kraftlos seyn.

(*b*) Auch die übrigen Römischen Bullen, Breven oder sonstige Päpstliche Verfügungen verbinden ohne gehöriger Annahme der Bischöfe nicht; ohne dieselben sollen

(*c*) auch die Erklärungen, Bescheide, und Verordnungen der Römischen Congregationen, wie sie immer genannt werden mögen, in Deutschland nicht anerkannt werden. Eben so hören

(*d*) die Nonciaturen in Zukunft völlig auf; die Nuncii können nichts anders als Päpstliche Gesandten seyn, und dörfen nach der von Kayserlicher Majestät untern 12. October 1785. ertheilten allerhöchsten Erklärung, welche sich auf die Kirchen- sowohl, als Reichs-Fundamental-Gesetze gründet, keine Actus Jurisdictionis voluntariæ oder contentiosæ mehr ausüben.

(*e*) Die Amtsverrichtungen aller Apostolischen Proto- und Notarien in Deutschland sollen ohne vorgängige Prüfung und Immatriculation derselben bey den Bischöflichen Gerichten nicht mehr statt finden. Ein jeder Bischof kann auch in seiner Diözes eigene Notarios creiren. Diese Gewalt fällt aber bey den Ordens-Vorstehern, einige Notarien zu ihren Ordens Verrichtungen zu machen, für die Zukunft gänzlich hinweg.

IV.

His ita constitutis.

(*a*) Illarum qoinqoennalium facultatum non jam porro expetetur concessio a Romana Curia; quin magis, dum canonicæ subsunt rationes, quivis Episcopus comprehensis ibidem facultatibus, jure suo utetur ad dispensandum. Exteræ aotem dispensationes nullæ erunt, & ioaoes.

(*b*) Bullæ, Brevia, cæteræque constitutiones Pontificiæ nisi acceptentur ab Ordinario, ac probentur, omnis erunt roboris expertes.

(*c*) Sic & Romanarum Congregatiooum declarationes, aut Decreta, nisi asseotiatur Episcopus, erunt irritæ.

(*d*) Usitata imposterum tota intercidet Apostolicorum Nonciorum auctoritas, nec nisi Legatorum munere fungentur, utpote quibus Decreto Cæsareo, die 12 Octob. Anni 1785 recte interdicta sit omnis seu voluntaria seu contentiosa jurisdictio.

(*e*) Notarii denique & Proto-Notarii Apostolici, nisi in Germaoia examinati sint & probati, omni carebunt jure agendi in dicasteriis ecclesiasticis; quin magis ipsi Episcopi idoneos in diœcesi sua creabunt Notarios. Soperioribus autem Regularibus omnis sit adempta potestas constituendi pro causis suis qoospiam ejusmodi Notarios.

V. Plu-

V.

Es ist in der alleinigen Gewalt des Bischofs in der Mehrheit der Præbenden zu dispensiren.

(*a*) Diese Dispens kann nicht verliehen werden, es seye dann, daß der Fall des Capituli de Multa eintrette; indeme es dem Geist der Kirche, und der frommen Stifter ganz zuwider ist, daß ein Geistlicher, der kaum ein Beneficium zu versehen im Stand ist, zwey oder mehrere Präbenden geniessen solle.

(*b*) Und ob dieser Casus Capituli wahrhaft da seye, darüber hat der Bischof in allen Stiftern zu erkennen.

(*c*) Es ist daher den Kapiteln verboten, jemand den Besitz der anderten Präbende in so lang zu ertheilen, bis denselben die Erklärung des Bischofs von der ertheilten Dispensation zugekommen ist. Liegen aber die Stifter in verschiedenen Diœcesen, so soll der Bischof, unter dessen Gewalt die anderte Pfründe gelegen, die Bewegursachen der nachgesuchten Dispensation zu untersuchen, und diese zu ertheilen haben, und so weiter.

V.

Pluralitas Beneficiorum ut cuidam concedatur, dependebit id ex solius Episcopi arbitrio.

(*a*) Nemini tamen id indulgeatur ab Episcopo, nisi ad præscriptum Capituli *De multa*; adversatur quippe institutis Ecclesiæ, & piorum fundatorum menti, ut, qui vix uni beneficio ecclesiastico rite deservierit, duo aut plura possideat.

(*b*) De recta autem exceptione Capituli *de multa* solus Episcopus semper, & ubique feret judicium. Hinc

(*c*) Capitulis quibusque interdicitur collatio secundi beneficii, nisi primum Episcopus de eo pronunciaverit; Quod si in diversis Diœcesibus sita sint Capitula, judicium de secundo beneficio obtinendo pertinebit ad eum Episcopum, in cujus diœcesi secundum illud beneficium extiterit.

VI.

Gegen die Eingangs erwähnte, und durch die falsche Decretalien veranlaßte Neuerungen, wurden zwar bald darauf von der deutschen Nation Klagen erhoben, und dieselbe suchte sich auch dagegen in den Kirchen-Versammlungen zu Kostnitz, Basel und Trient Hülfe zu verschaffen; Allein die zur Abhülfe verfaßte Decreta Basileensia wurden nicht lange hernach in dem zu Aschaffenburg eingegangenen Concordat wieder beschränkt, endlich gar obige Decreta sowohl, als dieses Concordat in einigen Punkten zum Nachtheil der deutschen Nation unrichtig ausgeleget, und in mehrern ganz überschritten: worüber die Kayser Friederich III., Maximilian I. Karl V. ꝛc. auf den Reichstägen zu Nürnberg, Freyburg, Worms, Augsburg ꝛc. und vorher schon die Rheinische Geistlichkeit öffentliche Beschwerden geführet haben; „Wie nämlich die Concordata, so zu Basel zwischen dem Stuhl zu Rom, und der deutschen Nation aufgerichtet, und beschlossen worden, in mannigfaltige Wege verbrochen würden.“ Von der noch immerwährenden Fortdauer dieser Beschwerden zeugen das Kuhrkollegiums-Schreiben von 19. März 1764. an Seine Kayserliche Majestät, die im Jahr 1769. von den drey geistlichen Kuhrfürsten zu Koblenz zusammen getragene Gravamina, und die tägliche Erfahrung.

VI.

Studuit Germanica Natio exterminare corruptelas, a Pseudo-Decretalibus in Disciplinam invectas, in Conciliis Constantiensi, Basileensi, & Tridentino; quod & Decreta Basileensis concilii reipsa præstiterunt. Verum hæc Decreta a Concordatis Aschaffenburgensibus temere restricta fuerunt; ac paulo post utrisque & Decretis illis, & Concordatis accessit a Romanis non modo interpretatio, Germanis maxime invidiosa, sed etiam aperta violatio; de quibus & Rhenanus Clerus, ac præcipue Imperatores Fridericus III, Maximilianus I. Carolus V. &c. amare conquesti sunt in Congressibus Imperii, Norimbergæ, Friburgi, Wormatiæ, Augustæ &c. habitis. Perdurant autem hodiedum illa Nationis gravamina, quod testatur Collegium Electorale in literis, die 19 Martii Anni 1764 ad Imperatorem datis, quodque rursum anno 1769 tres Electores ecclesiastici Confluentia ad Imperatorem dolenter perscripserunt.

VII.

Zur einstweiligen Abhülfe derselben wird in der allerehrerbietigsten Zuversicht des nach etwaigem Erforderniß auch mit Nachdruck anzuwendenden Kayserlichen Schutz- und Schirm-Amtes festgesetzet:

VII.

In plena fiducia de certo, quod Augustus Imperator sancte fuit policitus, patrocinio ad emergendum tandem ex illis salebris, statuitur:

(*a*) Daß so lang die Concordaten noch bestehen, und von der Nation keine andere Vorsehung geschehen, die Decreta Basileensia, wie sie im Jahe 1439. unter König Albert zu Mainz angenommen worden, pro Regula Concordatorum, und die in Concordatis Aschaffenburgensibus Anno 1448. dem Päpstlichen Stuhle einsweilen bedungene jura pro Exceptione a regula zu halten.

(*b*) Den deutschen Kirchen der Cathedral- und niedern Capiteln, und den einzelnen Patronen wird durch die Extravagans Execrabilis das Recht nicht benommen, die Pfründen, welche gemäß dieser Bulle ledig werden, zu vergeben.

Die erste Pfründe wird durch diese gar nicht erledigt, wann der Pfründner ein Domizellar ist, oder sonst eine zu seinem Unterhalt nicht hinreichende Præbende erhält.

(*c*) Die Reservationen in der Extravagans *ad Regimen* können in- und für Deutschland nicht statt haben. Sie passen auf den Zustand der deutschen Kirche gar nicht, und sind deswegen die darinn angezogene Fälle der Translation, Deposition, Privation &c. auf dieselben nie anwendbar. In diesen Fällen gehört noch zur Zeit nur die Bestättigung des Neuerwählten nach Rom, die nie, als aus erhebiich-canonischen Gründen verweigert werden kann. Ein anderes ist jedoch mit jenen Provisionen, die etwa allein von der Freygebigkeit und Willkühr des Apostolischen Stuhls abhangen.

(*d*) Jene Clauseln haben keine Kraft, welche den indultis de retinendis dignitatibus, & beneficiis præhabitis beygesetzt zu werden pflegen, und die den effectum reservationis weiter, auch auf die künftige Fälle, vacationis per obitum, noch suspendiren, und verschieben sollen.

(*e*) Eben so unkräftig sind auch die von der Römischen Curie gegen die deutschen Freyheiten nach den Concordaten eingeführte Reservationen.

(*f*) Jedoch können die Brevia eligibilitatis in den dazu geeigneten Fällen annoch so lange zu Rom impetrirt werden, bis durch eine allgemeine Kirchenreformation auch hierinn andere Vorsehung geschieht.

VIII.

(*a*) Damit die Erbfolge in den geistlichen Pfründen gänzlich vertilget werde, sollen die Resignationes in favorem, sie seyen vera oder ficte tales, allenthalben in Deutschland verworfen, und sowohl vor der Römischen Kurie, als vor den Bischöfen verboten seyn. Sie müssen ohne einigen Vorbehalt des Resignanten dergestalt geschehen, daß der Bischof, oder wem das Begebungs-Recht zustehet, die freye Macht habe, die Pfründe, wem er wolle, zu verleihen.

(*b*) Wollte diesem ungeachtet ein deutscher Bischof die Resignationen mancher Pfründen bey der Römischen Kurie noch

(*a*) Quamdiu Concordata illa porro obtinebunt, neque aliud quid dispositum fuerit a Germanica Natione, Decreta Basileensia, tempore Alberti Regis Anno 1439 Moguntiæ acceptata, imposterum esse habitura vim Regulæ; Jura autem Papalia in Concordatis Aschaffenburgensibus fundata Anno 1448, fore ceu Exceptionem a Regula.

(*b*) Germanicis Ecclesiis Cathedralium, & Collegiatorum Capitulorum; itemque privatis collatoribus, non censeatur ademptum esse jus per Extravagantem *Execrabilis*, quin beneficia conferant, juxta sensum illius Bullæ liberata.

Primum beneficium non liberatur, dum beneficiarius est Domicellaris, vel aliud beneficium tenet, sustentationi insufficiens.

(*c*) Reservationes in Extravagante *ad Regimen* allatæ, nullatenus conveniunt institutis Germanicarum Ecclesiarum; ideoque & memoratæ ibidem translationes, depositiones, privationes &c. non afficiunt Germanos. Sola neo-electi confirmatio interim erit juris Romani, nunquam neganda nisi canonicis de causis. Aliter se tamen habebunt provisiones, ad Summi Pontificis liberalitatem atque arbitrium proprie pertinentes.

(*d*) Carebunt omni effectu clausulæ, indultis *de retinendis dignitatibus, & beneficiis præhabitis* adjectæ, quæque effectum reservationis etiam ad futuros eventus *vacationis per obitum* protendunt.

(*e*) Irritæ quoque erunt reservationes, quibus Romana Curia infestavit Germanorum libertates etiam post inita Concordata.

(*f*) Nihilominus Brevia eligibilitatis impetrare licebit a Romanis more veteri, quoadusque & de his instauratio Disciplinæ Generalis aliud pro Germania decernet.

VIII.

(*a*) Ut ecclesiastica beneficia refugiant penitus hæreditariam successionem, rejiciuntur omnes resignationes in favorem, seu vere seu ficte tales; neque Romana Curia neque Episcopus eas ratihabeat. Resignans eo decedat absque omni reservatione, liberrimamque relinquat aut Episcopo, aut alteri legitimo collatori potestatem conferendi illud beneficium cuicunque voluerit.

(*b*) Quod si nihilominus velit quispiam Germaniæ Episcopus fieri resignationem quorundam beneficiorum apud Romanam Curiam,

geschehen lassen, so ist er jedoch nicht gehalten, eine Collation von daher anzunehmen, wenn nicht der Provisus von Ihm vorderfamst das Testimonium idoneitatis, und zwar unter dem Ausdruck der bestimmten Pfründe erhalten hat. Dieses darf über sechs Monate von Tag der Ausfertigung nicht alt seyn, und hängt die Verweigerung oder Verleihung desselben von dem alleinigen Pastoralgutbefinden eines jeden Bischofs ab, worinn kein weiterer Recurs statt haben kann.

Curiam, non tenebitur tamen ullam acceptare collationem, nisi primum Provisus obtinuerit ab Episcopo testimonium idoneitatis ad illud beneficium capiendum. Non excedet autem illud a die emanationis spacium sex mensium. Neque ab arbitrio proprii Episcopi ulla ulterior patebit appellatio.

(*c*) Der Resignatarius ist in diesem Falle schuldig, die Päpstliche Collation in Zeit von drey Monaten dem Bischof, in dessen Kirch-Sprengel die Pfründe gelegen, und dem Capitel vorzulegen, ansonsten die Resignation als nichtig anzusehen ist.

(*c*) Resignatarius in hoc casu obstrictus est, collationem Papalem Episcopo, in cujus diœcesi existit illud beneficium, aut Capitulo exhibere intra spacium trium mensium; alioquin evanescet omnis illa resignatio.

(*d*) Indessen sind die Bischöfe befugt, die Resignationen aller Beneficien ihres Kirchen-Sprengels, jedoch ohne Beeinträchtigung der Patronats-Rechte, in jedem Monate anzunehmen, und nach Verhältniß entweder zu begeben, oder als erledigt zu erklären.

(*d*) Episcopo integrum sit acceptare resignationem cujuscunque beneficii in sua diœcesi quolibet mense, sine tamen præjudicio juris Patronatus. Poterit & illud pro re nata aut conferre, aut vacans edicere.

IX.

Die Bischöfe werden auch nicht gestatten, daß die zu Rom allenfalls ertheilte Coadjutorien auf Probsteyen, Dechaneyen, Personaten in Deutschland von einiger Wirkung seyen.

IX.

Curæ Episcoporum fuerit, ne Coadjutoriæ Præpositurarum, Decanatuum, Personatuum, si quæ Romæ obtentæ sunt, in Germania valorem aut effectum sortiantur.

X.

Die Dignitates majores post Pontificales in den Cathedral- und die principales in den Collegiat-Kirchen sind vermög der Concordaten dem Päpstlichen Stuhl nicht reservirt, und werden daher von jenen, denen es sonst zukömmt, in Erledigungsfalle wieder besetzt. Keine Römische Provision, oder Confirmation jener Pröbste, die zeither ex indulto Papali gewählet worden, kann hierinn mehr statt haben.

X.

Vi Concordatorum Sedi Romanæ non sunt reservatæ dignitates majores post Pontificales in cathedralibus, neque principales in collegiatis ecclesiis. Dum liberæ sunt, a proprio collatore conferentur. Neque etiam porro in Germania usum habere poterit Romana Provisio, aut confirmatio Præpositorum, hactenus ex indulto papali electorum.

XI.

(*a*) Die Bischöfe werden auch den unabweichlichen Bedacht nehmen, daß die geistlichen Dignitäten und Beneficien in ihren Diœcesen vom Römischen Hofe, so lange deutsche Beneficien von daher noch verliehen werden, nicht anderst, als auf vorheriges oben schon erwähntes Zeugniß der Fähigkeit, sodann von andern Patronen, und besonders von Ihnen selbst keinen andern, als fähigen, würdigen, und verdienstvollen Personen begeben werden, vorzüglich aber solchen, welche sich der Seelsorge, oder dem Lehramte mit Nutzen lange Zeit gewidmet, und der Kirche, der sie incorporirt sind, ersprießliche Dienste geleistet haben, oder noch leisten.

XI.

(*a*) Curabunt impense Episcopi, ne dignitatibus, aut beneficiis, interim a Romana Sede conferri solitis, aut quæ Patronorum quorumque, etiam Ordinario jure obtinentur, unquam ornentur homines, nisi testimonio idoneitatis, meritisque suffulti; ac præsertim qui longam & præclaram seu animarum curæ, seu doctrinæ salutari propagandæ operam impenderunt.

(*b*) Die zur Erhaltung eines Beneficiums erforderliche Jahre wären nach der Eigenschaft des anzutrettenden Beneficii zu bestimmen. Es müßte dahero ein jeder zu

(*b*) Non conferatur alicui beneficium, nisi qui adimpleverit præscriptos illi beneficio obtinendo annos: Subdiaconale beneficium ad 22dum: Diaconale ad 23tium: Pres-

Erlangung einer Subdiaconal- das 22ste, einer Diaconal- das 23ste, und einer Priesterpeähende das 25ste Jahr angefangen haben.

Presbyteriale ad 25tum ætatis annum inchoatum defigitur.

XII.

Damit auch dergleichen Stifter, und andere Kirchen des nöthigen Dienstes ihrer Geistlichkeit nicht beraubt wüeden, so sollen jene Canonici und Pfründner, welche das gesätzliche Alter haben, binnen einem Jahre die erforderliche heilige Weihungen empfangen, und sich vorläufig in den hierzu nöthigen Wissenschaften befähigen, sodann aber die nach Verhältniß ihrer Pfeünden ihnen zukommende Obliegenheiten verrichten, oder im Entstehungsfalle soll der Bischof berechtigt seyn, wenn er die säumige voebersamst gehörig ermahnet hat, die Präbende, oder Pfründe nicht nur als erledigt zu erklären, sondern auch, wo nicht ein Patronatrecht eintritt, auf der Stelle zu begeben, es seye dann, daß die Hinderniß nicht von Seiten des Pfründners, sondern von der Pfründe selbst herrühre.

XII.

Ut Canonici quique & beneficiati Ecclesiis suis & Capitulis debite deserviant, suscipiant, modo legitimam habeant ætatem, sacros ordines intra anni spacium, & necessariis vacent studiis, quibus imbuti munera, beneficio suo de incta, rite peragere valeant. Hæc vero si præstare negligant beneficiati, neque Episcopo monenti obtemperent, erit in potestate Episcopi, non modo palam edicere: vacare penitus illud beneficiom, sed & alteri cuidam illud libere conferre; nisi forte jus Patronatus obsistat, aut mora beneficio magis quam beneficiato debeat attribui.

XIII.

Um endlich von den deutschen Kirchen ausländische Candidaten abzuhalten, werden nach dem Beyspiele mehrerer auswärtigen Kirchen, alle, so nicht gebohrne Deutsche sind, zur Erhaltung einer Pfründe, als unfähig erklärt; es wäre dann, daß sie vorhee der deutschen Nation wirklich einverleibt worden seyen; jedoch kann durch dieses letztere den allenfallsigen Statuten mancher Stifter nicht derogirt werden.

XIII.

Ad Candidatos exteros a Germanicarum ecclesiarum ambitu felicius amovendos, statuitur: neminem nisi Germanum origine esse beneficiis capessendis idoneum; quod & plures exteræ Ecclesiæ pro suis laudabiliter sanxerunt; nisi forte quis jure donatus sit incolatus Germaniæ, aut probatæ cujusdam Capituli constitutiones id sibi sua ab origine vendicent.

XIV.

Ueber die Statuten der deutschen Kirchen können die Römische Dispensationen nie statt haben.

XIV.

Romanæ dispensationes non valent infringere instituta Germanicarum Ecclesiarum.

XV.

Das den drey Erzbischöfen und Kuhrfürsten des deutschen Reichs gleich nach den Coocordaten ex pacto verliehene Indultum perpetuum in jenen Kirchen, wo die alternativa mensium statt hat, die in den ungleichen Monaten vacant werdende Pfründen zu vergeben, ist nicht nur von dem Römischen Hofe auf Jahre beschränkt worden, sondern derselbe hat sogar einige vermög des Indulti den Erzbischöfen zukommende Monate in der Folge anderen dem Erzbischof untergeordneten Corporibus in einem oder anderen Erzbisthum verliehen.

XV.

Indultum perpetuum conferendi beneficia vacantia mensibus inæqualibus, ubi viget alternativa mensium; Indultum, inquam, illud perpetuum, mox post Concordata, tribus Archiepiscopis Electoribus Germaniæ pacto firmatum, non modo restrinxit Romana Curia ad certos annos, sed etiam quospiam menses, vi indulti Archiepiscopis proprios, certis corporibus, veluti universitatibus, concessit in quibusdam Archiepiscopatibus.

(*a*) Daher Kayserl. Majestät zu erbitten wären, sich bey seiner Päpstlichen Heiligkeit mit Nachdruck dahin zu verwenden, damit die gegen das obgemeldete Pactum post Concordata in solchem Erzbisthum an andere, als den Erzbischof, zum Nachtheil des Indulti überlassene Päpstliche Monate wieder eingezogen, und vom Papste nur an den Erzbischof zurück gegeben werden.

(*a*) Itaque exorandus est Imperator, velit apud Summum Pontificem id effectum dare, ut concessiones mensium, in detrimentum & indulti & Archiepiscoporum aliis corporibus oblatæ, pactumque post Concordata initum violantes, revocentur a Pontifice, atque rursum Archiepiscopo restituantur.

(*b*) In-

(*b*) Das Indultum perpetuum ist den Erzbischöfen gleich bey Antritt ihres Amtes mit der Confirmationsbulle auszufertigen.

(*c*) Sollte aber in beyden vorstehenden Punkten wider Vermuthen der Päpstliche Hof sich nicht willfährig bezeigen, so sind die Erzbischöfe befugt, die Präbenden, die in den Päpstlichen Monaten in Erledigung kommen, ohne weiteren Anstand zu verleihen, und werden Se. Kayserl. Majestät allergnädigst geruhen, die Erzbischöfe bey diesem Rechte so, wie die dießfallsigen noch besondern Erzbischöfl. Salzburgischen Befugnisse gegen alle Eingriffe Reichsoberhauptlich zu schützen.

(*d*) Da aber den Erz- und Bischöfen Deutschlands zur ordentlichen Verwaltung ihrer Diœcesen die Vergebung der Beneficien nöthig ist, und in den Concordaten die sechs Monate den Papsten nicht auf ewig eingeraumt sind, so wird auch hierinn auf den hoffentlich bald zu Stande kommenden National-Concilium Abhilfe zu erwarten seyn.

XVI.

Die in den Concordaten unbekannte, und durch die Curialisten nachher in die Indulta eingeschlichene 2te Provision muß jetzt schon für die Zukunft gänzlich aufhören, besonders weil diese nicht nur dem Proviso ohne Noth große Kösten verursacht, sondern auch zu vielen Streitigkeiten, und Beneficien-Fischereyen Anlaß giebt.

XVII.

Da der Professus informativus bey den neuen Bischöfen nach der Vorschrift der Kirchen-Versammlung zu Trient Sess. XX. Cap. 2. de Reform. entweder von den Nunciaturen, oder den Ordinarien, und in Ermanglung dieser, von den nahe gelegenen Bischöfen geschehen soll, und dermalen die Nunciaturen ohnehin aufhören, so ist, mit Ausschluß derselben, diese Tridentinische Verfügung in die Zukunft genau zu beobachten; damit sich aber kein Anstand ergebe, welcher von den nahe gelegenen Bischöfen den Processum informativum zu machen habe, so wäre dieser nach Maaßgabe der älteren Kirchen-Zucht von dem Consecratore zu veranstalten.

XVIII.

Bey den Bischöfen in partibus wird das gewöhnliche Testimonium idoneitatis der Bischöfe, die sie ernennen, und zu Rom vorstellen, statt des erwähnten Processes um so mehr hinreichend seyn, als diese die nöthigen Eigenschaften des ernannten am besten kennen müssen.

XIX.

Sowohl das Indultum Administrationis, welches vorhin jeweil hat aufgedrun-

(*b*) Indultum perpetuum Archiepiscopis, mox ut Pontificatum adeunt, una cum Bulla Confirmationis extradendum erit.

(*c*) His tamen postulatis si Romana Curia aures præbere nolit, erit in potestate Archiepiscoporum, beneficia, mensibus Papalibus vacantia, sine mora conferre; quæ eorum jura, uti & peculiares libertates Salisburgensis Archiepiscopi, ultro tuebitur Augustus Imperator summo suo Patrocinio.

(*d*) Quoniam vero Archiepiscopis & Episcopis, ut Diœcesim suam rite administreut, pernecessaria est provida collatio beneficiorum: neque etiam menses Papales in Concordatis sunt jure perpetuo stabiliti, erit Nationalis Concilii, quod proxime celebrandum speratur, omnibus his obicibus præscribere ordinem justiorem.

XVI.

Penitus cessabit imposterum secunda Provisio, a Curialistis in indoltum contra Concordatorum tenorem intrusa; maxime quod Provisum multis expensis oneret, pluribusque litibus atque beneficiorum captationibus ansam præbeat.

XVII.

Quoniam ex præscripto Coocilii Trident. Sess. XX. Cap. 2. de Reform. Processus informativus de Neo-electis Episcopis agitur vel apud Nuncium Apostolicom, vel apud Ordinarium, aut Episcopos viciniores; Nunciaturæ autem in præsentiarum penitus desierunt, erit imposterum, his exterminatis, Tridentina dispositio stricte observanda; Ne vero, quinam viciniorum Episcoporum eo processu defungi debeat, oriatur dissidium, erit id præ cæteris deferendum Consecratori juxta normam veteris disciplinæ.

XVIII.

Testimonium idoneitatis, quod processum informativum supplet, quodque Episcopi, qui nominant Episcopos in partibus, eosque Romæ præsentant, eisdem dare consueverunt, antecellet omnibus aliis testibus; hi qoippe optime nosse censentur nominatorum dignitatem.

XIX.

Frustraneum erit posthac Indoltum administrationis, hactenus immerito præsumptum;

gen werden wollen, als die Clausula in *Temporalibus* in den Wahlbestätigungs-Bullen sind in Zukunft ganz unzuläßig, und ist leztere den Gerechtsamen Kaiserl. Majestät, und des Reichs ganz zuwider.

XX.

Der vom Papst Gregor VII. erfundene, und von Gregor IX. den Decretalen eingeschaltete Eid der Bischöfe, welcher mehr auf die Pflichten eines Vasallen, als den kanonischen Gehorsam gerichtet ist, kann ferner um so weniger beybehalten werden, als die deutschen Bischöfe wirklich darinn dasjenige schwören, was ihnen in Betracht ihrer Verbindung mit dem Reiche zu halten unmöglich ist. Es ist dahero eine neue, dem Päpstlichen Primate sowohl als den bischöflichen Rechten angemessene Eidesformel einzuführen.

XXI.

Wie sehr die Bisthümer Deutschlands durch die Annaten und Palliums Gelder gedruckt werden, zeigen nicht nur die bisher aus Deutschland dieser Ursachen willen nach Rom geschickte unglaubliche Summen Geldes, sondern auch die in vielen Bisthümern dadurch verursachte und angehäufte Schulden.

Der Römische Hof hatte zwar selbst das unbillige dieser Sache in den Aschaffenburger Concordaten eingesehen, und dahero die Relaxationen angelobet, aber bis jezt noch nicht in Erfüllung gebracht.

Ob nun gleich die deutsche Nation nicht dagegen seyn wird, für die bisherigen Annaten und Palliums-Gelder eine gewisse Taxe zur Belohnung des damit beschäftigen Personalis zu entrichten, so muß dieselbe dennoch wünschen, und hoffen, daß gedachte Taxe nach dem ungefähren Vermögen der Erz- und Bisthümer binnen 2 Jahren in einer National-Kirchen-Versammlung, oder wenn diese, wegen allenfallsigen Hindernissen nicht zu Stand kommen sollte, von seiner Majestät dem Kayser, und dem gesammten Reiche gemäßiget, und bestimmt werden.

Wollte nun in diesem Falle der Römische Hof die in den Concordaten zugesicherte, und ohne daß besondere canonische Ursachen eintretten, nicht zu verweigernde Confirmation, oder das Pallium abschlagen; so werden die Deutschen Erz- und Bischöfe in der alten Kirchen-Disciplin solche Mittel finden, wodurch sie, mit Beybehaltung der dem Römischen Stuhle schuldigen Verehrung und Subordination, ihr Erz- und Bischöfliches Amt unter dem allerhöchsten Schutze Kayserlicher Majestät ungestört ausüben.

XXII.

(*a*) Alle Gegenstände, welche nach der deutschen Reichs- und der alten Kirchen-Ob-

sumptum; uti etiam illa Confirmationis Bullæ adjecta clausula *in temporalibus*: hæc quippe & Imperatoris, & Imperii juribus adversatur.

XX.

Juramentum Episcoporum, a Gregorio VII. Papa neo-inventum, & a Gregorio IX. etiam Decretalibus insertum, quod non tam canonicam obedientiam enunciat, quam eam, qua Vasalli obstringuntur principibus, insuper omnino haberi debet; eo quod Episcoporum officiis, quibus Imperio adstringuntur, prorsus insociabile sit. Erit igitur necessum, aliam condi Juramenti formulam, & Primati Ecclesiæ, & Episcoporum juribus magis accomodatam.

XXI.

Annatarum & Palliorum taxæ, quam sint Germanicis Episcopatibus permolestæ, maxime elucet ex ingenti summa pecuniarum, hac de causa Romam delatarum; quarum colligendarum causa plures Episcopatus æri alieno hodiedum gravissime succumbunt.

Ipsa Romana Curia acerbitatem hujus tributi justo duriorem agnovit, ideoque & subveniendum esse in Concordatis censuit novasque rationes sumptuum Episcopatibus imperari; quod tamen hucusque factum non est.

Etsi Germanica Natio non renuat quodpiam tributum pendere pro curialistis, in annatarum palliorumque negocio Romæ occupatis, confidit tamen fore, ut Nationale concilium, post duos annos, ut spes est, convocandum, de illa taxa pronunciet juxta cujusque Archiepiscopi aut Episcopi facultates. Quod si vero nec concilium cogi possit suis de causis, ut saltem Imperatoris Ordinumque Imperii Decreto illa taxa definiatur.

His ita constitutis, si forte nolit Romana Curia confirmationem, aut Pallium largiri, absque causa canonica negandi officium, in Concordatis pactum; erit Archiepiscopis & Episcopis Germaniæ optime consultum in disciplina ecclesiastica vetere, atque in Augusti Imperatoris patrocinio, ut servata in primam Sedem observantia debita, capiant jurisdictionem Pastoralem, eaque rite perfungantur, quin Romani Pontificis accesserit auctoritas.

XXII.

(*a*) Omnes causæ, seu ex præscripto veteris disciplinæ, seu ex dispositione le-

gum

servanz zu der geistlichen Gerichtsbarkeit gehören, müssen in der ersten Instanz vor die nach der Verfassung einer jeden Diœces bestehende geistliche Gerichte gebracht werden, und gehen, im Berufungsfalle von dem Bischofe unmittelbar an die Metropolitan-Gerichte.

gum Imperialium, pertinentes ad ecclesiasticum tribunal, deferantur primum ad judices, in qualibet diœcesi constitutos; Appellatio ab Episcopo fiat ad Metropolitam.

(*b*) Die Päpstlichen Nuncii dörfen sich in keine Sache, weder in der ersten, noch in den folgenden Instanzen, wie oben schon erwähnt worden ist, einmischen.

(*b*) Nuncii Apostolici nec in prima, nec secunda instantia sese porro ingerant in causas ecclesiasticas, ut supra statutum est.

(*c*) Diesen zufolge werden die Erz- und Bischöfe besorgt seyn, daß ihre geistlichen Gerichts-Stellen mit erfahrnen, geprüften, und sonst rechtschoffenen Männern besetzt, und denselben eine nach den canonischen Gesetzen sowohl, als der im Reiche üblichen Praxis abgefaßte Gerichts-Ordnung, wo solche noch nicht ist, vorgeschrieben werde, damit die geheiligte Justiz auf keinerley Art zum Nachtheil der streitenden Partheyen gehindert oder verletzt werde.

(*c*) Sollicite itaque præficient Archiepiscopi & Episcopi tribunalibus suis ecclesiasticis viros a scientia usuque rerum præ cæteris commendatos; iisdemque normam judicandi proponant tam ad Ecclesiæ canones, quam ad Imperii praxim apprime exactam, ut rebus ita constitutis, justitia sine ullo partium incommodo inoffense administretur.

(*d*) Geschiehet von diesen weitere Berufung an den Römischen Stuhl, so ist dieser verbunden, zur dritten Instanz Judices in partibus und zwar Nationalen zu geben, und werden diese noch Vorschrift des Conciliums zu Trient gehörig bestimmt, und darauf zu Rom nahmhaft gemacht werden.

(*d*) Si demum provocetur ad Pontificem, obligatur ille pro tertia instantia dare judices in partibus, hosque indigenas, qui juxta præscriptum Tridentini Concilii deligantur, Romæque promulgentur.

(*e*) Noch dienlich- und zweckmäßiger oder würde seyn, wenn sich jeder Erz-Bischof angelegen seyn ließe, in seiner Provinz mittels zu pflegender Communication mit den Herren Suffraganen ein einziges Provinzial-Synodal-Gericht zur dritten Instanz zu errichten, und dahin alle Causas Appellationis zu weisen; der Erz-Bischof könnte bey diesem Gerichte den Director, und einige Beysitzer, und jeder Suffraganeus einen, auch zwey Beysitzer ernennen, und auf seine Kösten erhalten.

(*e*) Convenientissimum autem fuerit: constitui pro tertia instantia a singulis Archiepiscopis, eum communi Suffraganeorum consensu tribunal Provinciale Synodicum, quo causæ appellationis referantur. Director, unus item alterve Assessor ab Archiepiscopo: a Suffraganeis singulis rursum unus alterve hujus Tribunalis assessor sustentantur.

XXIII.

Werden die Erz- und Bischöfe Deutschlands unter dem allermächtigsten Beystand Kayserl. Majestät in den Besitz dieser durch göttliche Anordnung ihnen zukommenden Gerechtsamen wieder eingesetzt, und von den Haupt-Beschwerden gegen die Römische Kurie befreyet seyn, so sind sie alsdann erst vermögend, und wirklich entschlossen, die Verbesserung der Kirchen-Disciplin durch alle ihre Theile nach gemeinschäftlichen Grundsätzen alsbald vorzunehmen, wegen besserer Einrichtung der Seelsorge, Stifter, und Klöster das nöthige zu verordnen, und die bisher dabey eingeschlichene Mängel und Mißbräuche aus dem Grunde zu heben.

XXIII.

Hac ratione & via redibunt feliciter Archiepiscopis & Episcopis Germaniæ, Augusti auxilio provectis, originaria sua & divinitus collata jura, atque invisa illa ac diuturna gravamina e medio tollentur; ut tandem illi Pastores, Romanæ Curiæ vinculis erepti, serio valeant incumbere in instaurationem laborantis disciplinæ, solertius prospicere animarum curæ, collegiorum ac monasteriorum invigilare observatiæ, atque abusus depellere, hactenus Ecclesiæ decus, sanctamque disciplinam profanantes.

Uebrigens da das Concordatum Aschaffenburgense von seiner Entstehung her selbst als eine der grösten Beschwerden der deutschen Nation gehalten, und die Bischöfe dadurch in der Ausübung ihrer ursprünglichen Rechte merklich gehindert wor-

Denique Concordato Aschaffeoburgensi, quod maximam hucusque remoram injecit Episcopali muneri, totique Germaniæ extitit summe invidiosum, cum hæc accesserit a paciscentibus conditio, ut illius obligatio duntaxat perduret usque ad pro-

den, dasselbe auch nur auf eine Zeit lang bis zum nächst gehofften Concilium eingegangen, auf der erst ein Jahrhundert nachher gehaltenen Kirchen-Versammlung zu Trient aber die zugesicherte Abhilfe nicht erfolgt ist; so ist es ein nicht minder angelegentlich- als allerdevotester Wunsch für die deutsche Nation, daß Se. Kayserl. Majestät, als allerhöchstes Reichs-Oberhaupt bey dem Päpstlichen Stuhle dießfalls ins Mittel zu tretten, das in gedachtem Concordat als eine wesentliche Bedingniß versprochene Concilium, wenigstens Nationale, durch allerhöchste Verwendung längstens in zwey Jahren zur endlichen Hebung all dieser Beschwerden zu Stande zu bringen, und wenn auch dießfalls noch immer die bisherigen Hindernissen sich in Weg legen sollten, durch Reichsverfassungsmäßige Vorkehrungen, die so unentbehrliche Erleichterung allerhuldreichst zu verschaffen, geruhen mögten. Vorstehende Punkten haben Endes unterzeichnete reiflich erwogen, einhellig beschlossen, und nach vorgelegten allseitigen Vollmachten, Namens ihrer Committenten unter Beydruckung ihrer gewöhnlichen Innsiegel eigenhändig unterschrieben Baad Embs den 25. Augusti 1786.

Valentio Heimes
Sr. Kurfürstl. Gnaden zu Maynz Weyhbischof, und geh. Staats-Rath.

(L. S.)

Joseph Ludwig Beck
Sr. Kurfürstl. Durchlaucht zu Trier geh. Rath und Official.

(L. S.)

Georg Heinrich von Tautphäus
Sr. Kurfürstl. Durchlaucht zu Kölln geh. geistlicher Rath.

(L. S.)

Johann Michael Bönike
Erzbischöfl. Salzburgisch. Consistorial-Rath.

(L. S.)

xime futurum concilium, difficultatibus, si quæ evenerint, opitulaturum; in Tridentino Concilio autem, post sæculum secuto, nullum allatum sit justis querimoniis remedium: unice eo, jam enitendum est, ut opem ferente Augusto Cæsare, Summo Ecclesiarum Germanicarum Advocato, convocetur intra biennium aut Generale, aut saltem Nationale concilium in Germania, seu necessaria ad valorem pacti conditio, quod concilium omnibus illis gravaminibus ac querelis Germanorum tandem imponat optatum finem: aut certo, spe concilii in vanum recidente, ut aliis remediis, ad Imperii constitutionem exactis, id ipsum detur effectui.

Hæc descripta capita post maturam deliberationem, data sibi potestate, Archipræsulum suorum nomine unanimiter consignarunt, suisque singuli sigillis munierunt Emsii 25 Aug. Anno 1786.

Valentinus Haimes
Archiepiscopi Elector. Moguntini Suffraganeus & Intim. Stat. Consiliar.

(L. S.)

Josephus Ludovicus Beck
Archiepiscopi Elect. Trevirensis Consiliar. Intim. & Officialis.

(L. S.)

Georgius Henricus a Tautphæus
Archiep. Elector. Coloniens. Intim. Consiliar. Eccles.

(L. S.)

Joannes Michael Boenike
Archiepiscopi Salisburg. Consiliar. Consistorial.

(L. S.)

Nemo rerum ecclesiasticarum peritus non depreheodet in recitatis capitulis notas sincerioris disciplinæ, justæque libertatis Germanicarum Ecclesiarum, & quam Romana Curia jam a longissimo tempore depresserit auctoritatem Episcoporum, sibique ampliorem, atque per canones licebat, sumserit dominatum in Ecclesia; sæpe id quidem ex cupiditate præcellendi, communi illo malo humani generis, quo ne Pontifices quidem sunt exempti; quamvis plerumque etiam accesserint rationes, non prorsus inanes, imo ad speciem pietatis & zeli compositæ, quæ amplificationi Pontificiæ viam muniverint. Nam

Primo. Cum Romanus Pontifex ex Christi institutione teneat Primatum in universa Ecclesia, censuerunt nonnulli, ac præsertim Curialistæ: Papam hoc gradu elatum, complecti jurisdictionem universalem in totam Ecclesiam, atque ex ejus nutu totam pendere Hierarchiam, ut ne Episcopi quidem fiot, nisi quibus ille jurisdictionem sit impertitus, neque sit ulla canonica regula, nisi illius auctoritate & oraculo prolata; quod est maximum in Christiana disciplina delirium, ab assentatoribus invectum; cum Christus omnibus Apostolis, ut est in Evangelio, æqualem indiderit potestatem, ad pascendum, & fundandum Ecclesias: Primatui vero id

id duntaxat peculiare adjunxerit ad Episcopale munus, omnibus commune & proprium: quod teneatur invigilare unitati fidei conservandæ in omnibus per orbem dispersis Ecclesiis, & corrigere ab ea descifcentes, ut uberius exponitur in *Canone Dogmatum & Disciplinæ Lib. II. Diss. II.* quibus hic repetendis immorari non vacat.

Secundo. Ipsa honorifica nomina *Princeps, Caput &c.* quibus Petrus compellatur Apostolorum Princeps, & Romanus Pontifex dicitur Caput Ecclesiæ, extiterunt multis incuriis occasio capiendi finistras ideas, qui nempe, cum ex linguæ latinæ genio scire debuissent, has voces *Princeps, Caput &c.* sumi etiam pro primo, atque inter cæteros præcipuo, alteram eis indiderunt duriorem significationem dominatus & Imperii, quem dominatum Christus suis discipulis interdixit, inquiens Mathæi Cap. XX. vers. 25.: Οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν. Οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν. *Scitis, quod principes gentium dominentur illis, & qui magni sunt, potestatem exerceant in eas; non ita erit inter vos.* Joan. XVIII. vers. 36.: Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. *Regnum meum non est de hoc mundo &c.* Igitur ut latinæ linguæ & ecclesiasticæ disciplinæ voces illæ sint accommodatæ, locum habere nequit fastosa illa vocis *Princeps* expositio; quin magis & Petrum & Pontificem ridiculo exponit; quemadmodum fere, si quis ex eo, quod Roma olim ὑπερβολικῶς dicta sit Domina & Caput mundi, velit hodiernum Romæ dynastam Pontificem *Mundi Dominum* celebrare. Porro: Caput Ecclesiæ cum Paulus Apostolus dicat esse Christum *Coloss. Cap. I. vers.* 14. divina dona corpori Ecclesiæ infundentem; non poterit Papa aliud esse nisi caput humanum, id est, inter homines, cæterosque Episcopos primus.

Tertio. Ipsa dignitas Hierarchiæ Romanæ abduxit quosdam Pontifices ad Jurisdictionis immoderationem; Ecclesiasticæ namque procurationes sub initium passim sequebantur gradum varii politici magistratus in provinciis Imperii, erantque in dignioribus urbibus Imperii Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Metropolitæ, in minoribus subjectis oppidis Episcopi, Suburbicarii, Parochi &c. inde factum est, ut Romana Sedes, in Romani Imperii fastigio collocata, sedium ordine anteiret aliis, iisdemque, eodem cæteroquin Episcopatu præditis, certo modo esset superior, quemadmodum fere Metropolita suis Suffraganeis, præsertim quod a primo Apostolorum Petro fundata, in maxima luce Imperii, hominumque frequentia, viris abundaret Ecclesiasticis, doctrina & sanctitate florentibus, atque faciliorem communionem haberet cum aliis Ecclesiæ provinciis. Horum ornamentorum causa & Concilia quædam, & Imperatores, Romanam Sedem peculiari honore extulerunt: Concilium Sardicense, anni 347, Canone III, rogante Osio, concessit Episcopis appellationem ad Romanum Pontificem, ea tamen concessa appellatio non erat proprii nominis, seu jus ferendi sententiam, sed ὥσπερ ἔκκλησις, ut Zonaras ait, id est, *quasi appellatio*, & imploratio auxilii; nec Sardicensis hic canon ab omnibus ecclesiis fuit acceptatus, utpote editus in particulari Concilio Sardicæ, quæ hodie Sophia Bulgariæ est in Patriarchatu occidentis; sed nec omnes occidentales Ecclesiæ eum acceptarunt: Priscillianus & Itacius non appellarunt Romam: Concilium Africanum anni 424. ad Cælestinum Papam perscripsit: has appellationes non esse ferendas &c. Porro Valentinianus III. Imperator rescripsit quidem Episcopis in Romano Imperio constitutis, ut ad Romani Pontificis præscriptum atque auctoritatem sese componant; id vero intelligendum fuit conformiter ad usus, & canones Ecclesiæ, quorum Pontifex custos est, & quos Imperator nec voluerat nec poterat evertere. Pontifices nihilominus elati favoribus canonis Sardicensis, & Decreti Imperatoris, miserunt Vicarios Apostolicos per occidentem, qui suo nomine Episcoporum, Ecclesiarumque causas definirent; hos tamen Vicarios nunquam receperunt Ecclesiæ Orientis.

Quarto. Præcipuam quoque occasionem procedendi ultra potestatis suæ limites Pontificibus obtulit dominatus civilis plurimarum urbium & regionum, quas Francorum reges Longobardis ereptas, Pontificibus Romanis dono obtulerunt. Hi quippe Pontifices cum alioquin cuperent & Imperatorum orientis, longe dissitorum, & Regum Longobardorum prementium excutere jugum, adfuerunt Francorum regibus omni studio & opera, ut benevolentia horum regum adjuti, suo tandem fine potirentur. Stephanus II. Papa octavo sæculo, ad Pipinum regem in Franciam profectus, pacto obtinuit, quidquid terrarum bello posthac auferendum esset Longobardis; cui dominatui Pontificio aliæ deinceps regiones accreverunt. Jam vero Episcopi, in Pontificiis ditionibus constituti, facile amplexati sunt rationes Pontificiarum prætensionum, cum jurium suorum detrimento; ac Pontifi-

ces, qui suam duntaxat diœcesim antehac moderati fuere jure Episcopali, repente jus illud in vicinas, ac tandem ad horum exemplum, in omnes alias diœceses protenderunt.

Quinto. Falsæ Decretales Pontificum, quæ nomine Isidori Mercatoris circumferuntur, a nequissimo impostore, octavo sæculo, partim confictæ, partim ex spuriis & veris Epistolis congestæ, ut securius illuderent, penitus labefactarunt veterem disciplinam & Episcoporum jura; Omnes enim Episcoporum causæ, confirmationes, translationes &c. vi illarum Decretalium subjiciuntur auctoritati Papali; mirumque videri debet, eas Decretales tantam vim obtinere potuisse, quamvis perpetuæ disciplinæ ecclesiasticæ contrairent. Illatæ sunt illæ etiam collectioni canonum, easque Curialistæ, ceu sibi maxime proficuas, summo studio defenderunt. *Vide Can. Dog. & Disc. Lib. II. Diss. II.*

Sexto. Imperitia disciplinæ, juriumque suorum ignoratio coëgit olim plures episcopos, dum res officii essent peragendæ, neque etiam instructa documentis haberent tabularia, Romam recurrere pro dubiorum solutione, quos recursus Romani ultro ac libenter exceperunt, ut eos ad consuetudinem, atque tandem ad legem traducerent, audiendi Romanas definitiones. Alii Episcopi, muneris sui incurii, felices se, suamque seu cathedralem, seu Metropolitanam Ecclesiam censuerunt, si ex tam sanctæ, tamque conspicuæ Sedis, ut erat Romana, auctoritate atque arbitrio dependerent; ideoque omnia jura sua in eam ultro transtulerunt. Monachi quoque, ad Episcopalem, aut Archiepiscopalem ordinem evecti a Pontificibus, omnem suam jurisdictionem gratanter in eam, unde profluxit, retulerunt originem, haud secus, ac si Abbatum suorum occuparentur negotiis; cujus exemplum in Germania præbuit Sanctus Bonifacius, Archiepiscopus Moguntinus.

His & ejusmodi tam spontaneis delationibus, quam etiam usurpationibus, progressu temporis, Romanus Pontifex pleraque Episcoporum & Metropolitarum jura penitus absorpsit, ita ut a Curialistis Episcopus Episcoporum, & Princeps principum diceretur. Perdurarunt hæ Episcoporum de illata sibi vi querimoniæ multis sæculis: sæpius reformatio disciplinæ incassum petita fuit in conciliis, præstita autem secundum partem in Basileensi concilio, quæ tamen haud multo post interrupta fuit. Faxit Deus! ut Capitula hæc Embsensia, ceu Germanicarum Ecclesiarum vindiciæ, consentientibus Episcopis, amodo ad optatum finem atque usum deducantur.

FINIS.

INDEX

I N D E X
RERUM MEMORABILIUM
LOCUPLETISSIMUS.

A.

B.

quo

Quid

Concilium VIII. Salisburgense causam Babonis Abbatis S. Emerami de Simonia accusati concernebat. 67.

Concilium IX. Salisburgense definivit inter Monasterii Bureosis & Admontensis Abbates ortam controversiam. 69.

Concilium X. Salisburgense super quibusdam possessionibus inter Abbatem S. Petri Salisburgi, & Abbatem Admontensem controversis egit. 70.

Concilium XI. Salisborgense. In hoc fundatio Canoniæ Seccoviensis confirmata fuit. 71.

Concilium XII. Salisburgense. Hujus Concilii Acta intercidere. 73.

Concilium XIII. Salisburgense. In hoc Eberhardus Archipræsul Salisb. Octavas B. V. Mariæ instituit. 73.

Concilium XIV. Salisborgense. In hoc duarum Parochiarum Decimæ cœnobio Reicherspergensi confirmantur, & Gerhohi Præpositi Reicherspergensis doctrina de Gloria Filii Dei ab impactis erroribus absolvitur. 74.

Concilium XV. Salisburgense. Hujus Concilii Thema erat restauratio Disciplinæ Ecclesiasticæ. 79. 80.

Concilium XVI. Salisborgense. In hoc electio, investitio, & consecratio Episcoporum Gurcensium Archiepiscopo Salisburgensi attributa fuit. 81.

Concilium XVII. Salisburgense varia Ecclesiarum & Monasteriorum dissidia composoit. 84.

Concilium XVIII. Salisburgense. In hoc rursus lites abolentur, & Privilegia confirmantur. 90. 91.

Concilium XIX. Salisburgense statuit, ut subsidia pro expeditione sacra conferrentur. 94.

Concilium XX. Salisburgense. Hujus Concilii idem finis & scopus erat ac antecedentis; atque Episcopatus Seccoviensis ab Eberhardo II. Archiepiscopo Salisb. de licentia Papæ institutus fuit. 96. Concilium, quod a quibusdam ad annum 1239 adsignatur, e Salisburgensibus merito expungendum. 98.

Concilium XXI. Salisborgense ideo habitum est, ut Otto Bavariæ Dux ad Pontificias partes flecteretur. 100.

Concilium XXII. Salisburgense Legatus Sedis Apostolicæ ad restaurandam Ecclesiæ Disciplinam convocavit. 105. Tituli Capitulorum. *ibid.*

Concilium XXIII. Salisburgense de recipiendis Concilii Lugdunensis constitutionibus, tum de aliis ecclesiasticis Provinciæ causis egit. 117. Tituli Capitulorum. *ibid. seq.*

Concilium XXIV. Salisburgense. In hoc varia Disciplinæ capita statuta fuere. Tituli Capitulorum. 126. *seq.*

Concilium XXV. Salisburgense. Quatuor præcipue rerum, & Disciplinæ capita hoc in Concilio fuere pertractata; I. Elevatio S. Virgilii Episcopi Salisburgensis; II. Sepultura Eberhardi Archiepiscopi Salisburgensis hactenus inhomati; III. Anathema Clericis omnibus, qui negotia laicorum Principum tractarent. IV. Interdictum honoris feudi impertiendi cuiquam sive ab Episcopo, sive a quovis Prælato Provinciali. 133. *seq.*

Concilium XXVI. Salisburgense convocatum ad consulendum rebus misere jacentibus ac prope desperatis cruce signatorum in Palæstina. 136. *seq.*

Concilium XXVII. Salisburgense in causa Meinhardi Carinthiæ Ducis convocatum est. 142.

Concilium XXVIII. Salisburgense coactum est ad definiendum sensum *Constitutionis super Cathedram* &c. 143.

Concilium XXIX. Salisburgense habitum est ad colligendam stipem pro Expeditione sacra. 148.

Concilium XXX. Salisburgense ad causas Disciplinæ reformandæ, ac illustrandas quaspiam Constitutiones in antecedentibus Conciliis editas indictum est. 149. Est vere distinctum a priore Concilium. 151.

Concilium XXXI. Salisburgense contra Rodolphum quemdam Presbyterum sacrilegia & hæreses spargentem convocatum. 157.

Concilium XXXII. Salisburgense in causa contributionum Papalium celebratum. 159.

Concilium XXXIII. Salisborgense varia Disciplinæ capita ordinavit. 160.

Concilium XXXIV. Salisborgense pro reformatione morum indictum. 167. *seq.*

Concilium XXXV. Salisborgense ad eliminandum Clericorum concubinatum, atque ad quædam Disciplinæ capita firmanda convocatum. 191. *seq.*

Concilium XXXVI. Salisburgense ad continendum in officiis Clerum, populumque in exulcerato Ecclesiæ statu, schismate nimirum inter Eugenium IV. Papam, & Basileense Concilium perdurante. 216.

Concilium XXXVII. Salisburgense ad innovandam, firmandamque cum Pontifice Nicolao V. communionem, ac præcipue ad reformandos Monachorum mores. 221.

Concilium XXXVIII. Salisburgense habitum a Sigismundo I. Archiepiscopo Salisb. ad deliberandum de subsidio Decimæ, quam Pontifex postulavit, atque ad emendandum corruptos sæculi & Clericorum mores, & Disciplinæ depurationem. 226. Oratio Anonymi in ingressu Concilii habita nunc primum in lucem protracta tota sistitur. *ibid. seq.* Quid circa

H.

Juva- e.

N.

T.

Tabula errorum

ad quam lectori in perplexo sensu recurrendum est.

pag.	lin.	error	correctio.
2	44	literario	literario delituerit.
36	22	Presbyterus	Presbyteri.
40	penult.	(*) ponatur ante ☐ᴚ.	
50	44	Archiepiscopam	Archiepiscopum.
51	13	Wormatiensi	Moguntino.
62	39	paulo post	pauco post.
64	21	Labbeum	Le Long.
73	12	cum cesserunt	cum cesserint.
113	14	beneficium	beneficio.
114	44	attemperetur	attemptetur.
115	19	quo minus	quod minus.
116	6	exspectas	expetas
123	43	illum eliminandum	illam eliminandam.
135	2	detectam	fuisse detectam.
147	12	Sacerdotis	Sacerdotibus.
	35	grege	gregem.
164	39	majus	majoris.
165	20	prolatos	prolatas.
166	15	varios	varias.
167	1	quæ	quod.
170	9	contagiorum	contagionum.
171	22	correctione	correctione digna.
172	46	accederint	occiderint.
173	12	absolvi	absoluti.
	25	quod	aliquod.
174	39	portet	portat.
178	46	modo	modica.
179	30	in ecclesiasticæ	& ecclesiasticæ.
	34	nationi	nationis.
180	13	Jus	Jus obtinent.
	37	quod	quod si
185	35	voleuter	volentes.
186	32	officium	ipsorum officium.
192	8	teneritque	tenerique.
194	28	non	se non.
195	6	remissiones	remissionis.
	44	non	uno.
196	38	continenter	continentur.
198	8	(Eos)	Contra eos.
	12	arrogata	irrogata.
	25	certa indicia	certa sunt indicia.
203	12	Quoniam	Ad.
	14	genus	gentes.
235	47	accipiende	acceptanda.
236	50	consueta	inconsueta.
237	6	quod	quas.
	36	& Salzeburg	S. Salzeburg.
238	15	ipso	ipsi.
	48	tamen	namque.
	51	extra nundinarum	extra tempus nundinarum.
239	60	dicta Evangeliorum	dicta initia Evang.
	61	foris	foras.
246	5	officiis	officiosus.

pag.	lin.	error.	correctio.
248	40	depopulatorum	depopulatorem.
249	38	exploratis	explorati.
	49	volumus	volentes.
253	28	qui privilegium	quia privilegium
254	2	ne	nec
255	38	ftatuimus	ftatutis.
257	5	poffunt	poffint.
	34	claufula	claufura.
261	15	defcriptus	defcriptum.
264	37	careat	caveat.
287	51	urbam	urbem.
384	18	collatas	collator.
521	53	per	per fe
526	20	facile	facie.
573	42	Illma	Illmam
582	46	eoque	eaque
583	12	omnia	omnium
589	29	Palmen	Pfalmen.
592	20	Regel	Regel gehalten
596	5	Nobis	Nobilis.
616	37	amplificare	amplificaret
629	7	partem	putem.
654	34	quales	quales quales.

Reliquos errores lector benevolus ultro corriget.

FIRENZE - BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
PROGG - 2.1.49 (67)
RESTAURO - 1998
LABORATORIO- RAIMONDO MILIO
RESTAURATORE PROGETTISTA - CLAUDIO MONTEVATICI

SINTESI DELLE OPERAZIONI EFFETTUATE:

controllo della numerazione, pulizia a secco con pennello morbido, rieacimento con montaggio a ecarnire con carta giapponese VANG di adeguato spessore e colore, veleture con velo giapponese 502 e Tylose MH300P al 2%, rifilatura a mano del restauro eccedente, cucitura su n. 5 nervi di spago e filo di canapa, indorsatura con carta giapponese e pelle di capra neutra scarnita, carta di guardia ingree struttura F, capitelli cuciti su anima di spago e filo di lino neutro e colorato, incartonatura dei quadranti in cartone accoppiato al durevole, nuova legatura in quarto di pelle di capra al vegetale (Scaricaciottoli) dorso attaccato, adesivi Tylose MH300P e Vianvil al 15%.

COLLAUDATORE DATA DEL COLLAUDO